Pertenece al Colegio de Agustinos descalzos de S. Millan de la Cogolla.

Estante A. Nº 1
Cajón 94

BIBLIA
SACRA

CVM GLOSSIS, INTERlineari & Ordinaria, Nicolai Lyrani Postilla & Moralitatibus, Burgensis Additionibus, & Thoringi Replicis.

TOMVS PRIMVS

continet Pentateuchum,

Nempe { Genesim, Exodum, Leuiticum, Numerum, & Deuteronomium.

Omnia ad Hebræorum & Græcorum fidem iam primum suo nitori restituta, & variis scholiis illustrata.

LVGDVNI, ANNO
M. D. XLV.

Cum priuilegio Regis.

LE PRIVILEGE.

FRancoys par la grace de Dieu Roy de France, a noz aimez & feaulx conseilliers, les gens tenans nostre court de parlement a Paris, & Preuost de Paris, & a tous noz autres iusticiers & officiers, ou a leurs lieutenantz Salut. Receue auōs lhūble supplication de nostre cher & bien aime Anthoine Vincēt marchant demeurāt a Lyon, contenāt que a grand labeur & diligence, & par gens scauans en bōnes & saincte lettres, quil a entretenu depuis quatre ans en ca a ses despēs il ā faict reuoir toutes les impressions cy deuant faictes de six volumes de la Glose ordinaire sur la Bible, & restituer les dictions Grecques & Hebraicques, auec les annotations de sainct Hieroſme seu Gabinius, & autres, tant sur le nouueau que viel Testament, & sur le tout faict vn Repertoire nouuel, lequel il desiroit vouluntiers faire imprimer, auec ladicte Glose ordinaire selon lesdictes corrections, additiōs, annotations & Repertoire, pour estre expose en vente en nostre Royaume a lutilite de la chose publicque diceluy, a fin de pouoir recouurer plusieurs grāds fraiz & mises quil a en ce faictz & exposé. Mais il doubte que les autres Imprimeurs ou libraires le voudroient en semblable faire imprimer & exposer en vente, qui luy seroit, si ainsi estoit, grād perte & dōmage, par ce quil ne pourroit recouurer lesdictz fraiz sur ce par luy faictz, & qui luy conuient encores faire pour ladicte impression, si par nous nestoit prohibe aux dictz autres imprimeurs & libraires de les faire imprimer & vendre, a tout le moins par certain temps cōpetant, dedans lequel ledict suppliant peust recouurer lesdictz fraiz. Pource est il que nous inclinans a sa supplication & requeste luy auons en faueur que dessus permis & octroye, permettons & octroyons de grace especial par ces presentes que lesdictz volumes cy dessus declairez & specifiez lesquelz il a faict reuoir, corriger & annoter par la maniere dessusdicte preallablemēt veuz & visitez par les docteurs en la faculte de Theologie de nostre ville de Paris, ou par telz diceux que par vous gēs de nostre dicte court de Parlement de Paris sera aduise, pour scauoir si en iceulx volumes y a aucune chose de mauluaise doctrine, & qui soit contraire a la doctrine ecclesiastique, receue en legliſe Gallicaine. A fin de la reiecter, ilz puisse & luy loise luy seul faire imprimer, vendre & distribuer en nostre royaume, pays & seigneuries iusques au temps & terme de troys ans prochainement venātz, a compter du iour & date que limpression en sera paracheuee. Sās que pendant ledict temps autres que luy les puissent faire imprimer, ne vendre, si ce nest de son consentement & permission. Et ausquelz nous auons inhibe & defendu, inhibōs & defendons de ce faire soubz peine de cōfiscation desdictz volumes, & de amende arbitraire. Et oultre de tous despens dōmages & interestz enuers ledict suppliant, si voulons & vous mandons & a chascun de vous si cōme a luy appartiendra que des noz present grace & permission vous faictes, souffrez & laissez ledict suppliant iouyr & vser plainement & paisiblement durant ledict temps: sans en ce luy faire mettre ou donner ne a ses facteurs ou commis a la vente & distribution desdictz volumes ainsi veuz & visitez que dict est aucun empeschemēt, & a ce faire souffrir & obeyr contraignez & faictes contraindre tous ceux quilz appartiendra par les peines cy dessus indictes, & autres que verrez estre a faire par raison. Car tel est nostre plaisir. Dōne a Amboyse le, xxv. iour de Mars. Lan de grace Mil cinq cens quarāte quatre, & de nostre regne le trentevniesme. Ainsi desſoubz signe. Par le Roy, vous present. De la Chesnaye. & seelle du grand seau en simple queue de cyre iaune.

LETTRES DATTACHE.

FRANCOYS par la grace de Dieu Roy de France, A noz aimez & feaulx conseilliers les gens tenans noz court de parlement de Tholoze, Bordeau, Rouen, Dijon, Prouence, Grenobles, Chambery, Seneschaux de Lyon, Tholoze, & Prouence, ou leurs lieutenantz, salut & dilection. De la partie de nostre bien aime Anthoine Vincēt libraire de nostre bonne ville de Lyon, nous a este hūblement expose quil auroit obtenu de nous les lettres patentes en forme de Priuileges cy attachez soubz le contreseel de nostre chancellerie, pour imprimer les liures contenuz en icelles desquelles il requerroit vouluntiers lenterinement par deuant vous. Mais il doubte par ce quelles ne sont a vous addressantes que ne feissiez difficulte icelles enteriner, & le receuoir a ce, si sur ce ne luy estoit pourueu de nostre gratieux remede conuenable, nous humblement requerant iceluy. Pourquoy nous ce considere voulans soubuenir audict exposant, vous mandons & a chascun de vous cōmettons par ces presentes que procedez a lenterinement desdictes lettres de priuilege selon leur forme & teneur, & le faictes iouyr & vser plainement, paisiblement & entierement de leffect & enterinemēt dicelles. En faisant faire par vous a tous ceulx quil appartiendra les defences contenues en icelles. Nonobstant quelles ne soient a vous addressantes que ne voulons nuire ne preiudicier audict exposant, ains en tant que besoing est ou seroit len auons releue & releuons de grace especial par ces presentes: car tel est nostre plaisir de ce faire, vous donnons plain pouuoir, auctorite, puissance, commission & mandement especial par ces presentes, mandons & commādons a tous noz iusticiers, officiers & subiects, que a vous en ce faisant soit obey. Donne a Bloys le, viij. iour de May. Lan de grace Mil cinq cens quarante cinq. Et de nostre regne le trentevniesme. Ainsi signe.

Par le Roy. a la relation du conseil, Le Picart. Et seelle du grand seau en simple queue de cyre iaune.

Extraict des registres de Parlement.

VEV par la Court les lettres patētes du Roy a elle addressantes donnees a Amboyse le vingt cinquiesme iour de Mars dernier passe, impetrees par Anthoine Vincent marchāt demeurāt a Lyon. Par lesquelles ledict seigneur permect & octroye audict Anthoine Vincēt faire imprimer, vēdre & distribuer en ses Royaumes, pays, terres & seigneuries six volumes de la Glose ordinaire faicte sur la Bible, que ledict Vincēt a fait reuoir & restituer les dictiōs Grecques & Hebraicques auec les annotatiōs de sainct Hieroſme seu Gabinius, & autres tant sur le nouueau que viel Testament. Et ce iusques a troys ans a compter du iour & terme de limpressiō paracheuee. Sans ce que pendant ledict temps autre que luy les puisse faire imprimer ne vendre, si ce nest de sont consentement & permission. Ausquelz ledict seigneur inhibe & deffend ce faire sur peine de confiscation desdictz volumes & damende arbitraire, & oultre de tous despens, dommages & interestz enuers ledict Vincent. Mandāt ledict seigneur a ladicte court faire souffrir, & laisser iouyr & vser ledict Vincent desdictz octroy, & permission, iceulx volumes preallablement veuz & visitez par les docteurs en la faculte de Theologie de luniuersite de Paris, ou telz autres diceulx que par ladicte court seroit aduise, ainsi & cōme il est plus a plain contenu & declaire esdictes lettres. Veu aussi la requeste presentee a ladicte court par ledict Anthoine Vincent a ce que lesdictes lettres luy fussent enterinees. la certification des docteurs en ladicte faculte de Theologie en ladicte vniuersite cōmis & deputez par ladicte Court. Et le consentement du Procureur general du Roy. Tout considere ladicte Court a enterine & enterine audict Anthoine Vincent lesdictes lettres patentes. Et en ce faisant suiuant icelles a permis & permect audict Vincent faire imprimer, vendre & exposer en vente lesdictz six volumes de la Glose ordinaire ainsi reueuz, corrigez, restituez & annotez. Et fait defence a tous autres de iceux six volumes faire imprimer ne exposer en vente iusques au terme de troys ans passez, a compter du iour de limpression dudict Vincent sera paracheuee, sur peine de confiscatiō de leurs volumes, amende arbitraire, despēs dommages & interestz, sil nest de la permission & consentement dudict Vincent.

Faict en Parlement le penultiesme iour de Iuillet. Lan mil cinq cens quarante cinq. Ainsi signe, Du Tillet.

EXCVDEBATVR LVGDVNI, ANNO M. D. XLV.
DIE VERO XX. MENSIS AVGVSTI.

A QVONIAM plerique eo quòd nō multam operam dāt sacrę scripturæ, existimāt oēs libros, q in bibliis cōtinent, pari veneratione esse reuerendos atq; adorādos, nescientes distinguere inter libros canonicos & nō canonicos, quos hebręi â canone separant & gręci inter apocripha computant: vnde sępe coram doctis ridiculi videntur, & perturbantur, scandalisanturq; cum audiūt aliquem non pari cum cęteris omnibus veneratione prosequi aliquid, quod in biblia legatur. Ideirco hic distinximus, & distincte numerauimus primo libros canonicos, & postea non canonicos, inter quos tantum distat quantum inter certum & dubium. Nam canonici sunt confecti spiritusancto dictante. Non canonici autem siue epocrip hi, nescit quo tępore quibusve autoribus sint editi, quia tamē valde boni & vtiles sunt, nihilq; in eis, quod canonicis obuiet, inuenitur: ideò ecclesia eos legit & permittit: vt ad deuotionem & ad morum informationem â fidelibus legantur. Eorum tamen autoritas ad probandum ea, quæ veniunt in dubium, aut in contentionem, & ad confirmandam ecclesiasticorum dogmatum autoritatem, nō reputatur idonea, vt ait beatus Hieronymus in prologis super Iudith, & super libris Salomonis. At libri canonici tantę sunt autoritatis vt quicquid ibi continetur, verū teneat firmiter & indiscusse. Et per consequens illud quod ex hoc concluditur manifeste. Nā sicut in philosophia veritas cognoscitur per reductionem ad prima principia per se nota, ita & in scripturis â sanctis doctoribus traditis veritas cognoscitur, quantum ad ea quę sunt fide tenenda, per reductionem ad scripturas canonicas, quæ sunt habitæ diuina reuelatione, cui nullo modo potest falsum subesse. Vnde de his dicit Augustinus ad Hieronymum. Ego solis eis scriptoribus, qui canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, vt nullum eorum scribendo errasse, firmissime teneam, ac si aliquid in eis offendero, quod videat contrarium veritati, nihil aliud existimē, quā mendosum esse codicē, vel nō esse assequutum interpretē, quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinave polleant, non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per illos autores canonicos vel probabiles rationes, quod â vero non abhorreat persuadere potuerunt. ¶ Sunt igitur libri canonici veteris testamenti viginti duo, ad numerum viginti duarum literarum hebręorum vt scribere Origenem super primum psalmum refert Eusebius libro sexto Ecclesiasticę historię, & copiosius distinctiusq; dicit beatus Hieronymus in prologo galeato super lib. regum quòd omnes in tres partes ab hebręis diuiduntur. In legem, id est quinq; libros Moysi. In prophetas octo, & Agiographa nouem vt statim clarius patebit. Quāuis nonnulli librum Ruth separent â libro Iudicum, & lamentationes Hieremię â Hieremia, & inter agiographa cōputent, vt sint viginti quatuor libri ad numerū viginti quatuor seniorū, quos Apocalypsis inducit adorantes agnū. ¶ Isti sunt libri qui sunt in canone, vt latius scribit beat⁹ Hieronymus in prologo galeato qui est super libros Regum. Et primo quinq; libri Moysi qui appellantur lex, quorum primus est Genesis, secundus Exodus, tertus Leuiticus, quartus Numeri, quintus Deteronomium. ¶ Secundo sequuntur octo libri prophetales, quorum primus est Iosue, secundus liber Iudicum cum Ruth, tertius Samuel, id est, primus & secundus Regum, quartus Malachim id est, tertius & quartus Regum, quintus Esaias, sextus Hieremias cū lamentationibus, septimus Ezechiel, octauus liber duodecim prophetarum: quorum primus est Osee, secundus Ioel, tertius Amos, quartus Abdias, quintus Ionas, sextus Micheas, septimus Naum, octauus Abacuk, nonus Sophonias, decim⁹ Aggæus, vndecimus Zacharias, duodecimus Malachias. ¶ Tertio sequuntur agiographa nouem, quorum primus est Iob, secundus Psalterium, tertius Salomonis prouerbia, quartus eiusdem Ecclesiastes, quintus eiusdē canticum canticorum, sextus Daniel, septimus Paralipomenon, qui apud hebręos est vnus liber, non duo, octauus Esdras cum Neemia (est enim totus vnus liber) nonus, Hester. Quicquid autem extra hos est (de veteri testamento loquor) vt dicit Hieronymus inter apocripha est ponendum. ¶ Isti sunt libri, qui non sunt in canone, quos tamen ecclesia vt bonos & vtiles libros admittit, non vt canonicos, inter quos sunt aliqui maioris autoritatis, aliqui minoris: Nam Thobias, Iudith & Machabęorum libri: Sapientię quoq; liber atq; Ecclesiasticus, valde ab omnibus probantur, ita q; Augustinus libro secundo de doctrina christiana, tres superiores numerat inter canonicos, & de Sapientia atq; Ecclesiastico dicit, meruisse illos recipi in autoritatem, & inter prophęticos debere numerari.

C Et de libris Machabęorum libro decimooctauo de ciuitate dei loquens & de Esdrę libris dicit q; quamuis hebręi non habeant eos pro canonicis, tñ ecclesia habet illos pro canonicis, ppter quorūdā martyrū passiōes vehemētes atq; mirabiles. Minoris aūt autoritatis sunt Baruch, & terti⁹ & quart⁹ Esdrę. Nā Augusti. in loco supradicto nullā de his facit mētionē, cū tamē (vt dixi) alios apocryphos canonicis annumeret. Rufin⁹ quoq; in expositiōe Symboli & Isidor. in libro sexto etymolo. vbi hāc Hieronymi diuisionē referunt, horum nihil meminerunt. Et vt numeres eos eo ordine quo sunt in biblia, quamuis alio ordine fuerint editi, primo sunt tertius & quartus liber Esdrę, qui dicuntur tertius & quartus, quia ante Hieronymum gręci & latini librum Esdrę canonicum secabant in duos libros, sermones Neemię, secundum librum appellantes. Isti autem tertius & quartus inter omnes non canonicos minoris (vt dixi) sunt autoritatis. Vnde Hieronym. in prologo Esdrę eos appellat somnia. & in paucissimis bibliis manu scriptis inuenitur, & in multis impressis inuenitur solum tertius. Secundus est Thobias, liber valde deuotus & vtilis. Tertius est Iudith, quem dicit Hieronymus in prologo fuisse â Nicena synodo computatum in numero sanctarū scripturarū. Quartus liber Sapiętię, quem scripsisse Philonē alexandrinum iudæum doctissimum, fere omnes tenent. Quintus est liber Iesu filij Syrach, qui ecclesiasticus dicitur. Sextus est Baruch, vt dicit Hieronymus in prologo Hieremiæ. Septimus est Machabęorum liber in primum & secundum diuisus. ¶ Nec; aliquem moueat, q; in Iudith & Thobię prologis dicitur q; apud hebręos inter agiographa legantur: quia manifestus error est, & apocripha, non agiographa, est legendum: qui error in omnibus quos viderim codicibus inuenitur, & inoleuit (vt puto) ex pietate & deuotiōe scribentium, qui deuotissimas historias horrebant annumerare inter apocrypha. Nam q; hic error multos retro annis codices occupauerit, ostendit magister in historia Iudith, vbi dicit: Hic liber apud caldęos inter historias computatur, & apud hebręos inter apocrypha, quod dicit Hieronymus in prologo, qui sic incipit: Viginti & duas literas. Si ergo alicubi in prologo super Iudith, legitur inter agiographa vitiū scriptoris est, quod in ipso titulo deprehendi potest. Ex quo miror q; dictus magister non aduerterit eundem esse errorem in prologo Thobię, vbi ipse dicit: Hanc historiam hebręi ponunt inter apocrypha, Hieronymus tamen in prologo suo dicit inter agiographa: Glosa quoq; super dicto prologo Thobię dicit potius & verius dixisset inter apocrypha. Vel large accipit agiographa, quasi sanctorum scripta, & ita non est de numero illorum nouem, quæ proprie dicuntur agiographa, quæ sunt de catalogo id est de numero viginti duorū librorū bibliæ. Nam cū Hieronymus in prologo galeato, post enumerationem canonicorū librorū dicat Hic prologus scripturarum, quasi galeatum principiū, omnibus libris quos de hebręo vertimus in latinum conuenire potest vt scire valeam⁹ quicqd extra hos est, inter apocrypha esse ponēdū Igitur si sapiętia quę vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach liber, & Iudith, & Thobias, & Pastor, non sunt in canone: quomodo credendum est, illum postea in illis prologis scripsisse eos inter agiographa & sibiipsi contradicere: Si quis pręter ea libratio ri examine Hieronymi verba in dictis prologis perpenderit, animaduertet illum scripsisse apocrypha, nō agiographa. Dicit enim in prologo Thobię. Exigitis in librum caldęo sermone conscriptū ad latinum stilum traham, librum vtiq; Thobiæ, quem hebręi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quę apocrypha memorant, māciparunt. In Iudith autem ait, apud hebręos liber Iudith inter apocrypha legitur, cuius autoritas ad roborāda illa quę in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Cum itaq; dicat hebręos secare Thobiā de catalogo diuinarum scripturarum, & Iudith autoritatem minus idoneam iudicari, si inter agiographa numeraret, & non inter apocrypha, contraria videretur in eodem loco scripsisse. Sed (vt dixi) scriptores hoc nomen apocrypha horrentes, deuotione ac pietate quadam reiecto apocrypha, agiographa scripserunt. ¶ Rufinus vero vbi supra, enumeratis libris canonicis, in quibus cum Hieronymo cōcordat, infert: Hęc sunt quæ patres intra canonem concluserunt, ex quibus fidei nostræ assertiones cōstare voluerunt. ¶ Sciendum tamen est q; & alij libri sunt, qui nō canonici, sed ecclesiastici â maioribus appellati sunt, vt Sapientia quę dicitur Salomonis, & alia Sapientia quæ dicitur filij Syrach, & infra eiusdem ordinis est libellus Thobię, & Iudith, & Machabęorum libri. Quæ omnia legi quidem in ecclesijs voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his confirmandam. Cęteras vero scripturas apocryphas nominauerunt, quas in ecclesiis legi noluerunt. ¶ Prętera est sciendum q; in libro Hester illa duntaxat sunt in canone quę scribuntur vsq; ad eum locum vbi posuimus: Finit liber Hester. prout est in hebręo, quę postea sequuntur non sunt in canone. Similiter in Daniele, illa tantum sunt in canone quæ sunt vsq; ad eum locū vbi posuimus. Finit Daniel propheta. quæ posta sequuntur non sunt in canone. ¶ Quamuis autem Dauid, id est

Canonici libri. κανονικοί, id est oculi.

B Numerus librorum canonicorum. Hanc diuisionē probāt hebręi, qui biblia sua ob id appellant עשרים ארבע. id est, viginti quatuor Apoc. 5. b.

Ἁγιόγραφοι, id est scripta sancta.

Non canonici libri & eorum autoritas.

Minoris autoritatis.

D

Ecclesiastici libri.

E

Psalterium

De libris canonicis & non canonicis.

Psalterium apud hebræos non ponatur inter prophetas, sed inter agiographa, tamen fere omnes latini eum non solum prophetam Daniel sed summum prophetarum, vel secundum vocant. Danielē quoq; inter prophetas numerant. ¶ Aliter quoq; aliqui latini diuiserunt vetus & nouum testamentum, scilicet in libros legales, historiales, Legales sapientiales, & prophetales. Legales appellant quinq; libros Moysi, in veteri testamento: quibus in nouo faciunt respōdere, quatuor Historiales euangelia. Historiales Iosue, Iudicum, libros Regum, Paralipomenon, Ezdram, Hester, & Iob: quibus in nouo correspondent acta Sapiēriales apostolorum. Sapientiales tres libros Salomonis, scilicet: proverbia ecclesiasten, & canticum canticorum: quibus in nouo correspōdent epistolę Pauli, & quæ canonicæ dicuntur. Prophetales faciūt Propheta les Dauid, id est, psalterium, Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, duodecim prophetas, & Danielem: quibus in nouo respondet liber Apocalypsis. ¶ Noui autem testamenti omnes qui in biblia ponuntur, Noui testamenti libri sunt in canone testibus Hieronymo, Augustino & Isidoro in locis supradictis. Hi sunt quatuor sacrosancta euāgelia, scilicet Matheus, Marcus, Lucas, Ioannes: Pauli apostoli epistolæ quatuordecim. Quarū vna est ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galathas vna, ad Ephesios vna, ad Philippēses vna, ad Thessalonicenses duę, ad Colossenses vna, ad Timotheū duę, ad Titum vna, ad Philemonem vna, ad Hebræos vna. Item actus apostolorum. Item epistolæ septem, quæ canonicæ appellantur, quarum vna est Iacobi, F duæ Petri apostolorum principis, Ioannis apostoli & euangelistæ tres, Iudæ qui alias Thadæus dicitur vna: demum liber Apocalypsis. Hi omnes libri pro canonicis habentur. Quamuis ante Hieronymum à multis de epistola ad Hebæros dubitaretur, quā hæsitationem ipse multis rationibus sustulit. Itidem de epistola Iudę, ac de secūda & tertia Ioannis, in ecclesia primitiua à multis an deberent in canonem recipi, valde dubitatum est, de quarum prima sic dicit Hieronymus in libro de viris illustribus: Iudas frater Iacobi paruam quidē quæ de septem canonicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch qui apocryphus est, in ea assumit testimoniū, à plerisq; reiicitur, tamen autoritatem vetustate iam & vsu meruit & inter sanctas scripturas computatur. De alijs autem duabus quę incipiunt. Senior: dicit Hieronymus in dicto libro in capitulis Ioannes, & Papias, q; asserebantur esse Ioannis presbyteri, discipuli Ioannis euangelistæ, qui dicebatur senior Ioannes. Sed tamen omnium approbatione iam sunt receptæ, & citra cuius.ꝫ refragationem pro canonicis habentur.

TRANSLATORES *Bibliæ.*

NOTANDVM, QVOD translatores & interp̄tes Bibliæ multi fuerūt. Quia sicut dicit magister in historijs, ante incarnationē domini annis .ccc.xli. tēporibus Ptolemæi Philadelphi regis Aegypti Lxx. Ptholemęꝰ Philadelphus. interpretes floruerūt, qui legem & prophetas hoc modo transtulerunt. Ptolemæus studiosus & librorum cupidus percipiens apud Iudæos legem esse ore dei editam, & digito illius scriptam, missis epistolis & muneribus rogauit Eleazarum pontificem Iudæorum, vt sibi viros seniores hebraicæ & græcæ linguæ peritos, q̄ interpretari & transferre valerent, dirigeret. Etenim sua desideria essent eam in græco translatā habere, & archiuis regalib⁹ interserere. Eleazarus autem annuēs eius petitioni, de vnaquaq; tribu sex legisperitos destinauit. Hi sunt septuagintaduo interpretes q̄ licet fuere, more sacræ scripturæ tā cōiter dicuntꝰ septuagita, quia & si duo supersunt, hoc est modicū respectu septuaginta. Hi ergo venientes ad regē, Pētateuchū & ꝓphetas transferētes, coram rege disputauerūt de vno deo colendo, & q̄ nulla creatura esset deus. Inde est q̄ vbicunq; occurrebat eis in transferēdo de trinitate, vel sub silentio præteribāt vel sub ænigmate transtulerunt, ne tres deos colendos tradidisse viderentur: similiter de incarnatione verbi facientes. Vnde translatio septuagintaduum quandoq; est superflua, quādoq; diminuta. Post incarnationem autem domini & passionem annis centum viginti quatuor. Aquila quidam Iudæus ad fidem cōuersus, sed postea in hæresim lapsus, primus interpres fecit aliam translationē de hebraico in grecum tempore Adriani imperatoris. Deinde post annos liij. Theodotion fecit tertiam translationem sub Commodo. Deinde post annos .xxx. Symmachus interpres claruit sub Seuero. Deinde post annos .viij. inuenta est quędam translatio Hierosolymis, cuius autor ignoratur, quę dicta est vulgata translatio, vel quinta editio. Deinde post annos .xviij. tempore Alexādri superuenit Origenes videns istas translationes imperfectas, incepit corrigere translationem Lxxij. interpretum per posteriores iam dictas translationes, vel secundum aliquos solam translationem Theodotionis immiscuit, scilicet supplens diminuta, & resecans superflua. Vbicunq; igitur ad translationem Lxxij. interpretum aliquid addidit ex translationibus sequentibus, ibi ponebat astericum, id est stellam vel formam astri, per quod innuit, q̄ per additionem illam eluceſcebant quæ prius deerāt. Et dicitur secundū aliquos asteric⁹ ab ἀστὴρ & ἰκὼν, quod est imago vel signū, & ꝓducit penultimā, quia apud græcos ideō scribit̄ p ei diphongon. Tu dic melius, quod græcè dicitur ἀστερίσκος, asteriscus, & est diminutiuum quasi stellula. Vbi verò erat superfluū, ponebat obelum. Obelos enim græcè dicitur sagitta latine, vel veru signās p hoc q̄ litera ibi superflua erat. Deide ipse Origenes, vt dicit Hieronymus, sextā & septimā translationem miro labore reperit. Quę translationes scilicet quinta, sexta, & septima, licet vt idem ait Hieronymus quibus censeantur autoribus ignoretur, tamen ita probabilem sui diuersitatem tenent, vt autoritatem sine nominibus tenuerint. Deinde quidam volentes habere omnes istas translationes, simul scribebant libros, sic eos ordinantes, q̄ in H medio cuiuslibet folij ponebant sex colūnas à summo deorsum descendentes, ponentes in prima verba translationis primę, in secunda secundę, & sic de alijs. Et isti libri dicti sunt hexapla, ab ex græcè, quod est sex latine, quasi sexcupla. Vel dicit̄ hexapla, quasi liber habens sex translationes rectas vel rectificatas. Et his tēporibus multi vtriusq; linguę scioli fecerunt alias translationes de prędictis græcis translationibus in latinum. Nouissime superuenit̄ beatus Hieronymus peritus in tribus linguis, hebraica, greca, & latina. Primo correxit translationem Lxxij. interpretum in latino cū asteriscis & obeliscis. Postea verò transtulit immediate bibliam de hebræo in latinum sine asteris, & obelis. Et hac translatione nūc vbiq; vtitur tota romana ecclesia, licet non in omnibus libris. Et ipsius translatio merito cæteris antefertur, quia est verborum tenacior, & perspicuitate sententiæ clarior. Et translatio prima, scilicet Lxxij. interpretum facta est in Alexandria ciuitate quæ Metropolis est Aegypti. Aliæ autem translationes in diuersis partibus mundi vbi tunc magistri polluerunt. ¶ Nota q̄ vbicunq; in libris veteris testamenti mendum reperitur, recurrendum est ad volumina Hebæorum, quia vetus testamentum primo in lingua hebręa scriptū est. Si verò in libris noui testamenti, reuertendū est ad volumina græcorum, quia nouum testamentum primo in lingua græca scriptum est, preter euangeliū Matthæi, & epistolam Pauli ad Hebræos.

Lxx. interpretes. G

Aquila.

Theodotiō Symmachꝰ Vulgata translatio. Origenes.

Nota

in nomine

IN NOMINE SANctæ trinitatis, incipit prologus primus uenerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ordinis seraphici Francisci de commendatione Sacræ Scripturæ in generali.

A HAEC OMNIA liber vitę &c. Eccl. vigesimo quarto cap. secundū q dicit beatus Gregorius Homeli. xxxv. euangeliorum. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda q̄ vita. Scientiæ verō à philosophis traditæ ordinantur ad finem consequē dū in præsenti vita, quia sciētiæ practicæ ab eis traditæ ordinantur ad felicitatem politicam, loquendo de politia præsentis vitę. Similiter scientiæ speculatiuæ ordinanē ad felicitatem contemplatiuam, loquendo de contemplatione quæ pōt haberi in vita p̄senti, & per viam naturæ quæ dependet ex phantasmate. Vnde dicitur tertio de anima, q̄ intelligentibus nobis necesse est phantasmata simul speculari. Et de tali speculatione dicit ibidem, q̄ intelligere corrumpitur in nobis, quodam interius corrupto. Sacra scriptura enim ordinatur ad felicitatē vitæ futuræ, quā philosophi nesciuerunt: secundū q̄ dicit beatus Hieronym. in epistola ad Paulinū de omnibus sacræ scripturæ libris. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Ex quibus concluditur q̄ libri à philosophis descripti continentes scientias ordinatas ad finem in hac temporali vita, tantummodo naturaliter cōsequendum, si comparent ad libros sacræ scripturæ quæ ordinantur ad finē æternæ vitæ, magis sunt dicēdi libri mortis q̄ vitæ. Sed liber continens sacram scripturā: quæ licet in multis libris partialibus diuidatur: sub vno tamen libro continetur, qui nomine generali liber vitæ propriæ nominatur: secundū q̄ dicitur in verbo p̄æsumpto. Hæc omnia &c. ¶ In quo sacra scriptura quadrupliciter describitur secundum quatuor excellentias, quibus omnem scripturam aliam excellit. Primo enim describitur, vt singularis eminentiæ, quod notat pronomē singulare, cum dicitur: Hæc. Secundo describitur vt generalis continentiæ: quod ostēdit signum vniuersale, cum dicitur: omnia. Tertio, vt specularis intelligētiæ: quod denotat conditio libri: cum dicitur: liber. Quarto vt salutaris efficaciæ: quod ostēdit consecutio finis intenti: cū dicitur: vitæ. ¶ Circa primum sciendum, q̄ vna scientia eminentior est altera seu honorabilior duplici de causa: vt habetur primo de anima. Vna est, quia est de nobiliori subiecto. Alia, quia p̄cedit certiori modo. Et propter vtrāq; sacra scriptura, quæ propriæ theologia dicitur, cū ipsa sola sit textus huius scientiæ, omnes sciētias alias antecellit. Primo, quia habet deum pro subiecto, qui est in summo totius nobilitatis: p̄pter q̄d noīaē theologia, quasi sermo de deo. Secūdo, quia procedit modo certiori. Aliæ enim sciētiæ humanitus repertæ procedūt per inuestigationem rationis humanæ. In quo quidem processu licet non sit error quantum ad cognitionem primorū principiorum, quæ sunt per se nota: secundum q̄ dicitur secundo Metaph. In foribus quis delinquet: tamen in deductiōe conclusionū ex principiis potest esse error: maxime quantum ad conclusiones à primis principiis longinquas. Vnde & in tali processu omnes philosophi innitentes tantum humanæ inuestigationi inueniuntur erraſse, & ideo de singulari eminētia huius scientiæ dicitur Deutero. quarto. a. Hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis. Sapientia enim dicitur propriē illa scientia, quæ cōsiderat altissimas causas: vt habetur primo Metaph. Sacra verō scriptura habet deū pro subiecto, vt dictum est, qui est prima causa simpliciter omniū: & ideo proprie dicitur sapientia. Sed conuenienter additur vestra: ad distinguendum sapientiam sanctorum seu catholicorum, quæ est ipsa sacra scriptura, à sapientia philosophorum: & hoc potissime in duobus, videlicet in proprietatibus de deo cognitis, & in fine cognitionis. Licet enim philosophi habuerint cognitionem de deo, hoc tamen solum fuit quantum ad proprietates, quæ de ipso possunt concludi per inuestigationem rationis procedentem ex creaturis: sicut philosophus. xii. Metaphi. probat eius veritatem, & octauo Phisicorum virtutis infinitatem: & sic de similibus. Sed prophetæ & apostoli sancti, qui hāc scripturam nobis tradiderūt per reuelationem spiritus sancti, habuerunt cognitionem de proprietatibus diuinis transcendentibus inuestigationem rationis: vt de pluralitate personarum, & earum distinctione in vnitate essentiæ, & cōsimilibus. Item philosophi cognitionem de deo habitam non ordinauerunt ad alium finem: sed ipsam quæsierunt propter ipsum speculari tantum, inquantum est perfectio ipsius cognoscētis. Cognitio autē dei, quæ in sacra scriptura traditur, ad hoc principaliter quęritur, vt per ipsam ipse speculans seu contemplans feratur in amorem ipsius obiecti cogniti scilicet dei, ipsum super se & super omnia diligendo. Et propter hoc saluator Matthęi vigesimo secundo, dicit q̄ in duobus præceptis charitatis tota lex pendet & p̄phetæ. & Apostolus primę ad Timotheū primo. b. Finis præcepti est charitas de corde puro: & cōscientia bona, ac fide nō ficta. Et quia philosophi suo sensui innitentes, hunc finem non attēderunt, ideo errauerunt: propter quod eorum sapientia insipientia nominatur: ad Romanos primo. c. Qui cum deum cognouissent, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiēs cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Sed quoniam sacra scriptura non solum excellit alias, inquantum est de subiecto nobiliori: sed etiam inquantum procedit modo certiori, videlicet per diuinam reuelationem, cui non potest subesse falsum, ideo subditur in autoritate præmissa. Et intellectus coram populis. Intellectus enim proprie dicitur habitus principiorum, circa quæ nō est error, vt iam dictum est: propter quod illud quod concluditur directe ex illis, iudicatur simpliciter esse verum: & quod inuenitur eis repugnans, iudicatur simpliciter esse falsum. Ita similiter quicquid ex sacra scriptura manifeste concluditur, verum iudicatur. Quod autem ei repugnat, falsum simpliciter reputatur. & ideo sacra scriptura non solum vocatur sapientia, sed etiam cum hoc intellectus: vnde dicitur Ecclesiasti. decimoquinto. a. Implebit eum spiritu sapientiæ & intellectus. Et Colossen. primo. b. Impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu &c. Et sic patet primum. ¶ Circa secundum considerandum, quod sub consideratione alicuius scientiæ non solum cadit subiectum, sed etiam ea quæ habent attributionem ad ipsum: vt habetur quarto Metaphisi. Sicut sub consideratione medici non solum cadit sanitas vel corpus sanabile, sed etiam vrina, inquantum est indicatiua sanitatis: & potio, inquantum est factiua eius: & dieta, inquantum est ipsius conseruatiua: & sic de aliis. Omnia autem creata habens attributionem ad ipsum deum, qui est huius sciētiæ subiectum, propter quod ista scientia est quodammodo consideratiua omnium: In quo apparet eius continentia generalis, quæ notatur in verbo primitus præsumpto, cum dicitur. Omnia: de quo potest exponi quod dicitur Sapientiæ primo. b. Hoc quod continet omnia scientiam habet vocis, vt sit sensus. Hoc scilicet volumē sacræ scripturæ, quæ licet diuidatur in plures libros partiales: tamē rediguntur in vnum volumen, quod biblia appellatur. Continet omnia: quia hæc scientia est quodammodo omnium consideratiua. Scientiam habet vocis: de proprietate vocis est, q̄ sit verbi significatiua: & proprium, est sacræ scripturæ, q̄ sit diuini verbi expressiua: secundum q̄ manifestę habetur Ioannis primo. a. In principio erat verbum &c. Et quia per verbum omnia facta sunt, vt ibidem subditur: ideo omnia sub consideratione huius scientiæ cōtinentur. Non tamen sub propriis rationibus singulorum: quia hoc pertinet ad scientias particulares & humanitus inuentas, sed inquantū ex omnibus creatis manuducimur in cognitionem & dilectionem dei per veram fidem charitate formatam: ad quam cōsideratio huius sciētiæ ordinatur: vt prædictū est. Et hoc est quod dicit Augustinus. decimoquarto de trinitate capi. primo. Nō vtiq; quicquid sciri potest ab homine in rebus humanis, vbi plurimū superuacuæ vanitatis & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuēs: sed illud tantummodo quo fides saluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Vnde & Ioannis decimosexto. c. Saluator loquens de spiritu sancto cui? reuelatiōe tradita est hæc scriptura, dicit: Docebit vos omnem veritatē. Glosa: necessariā ad salutem. Et sic patet secundū. ¶ Circa tertium q̄ est intelligentia specularis, quod notatur, cum dicitur: liber. considerandum, habet similitudinem speculi. Quia sicut in speculo apparent formę sensibiles, sic in libro relucent intelligibiles veritates. Vnde & diuina præsciēna in qua relucēt omnes veritates, liber vocatur. In quo libro legūtur sancti apostoli & prophetæ qui hanc scientiam tradiderunt. Et hoc est quod dicit glosa super illud Esaiæ trigesimo octauo. a. Dispone domui tuæ &c. Glosa. Prophetæ in ipso libro præscientiæ dei, in quo omnia scripta sunt legere possunt. Quod tamen non est sic intelligendum, q̄ prophetæ viderint ipsam dei essentiā, quæ idem est cum eius præscientia: quia prophetica cognitio cum habeat ænigma, euacuatur in tali visione secundum quòd dicit Apostolus. j. Corinthiorum decimo tertio. c. Sed pro tanto dicuntur prophetæ in libro præsciētiæ dei legisse: quia per species diuinitus impressas mentib? prophetarum, & per lumen, propheticum eis proportionatum, videbant suo modo veritatem à dei scientia ad eos deriuatam per reuelationem. Sicut intellectus possibilis virtute luminis intellectus agēntis inspicit in speciebus à phantasmatibus acceptis sibi proportionabiles veritates. Nos autem qui talem cognitionem nō habemus, a in quia

Scientiæ philosophi q̄ finis.

Philosoph?

Sacræ scripturæ finis.

Scripturæ sacræ excellentia quadruplex.

B

Sciētiæ honorabilitas in duobus accipitur.

Sapientiæ, & scientiæ differentia.

Sapientiæ diuinæ p̄ceptores q̄ sunt.

C

Theologicæ scientiæ certitudo alias superat.

Subiecti theologicæ scientiæ cōmunitas.

D

Speculi similitudinē habet.

Prologi Nicolai de Lyra in postillam Bibliæ.

Quadrupli ci sensu exponi pōt litera aliq̄.

Sufficientia q̄tuor expositionū sensuū sacræ scripturæ.

E quia lumine prophetico illustrati non sumus, non possumus legere in dicto libro, sed in libro scripturæ sacræ nobis tradito à prophetis. ¶ Habet tamen iste liber hoc speciale, q̄ vna litera continet plures sensus. Cuius ratio est: quia principalis huius libri autor est ipse deus: in cuius potestate est non solum vti vocibus ad aliquid significandum (quod etiam homines facere possunt & faciunt) sed etiam rebus significatis per voces vtitur ad significandum alias res. Sed speciale est huic libro, q̄ res significatæ per voces aliud significent. Secundum igitur primam significationem, quæ est per voces accipitur sensus literalis seu historicus. Secundū vero aliam significationem quæ est per ipsas res accipitur sensus mysticus seu spiritualis. Qui est triplex in generali: quia si res significatæ per voces referantur ad significandum ea quæ sunt in noua lege credenda: sic accipitur sensus allegoricus. Si autem referantur ad significādum ea quæ per nos sunt agēda: sic est sensus moralis, vel tropologicus. Si autem referantur ad significandum ea quæ sunt speranda in beatitudine futura: sic est sensus anagogicus. Et dicitur ab ἀνά, quod est sursum tollo. Vnde versus. Litera gesta docet: quid credas allegoria. Moralis quid agas: quo tendas anagogia. Et istorum quatuor sensuum potest poni exemplum in hac dictione Hierusalem. Quæ secundum sensum literalem significat quandam ciuitatem, quæ fuit quondam Metropolis in regno Iudeæ, quæ primo fuit fundata à Melchisedech: postea per Salomonem dilatata & fortificata. Secundum sensum vero moralem, significat animam fidelem: secundum quem sensum dicitur Esai. quinquagesimo secundo. a. Consurge sede Hierusalem &c. Secundum sensum vero allegoricum significat ecclesiam militantem: secundum quem dicitur Apocalypsis vigesimo primo. c. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalē nouam descendentem de cælo, à deo paratam, sicut sponsam ornatā viro suo. Secundum vero sensum anagogicum significat ecclesiam triumphantem: secundum quod dicitur Galath. quarto. d. Illa quæ sursum est Hierusalem, est libera quæ est mater nostra. Et sicut positum est exemplum in vna dictione, ita posset poni in vna oratione: & sicut in vna, ita & in aliis. Igitur de isto libro sub vna litera continente plures sensus dicitur. Ezechiel. secundo. d. Et ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris. Et Apocalypsis quinto. a. Vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & foris. Scriptura exterior est sensus literalis, qui est patentior: quia per voces immediate significatur. Scriptura autem interior est sensus mysticus vel spiritualis, qui est latentior: quia per res significatas vocibus designatur vt prædictum est. Et sic patet tertium. ¶ Circa quartum in quo notatur efficacia salutaris, cum dicitur: vitæ. Considerandum, quod sicut dictum est à principio: nulla alia scriptura nisi ista ducit immediate ad vitam beatam: quæ sola est vita simpliciter, quia mortem nescit. Ideo saluator Ioannis quinto. f. loquens de efficacia huiꝰ sacræ scripturæ, dicebat Iudæis in lege peritis: Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æternā habere. ¶ Circa quod sciendum, q̄ hoc verbū putatis, quod importat falsi opinionem, vel saltem veri dubitationem, non refertur ad ipsam sacram scripturam, quæ nullum falsum continet: vt patet ex supradictis. Nec est etiam dubium quin ad vitam perducat beatam, cum sit quoddam instrumentum perueniendi ad æternam felicitatem, vt patet ex verbis beati Augustini superius inductis. Sed refertur ad legisperitos scripturam sacram male exponentes, & male viuentes: propter quę merito priuandi erant à consecutione beatitudinis æternæ: quæ est finis huius scientiæ, quam sine dubio consequuntur, eam sine intelligentes & secundum sanum ipsius intellectum pie viuentes secundum q̄ dicitur Ecclesiastici vigesimo quarto. c. Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Elucidatur autem sacra scriptura in vera ipsius expositione, & in sancta operatione: quia hæc scriptura, tanq̄ omnibus eminentior, continet perfectiones scientiæ practicæ & speculatiuæ. Et sic per veri cognitionem, & boni operationem, perducit ad vitam beatam. Quam nobis concedat qui sine fine viuit & regnat.

Putat, verbum q̄o accipit in euang. &c.

F

PROLOGVS SECVNdus de ienuntione autoris & modo procedendi.

VIDI IN DEXTERA sedētis super thronū librū scriptū intus & foris. Apocalypsis quinto. a. Sicut dictum est in prologo præcedēti, liber iste est sacra scriptura, qui dicitur scriptus exterius quantum ad sensum literalem, & interius quantum ad sensum mysticum, & spiritualem. Qui licet tripliciter diuidatur in generali, vt prædictum est, & licet sub quolibet membro possit fieri expositionum mysticarum multiplicatio in speciali: omnes tamen præsupponunt sensum literalē tanq̄ fundamentum. Vnde sicut ædificium declinans à fundamento, disponitur ad ruinam: ita expositio mystica discrepans à sensu literali, reputanda est indecens & inepta, vel saltem minus decens ceteris paribus, & minus apta: & ideo volentibus proficere in studio sacræ scripturæ, necessarium est incipere ab intellectu sensus literalis: maxime cum ex solo sensu literali, & non ex mystico, possit argumentum fieri ad probationem vel declarationem alicuius dubij: secūdum q̄ dicit Augustinus in epistola contra Vincentium donatistam. ¶ Vlterius considerandum q̄ sensus literalis, à quo est incipiendum, vt dictum est, videtur multū obfuscatus diebus modernis: partim scriptorum vitio, qui propter similitudinem literarum in multis locis aliter scripserunt q̄ habeat veritas textus: partim imperitia aliquorum correctorum, qui in pluribus locis fecerunt puncta vbi non debent fieri: & versus inceperunt vel terminauerunt, vbi non debent incipi & terminari. Et per hoc sententia literæ variatur, vt patebit in suis locis infra prosequendo, domino concedente, partim ex modo translationis nostræ, quæ in multis locis aliter habet, q̄ libri Hebraici: secundum q̄ declarat Hieronymus in libro de hebraicis quæstionibus, & in pluribus aliis locis: & alii expositores sacræ scripturæ legendo vel scribendo idem dicunt: & tamen secundum Hieronymum in secundo prologo super Genesim, & in pluribus aliis locis, pro veritate literæ habenda in scriptura veteris testamenti recurrendū est ad codices Hebræorum. In hoc tamen valde cauendum est, quantum ad locos scripturæ veteris testamenti, qui de deitate Christi ac de consequentibus ad hoc loquuntur. Quorum aliquos Iudæi corruperunt ad defensionem sui erroris, vt partim declarauj in quadam quæstione de diuinitate Christi & declarabo plenius quando loci tales occurrent, domino concedente. In illis autem in quibus non est verisimile q̄ aliquid immutauerint, cum nec causam hoc faciendi habuerint, nullum videtur periculum, sed magis securum, secundum dictum beati Hieronymi in dubijs recurrere ad textum hebraicum, tanq̄ ad originale, pro veritate textus declaranda. ¶ Sciendum etiā q̄ sensus literalis est multum obumbratus, propter modum exponendi cōmuniter traditum ab aliis: qui licet multa bona dixerint, tamen parum tetigerunt literalem sensum: & sensus mysticos intantum multiplicauerunt, q̄ sensus literalis inter tot expositiones mysticas interceptus, partim suffocatur. Item textum in tot particulas diuiserunt, & tot concordantias ad suum propositum induxerunt q̄ intellectum & memoriam in parte confundunt, ab intellectu literalis sensus animum distrahentes. Hæc igitur & similia vitare proponens cum dei adiutorio intendo circa literalem sensum insistere, & paucas valde & breues expositiones mysticas aliquando interponere: licet raro. Similiter intendo non solum dicta doctorū catholicorum, sed etiam hebraicorum, maxime Rabbi Salomonis qui inter doctores hebræos locutus est rationabilius, ad declarationem sensus literalis inducere. Aliqua etiam dicta Hebræorum valde absurda aliquando, licet valde raro interponam: non ad tenendum ea, vel sequendum: sed vt per hæc appareat, quanta cecitas cōtigerit in Iudæi, secundum dictum Pauli apostoli ad Romanos vndecimo: propter quod etiā dictis Hebræorum non est inhærendum, nisi quantum rationi consonant & literæ veritati. Item omissis prologis, à principio Genesis incipiam. Tū quia residuum vitæ meæ non credo ad expositionem totius sacræ scripturæ sufficere, & ideo nolui in exponendis dictis beati Hieronymi: vel alterius cuiuscunq̄ doctoris immorari. Tum quia dicti prologi parum faciunt ad intellectum librorum sequentium, vt mihi videtur. Aliquorum tamen librorum prologos exposui, super quos scripsi, anteqū à libro geneſis inchoarem. Postremo, quia non sum ita peritus in lingua hebraica vel latina, quin in multis possim deficere: iō, protestor q̄ nihil intēdo dicere assertiue, seu determinatiue, nisi q̄tū ad ea quæ manifeste determinata sunt p̄ sacrā scripturā vel ecclesiæ autoritatem, cætera verō omnia accipiantur tanq̄ sola stice, & per modum exercitij dicta. Quapropter omnia dicta & dicenda suppono correctioni sanctæ matris ecclesiæ: ac cuiuslibet sapientis, pium lectorem, & charitatiuum flagitans correctorem. ¶ Veruntamen anteq̄ descendam ad expositionem literæ, præmitto septem regulas exponendi sacram scripturam, quas tangit Isidorus primo libro de summo bono: capite vigesimo. Et vocantur istæ regulæ ab aliquibus claues, quia per eas intellectus scripturæ aperitur in multis. ¶ Prima est de domino Iesu Christo & eiꝰ corpore mystico, quod est ecclesia, quia propter connexionem capitis ad corpus sacra scriptura sub vno contextu quasi sub eadem persona aliquando loquitur de vtroq̄: & de vno transiēs ad aliud, verbi gratia. Esai. sexagesimo primo. d. Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratum

Sensus Literalis necessitas.

Literal sensus obfuscatio vnde acciderit tē Pore moderno.

Literal sensus multū obumbratus est per modernos expositores.

Expositionū extranearū euitatio.

Protestatio scribentis.

Septē regulæ exponēti sacrā scripturā obseruandæ. Prima.

A

tum

A hoc considerandū q̄ nō omnia quę secundū sensum literalē ex sacra scriptura habentur sunt immediata, sic q̄ ex primaria literarū signi ficatione intelligātur, sed requiritur quādoq; additio alicuius veri, ex quo vero adiuncto sensui literali aliud verum deducatur. Sicut cū Christus. Lu. xx. g. ex testimonio literę dicētis, Deus Abrahā, deus Isaac, deus Iacob, concludit contra Saducęos, aliam vitā esse negan tes hominum post prędictē. Sic arguens: Est deus mortuorū vel vi uorū. q. d. cū ex sensu literali habemus de deo q̄ sit deus Abrahā &c̄. Et ratio dictat, q̄ deus dicitur esse deus respectu alicuius existentis in rerum natura. Ergo sequitur q̄ Abraam & Isaac essent in rerum natura quod negabant Saducęi. Constat aūt q̄ hęc cōclusio nō de ducitur ex sensu illius literę: Deus Abrahā deus Isaac &c̄. nisi addatur alia propositio vera supradicta, & sic patet intētū. Et pōt etiā cōtin gere, q̄ talis cōclusio ex vna deductiōe vel ex pluribus successiuis ex sacra litera cōcludatur, sicut cōtingit in scientijs seu artibus humanis liberalibus, q̄ aliquę conclusiones statim à primis principijs natura liter notis deducuntur. Alię verò ex multis medijs inuicem ordina tis, vt est manifestum. Sensus ergo literalis verus qui ex primaria si gnificatione literę cōsurgit, dicendus est primus sensus literalis. Alij verò subsequētes sunt sensus secundarij, quorum certitudo à certi tudine primi sensus dependet, qui sensibus secūdarijs est certior, sicut prima principia naturaliter nota, cæteris ab eis deductis certiora sunt. Quæ quidem cōsideratio attendenda est in multis passibus sa crę scripturę. ¶ Circa quartū scilicet Cum plures sensus de vna au

Qui's litera lis sensus in exponēdo sit prę ferē dus

toritate sacrę scripturę literales traduntur, quis illorum alijs sit prę ferendus: Dicendū q̄ in hoc non videtur q̄ possit dari vnica regu la generalis: Sed sunt quędā circa hoc consideranda præsuppositis his quę supra in articulo primo de sensu literali dicūtur. Primū est, q̄ ille sensus videtur prę ferēdus, cuius sentētia magis innititur ratio ni. Vnde in decretis di. xx. c. decretales: Quo eīm quisq; magis ratiōi innititur, eo maioris autoritatis eius verba esse videtur. Item sensus ille videtur alijs prę ferendus esse, qui magis cōsonat literę. Vnde se cundū Augu. an. in. de doctrina Christiana. Dubia sunt determinā da secūdū sententiā quæ de scripturarū planioribus locis accipitur. Cōstat aūt q̄ planiora loca sunt illa quę planius literę cōsonāt. Item prę ferendus est cęteris paribus sensus literalis qui à sanctis doctoribus traditur, cęteris sensibus ab alijs expositoribus traditis, vnde in decretis ca. allegato. In sacrarū literarū expositionibus sancti docto res summis pōtificibus prę ponūtur, & à fortiori alijs scriptoribus.

B Item vbi duo sensus literę habētur, quorum neuter repugnat eccle się autoritati, nec rectę rationi, vnus tamen traditur à catholicis, & alius ab infidelibus, tunc præferendus est sensus catholicorū: Tum quia magis prę sumēdū est, q̄ illi q̄ in gremio ecclesię sunt, cui Chri stus promisit spiritū veritatis, verū intellectū sacrę scripturę habeāt q̄ infideles qui veritati fidei communiter aduersantur: Tum ne ad hoc detur infidelibus occasio nō credendi, q̄ ipsi melius sacrā scri pturā exponant q̄ catholici. Vnde Leo papa in quadā epistola ad Episcopum Alexandrinū dicit, q̄ inimici crucis Christi factis & ver bis nostris insidiantur, ideo nullam eis vel tenuē occasionē demus. Qua ratione videtur q̄ cum aliqua litera sacrę scripturæ eodē mo do exponitur à catholicis & ab infidelibus, tunc autoritas talis ex positionis attribuēda est catholicis & nō infidelibus ratione prædi cta, præsertim si talis expositio prius emanauit à catholicis: Cuius contrariū reperitur aliquo modo in postilla, sicut patebit. j. Gen. i. vbi quęritur, quare in secūda die non dicitur: Et vidit deus q̄ esset bonū. sicut in alijs diebus: Quia tamē vbi pluralitas sensuū literaliū occurrit raro cōtingit, q̄ vnus prædictorū sensuum cæteris præcel lat secūdū omnia dicta, sed potius vnus illorū sensuū prę cellit vno modo, & alius alio. Idcirco in talibus videtur habere locū illud ad Ro. xiij. a. Vnusquisq; in suo sensu abunder, salua semper sanctorū

An ex quo libet sensu literali pos sit sumi ef ficax argu mentum.

reuerentia & autoritate. ¶ Circa quintū scilicet an ex quolibet sen su literali sacræ scripturæ possit sumi efficax argumentum: Dicen dum q̄ licet à solo sensu literali sacræ scripturæ possit sumi efficax argumentū, vt patet per Augu. vbi supra, non tamen ex quolibet sensu literali sacræ scripturæ sumitur argumentum. Nam cum sint multi textus in sacra scriptura, qui diuersimode etiam à sanctis do ctoribus exponūtur, vt supra articulo tertio, sequitur q̄ ex nullo ta lium sensuum possit sumi efficax argumentum, quia sic argueretur quasi à disiunctiua ad alteram partem. Bene tamē si huiusmodi sen sus diuersi in aliquo concordant, potest sumi inde efficax argumen tum saltem ad hoc in quo concordant, sicut Dan. ix. in computatio ne. lxx. hebdom adarum, vbi licet expositores tam Hebręi q̄ Latī ni diuersimode se habeant, non solum in termino à quo hebdoma dę habent initium, sed etiam in progressu computationis, quia ta men secundum omnes terminus vltimus earum iam longe trāsiuit in præteritum, ideo ex ipsa autoritate argumentum efficax sumi tur ad concludendum Christum iam venisse, vt ibidem patebit. ¶ Ex quibus sequitur q̄ cum sensus literalis sacrę scripturæ in qui busdam

busdam locis non sit idem apud omnes, ideo potest contingere q̄ C
ex aliquo sensu literali, posset sumi argumentum validum contra quosdam, puta cōtra tenentes eundem sensum literalem, ex quo ta men sensu non potest sumi argumentum validum contra alios sci licet tenentes aliam expositionem seu sensum literalem, quę quidem diuersitas sæpius contingit inter nos & infideles. Sunt enim aliqui textus sacræ scripturæ quorū sensus qui est literalis, & verus apud catholicos, non sufficit vt ex eo sumatur efficax argumentum con tra infideles seu hęreticos, sed ex hoc nō tollitur quin talis sensus ca tholicorum sit verus & literalis apud catholicos censendus. Verbi Psal. xxxb.
gratia, cum psalmista dicit: Verbo domini cœli firmati sunt &c̄. Sē sus verus & literalis apud catholicos est, q̄ verbo domini, id est fi lio patris cœli sunt firmati. Quæ quidē expositio apud catholicos est quasi necessaria, etiā consona huic quod dicitur Ioan. j. Et ver bū erat apud deum, & omnia per ipsum id est q̄ verbū facta sunt. Sed ex hoc sensu non sumitur argumentū efficax cōtra infideles, nō recipientes Euangeliū: Illi enim nō cōcedūt aliquā esse distinctionē realem in diuinis, sic vt sit aliqua diuina persona æternaliter proce dens ab alio per modū verbi mentalis. vnde cū dicitur: Verbo do mini cœli firmati sunt. Ipsi dicūt q̄ hic loquitur psalmista more hu mano: Sicut cum de mādato alicuius domini aliqua fiūt, dicitur: q̄ sunt verbo eius facta. Sumitur tamen ex hac autoritate argumentū validū apud fideles circa distinctionem personarū in diuinis prout in primo Sentētiarū, di. ij. Ex quo sequitur q̄ catholic⁹ exponēs istā autoritatē psalmistæ debet eam catholice exponere, non curans an ex ea posset sumi efficax argumentū contra infideles trinitatem ne gantes, an non: quia nō oportet q̄ ex quolibet sensu literali argumē tum sumatur apud omnes, vt iam dictū est. Quod tamē postillator in hoc loco & alijs nōnullis videtur obseruare, vt in suis locis pate bit. Videtur eīm æstimare q̄ non sit sensus literalis, nisi ille à quo su mitur argumentū validū etiā cōtra auersarios, quod tamē nō est sic intelligendū, vt dictū est. ¶ Circa sextū scilicet respondēdo ad prin An sensus literalis prę stantior sit alijs. cipale quęsitū videtur dicendū, q̄ sensus literalis possit cōparari ad alios sensus dupliciter. Vno modo vniuersaliter scilicet respectu to tius sacrę scripturæ in cōmuni. Alio verò mō particulariter scilicet secundū quędā particularia loca sacrę scripturæ. Si primō mō cō parētur & accipiatur sacra scriptura, put est principaliter speculatiua, tunc sensus literalis secundū vnā cōsiderationē est eiusdē dignitatis cū alijs sensibus. Secūdū verò aliā cōsiderationē est cęteris dignior. D
Ad quod sciendū q̄ scientia speculatiua dicit alia dignior ex duo Speculati ua scia di gnior dicit altera dupli citer.
bus. Vno mō ex dignitate materię: Nā vt dicit philosoph⁹ in. xj. de aīalibus. Minimū quod pōt haberi de cognitione rerū altissimarū, desiderabilius est q̄ certissima cognitio, quę habetur de minimis re bus. Et secundū istā considerationē sensus literalis & sensus spiritalis sacrę scripturæ cōiter accepti, eiusdē sunt dignitatis. De eodē enim tractatur, secundū vtrūq; sensum. s. de Deo & de creaturis, prout in deū referātur, prima pte. q. j. Alio verò mō vna scientia dicitur dignior, alia ex certitudine, secundū quā illa scientia dicitur dignior quę certior est, & secundū hanc cōsiderationē manifestū, q̄ sensus li teralis est dignior, cū sit cęteris certior. Tota enim certitudo aliorū Sensus literalis aliorū sensuū sacrę scripturæ à certitudine sensus literalis dependet. Vnde Augustu. de doc. christiana. Nihil est quod occulte in aliquo loco sa crę scripturæ traditur, quod nō alibi manifeste exponatur. Cuius ra tionis fundamentū & certificatio. tio est: Nā spiritalis expositio semp debet habere fulcimētū ab aliqua literali expositiōe sacræ scripturæ, prout in quodlibeto & quęstiōe supra allegatis plene traditur. Si aūt comparetur sensus literalis ad alios sensus secundū quędā particularia loca sacrę scripturæ, sic ma nifestū est q̄ in pluribus locis sensus spiritalis est dignior, ex eo q̄ de altiori materia tractat, sicut cū legitur de Abrahā Gen. xxj. b. q̄ duos filios habuit &c̄. Quod exponitur ab Apostolo, Gal. iiij. allegorice de duobus testamētis, vbi patet q̄ sensus allegoricus ille dignior est q̄ sensus historialis illius literę, & idē patet de multis alijs. Si aūt acci piatur sacra doctrina prout cōprehendit sub se scientiam practicā, tunc etiā sensus literalis & spiritalis duplici mō cōparari possunt scili cet vniuersaliter & particulariter vt dictū est. Si primo modo, tūc sensus literalis & spiritalis eiusdē sunt dignitatis. Illa eīm scientia prā ctica seu ars dignior est, q̄ ad vlteriorē finē ordinat, vt ciuilis milita ri, vt in. j. Ethi. Cōstat aūt q̄ finis vltimus totius sacræ doctrinæ in quantū est practica, siue secundū sensum literalē, siue sec⁹m sensum spiritalem: est vnus & idē scilicet beatitudo æterna. Si aūt cōparētur secūdo mō scilicet sec⁹m particularia loca, tūc manifestū est q̄ in q̄busdā locis sensus spiritalis est dignior, tanq̄ propinquior vltimo fini vt patet in multis præceptis cerimonialibus, sicut cum dicitur Deute. xxv. a. Non ligabis os bouis triturātis in area fruges tuas. Quod ex ponitur ab Apostolo. j. Corin. ix. spiritaliter ostendēs q̄ sensus præ cepti illius literalis modicæ vtilitatis est, de quo dicit. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vtiq; dicit? & sic de multis alijs. Sunt etiam aliæ considerationes quibus sensus literalis præmi net sen-

Additiones circa prologos.

net sensibus spiritualibus: Quarum vna est ex parte extẽsionis. Sensus enim literalis extendit se ad quamlibet particulam sacræ scripturæ, quilibet enim passus sacræ scripturæ habet aliquem sensum literalem. Sensus verò spirituales non se extendunt ad totam sacram scripturam, prout patet ex dictis in secundo articulo. ¶Alia verò consideratio est ex parte vniuersalitatis. Sensus enim literalis communior est seu vniuersalior, quia etiam rudes qui ad intelligibilia capienda non sunt idonei, per sensum literalem capiunt spiritualia, saltem sub similitudinibus corporalibus, prout in prima parte. q. primæ arti. ix. Constat autem prout in. j. Ethico. cp Bonum quanto vniuersalius tanto diuinius. ¶Ex hac igitur triplici consideratione, qua sensus literalis cæteris sensibus simpliciter comparatus est dignior, potest quodlibet accipi triplex ratio ad comendationem huius postillæ scilicet magistri Nicolai. ¶Prima est ex parte sensus literalis qui cæteris modo prædicto est dignior. Hæc enim postilla inter alias quæ in communem vsum veniunt magis intendit literalem sensum, cæteris sensibus prætermissis seu valde modicum tactis, vt ipse dicit in prologo. ¶Secunda ratio ex parte suæ extensionis. Fuerunt enim aliquæ postillæ solennes de certis seu singularibus libris diuinæ scripturæ, quæ se non extenderunt ad omnes libros: Hæc verò se extendit ad vtrumq; testamentum nihil inde prætermittens. ¶Tertia verò ratio ex parte suæ vniuersalitatis seu communitatis. Hæc enim postilla saltem in his partibus Hispaniæ, & vt credo Galliæ communior est cæteris citra glosam ordinariam. Ad istam enim recurrunt non solum Theologi, sed etiam iuristæ, & alij intellectum sacræ scripturæ planum habere desiderantes. ¶Sed licet ex prædictis tribus hæc postilla simpliciter est commendanda, sunt tamen alia tria quibus videtur saltem in aliquibus locis minus sufficere. ¶Primum, quia expositiones sanctorum in pluribus locis irrationabiliter videtur posiponere propriæ expositioni, & quandoq; etiam expositionibus Hebræorum, quod est inconueniẽs, vt dictum fuit in quarto articulo supradicto. Inter quos sanctos doctores pluries videtur impugnare irrationabiliter sanctum Thomam quandoq; expresse, quandoq; tacite, cuius sancti doctoris eloquia firmiter credo esse igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata: A quo etiam sancto doctore ipse postillator multa frequenter accipit, licet eum non
F alleget nisi solum reprehendendo. ¶Secundum, quia in litera hebraica ad quam pluries recurrit, non videtur fuisse sufficienter eruditus, quasi illã in pueritia didicisset, sed de illa videtur habuisse noticiam quasi ab alijs in ætate adulta mendicato suffragio acquisitam. Quod multum refert in pluribus sacræ scripturæ passibus, vt in sui locis patebit. ¶Tertiũ, quia vt ipse dicit in secũdo prologo inter doctores hebraicos maxime inducit Ra. Sa. qui inter eos rationabilius ad declarationem sensus literalis vt asserit fuit locutus, cuius oppositum est manifestum apud hebræos. Qui licet ipsum Ra. Sa. reputent solennem doctorem in thalmudicis, non tamen in his quæ pertinent ad fidei & sacræ scripturæ expositionem, sed potius inter eos reputantur maiores seu solenniores in huiusmodi expositionibus, quidam alij vt Ra. Moy. Aegyptꝰ, & Rab. Moy. Gerunden. & Rabbi Abenhazra, & alij prout iam videbitur. ¶Vt igitur prædicta & quædam alia magis dilucescant, quod valde vtile putatur, cõsiderans vniuersalitatem huius postillæ ad quam etiam infidles quandoq; recurrunt, & multoties non vt discant, sed potius vt reprehendant. Nam vt dicit magister in prologo. Dissentiẽtibus volũtarum motibus, dissentiens quoq; fit animorum sensus, cogitaui ex zelo diuinæ veritatis illam transcurrere, & vbi iuxta modum imbecillitatis meę aliquid visum fuerit additione egere, in marginibus superaddere, postillamq; ipsam cum additionibus tibi, vt in præfatione dicebam, donare. Non tamen me putes vt corrigentem seu temerarie asserentẽ, quod absit, sed simpliciter tibi alijsq; si hoc legerint proponentem, diffinitionem tamen eorum quę per me dicuntur, & ad probationem seu reprobationem humiliter & deuote relinquo determinationi sacrosanctæ matris ecclesiæ & cuiuscunq; melius sentientis. Cum autem aliquam additionem huiusmodi legere volueris, oportet vt prius videas sententiam postillæ in eodem passu ad plenum, nam quælibet additio sententiam postillatoris in eodem loco supponit præintelligendam. Nec ignoro cp non omnibus, scilicet qui forsam legerint hoc placebit opusculum, sed formido, vt iuxta Bernardum loquar, me ob hãc rem multorum fore indignationi obnoxium, & cp aliquando superfluus, aliquando iudicabor præsumptor. Sed quia non vt nouus expositor ausus fuerim mittere manum, nec quicq; post patres quod sit contra patres, quinimmo pro patribus vt arbitror scripsi, sed potius modicum hoc quod videbis plano modo tradidi, profundorum mysteria pertionibus relinquẽdo. Cessat vt æstimo præsumptionis reatus. Superfluitatis etiam vitium incurrere me non credo, cum non tam intendissem sacram exponere literam, quod iam multi maiorum nostrorum fecerunt, cq; de eadem loquẽdo sumere occasionem: Tum vt senescentis ętatis meę deuotionem excitarem: Tum vt te ad studia nostra monendo in aliquo adiuuarem: Tum etiam quia tecum loqui delectabar, hanc materiam latius vtiliusq; inter colloquendum honestam vtilemq; putaui. Si quid tamen superfluitatis pręsumptiõis ve, & si ego nõ sentio, tu forsan repereris. Solent enim nonnunq; aliqua vitia prętertim spiritualia à suis possessoribus ignorari, quæ infinita clementia saluator dignetur ignoscere, tu verò tolera patienter, zelum potius cq; effectũ considerans. ¶Nunc autem ad quæstionem propositam veniamus respõdẽdo ad argumenta. ¶Ad primum dicendum, cp Apostolus cum dicit, Litera occidit, spiritus autem viuificat, non intendit distinguere inter sensum literalem & spiritualem de quibus hic agitur, sed inter legem veterem quæ fuerat data in literis scriptis scilicet in tabulis decalogi & in libris Mosaicę legis, & inter legem nouam quę fuit data in spiritu scilicet in cordibus prout fuit prophetatum Hiere. xxxj. Vnde lex vetus dicitur lex literæ, & lex noua, lex spiritus. Et quia testamentum vetus cognitionem peccati dabat, ex qua augebatur cõ cupiscentia occasionaliter ex malicia humana, quæ semper nititur in vetitum, non autem dabat gratiam qua homo adiuuaretur ad implenda diuina præcepta. Idcirco dicit: Litera occidit scilicet, lex literæ quę occasionaliter occidit modo prędicto: Sed lex noua quæ lex spiritus dicitur, viuificat, inquantum est lex gratiæ qua homo adiuuatur ad implenda diuina præcepta. ¶Ad secundum dicendum, cp per sensum literalem non solum habetur historia tantum scilicet rerum gestarũ, sed etiam quę sunt agenda vt patet ex pręceptis charitatis, in quibus secũdum doctrinam Christi tota lex pendet. Similiter per sensum literalem habentur quę sunt credenda, vt de veritate dei: Deutero. vj. c. Audi Israel deus tuus vnus est. Et de Trinitate personarum, vt Matth. xxviij. d. Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti, & sic de alijs, ad fidem & spem pertinẽtibus, vnde secũdum Thom. prima parte. q. j. arti. vltiam respõnsione ad primum argu. Nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarii, quod scriptura per literalem sensum alicubi manifeste non tradat. Et est sententia Augustini, de doctrina Christiana. Hæc ille: Vnde ex hoc cp in quibusdam locis sacræ scripturæ sensus literalis solum gesta docet. Non sequitur simpliciter cp per sensum literalẽ non habeantur ea quę sunt de necessitate salutis credenda, agenda, & sperãda. ¶Ad tertium dicendum cp fundamentum in spiritualibus sæpe dicitur esse nobilius seu dignius cq; ædificium. Christus enim qui ex cteris suppositis ecclesiæ incomparabiliter dignior existit, fundamentum dicitur. Vnde. j. Corin. iij. c. Fundamentum aliud nemo potest ponere pręter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quod dicitur secundum similitudinem. Nam sicut fundamentum in corporalibus sustinet ædificium & est prius eo, & ipso deficiente ędificiũ tẽdit in ruinam, sic in ędificio spirituali Christus sustinet totũ corpus ecclesię, & est prior eo dignitate & causalitate, sine quo ędificium ecclesiasticum euacuaretur. Similiter suo modo dicendũ est de sensu literali scilicet cp est fundamentum, scilicet respectu aliorum sensuũ secundũ quandam similitudinẽ. Nam sicut in edificio corporali fundamento sublato ędificium tendit in ruinam, sic totus sensus spiritualis sacrę scripturæ rueret sensu literali totaliter sublato, cum sensus spiritualis de his quę ad salutem pertinent fundari habeat in sensu literali, vt dictum est. ¶Ad quartum dicendum, cp in sacra scriptura multa traduntur parabolice seu metaphorice scilicet sub similitudine rerum corporalium. Et hoc propter duo. Primò propter necessitatem. Secundò propter vtilitatem. Quia enim debilitas cognitionis nostræ quæ à sensu habet initium, diuina intelligere nõ potest, nisi varietate sacrorum velaminum circunuelata secundum Diony. in. j. de ecclesi hierar. Idcirco necesse est cp sub talibus similitudinibus diuina nobis tradantur. In quo etiam est quædam vtilitas scilicet rudes qui ad capienda intelligibilia non sunt idonei, saltem sub similitudinibus corporalibus spiritualia proponantur. Vnde saluator Matth. xiij. a. postq; proposuit similitudinem, dicẽs: Exijt qui seminat &c. postea discipulis ait: Vobis datum est nosse mysterium regni, cæteris autem in parabolis &c. Vnde secundum Tho. in prima parte. q. j. articu. vlti. in responsione ad tertium argumẽ. In talibus parabolicis locutionibus seu metaphoricis sensus parabolicus sub literali sensu continetur. Cuius ratio est. Nam per voces significatur aliquid proprie, aliquid figuratiue, nec in talibus est sensus literalis ipsa figura, sed illud quod est figuratum. Non ergo cum scriptura nominat dei brachium, est literalis sensus, quasi in deo sit membrum huiusmodi corporale, sed illud quod per membrũ significatur scilicet virtus operatiua. Et idem dicendũ est cum dicitur deum descendere & hmõi, scilicet cp non est sensus literalis, cp deus moueatur aliquo mõ, sed cp ad modũ descẽdentis operetur prouidentiã suã rebus inferioribus applicãdo, & sic patet cp sensus literalis sacrę scripturę ex talibus locutionibus nunq; põt subesse falsum.

Postillæ recommẽdatio ex tribꝰ.

Postillæ famosa diuulgatio.

Postillæ insufficientia ex tribus.

Postillę suppletio per Burgẽsem Addi.

Additionũ legendi modus.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Respõsio ad argumẽta.

Sol. prima 2. Corij. b.

A sum. ¶ Ad quintū sciendū, ꝙ si liber sacræ scripturæ de quo Ezechielis.ij. & Apoca.v. dicatur, scriptus foris ratione sensus literalis Quintum. qui dicitur esse potētior, eo ꝙ per voces immediate significatur, & dicat scriptus intus propter sensum mysticū, seu sensum spūalem q est latētior, nō tamē ex hoc sequtur ꝙ sensus literalis, sit minoris dignitatis vniuersaliter, sed solū particulariter scilicet in illis locis seu passibus sacrę scripturę in qbus cōcurrunt duo sensus, vnus scilicet spiritualis qui de altiori materia tractat seu vtiliori, & alius literalis qui tractat de rebus gestis, quæ sunt minoris dignitatis, vt dictū fuit supra. Sed ex hac consideratione habetur ꝙ sensus literalis sim pliciter loquendo sit dignior, eo ꝙ eius notitia se extendit non solum ad sapientes qui mystica intelligunt, sed etiam ad rudes, iuxta illud Roma.j.b. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Ex quo manifeste sensus sacræ scripturæ dicitur scriptus intus & foris, etiā secundū sensum literalē tantū. Nam vt deductū fuit in tertio articulo huius quæstionis de his quæ pertinent, ad sensum literalē quę Sextum. dam sunt intimiora q̄ alia. ¶ Ad sextū dicendū, ꝙ sicut studiū humanarū scientiarū incipit à principijs naturaliter notis, sic studium sacræ scripturæ recte ordinatum incipit ab articulis fidei diuinitus in sacra scriptura reuelatis, qui fundantur in sensu literali sacræ scripturæ. Ex quibus articulis vna cum alijs in sacra scriptura traditis seu per verā & rectā rationē inuentis proceditur ad aliqua alia probanda, sicut Apostolus.j.Corin.xv. ex resurrectione Christi arguit resurrectionē cōmunem, & p istū processum deuenitur ad omnia quæ in sacra thæologia veraciter traduntur, quę oia reducūtur ad sensum literalē ipsius sacræ scripturæ, vt dictū est. Ex quo patet ꝙ studiū sacræ scripturæ incipit ab intellectu sensus literalis ipsius primariæ sumpto, & terminatur in his quę in eadē sacra scriptura traduntur vel deducūtur ex eis modo prędicto. Cætera aūt quæ ad sensum spiritualē ptinent fundari habēt in prędictis, vt dictū est. Ex qbus patet excellētia sensus literalis inquantū in eo includūtur circa cognitionē diuinā quę est p fidē, tam illa quę se habēt in alijs scibilibus vt intellectus.s. prima principia, q̄s illa quę se habēt vt scibilia scilicet quę deducūtur à principijs, ꝙ etiā illa quę sunt de summis causis rerum quę ptinēt ad sapientiā, vt in.ij. Ethic. Illud aūt qđ dicit Apostolus Ro.i.c. Inuisibilia dei à creatura mūdi per ea quæ sunt facta intellecta cōspiciuntur, proprie intelligitur de his quę cognoscuntur de deo per creaturas, vt philosophi cognouerūt. vnde ibidem Septimū. dicit. Quod notū est dei, manifestū est illis &c. ¶ Ad septimum dicendum, ꝙ ex illa autoritate Grego. non est intelligendū scilicet ꝙ B sensus literalis sacrę scripturæ scilicet qui ab autore intenditur deficiat in aliquo loco, vt vel falsum includat, vel aliqđ penitus inutile. Primū enim esset infirmare totam autoritatē sacræ scripturæ, vt Augu. dicit. Secundū cōtra apostolū sic dicentē, Quæcunq; scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt. Sed quia sensus literalis acceptus à significatione qua voces significāt res quādoq; deficit, in tali casu dicit Grego. ꝙ redeundū est ad significationē qua res p voces significatæ aliud vlterius significāt, qđ pertinet ad mysticā expositionē. Et in talibus sensus literalis principaliter intellectus ab autore, nō est ille qui p significationē vocū primariæ intelligitur, sed potius ille qui vlterius p significationem rerum p voces significatarū habetur. Contingit aūt hoc in sacra scriptura multipliciter. Primō in locutionibus parabolicis, vt dictum fuit in rēsponsione ad quartum argumentū. Item cum scriptura loquēs de vnō ad literā transit ad aliud cuius est figura, vt patet in prima regula & vltima beati Isidori, quæ ponūtur in secūdo prologo huius postillæ. Item cū aliqua historia secundū significationē vocū tantūmō intellecta non inducit aliquā instructionē in fide seu in moribꝰ vtilitatē, neq; etiā inducit ad aliquā honestatē in cōuersatione humana, sed potius videtur aliquam speciem mali inducere seu approbare, & ideo in tali historia requirēdus, est necessario, sensus secundū mysticā significationē accōmodus & vtilis ad aliquid prædictorū. Iuxta illud Esa. xlvij.c. Ego dominꝰ docēs te vtilia. Et hoc insinuāt verba Grego. in prædicta autoritate cum dicit. Cum ordo historiæ deficit. Historia em̄ sacra ordinat ad nostrā doctrinā. Cū aūt in hoc sēm significationē vocū deficiat, cōstat ꝙ ordo historiæ deficit, & sic sine dubitatione, redeundum est ad spiritualē sensum modo prædicto, qui in talibus habendus est pro literali. Cuius exemplum haberur. in.Regum.j.a. in historia de Abisac adducta ad Dauid in senectute sua, prout Hiero. ibidem notabiliter exponit, vide ibi in additione secunda. Qui quidem defectus in sensu accepto secundū significationē vocū tantū sæpe contingit in sacra scriptura modo prædicto. Vnde in talibus locis recurrendum est ad autoritatem beati Grego. supradictam, quæ valde attendenda est.

Copia cuiusdam literæ, quæ contra determinationem prædictæ quæstionis à quodam magistro in sacra pagina de ordine minorum, autori additionum fuit missa.

ALME PRAESVL, vt C alter Symeon annosus famosus studio diuinę legis, tuā emeritā senectutē obtulisti quasi sacrificiū vespertinū, in quo forsan rēsponsum accepisti à Spūsancto, non videre mortē nisi prius additionibus declaratiuis declarationes literales vtriusq; testamēti elucidares, quasi in te esset vena vitę & in lumine tuo lumē illius videretur, idcirco tibi laus & honor in ecclesia sanctorū, sacrā scripturā elucidantibus est cōcessus. Et quoniā alme præsul, apex & pastor, speculū & agalma luciforme procemialiter itroductio tui operis, Additiōes nominati, ad manus mei pauperis fratris minoris suspirātis fama primō, se cūdo scriptura puenit. In quo cernēs mētis tuæ rectitudinē cōplanatā ramusculo bonæ naturæ legis: quanta interserit Paulus de the saurizandis patribus filijs, nec minus terminū quęstiōis qua quęrit tua ingeniosa solertia dignitatē literalis intelligētiæ abūdare alijs sacrę scripturę sensibus. Pro cuiꝰ parte cōtra: octo ratiōibus Achilleis fundamentū firmitatis quęstionatæ veritatis agitasti. Non modicū firmitatē eiusdem solidando, in eo honoris virtuti debiti decisionē assignādo sub numero senario. In quibus oībus & si magna exubera vtilitas, attamē non ingeniosa subtilitas mentē reficit eleuatā, nō saciat tuæ quæstionis determinatio affirmatiua cū sua solidatio potius oppositū concludat. Quoniā sicut adoratio imaginis nō propter imaginē, sed imaginatū fit, sic reuerētia & honor literæ ꝓpter spiritū: & propter quod vnūquodq; & illud potius. Honor enim & reuerētia trālit in prototypum. Non vrna aurea mānate plena, virga & tabulæ propter arcā fœderis, sed arca propter talia reuerēda erat. Quid interiora nisi spiritualis intelligentia: Quid arca nisi litera prospectatur: Quòd ad hoc distinctius Ezechielica visio manifestat, cū pulchrius ista depingit sub metaphora rotæ in medio rotę. Rota in medio rotæ, litera gratiæ in litera legis, quibus nō concedit vitā, sed spirituali intelligiētiæ, cum subiūgit: Et ipūs vitæ erat in rotis. Hæc em̄ est vera vita, quā verbū vitæ cęcitati iudaicæ prędicauit, cum dixit: Scrutamini scripturas &c. Non satiat etiam primū D decisiōis, nec secundū, nec tertiū, nec quartū, nec quintū, imo nec sextum, vbi agitur de cōparatione sensus literalis ad mysticū sensum, inter quos cōparatio, non est possibilis propter gradus diuersarū specierū, extra quod non cōtingit cōparatio propter intēsionē gradualē specificæ naturæ. Quare ex his dependenter fallit motiuū triplicis cōsiderationis, qua sensus literalis alijs sensibus simpliciter cōparatus est dignior, scilicet ex parte extētionis. Fallit istud cū cuncta sacra eloquia plena sint dominicis sacramentis. Hanc longiorē extēsionē spiritus literā cognouit Paulus cū dixit: Omnia in figura illis contingebāt, non solū scripta, sed etiā quocunq; mō alio tradita. Et propter hoc etiā fallit secundū, videlicet ex parte vniuersalitatis, qm̄ quāto aliquid vniuersalius, tanto cōicabilius. Sēsus aūt literalis propter suā limitationē per doctores famosos, & signāter ꝓ doctorem irrefragabilē est incōicabilis. Non em̄ dituditur, sed bene mysticus multiplicatur. Et ponā multiplicationē doctoris, qm̄ inquit: aut refert mores aut fidē. Primō mō tropologicus, secūdō modo dupliciter, qm̄ vel fidem deitatis vel humanitatis. Si deitatis, anagogicus, si humanitatis, allegoricus. Tertiū aūt etiam fallit: quoniā dignitas istorum sensuū attenditur penes maiorē vtilitatē, quę cōsequitur maiorē certitudinē quantū est ex se. Non em̄ certitudo spūalis intelligentiæ est speculationis, sicut literalis intelligētiæ, sed est certitudo experientiæ & sēm affectū, & per modū gustus: ꝓ spirationē & testimoniū spiritussancti. Ex qbus nō cōsurgit ratio cōmendatiōis postillæ doctoris Nicolai, sed cōfidendo de tui benigna conditione, cui me deuote cōmendo, æstimo rationē suæ cōmendationis cōsurgere ex oppositis adiectiuis, qbus Nicolaū tam immerite reprehendere niteris. Cōmendatur em̄ quis ex proprio opere, quare sententias doctorū postposuit quasi imptinētes, & liquidē ptinentes vt autorizaret opus suū ecclesiæ doctoribus à qua nō deuiauit. Nec probas, ꝙ dicis verba sancti Tho. esse igne charitatis examinata, cum in pluribus suis determinationibus sint impugnata per plures ingeniosos Theologos viros admirabiles, q si in corpore vel extra corpus scripserint, deus scit. Cōmendatur secūdo, & si nō à proprietate sermonis hebraici, quē non in hæte suxit, sed à veritate sententię, circa quā nō errauit immiscēdo illā habitui theologico qui illū hausit. Cōmēdatur tertio in eo, ꝙ inter oēs doctores hebraicos Ra. Sa. elegit, quoniā inter oēs illū meliorē theologū inuenit. Ista sic indigesta tuæ digestę prudētiæ alme præsul scribo calamo breuissimo, cōmendās tuæ ingeniosæ scientiæ defectus calami ignar, attamē deo teste tibi nūc plusq; viuēti in seculo afficior, cū inter mortales sis nūc virtuosior, & tui reuerētia esset mihi opus tuū assiduā diligētia si occurrisset mihi sua presentia. Viue cū gīa, vt viuas semp in gloria.

Sensus literalis alijs dignior.

Commendatiōis causæ vnde & quando sumēdę sunt.

Copia

Responsiones Burgensis.

Copia responsionis ad prædictam epistolam.

VENERANDAE religionis vir, frater & amice charissime, literas tuas me recepisse recognosco, in quarũ exordio me alterũ Symeonẽ vocas, cui in nullo me crẽdo assimilari, nisi forte in senecta vtinam vberi. Sed illarũ processu aliqualiter conspecto, te potius vocaræ possem, alterũ Samaritanum. Oleum enim laudis cum vino reprehensionis artificiose satis attu listi. De vtraq; autẽ materia plusq; casus requireret credo te attulisse. Non enim talẽ ac tantum me sentio, qualẽ me scripsisti, nec dicta mea de quibus agitur, inquantum ingenij mei modulus intelligere valet reprehensione tua, cõdigna reperio. Si tamẽ sunt libẽter correctionẽ recipiam. Non enim vanij nomen acquirere, sed veritatem inquirere, propositi mei est. Sed p hoc latius discurrẽdo, quãtum ad primũ, tuum benivolij erga personã meam affectũ à quo hmõi oleum emanasse cõcerno, gratũ habeo, & gratiarũ retributio ne æstimo esse cõdignũ. De secũdo verò amplector libẽter effectũ. Ferrũ em̃ ferro acuitur, & contrariorũ solutionibus veritas magis elucescit. Decreui aũt per singula argumẽta tua discurrere, & omni rhetorũ flore deposito verbis planis quibus in scientiarũ inuestigationibus vti solemus, singulis prout mihi videbit respõdere, obiectiua verba tua in locis suis repetẽdo, vt omni cõfusione semota: singulorũ veritas aptius innotescat. ¶ Dicis em̃ primò de quæstiõe mea in generali sic: In qbus oibus & si magna exuberat vtilitas attamen nõ ingeniosa subtilitas mentẽ reficit eleuatã. ¶ Circa qđ non modicũ de tua discretione admiror, verba em̃ quę in sacrę scripturæ expositiõibus magnã exuberãt vtilitatẽ, quid si nõ reficiant mẽtẽ eleuatã? Quidã em̃ prophetarũ scripsit: Ego dñs docens te vtilia. Esa.48.c. Vnde nõ dixit subtilia seu ingeniosa, talia em̃ quę vt dicit mẽtẽ eleuatã reficiũt, si contra vtilia distinguãtur, potius ptinere videtur ad alta sapere q̃s ad sobrietatẽ. ¶ Consequẽter dicis q̃ nõ satiat me quæstionis determinatio affirmatiua &c̃. Ex quo videt q̃ non vidisti, vel forte nõ attente cõsiderasti determinationẽ meã specialiter in sexto articulo respõsali, vbi manifeste habetur q̃ decisio seu determinatio mea nõ fuit affirmatiua simpliciter, sed distinctiua. Sũt em̃ ibi tres distinctiões, secundũ quarũ vnã sensus literalis pręeminet, secundũ aliã verò est equalis dignitatis, & secundũ aliã etiã minoris dignitatis q̃s sensus spiritualis. Philoso.j. poste. ¶ Consequẽter dicis q̃ reuerẽtia & honor literæ est ꝓpter spiritũ, quia ꝓpter quod vnũquodq; F & illud magis. Ex quo conaris cõcludere q̃ sensus literalis honoratur propter spũalem. Ad qđ deducis exẽplũ de arca fœderis cui honor debebat ꝓpter cõtenta in ea: & nõ ecõtra. Frater mi charissime mihi videt te hic iuoluisse sentẽtias. Si em̃ p hoc q̃ dicis litera, itelligis characteres in tabulis exp̃ssos, & p spiritũ intelligis sensum p eos signatũ, vtiq; conceditur tibi: sed nihil facit cõtra me argumẽtatio. Nã sensus literalis est qui primò p literã intelligitur, & ei debet honor, potius q̃s literę materiali. Si autem p hoc q̃ dicis litera, intelligens sensum literalẽ, & p spiritũ sensum mysticũ seu spũalem, sic distinguendũ est. Nã in quibusdã locis sacræ scripturæ, vt in hystoriis veteris testamẽti seu cerimonialib9 & hmõi, dignior est sensus mysticus q̃s literalis, vt in sexto articulo respõsali quæstionis prædict̃ę fuit ostẽsum, & in talibus põt habere locũ exemplũ prędictũ de arca fœderis. In alijs verò locis vbi sensus literalis solus sed'm Augustinquiritur, exẽplum prędictũ nullũ videt habere locũ, vt patet in materia ꝓpria de qua loqueris. In tabulis em̃ testamenti quæ in arca fœderis cõcludebant, nihil aliud cõtinebatur nisi præcepta decalogi, quę quidẽ præcepta nõ exponũtur principaliter seu cõiter, nisi, secundũ sensum literalẽ, ad quem oẽs expositiones eorũ quantumcunq; multiplices reducũtur. Ezechi.1.d. ¶ Consequenter deducis visionẽ Ezechielis de rota in medio rotæ ad tuum propositũ ostendendũ, quod manifeste videtur nõ valere. Si enim hanc visionẽ allegas secundũ literalẽ sensum, interroga magistrũ Nicolaum, qui literalẽ sensum maxime sequitur, & dicet tibi q̃ per quaternariũ numerũ animaliũ & rotarum in visiõe Ezechielis, intelligitur quaternarius regnorũ succedentiũ, scilicet Chaldæorum, Persarũ, Græcorum, & Romanorũ, & sic autoritas tua secundũ literalẽ sensum nihil facit cõtra me. Si autẽ eam allegas secũdũ sensum mysticũ seu spiritualẽ, vide Gregꝰ. qui hanc visionẽ in Homel. suis super Ezechielem ęleganter exposuit, qui rotã in medio rotæ nouum testamentũ in medio veteris exposuit. Constat autẽ q̃ in vtroq; testamẽto & p cõsequẽs in vtraq; rota inuenitur sensus literalis & spũalis. Sed dicis licet in vtroq; testamẽto inuenitur sensus literalis & spũalis, vita tamen nõ cõceditur nisi spũali intelligẽtię, cũ subditur: Et spũs vitæ erat in rotis. Audi rogo si per spũalem intelligentiã solũ intellige res spiritualẽ sensum seu mysticũ excluso sensu literali, manifeste deuiares à veritate sacræ doctrinæ. ¶ Constat enim q̃ omnia quæ de necessitate salutis traduntur credenda seu agenda in sacra scriptura, sub sensu literali reperiuntur. Mysterium enim summæ Trinitatis & vnitatis: quod inter credenda summum tenet locum: in autoritatibus sacræ scripturæ secundum sensum literalem intellectis fundatur. vnde Augustinus tractans de ordine seruando cum de trinitate agitur in. iij. lib. de trinitate sic dicit: primo contra autoritates sacrarum scripturarum: vtrum fides ita se habeat demonstrandũ est: deinde aduersus garrulos &c. ¶ Constat autem q̃ autoritates sacrarum scripturarum: quæ nos obligant ad credendũ in mysterium sanctæ trinitatis sunt illæ: quæ secundum sensum literalem hoc dicunt: Tantũmodo enim à talibus sumitur efficax argumentũ secundum eundem Augusti. de doctrina Christiana. Vnde omnia testimonia quæ à magistro in. j. di. ij. ad hoc mysterium fundãdum deducuntur, intelliguntur secundũ sensum literalẽ: vt ibidẽ patet. De mysterio autẽ incarnationis verbi patet, in cuius agnitione vita æterna consistit. vnde: Hęc est vita æterna vt cognoscãt te deum: & Ioan.17.a quẽ misisti filium tuũ &c. manifestũ est q̃ omnia circa hoc de necessitate salutis credenda, in sensu literali principaliter traduntur: vt Ioan.1.a. cum de incarnatione dicitur: Verbũ caro factum est. quod secundũ sensum literalem incarnationem veram significat. De morte dicitur: Clamans voce magna expirauit. & sic de alijs circa humanitatẽ Christi credendis: quæ omnia in sensu literali inueniuntur. Idem de creatione mundi & alijs articulis fidei, qui nobis proponuntur credendi: qui omnes sub sensu literali inueniuntur, & ideo habet vim obligatoriam, vt dictum est. De his verò quæ agenda sunt de necessitate salutis solum accipio illa duo manifestatin quibus tota lex pendet & prophetæ, secundum testimonium saluatoris, scilicet: Diliges Matthæi 22.d. dominum deum tuũ ex toto corde &c. Et: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Ista enim mandata non habent nisi sensum literalem. Non enim in hoc loco res significatæ per hanc vocẽ deus, seu per hanc vocem proximũ, & per hanc vocẽ diliges, vlterius alias res significãt, à quibus rebus sic significatis sensus alius accipiatur: vt est manifestum. Et attende q̃ non solum prædicta quæ de necessitate salutis sunt agenda: sed etiã illa quæ ad statũ perfectionis pertinent: & vt consilia dantur habentur per sensum literalẽ. vt cum dicitur: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Mat.19.c. In quibus verbis secundum sensum literalem intellectis includuntur omnia illa quæ ad statum perfectionis pertinent, vt est manifestum. Item doctrina sacramentorum ecclesiæ quibus gratia iustificans datur seu ꝓtegetur: Quæro per quem sensum datur nobis H in scripturis? Per literalẽ seu mysticum? Non est dubitabile q̃ per literalẽ. Cum enim dicitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Mar.16.d. secundum sensum literalem institutio sacramenti baptismi intelligitur. Similiter cum dicitur: Caro mea verè est cibus, & qui manducat meam carnem &c. secundum sensum literalem dictorum huius Ioan.6.f. modi habetur virtus seu efficacia sacramenti eucharistiæ. Similiter per sensum literalem huiusmodi dicti. Confitemini alterutrũ pecca Iaco.5.d. ta vestra. Sacramentum pœnitentiæ intelligimus. Quis ergo sanæ mentis audeat dicere, q̃ in sensu literali non est spiritus vitæ, cum in eo omnia credenda & agenda ad vitam spiritualem pertinentia tradantur? Sed forte diceres, q̃ omnia prædicta etiam habentur in sensu mystico. Nam per sensum allegoricum habentur ea quæ sunt credenda, & per tropologicum quæ sunt agenda. ¶ Ad quod dicendum q̃ nihil sub sensu spirituali continetur fidei vel moribus necessarium, quod scriptura alicubi per literalem sensum manifeste non tradat. Vnde Augustinus ad Vincentium donatistam. Quis autem non imprudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se adducere, nisi habeat etiam manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur obscura? Sed vlterius de sensu mystico videris dicere sic: Hæc enim est vera vita, quam verbum vitæ cæcitati iu- Ioan.5.f. daicę prędicauit, cum dixit: Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitam æternã habere: per hęc tua verba sentio te æstimare, q̃ per scrutinium scripturarum à Christo præceptum iudęis, intelligitur eis mandare vt de sacris literis educerent seu extraherent sensum spiritualem seu mysticum, quod salua pace dixerim nullam continet veritatem. Audeo enim tibi frater dicere: Scrutare omnia sacra Euangelia dei; & nunq̃ reperies Christum allegasse aliquam autoritatem sacræ scripturæ vel discipulis erudiendis, aut Iudæis contradicentibus, seu etiam diabolo tentanti, nisi sub sensu literali intellectam. Vnde & magister Nicolaus hoc recte considerans in tota postilla sua veteris testamenti, vbi occurrit aliquis textus allegatus in nouo à Christo & à discipulis semper exponit eum secundum sensum literalem, intantum q̃ etiam vel illud Psalmistæ. La- Psal.117.c. pidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. exponit intelligendum esse secundum sensum literalem de Christo, eo q̃ christus Iudæis illum textum de seipso allegauit. Similiter omnes autoritates veteri testamento quas Apostolus allegat ad Hebre. j. ad probandam diuinitatem Christi, & alia eius mysteria

A steria conatur eos reducere ad sensum literalē quātumcūq; prima facie habeant aliā apparentiā: quod est necessariū ad hoc qd' sint efficaces ad cōcludendū intentū: & sic in alijs quibuscūq; locis tius postillæ. Ex quo cōcludit cōtra te, Ipsos em̄ sensus mādabat Christus scrutari: de quibus ipse quotidie docebat, prædicabat, seu disputabat: qui sunt tantūmodo literales: vt dictū est: & ideo illud verbum Christi, Scrutamini scripturas, quod pro te allegas secūdum magistrū prædictum, exponitur de mysterijs Christi, q̄ in sacris scripturis secūdū sensum literalē intellectis reperiuntur. Dicit em̄ super prædicto verbo, scilicet: Scrutamini scripturas. Io an. v. f. Sic scriptura veteris testamenti designat tempus aduentus eius: Gen̄. penul. b. Nō auferetur sceptrū de Iuda &c. & Danie. ix. vbi determinatur aduentus sancti sanctorum sub numero certo hebdomadarum. Determinat etiā locum natiuitatis Mich. v. a. Et tu Bethleem. Determinat etiam modum nascendi Esa. vij. Ecce virgo concipiet. Et modum conuersandi Zachar. ix. b. Ecce rex tuus venit tibi. Et modum moriendi Esa. liij. c. Sicut ouis ad occisionem ducetur &c. Et breuiter omnia Christi mysteria in veteri testamento inueniūtur expressa & in Christo cōpleta. Hæc ille. Constat aūt omnes auctoritates prædictæ alegatæ per postillatorem secūdū sensum literalē prædicta mysteria significant. Et sic patet q̄ cū dicitur: Scrutamini scripturas, referendū est ad sensum literalem: quod est intentū. ¶ Sed fortē dices, q̄ sensus literalis nō indiget scrutinio. cū ex significatis per vocem accipitur, & sic statim offert se intellectui. i. cū modico scrutinio seu rationis indagine. vnde de hoc superfluum videtur cecitati Iudaicæ Christū prædicasse: Scrutamini scripturas: cum ipsi de hoc sensu satis edocti fuissent. Non sic frater mi, non sic: Sensus enim literalis sacræ scripturæ licet ex significatis per vocem accipiatur, vt dicis: multi tamen in eius inuentione vel acquisitione errauerunt tam in veteri q̄ in nouo testamento. Cuius ratio est. Nam sicut de vijs domini quæ sunt eius præcepta, seu consilia, legitur per prophetam: Rectæ sunt viæ dñi, & iusti ambulabunt in eis. præuaricatores autē corruerunt in eis. Sic in sensu literali contingit: scilicet q̄ licet sit rectus. i. planior, & iustus: id est habentes lumen fidei ambulabūt in eis: scilicet intentis & significatis per sensum literalem fide adhærēdo: præuaricatores tamen, scilicet carentes huiusmodi lumine, s. fidei, corruerunt in eis. In veteri testamento Iudæi Christi contemporanei circa huiusmodi sensum literalem multipliciter errabāt: sicut & Moderni priorum suorū errorē sequētes: vt in multis locis euangelij patet. Vnde in præceptis decalogi, quæ sunt principalia inter legis præcepta: intantū errabāt q̄ per præcepta de observatione sabbati intelligebant prohiberi ad literam, ne quis in sabbato proximū suum curaret: quod est inhumanū, de quo confutabat eos Christus ostendens q̄ licet in sabbatis bene facere: dicens: Quis ex vobis qui habet vnam ouem: & si ceciderit in sabbatis &c. Similiter in homicidio non intelligebant prohiberi nisi occisionē corporis humani: quibus aperuit dñs sensum: asserens omnē iniquum motū ad nocendū fratri in homicidij genere deberе deputari. Hoc idem declarat Augustinus contra Faustum de oī bus illis de quibus dicitur in euangelio: Audistis quia dictum est antiquis. ¶ Errabant etiam circa præceptū de honoratione parēt um: irritum facientes dei mandatum propter traditionem suam vt testificatur Matth. xv. & Marci. vij. Qua ratione ostendit de eis dictum fuisse per Esaiam: Populus hic labijs me honorat &c. Super quo & alijs erroribus, quibus adhærebant in sensu literali sacræ scripturæ deficientes de eis ibidem cōcludit: Cæci sunt & duces cæcorū. Vnde cæcitas Iudaica quam Christus reprobat circa falsum intellectum sensus literalis consistit. Patet etiam hoc per prædictas auctoritates veteris testamenti: quas postillator allegauit super illud verbum: Scrutamini scripturas: quæ quidē auctoritates secūdū verū sensum literalē mysteria Christi significant: vt supra dictū est. Quē quidē sensum literalē Iudæi multifariē pertentes veritatem fidei per eas expressam non verētur negare. vnde Ioan. 5. c. rectē eis dicitur: Scrutamini scripturas. i. diligenter attendite verū sensum literalē in eis contentū. ¶ Itē attēdendū q̄ quia inter prædictos errores periculosior erat error circa cognitionē Christi circa quā pertinacissimē se habebāt. Testat em̄ Lucas q̄ cū eis semel in synagoga illud Esaiæ. lxj. a. Spūs domini super me: propter qd' vnxit me euangelizare pauperib⁹ &c. exponeret de seipso fuisse dictū, finaliter ciecerunt illū extra ciuitatē vt præcipitarent eū, merito igitur talib⁹ Christus dicebat: Scrutamini scriptu. quia si taliū scripturarū sensum literalem verū habuissent, testimoniū verum inuenissent de Christo, & ideo subiungit. Illæ sunt quæ testimoniū p̄hibēt de me. Testimoniū aūt à sacra scriptura nō habet certū nisi ex sensu literali: vt Aug. in multis locis testat. Idē patet in nouo testamen. Nā si Arrius verum literalē sensum habuisset huius dicti. Ego & pater vnum sumus. Hanc aūt vnitatem intelligēdo in C diuina natura. Similiter & huius dicti. Pr̄ maior me est, verū intellectum habuisset intelligendo maioritatē respectu naturę assumptæ, nō corruisset in hæresim suā dānatā. Sed quia prædicta aliter intellexit ad literā q̄ catholici spūsancto illuminati intellexerūt, lapsus est in laqueū. Et sic patet q̄ circa verū intellectū literalem euāgelij p̄dictus error cōsistit: & sic intelligēdū est de alijs: Ex quo patet intētū. Vlteri⁹ dicis q̄ nō satiat te primū decisionis meę, nec secūdū: nec tertiū: nec quartū: nec quitū. Circa qd' ostēdisses rōnē tuæ insatietatis, forte satisfieret tibi. Sed quia p̄termisisti assignare rationē, nullā tibi do respōsionē: nisi qd' cauendū est ab insatiabilitate cordis, quæ in sacris scripturis reprobat. Circa sextū. quia ibi declarasti mentem tuam: merito respōdendū est tibi. Dicis primo q̄ inter sensum literalē & mysticū non est posibilis comparatio. Quod valde irrationabiliter dictū reputo. Tum quia tu ipse prædictos sensus cōparas adinuicē: asserēs em̄ q̄ sensus mysticus est dignior, & per cōsequēs sunt comparabiles per te. Tū quia nullus rationabiliter negare posset creatorem esse digniorē creatura. Distantia aūt inter creatorē & creaturam excedit quācunq; distantiam inter res creatas, vt est manifestū. Tū etiā quia isti duo sensus de quibus agimus sunt species sub genere expositionis sacræ scripturæ cōtentæ, vt patet per oēs doctores de hoc loquentes, vt Bedam, Aug. & alios. Nihil enim prohibet q̄ sicut dicim⁹ speciem humanam esse digniorem brutali seu irrationali, sic q̄ vnus sensus exponendi sacram scripturā sit altero dignior. ¶ Cō sequēter quia dixerā in cōclusione q̄ sensus literalis esset dignior ex parte extēsionis, eo q̄ quælibet p̄positio sacrę scripturę habet sensum literalē verū. Sensus vero mystici nō se extēdūt ad totam sacrā scripturā. cōtra quos dicis sic: Fallit istud cū cuncta sacra eloquia plena sint dāicis sacramentis, hic videris inuoluere sententias per acceptionē huius dicti sacramentum. Si em̄ acciperes sacramentū propriè vt significet sacramenta nouę legis & etiā veteris: sic falsum assumeres. Multa enim sunt eloquia diuina, in quibus fit mentio de sacramentis, in quocūq; sensu talia eloquia sumātur. Si autem per sacramentum intelligas sacrum secretum, vt per hoc intelligatur sensus mysticus, sic etiam assumeres falsum. Ostensum est em̄ in secundo articulo quæstiōis de qua agitur, q̄ sunt multa in sacra scriptura, in quib⁹ solus sensus literalis est q̄rendus: Et est sententia Aug. super Gen̄. ad literā. Si aūt per sacra- D mentū intelligis quācūq; sacram doctrinā, sic verum dicis. Sed nihil facit contra me, quia in illis passibus in quibus solus sensus literalis quærendus est, sunt multa sacra documenta de fide seu moribus, prout deductū fuit supra. & sic patet q̄ extensio sensus literalis stat in suo vigore, sed ad p̄bationē tui assumpti. s. q̄ sensus mystici extendantur ad totam sacrā scripturam, sic allegas. Hanc I. Co. 10. b. extensionē spiritus supra literam cognouit Paulus cū dixit: Oīa in figuris contingebant illis, non solum scripta, sed etiā quocūq; alio modo tradita. Hæc auctoritas Pauli, si bene attendas, nihil facit cōtra me. Loquitur enim ibi de gestis populi tantum sub antiquo testamēto degentis, quorū vita erat prophetica. Vnde narratis in eodē capitulo quibusdā eorum gestis, tam in transitu maris q̄ sub nube & huiusmodi, cōcludit. Hæc aūt omnia contingebant illis in figura. Non enim dixit solum, omnia contingebant, sed cum hac additione: Hæc aūt oīa, vt ostenderet se de illis & similibus tantū modo loqui. Similiter nō dicitur q̄ oīa dicebātur illis in figura, sed cōtingebāt, in quo manifestē ostendit q̄ loquit̄ de gestis cōtingentib⁹, nō aūt reuelatis seu præceptis eisdē. Nunquid qd' dicit in veteri lege: Audi Israel deus tuus vnus est, cōtingebat eis in figura. vel quod dicit: Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo, & hmōi, & sic de similibus? Absit: ibi em̄ solus literalis sensus est quærendus secundum sentētiam Aug. Et ex hac consi- Deute. 6. a. deratione clarius patet præeminētia sensus literalis secūdū extensionē. Extendit em̄ se ad auctoritates notabiliores & excellētiores sacræ scripturæ, de quibus dictū est supra in quibus auctoritatibus mystic⁹ sensus nō habet locū. ¶ Cōsequenter dicis q̄ sensus literalis nō est vniuersalior, quia de quāto aliq̄d est vniuersalius, tāto cōmunicabilius, sed sensus literalis, ꝓpter suā limitationem & signanter per doctorē irrefragabilē est incōmunicabilis, eo q̄ nō diuidit, sed bene mysticus multiplicatur. ¶ Attende frater rogo, si cōparas sensus sacræ scripturæ adinuicē secundū eorū limitationē ad materias de quibus agūt manifestū est q̄ quilibet sensus mysticus limitat̄ ad certā materiā. Tropologicus em̄ sensus solum agit de agendis secūdū mores. Allegoricus vero de credēdis, Anagogicus de sperandis. Sensus autē literalis de singulis prædictis, & etiam de iam gestis manifestē tractat. Nec credo q̄ doctor irrefragabilis huius oppositum asserat, q̄ sic comparatio tua potius facit pro me. ¶ Itē si attēdisti vniuersalitatem quā attribuo

sensui

Correctorii fratris Matthiæ Thoring. Prologus

E sensui literali satis manifesta est. Consistit autē in hoc ꝙ non solū literati seu sapientes, sed etiam rudes, qui ad intelligibilia capien
da nō sunt idonei: tū per sensum literalem capiunt spiritualia sal
Roma.1. tē sub similitudinib⁹ corpalib⁹: iuxta illud apli: Sapiētibus & insi
piētibus debitor sum. vñ ex pte hui⁹ vniuersalitatis sensus litera
lis manifestā habet præeminētiā. ¶ In hoc aūt quod obijcis de
incōicabilitate: si sic opinaris, à veritate deuias manifestè. Cōicat
ēm sensus literalis cuilibet ꝓpositioni sacræ scripturæ vt dictum
est: & iterum in multis locis vnus passus habet multiplicem expo
sitionem literalem: prout fuit ostensum in tertio articulo quæstio
nis. Est etiā sensus literalis abyssus multa, propter magnas difficul
tates in eo contentas, circa ea quæ ad fidē & mores ptinēt. ¶ Nec
mirandum: nam scientiarum humanarum libris, in quibus solus
sensus literalis est inquirendus: quamplurima commenta sunt: &
plures expositiones seu scripta. Similiter & multiplices quæstio
nes ad mentem auctorū intelligendam seu elucidandam: vt patet
in physicis, metaphysicis, & ethycis. Similiter in facultatibus vtri
usq; iuris & huiusmodi: in qbus nec in textu, nec in glos. est sensus
nisi literalis. Si igitur in illis in quibus solum illa tractantur, quæ
in lumine naturalis rationis cognosci possunt tot multiplicita
tes cōmētorū varietatesq; quæstionū & expositionū & huiusmo
di, circa sensum literalem inueniunt: quāto magis in scriptura di
uina vbi agitur de his quæ supernaturali lumine tantūmodo co
gnoscunt inueniri possunt multiplices sensus literales, seu exposi
tiones, quæstiones & huiusmodi. ¶ Nec credo te latere ꝙ sensus
literalis diuiditur in tres species sc̄d'm Aug. in lib. de vti. cre, scili
cet in historicam, etymologicā, & anagogicam: vt in tertio arti
culo exposui. Similiter & septem claues suæ regulę quas Isidorus
tradit in libro de summmo bono, quæ in prologo à postillatore
ponuntur, non sunt nisi quædam species sensus literalis: vt patet
intelligenti. Ex quibus manifestè patet ꝙ sensus literalis est cōica
bilis & multiplicabilis. ¶ Dicis ēm consequenter ꝙ dignitas isto
rum sensuum attenditur penes maiorem vtilitatem, quæ conseq
tur maiorem certitudinem, quod tibi cōcedo prout in quæstiōe
prædicta largius est deductū. Sed quod subiūgis ꝙ certitudo spi
F ritualis intelligentiæ nō est speculationis sicut literalis intelligen
tia, sed est certitudo experientiæ & secundum effectum, & per mo
dum gustus per inspirationem & testimonium spūssancti, hic ma
nifestè inuoluis sentētias. Attribuis ēm sensui spūali seu mystico
quod in homine spūali habet locū: non ēm de ratione sensus spi
ritualis seu mystici est, vt det gratiam eum intelligenti, seu inue
nienti: nec etiā est necessarium ꝙ habēs verū sensum mysticū, seu
spūalem sacræ scripture sit in gratia gratificāte: sufficit ēm ad sen
sum spūalem seu mysticū rectè inueniendū seu habendū, habere
seu participare donum ꝓphetiæ seu donū interpretatiōis sermo
num: quæ licet sint gratiæ, tū sunt gratis datæ tm: & sic certitudo
illa quā dicis per modū gustus, pertinet ad dohū sapientiæ: sc̄d'm
qd' spūalis homo iudicat omnia etiā ꝓfunda Dei sc̄d'm Aposto.
1.Cor.2.c. de quo non agit in ꝓposito. ¶ Ex hoc dicto tuo etiā sequeretur
ꝙ nullus haberet certitudinem alicuius sensus mystici seu spūalis
sacræ scripturæ, nisi existens in gratia: & cū nemo sciat de lege cō
muni verū sit dignus amore vel odio, sequitur, ꝙ nullus sciret se
habere talem certitudinem prædicti sensus mystici de lege com
muni, qd' esset valde incōsonū rationi. ¶ Consequēter dicis (qd'
non ꝓbo) verba sc̄ti Tho. esse igne charitatis examinata: si bene
attendisti verba mea, sic dixi, Credo verba sc̄ti Tho. esse igne cha
ritatis examinata, vnde de credulitate mea non requirit aliud testi
monium, nisi ꝙ in dictis & in scriptis meis semp sequor istū san
ctum doctorē, vtinā dignè & sufficiēter. Nec ignoro ꝙ dicta sua
in pluribus sunt impugnata per plures ingeniosos theologos vi
ros admirabiles vt dicis: nec ex hoc impeditur mea credulitas, seu
ꝓsecutio. Tū quia sæpe cōtingit doctrinas veras impugnari: tam
in theologicis, quorū principiū positū est in signū cui cōtradicē
cīt in Peripateticis. Tū quia illa in quibus cōtradicit, nō referūt vt
firmiter credo, ad expositionē alicui⁹ passus sacræ scripturæ an sic
vel aliter teneat: & ideo talia apud me, qui de solo vero intellectu
sacræ scripturæ & diuinæ curo, magis sunt curiosa q̄ fructuosa.
Vnde & Apost. de similibus dicit, ꝙ quęstionē magis prēstant, q̄
ædificationē &c. ¶ Vltimo cōmendas magistrū Nico. eo ꝙ sen
tentias sanctorū doctorū propriæ sentētiæ posipposuit, vt auctō
rizaret opus suū: & si simpliciter illum cōmendares, rectè vtiq; fa
ceres. Cōmendandus ēm est qui tanto studio & labore sacram scri
pturam exposuit sub plano & suaui stylo: sed miror te ex hoc illū
cōmendasse ꝙ sententias suas dictis sanctorū præposuit, vt eis ad
auctorizandū opus suum, cū huic cōmēdationi nō solum sacra
scriptura repugnet. Legit ēm, Nō qui seipsum cōmendat, ille pro
batus est. ij. Cor. x. d. & Prouerb. xxvij. a. Laudet te os alienum, nō
tuum. Hoc etiam Physica doctrina suadet, Ait ēm Philosophus:
Laudamus seipsos vituperantes. Et sic per oppositū seipsum lau G
dare, seu alijs præponere, non est commendabile: præsertim cum
Postillator de quo loquimur vt ordinis minorū dign⁹ professor
humilitatem non præsumptionem sequi æstimandus est. Magna
ēm de se sentire hi qui mollibus vestiuntur & in domibus regum
sunt, consueuerūt. Nec ēm adduci possum vt credam ꝙ posipo
nere sententiā Hieronymi vel alicuius sancti doctoris dicto Rab.
Sa. (præsertim vbi ratio nō suadet) cōmendatiōe reputes dignū.
Lauda ergo eum in quo laudandus est: in recta videlicet intentio
ne, quā credo eum habuisse, & propter laborē magnum quē su
stinuisse dubium nō est, vt sacram scripturam exponere, & ꝓ ma
iori parte rectè: non autē ex eo ꝙ à sanctorū doctorū interdū ex
positionibus indebitè deuiauit. ¶ Secūdo vero cōmendans Po
stillatorem ex hoc qd' per habitum theologicū veritatē sententię
habuit: licet in lātē nō suxisset, ꝓprietatē Hebraici sermonis. Qd'
salua pace videtur minus rationabiliter dictum. Notū est ēm ꝙ
habitus theologicus non se extendit ad donum linguarū haben
dum. Et ideo cū theolog⁹ dicit: Sic est in Hebraica veritate: & ibi
non sic inuenitur, nō est ex hoc cōmendandus. ¶ Cōmendans eū
tertio ex hoc, ꝙ inter doctores Hebraicos non inuenit meliorem
theologū q̄ Rabbi Sa. Circa quod notum est, ꝙ si in rei veritate
ille fuit minus peritus q̄ alij, non debet cōmendari ex hoc quōd
sequitur eum præsertim in deuijs & inconsonis auctoritatib⁹ san
ctorum: commenda ergo illum vt dixi in his, & ex his quibus cō
mendandus est, & libenter amplectar cōmendationes tuas. ¶ Cō
cludendo ergo charissime frater non credas me reprehendere vo
luisse Postillatorem, vt dicis, absit a me: sed potiꝰ postillā suā esse
simpliciter cōmendandam expresse asserui in quæstione prædi
cta: licet in aliquibus locis sentio eam minus sufficere: quod non
reputatur vitium simpliciter: nemo namq; mortalium perfectē
omnia examinare potest: sæpe enim dormitauit Homerus. San
ctum aūt est in oībus scientijs præsertim in scriptura diuina, sem
per prahonorare veritatem. ¶ Vtinam frater dilectissime esses i
meo cōsortio, saltem aliquantulo tēpore: vt simul discurrere va
leremus additiunculas has, & sic experimento cognosceres, ꝙ in
illis locis in quib⁹ ab eius dictis deuiare videor, zelo veritatis nō
reprehendendi studio processi: & etiam in his non iudicio pro
prio deuiaui, sed sequendo maiorum sententiam. Vale frater in
domino: & meliora charismata semper æmulare &c. H

Incipit prologus in replicas defensiuas postillæ uene,
rabilis ac deuoti patris fratris Nicolai de Lyra ab im,
pugnationibus domini Burgensis editas a uenerabili & reli
gioso patre fratre Matthia Thoring sacri ordinis mino
rum prouinciæ Saxoniæ ministro, a pluribus rogatum
præfatam postillam ut ueritate lucentem amplexantium.

MOdestiam antiquam tenere homines iustos atq; san
ctos decebat: & ordinata regulariter inuris non gra
uare molestus. Nam sicut minus bene gesta correctio
nis limam: sic optime facta laudem & gloriam requi
runt, sed quia omnimoda perfectio solis diuinis rebus competit:
in cunctis humanis operibus reperiri poterit quod reprehensio
ne dignum est: cum modestia tamen, vt ait beatus Augustinus in
principio retracta. quæ modestia non modo in agibilibus, sed &
scibilibus locum habet. Nam secundum verum intellectum sacrę
scripturæ circa diuinum scibile errare non contingit: ideo ipsa so
la hunc honorem sibi vendicat, vt rectè intellecta sine reprehēsio
ne consistat, vt vult beatus Dionysius de diuinis nominibus, cap.
secundo. Nihilq; ei contrariū nisi omnino sit falsum. In ea quoq;
nihil reperitur absurdum secundum Augustinum. xj. super Gen.
cap. j. Diuersitas igitur & contrarietas in eius expositione nō ha
bet ortum ex illa doctrina irrefragabili, sed ex eo qd' eius exposi
tores intellectum plenum non sunt assecuti: vt vult beatus Hila
rius secūdo de trinita. Quæ tamen expositorū diuersitas nō om
nino inutilis est: quinimmo per ea pigritia studentium excutitur
vt veritas inquiratur, sicq; ecclesiæ proficiunt insurgētes hæreses:
vt inquit beatus Augustinus. j. super Genesim cōtra Manichæos.
Omnes igitur sancti & catholici sacræ scripturæ tractatores an
tiqui nedum consentiendo, verumetiam salua fide dissentien
do a successoribus gratias meruerunt immortales. Nam post &
per eorum venerandos sanctosq; labores excitati, pro patrib⁹ na
ti filij doctores, in eorum comparatione moderni non parū lau
de digni surrexerunt: qui in sacræ scripturæ expositiōe desudātes.

vt vitam

A vt vitam haberent æternam talibus promissam, ipsam elucidauerunt, sensum ipsius literalem tanq̃ magis autẽticum inquirentes, inter quos magister Nicolaus de Lyra in lingua hebraica simul & latina peritus, vniuersalior & prẽclarior reperitur: cuius spiritum tanq̃ pueri iunioris, de minorũ fratrum ordine deus illustrando misericorditer susitauit. Ipse quoq; sic suscitatus, quod sine fictione didicit: sine inuidia communicauit: & tanq̃ sapientibus & insipientibus magnis & paruulis debitor effectus satisfacere cupiens, opus egregium cõposuit: & in ecclesiæ sanctæ gazophylaciũ pauper professione cũ vidua paupercula studere volẽtibus profuturum obtulit, & hoc ipsum opus suũ, Postillam nũcupare decreuit.

Postilla.

Hoc inquã opus postillę & si tantæ sufficiẽtię fuerit q̃ ipsum non solũ paruuli, sed & magni, nec solum fideles: sed & infideles in dubijs circa sacræ scripturę literalẽ intelligentiã requirũt, ipse tamen magister Nicolaus vt vere humilis, imperfectũ se recognoscẽs, & vt pius culpam agnoscẽs, vbi fortasis culpa nõ est, in prohemio sui operis, se & p eũ scripta determinatiõi sanctę matris ecclesiæ summittẽs, lectorẽ benuolum, & correctorẽ efflagitat charitatiuum: sciens q̃ nemo ex omni parte beatus. Vbi autẽ charitatiuum correctorẽ expostulat, insidiosum corruptorẽ inuenisse, phatur. Nã quidam Iudęus, vt dicatur, in Hispania ad fidẽ cõuersus, Paulus in baptismo nominatus, tandẽ ad ecclesiã Burgen. promotus, omni modestia postposita, prefatã postillã ecclesię sanctæ necessariã: & cunctis studiosis venerandã, hostiliter inuasit, immoderatiõe p beatum Hylariũ .x. de trinitate reprehensiue descripta, vbi dicit: Contra veritatẽ aut nõ intellectam, aut offendentẽ, vel stultę vel vitiosæ volũtas error obtinitur. Immoderata est enim omnis susceptarum voluntatũ pertinacia, vbi nõ rationi volũtas subiicitur, sed his quæ volumus rationẽ inquirimus: & placitis doctrinã coaptamus. Iãq; nominis potius q̃ rei erit doctrina quæ fingitur. Hos in quã immodestiæ modos (vt ita dicã) dictus Paulus Burgen. manifeste tenuit, quia in multis ostẽdit se postillã odisse: & vt nõ intellexisse, vel intelligere noluisse, sicq; eam tãq̃ irrationabilẽ, falsam erroneã, in multis improbauit, vt opus tã insigne tamq̃ laudabile, apud minus sapientes paruipẽsum reddat. Et vt immoderantiam præfatis modis assumptã colorare videatur, inuationes quas scripsit: Additiones (quãuis vere sint corruptiões) nominauit, postillamq; (vt patet in effectu) ficte commendauit. Nã in prooemio sui corruptorij de hac postilla scribens filio suo Alfonso sic ait: Quoniam innumerabilia pene opera quorum veritate diuina scriptura circundata refulget, postilla Nicolai de Lyra tam sui recentia, q̃ sui digna celebritate, claresçit, qui vtrunq; testamentum discurrens studiose sensum literalem (qui inter cęteros prẽcipuus est) copiosa luculentia tradidit, hanc tibi donare, ꝓposui, & quod legare cõcepera inter viuos, nõ nude condonare, sed paterna additamenta paterno munusculo cumulare visum est. Hæc Burgen. Vnde si operi sic cõmendato nõ detrahentia addidisset: & vbi emẽdandũ foret cũ modestia emendasset, nõ esset locus redargutori. Sed quia sub titulo additionũ, calumnias corruptorias miscuit, quãtũ per eũ stetit, minus cautis opus vile reddere studuit: & ad modũ scorpionis facie blandiẽs, cauda pupugit, & corrupit, quatenus opere sic vilificato, sensus sacræ scripturæ literalis & prẽcipuus, alibi ita plane, plene, & cõpendiose nõ reperibilis, nõ minus negligenter q̃ periculose trãsiret in abusum. Ego frater Mathias ordinis fratrũ minorũ inter sacræ theologię professores minimus, prouicię Saxonię minister indignus, ad multorũ prefatam postillã carepẽdentium rogatum, certamẽ cõtra Burgen. pro magistro Nicolao suscepi, non vt postillæ quę seipsam sufficienter defendit cõferã admunitculũ, sed vt ostẽdam magistrũ Nicolaũ & eius opus sine modestia stimulo inuidiæ, aut vanæ gloriæ, vel vtriusq; a Burgen. viliter impugnatũ. Et sic opus Burgẽ. vere est postillæ corruptorium, ita vt opus illud cũ deo fauente cõsummatũ fuerit. Correctorium corruptorij venit merito nũcupandũ. In quo corruptorio quicqd dictis magistri Nicolai non obuiat: & si reprehẽsione dignum, tamen vt additamentũ relinquã intactũ, nec vim faciã, vbi Burgen. aliquẽ passum aliter q̃ postillator exponit. Scim⁹ etiã apud sctos doctores eiusdẽ passus esse varias expositiones, nisi fortasse a veritate vel a cõmuni sentẽtia doctorũ notabiliter deuiaret. In hoc aũt opere: & quocũq; alio per me facto vel in posterũ fiẽdo, me totũ dignis & legitimis correctoribus submitto. Etsi in hoc opere reperiatur, q̃ dixerim Burgẽ. delirare, nõ recipiatur vt blasphemia, sed ad literã q̃ deliret: quia cũ lyra nõ concordat. In hoc igitur correctorio hunc ordinẽ cõmuniter seruabo. Primo enim punctũ correctoris fideliter referam, deinde quid & qualitum cõtra postillã magistri Nicolai facit ostendam. Hoc præsuppositio circa sensum literalem, quid & postillator & Burgẽ. principaliter quærunt: quod adequata ratio sensus literalis sit: & quod sensus literalis sit ille qui est verus rationabilis, per spiritũsanctũ intentus: & per voces autres sine absurditate significat⁹. Ista rõ adequata sensus literalis habet a beato Aug. sup Gen. ad lram. & a btõ Greg. in moralib⁹, put ita etiã Burg. cosidẽ ad id allegat in disputatiõe quæstiõis præambulæ.

Postillatores.

Mathias Thoring.

Correctorium corruptorij.

Ordo correctorij.

Ratio adequata.

Sensus literalis.

Sãctorum autoritas.

Dicta infidelium.

D

Dicta Tho.

Partes sapientiæ.

Libri Augu. sup Genesim.

Lyra carpitur q̃ nõ p fectus Hebræus.

Ra. Sa.

REPLICA contra quædam dicta Burg. in quæstione præambula. In cuius quæstionis articulo quarto Burgensis notat postillatorem in duobus. Primo q̃ præponderat expositionem infidelũ. Secundo q̃ dissimulauerit reuerentias: & autoritates sanctorũ doctorũ. Quid veritatis sit in primo, dicetur in loco per Burgen. allegato, videlicet Gene. primo. Circa secundũ notandum, q̃ sanctorũ autoritas & reuerentia, vbi vt sancti locuti sunt: semper debet a fidelibus venerari, vt patet .xv. distin. decreti p totũ: Vbi aũt vt hoies, & ex opinione locuti sunt, nec sancti in hmõi sibi volunt honorẽ deferri, vt patet .iij. super Gene. ad literam. ca .xxj. Sciuerũt em̃ sancti q̃ ex opinione sapiẽtiæ cõtradicię sine vitio sapiẽti, imo expedire videt in materia opinabili dubia moueri. Nam licut beatus Aug. primo sup Gene. cõtra Manich. Ecclesiæ ꝓficiũt insurgentes hæreties, ad excutiẽdũ pigritiã. Ita expedit in ecclesia cõtrarias esse opiniones, eadẽ rõne: & q̃ cõtrarie sancti doctores opinentur in pluribus sacræ scripturæ passibus nõ nisi dicta sanctorũ ignorans ignorat. Nec puto incõueniens dicta infidelũ assumi in expositionẽ sacrarũ scripturarũ: & cõfirmationẽ dubiorũ occurrẽtium. Nã beatus Aug. facit sic .iij. confessio. in principio: & multis alijs locis, vbi assumit & laudat dicta Ciceronis, & Platonis, & aliorũ. Omnia em̃ quæ contra fidẽ nõ sunt, licet assumere in adiutoriũ. Omne em̃ verũ vero cõsonat ex primo Ethi. Et fortasis veritas fidei posita ab infidei, ea quæ sunt fidei cõfirmat, vt dicit .x°. de ciuita. dei. cap .xxj°. Et .ij. de do. christiana beatus Aug. ad ꝓpositũ dicit, Si qua forte fidei nostræ accõmoda dixerint, nõ solũ formidãda nõ sunt: sed ab eis tanq̃ iniustis possessorib⁹ in vsum nostrũ vendicãda. Et Posito exẽplo de Iudęis spoliãtibus Aegyptios subdit: Sic fecerat Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus, Lactãtius, Victorianus, Optanus, & Hilarius. frustra ergo Burgẽ. postillatorẽ in eo redarguit, cũ & ipsemet Aristo. dicta aliquoties adducit. ¶ In vj. articulo eius quęstionis post verã, quãuis apud Burg. ficta cõmendationẽ, postillatorẽ ipse Burgẽ. vituperat in tribus.

Primo dicit in postilla irrationabiliter ponit dicta sctõrum: & specialiter sancti Thomæ, cuius dicta dicit igne charitatis examinata: & naturalis ratiõis dictamine multipliciter purgata. Ad hoc dico q̃ Burg. in postillatore ægre ferre nõ debuit, quod ipsemet sæpe facere cõsueuit. In plerisq; em̃ locis (vt patebit in ꝓcessu) Et beatum Augu. Hieron. Greg. Isid. & sanctũ Thom̃. quẽ cęteris grandicõpendit, postponit sine ratione, quod in postillatore nõ reperitur, qui nullius sancti dictũ reprobat, nisi ex maiori ratione: & autoritate declinãdum ostendat. Et specialiter huic Burgẽ. videtur erimen lęsæ maiestatis repugnare, cũ dicta sancti Thomæ prẽferre videtur dictis Aug. Greg. Hieron. & aliorũ, quasi illa nõ sicut ista sint igne charitatis examinata: & quasi illa sicut ista non egeant retracta tiõe. beat⁹ em̃ Aug. in exordio suæ retractatiõis dicit, q̃ in multiloquio peccatum nõ deerit. Qui nõ habet primas partes sapiẽtiæ .s. recte docendo, habeat saltẽ secũdas. s. modestiæ, in reuocãdo errata. ¶ Concludit: Qui ista scituri sunt nõ imitẽtur me errãtẽ, sed in melius ꝓficientẽ. Modestum fuisset Burg. sanctũ Tho. beato Aug. nõ prẽferre quasi, omnia dicta sancti Tho. sint prima vera, quoniam multa dicta beati Aug. sunt hodie opinabilia, qui etiã libros suos sup Genes. ad literã reputat magis esse inquisitiuos q̃ diffinitiuos: & quædam dicta eius etiã nõ retractata, a moderna schola cõmuniter non recipiunt, vt de ratione intelligendi opa sex dierum &c. Non igitur ægre ferat Burgẽ. si dicta beati Tho. nõ vsquequaq; recipiantur. ¶ Secundo autem Burgen. notat postillatorem quasi non fuerit ꝓfectus in idiomate hebraico, eo q̃ a puericia non didicit. Sed illa ratio non valet, quia sit senem ad discere idioma quodcunq; ꝓfecte. Nec Burgen. debuit ex eo notare postillatorem sed ei gras agere, quia ad exaltationem catholicæ fidei, & sacræ scripturæ dilectione, tantum impẽdit studium, vt intellectum linguæ hebraicæ etiam adultus assequi mereret. Quod si reprehensibile est, venit beatus Hier. similiter culpandus, quod abs. it. ¶ Tertio Burgens. culpat postillatorẽ, quia secutus est Ra. Sa. potius q̃ alios hebræos eo potiores. Respondeo q̃ postillator non sequitur nec illum nec alios, nisi quantum ratio & fides admittunt, imo hi quos Burgẽ. præfert Ra. Sa. non reperiuntur fidei plus fauisse & rationi, nec scripturam clarius exposuisse q̃ Ra. Sa. vt patebit in locis suis.

Expositio epistolæ

INCIPIT EX, positio fratris Britonis ordinis sancti Francisci super Epistolã sancti Hieronymi: quam ponit pro prologo Bibliæ.

Paulinus. FRATER AMBROsius tua mihi munuscula &c. Ad euidentiam huius epistolæ quam scribit Hieronymus ad Paulinum presbyterum qui elegantis fuit ingenij, sicut patet in secunda epistola ad eundem qui renunciare volens seculo, cuiusdam sororis suæ tenebatur vinculo: ne gradu incederet expedito. Hic p Ambrosium monachũ scripsit Hieronymo, significãs ei desideriũ quod habebat intelligẽdi sacras scripturas: & à seculi vinculis exeũdi, quæsiuit vtrũ sine doctore posset habere sacrarũ intelligentiã scripturarum. Addidit etiam q̃ vt eas posset addiscere multum desiderabat cũ beato Hieronymo cõuersari. Cui rescribit beatus Hieronymus dicens: Frater Ambrosius. &c. Ista epistola diuidit in tres partes, scilicet in partem exordialem, narrationem, & conclusionem. In parte exordiali, beniuolentiam captat. In narratione intentionem explicat. In conclusione propositum ipsius non prolõgandum determinat. Prima pars incipit hic: Frater Ambrosius. Secunda ibi: Legimus. Tertia. vij. ca. ibi: Festina quæso. Captat autem beniuolentiam, commendans cũ de missione munerũ, de fidelitate amicitiarum, de timore dei: & diuinarum studio literarum. Partes per se patent in litera. Secunda pars in qua intentionẽ explicat, recipit partium subdiuisionem. Primo enim intendit eum inducere vt sibi sacræ scripturæ doctorem quærat. Et hoc facit dupliciter. Primo eñ monet ad aliorum imitationem. Secundo ostẽdit consequentem vtilitatem. Et primo proponit gentiles philosophos ad imitandum, ibi: Legimus &c. Secundo proponit Paulum catholicum, ibi: Quid loquar &c. Tertio, vtilitatẽ quæ consequitur ex audiendo doctore ostendit, ibi: Habet nescio quid latentis &c. & infra. iij. cap. Paulus apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi & prophetas didicisse se gloriatur. vbi dicit q̃ Paulus multum profecit ex doctrina Gamalielis. Secundo arrogantiam cuitat, ibi: Nec hoc dico. vbi & Paulini ardorem ad studendum: & humilitatem ad proficiendum commendat, quia verò sacerdos erat, cuius est legẽ intelligere, alios præesse, & alios docere. Ideo tertio in triplici statu scientiam sacræ scripturæ esse necessariã probat, & defectum ipsius esse damnosum. Et primo ostendit scientiam esse necessariã in statu prælatiõis, ibi: Timotheum scribit ab infantia &c. qui fuit episcopus. Secundo in statu sacerdotalis dignitatis: ibi: Malachias propheta. Tertio in statu officij prædicationis, ibi: Cur Paulus apostolus vas &c. Ecõuerso autẽ defectum huius scientiæ in quolibet statu probat esse damnosum, ibi: Sancta quippe rusticitas: vbi doctã iustitiã ostẽdit simplici potiorẽ. Quia vero Paulinus secularibus erat literis eruditus, ne crederet q̃ per se posset sacrã scripturam intelligere, ideo quarto ostendit, q̃ non possit nisi diuina gratia reuelante. Gratia enim reuelat mysteria, ad quorum cognitionẽ nõ peruenit scientia secularis. Sic reuelata fuit Christo secundũ humanitatem. vnde dicitur: Pharisæi stupent in domini doctrina &c. Sic reuelata fuit discipulis, vnde dicit: Mirãtur in Petro: & Ioãne quomodo legẽ sciãt &c. Sic prophetis & patriarchis, sicut patet in litera. Sed ad horum noticiam non peruenit scientia secularis, vnde dicitur: Hoc doctus Plato nesciuit &c. Et subditur quasi conclusio huius partis, cum dicitur: Lex enim spiritualis est. i. spiritualiter intelligẽda, vnde reuelatione opus est vt intelligat. Quinto ostendit sacram scripturam sine doctore nõ posse intelligi propter sui difficultatẽ, ibi: Liber in apocalypsi. Et protenditur ista pars vsq; versus finem septimi capituli, ibi: Oro te frater charissime &c. Et primo ostendit difficultatem istam particulariter. Secundo generaliter in principio septimi capituli: ibi: Videlicet manifestissima &c. Itẽ primo ostẽdit istam difficultatem absolute, cum dicit: Liber in Apocalyp. Secũdo in comparatione ad alias scientias: ibi: Taceo de grammaticis. vbi arguit per locum à maiori, q̃ si aliarum scientiarum quæ minus difficiles sunt, sine doctore non possit haberi noticia, multomagis sine doctore non potest intelligi sacra scriptura quæ magis est difficilis: & quasi aliarum omnium cõpleciua. Quod aũt aliæ scientiæ non possint sciri sine doctore ostendit: & primo exẽplificat de liberalibus, ibi: Taceo de grammaticis. Secundo de mechanicis, ibi: Ad minores artes &c. In fine confutat multorũ prçsumptionẽ qui volunt docere scripturam cuius nunq̃ habuere noticiã, ibi: Sola scripturarũ ars. Et horũ doctrinam arguit multipliciter. Tum quia inepta est, ibi: Hãc garrula anus. Tum quia superba, ibi: Alij adducto &c. Tũ quia probrosa, ibi: Alij discunt prohpudor à fœminis. Tũ quia erronea, ibi: Taceo de meis similibus. Tum quia ridiculosa: ibi: Puerilia sunt hæc & circulatorum ludo similia &c. ¶ Secunda pars in qua ostendit difficultatem sacræ scripturæ diuiditur in tres partes. In prima ostendit veteris testamenti difficultatem per singulos libros discurrendo. In secunda ostendit affectũ suum ad sacrã scripturam, humiliter suã ignorantiã confitendo. In tertia innuit difficultatẽ librorũ noui testamenti eos breuiter perstringendo. Prima pars incipit ibi: Videlicet manifestissima est Geneſis. Secũda ibi: Cernis me scripturarũ amore raptũ: excessisse modũ &c. Tertia ibi: Tangã & nouũ &c. Ponit autem quasi cõclusionem istius partis ibi: Oro te charissime &c. vbi dicitur q̃ licet sit ita difficilis, tamen meditanti & contẽplanti est vtilis & suauis, vnde subdit: Nõne videtur tibi &c. Monet etiam ne contẽnat sacram scripturam propter verborũ ruditatẽ. Cuius assignat multiplicem rationẽ. Litera plana est. Sexto humiliter se excusat, q̃ quasi † sciolus magisterium nõ affectat: sed quasi socius collaboraturus alicit vt veniat. Primũ tangitur ibi: Non sum tã petulãs &c. Secundũ ibi: Magisteriũ renuens &c. Multa autẽ ponit allectiua. Primum est status æqualitas, ibi: Comitẽ spondeo. Secundũ est proficiendi facultas, ibi: Petenti datur &c. Tertiũ est sacræ scripturæ dignitas, ibi: Discamus in terris quorum nobis scientia &c. Quartũ est † recepturi cõsortis vrbanitas, ibi: Ob uiis te manibus &c. Quintũ est cooperãdi volũtas, ibi: Et ne inepte &c. Sextũ est amicabilis societas, ibi: Habes hic amantissimũ tui &c. ¶ Tertia pars principalis, scilicet conclusio incipit ibi: Festina quæso te. In qua hortatur Paulinũ vt cito exeat de seculo. Et inuitat ad duo. Scilicet ad vitanda multa pericula: & ad abijciẽda mundi retinacula. Primum notatur sub metaphora nauiculæ cui circunquaq; imminent pericula. vnde dicit: Et hærenti in salo nauiculæ &c. Secundum notatur ibi: Nemo renuntiaturus seculo &c. Est autem duplex mundi retinaculũ quod retardat seculo renunciaturum. Primum est amor pecuniæ. Secundum timor penuriæ. Amor pecuniæ cõsideratur in tribus. In venditione rerum retardante solicitudine. In contentiosa repetitiõe. In alienandi voluntate. Retardantem vendendi solicitudinem excludit. cum dicit: Nemo renunciaturus seculo bene potest vẽdere &c. Et ne Paulinus intenderet oportere se esse solicitũ circa vẽditionem rerum propter suam necessitatem, vel propter aliorum vtilitatem, vtrunq; excludit. Quod nõ propter necessitatem oportet hoc facere, ostẽdit, ibi: Quicquid insumptus de tuo &c. Quod non propter aliorum vtilitatem, ostendit, ibi: Nisi tu semper recrastinans &c. Et quia deus magis quærit nos, q̃ nostra, subiungit. Totum deo dedit qui se obtulit. Item deus magis acceptat affectum q̃ datum: & ad hoc probandum inducit apostolos, Viduã & Croesum. vnde dicit: Apostoli nauẽ tantũ &c. Cõtentiosam repetitionẽ excludit ibi: Tollẽti tunicã, &c. Et est sumptũ de Matth. v. f. Alienandi voluntatem excludit ibi: Si habes in potestate rẽ tuã vende. i. voluntarie dimitte, vel aliena dato. Nec est contrarium quod prius dicitur: Nemo renunciaturus seculo bene potest vendere: quia ibi prohibetur venditio retardans & impediens. Hic verò conceditur venditio indilata, & expediens. Secundum retinaculum est timor penuriæ, sicut habetur hic de auaro, q̃ ei deest tam quod habet q̃ quod non habet. Timent autem renunciare seculo tripliciter. Timent enim penuriam opum, penuriam victualiũ, penuriã vestimentorum. Istam autem triplicem penuriam excludit per triplicem voluntariæ paupertatis sufficientiam. Prima excludit ibi: Credenti. Supple diuinis consilijs. Totus mundus diuitiarũ est. & infra: quasi nihil habentes, & omnia possidẽtes. Item q̃ secunda & tertia timeri non debeant, ostendit cum dicit. Victus atq; vestitus. Quia verò Pharao derelictus surgit in scandalum, contra omnes tentationes dat salubre remedium dicẽs: Facile cõtemnit omnia qui semp &c. Et sic patet diuisio & continentia epistolæ præsentis. Nunc ad expositionem literæ accedamus.

Frater Ambrosius

Diuisio epistolæ.

Hæc non dico.

Sacerdotis proprium.

Reuelatio scripturæ diuinitus.

G

† sciẽs

Quæ alii. ciant.

† recepit. ui.

H

Mundi reti nacula.

Amor pecuniæ.

Timor penuriæ.

A

FRater Ambrosius &c. Istam literam inueni in epistolis Hieronymi. Construe sic: a ¶ Frater. quidam nomine Ambrosius: perferens mihi munuscula tua à te missa. detulit: & .i. simul. suauissimas literas: quæ præferebant .i. prętendebant. fidem .i. certitudinē vel veritatem. fidei .i. fidelitatis. probatæ per operum exhibitionē. a principio amicitiarum inter nos contractarū. & præferebant fidem .i. certitudinem siue veracitatem, veteris amicitiæ .q. dicat bene apparebat in literis tuis q̄ fuisti tu mihi fidelis: ex quo non mutuo dileximus. & quia vere diloxisti me. In modernis bibliis scribit sic: Quæ in principio amicitiarū fidē iam probatæ. constructio nō mutatur. Et sequitur: Et veteris amicitiæ noua præferebant. .i. prętendebat noua amicitiæ vetera. id est q̄ vetus amicitia renouata erat quā tum ad feruorem dilectionis. Sed melior esset litera veteri in datiuo: & Nouā in accusatiuo. Et tunc construe sic: Quæ a principio. id est exordio literarum: præferebant. id est pręponebant, siue prælocabant, fidem amicitiarum: modernam: fidei .i. veracitati: iam probatæ, per multos annos. & pro id est nouam amicitiam veteri prętferebant. .i. pręponebāt. q. dicat in literis tuis prętendebatur: q̄ veracius & fidelius me modo diligis q̄ṗ vnq̄ṗ feceris. b ¶ vera enim illa

Necessitudo. necessitudo est .i. vera amicitia quæ dicit necessitudo à nectendo, quia nectit animos, alīs amicos in dilectiōe. c ¶ Et Christi glu

Glutinum. tino &c. Charitas dicitur glutinū Christi, qui ita vnit homines sicut glutinum asseres. d ¶ Quam nō vtili rei familiaris &c. i. propria vtilitas. e ¶ Nō subdola, id est ficta. f ¶ Et palpans; id est blandiens vel mulcens. g ¶ Adulatio &c. supple conciliant. h ¶ Conciliant, id est coniungunt.

Cōciliare. Conciliare enim dicitur amicum & cōcordē facere, coniungere & sociare: Et sicut ait Hu

B guic. maioribus minores conciliantur: & nō cōuerso. i ¶ Legimus in veteribus historiis. id est in libris antiquarū historiarū.

Historia. Historia est narratio rei gestæ, per quam ea quæ in prętcrito facta sunt, dinoscuntur. Dicitur aūt ab historin grēce, q̄d est videre vel agnoscere. Apud veteres enim nemo cōscribebat historiam, nisi is qui interfuisset, & ea quæ scribēda essent vidisset. ita dicit Isidorus Etymo. .j. Vide in opusculo de significationibus vocabulorū Bibliæ: & inuenies alia multa de historia, quæ causa breuitatis hic prętermitto. k ¶ Lustrasse, puincias. i. circuisse regiones multas. Lustrare multa significat, quæ habentur per

Lustrare. hos versus: Lustro circūdo designat. Lustro sereno, Purgo circūeo, lumino siue pio. Et inde dicit hoc lustrū. .i. purgatio vl circuit⁹, vel luminatio vel antrū, vel prostibulū, vel spaciū quinq̄ annorū. Hæc

Lustrum. omnia melius inuenies in p̄dicto opusculo. l ¶ Nouos. .i. ignotos. m ¶ Adisse populos. resume supple legim⁹. n ¶ Coram quoq̄ videret. .i. vt presentialiter videret eos quorū famā p scripta nouerat. Corā. .i. presentialiter. aduerbiū est.

Coram. o ¶ Sic Pythagoras mēphiticos vates. .s. adiit vel pagrauit. Nota q̄ Pythagoras philosophus fuit de Samos insula oriūdus. vnde Isi. Etymolog. xiij. Samos insula est in mari Aegeo vbi nata est Iuno, ex qua fuit sibila Samia, & Pythagoras Samius, à quo philosophiæ nomē inuentū est. Itē Aug. de ciui. dei. lib. vij. ca. ij. Duo philosophorū genera traduńt. Vnū Italicū ex ea ꝑte Italiæ quæ quondā magna grę

Pythagoras. cia nūcupata est. Alterū Ionicū in illis terris, vbi & nūc grēcia noiatur. Italicū genus autorē habuit pythagorā samiū &c. & sequitur. Iste interrogatus quid ,ptiteret, philosophū se esse respōdit. .i. studio sum vel amatorē sapientiæ, quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbat &c. ¶ Hic adiit q Vates, id est philosophos.

Philosophorū genera duo.

Vates. Vates, dicūtur philosophi à vas vasis & theos quod est deus, quasi vasa dei. Videtur enim q̄ deum contineant propter profunditatem scientiæ quā docent. p ¶ Mēphiticos, id est ægyptios, à mēphi ciuitate Aegypti quā ędificauit Epaphus filius Iouis, sicut dicit Isidorus Ethymolog. xv. Istam historiam tangit Valerius maximus, libro octauo dicens: Pythagoras perfectissimum opus sapiētiæ à iuuenta peritus, & omnis honestatis percipiendæ cupiditate ingressus, nihil enim quod ad vltimum sui peruenturum est finem, non & mature & celeriter incœpit, Egyptum petijt, vbi literis gentis illius assuefactus: prætereiti cui sacerdotum commentarios scrutatus est, innumerabilium seculorum obseruationes cognouit &c. Per prędicta patet q̄ falsi libri habent Memphiticus. r ¶ Sic Plato ægyptum & archytam tarentinum. supple adiit, vel peragrauit. Plato philosophus quidam fuit cuius iter in ægyptum tāgit Valeri⁹ maximus li. viij. dicens: Plato patriam Athenas præceptorē Socratē sortitus: & locū & hominem doctrinæ fertilissimū, ingenij quoq̄ diuina instructus abūdātia cū oīm mortaliū iam sapiētissimus haberet, eò quidē vsq̄ṗ, vt si ipse Iupiter è cœlo descēdisset, nec elegātiore, nec beatiore facundia vsurus videretur. ægyptū pagrauit, dū à sacerdotib⁹ eius gentis geometriæ multiplices numeros, cœlestiū obseruatiōe rationū percepit &c. Et sequit sibi. Quo minus miror in Italiā trāsgressum, vt ab Archyta tarētino pytagorę prędicta & instituta acciperet. Aug. viij. lib. de ciuita. dei. ca. iiij. multū cōmēdat illū: & dicit inter alia: In ægypto didicit quæcūq̄ illic magna habebantur atq̄ docebant. Aegyptus dicti ab ægyzo quod est appropinquo & potha mos quod est fluuius, ꝑpe nilū fluuiū ægypti. Vel secundū Isido. Etymolo. xiij. Aegyptus quæ prius aerea dicebaṫ, ab ægypto fratre Danai postea ibi regnāte nomen accepit. De Archyta dicit Valerius maximus in .iij. lib. Tarentinus Archytas dum se pytagoræ præceptis metaponti penitus immergit, magno labore longoq̄ tēpore solidū opus doctrinæ complexus, positq̄ṗ in patriam reuertitur, & rura sua reuisere cœpit, animaduertit negligētia villici corrupta, & perdita, intuensq̄ male meritum: Sumpsissem inquit à te suppliciū, nisi tibi iratus essem, maluit eī impunitum dimittere, q̄ṗ propter iram iusto grauius punire. Tarentinus autem dicit, quia erat à tarento ciuitate: de quā dicit Isid. Etym. xv. Taras Neptuni filius fuit, à quo tarentū ciuitas & cōdita, & appellata est. Item Hora. in lib. sermō. Pectinib⁹ patulis iactet se molle tarētū. Pectines sunt quidā pisces, qui dicuńt gallice plaiz. Et nota q̄ pectē est istrumentū texēdi & pectēdi. Itē piscis quidā, & plectrū citarę, inferior pubes, rastrū agmen vel chorea. versus: Texit, nat, pectit, pectem modulamina condit. Agmē cū rastro sic pubē pectine signo. s ¶ Eandēq̄ oīā italiæ &c. peragrauit. Peragrare multa significat, dicit eī circūire, q̄ṗbulare, inquirēdo puagari, perrare, puadere &c. Vnde cōstrue sic, Peragrauit, id est perambulauit eam oram, id est eam regionē. versus: Aspires horam tempus tibi significabit. Si non aspires limbum dabit & regionem. Dicit ergo: Eandemq̄ oram italiæ: id est italicā regionem quæ quondam magna grēcia dicebatur. De hoc dicit Augustinus octauo libro de ciuitate dei capi. quarto. Et inde in eas Italiæ partes veniens: vbi Pythagoreorū fama celebrabatur: quicquid italicæ philosophiæ tunc fiorebat: auditis eminentionibus in ea doctoribus: facillime cōprehēdit. Quare autem dicebatur magna grēcia, patet per Isidorum: qui dicit in decimoquarto Etimolog. Italia enim à grœcis populis occupata, magna grēcia nūcupata est. Deinde à regis nomine saturnina. mox & Latium dicta est: eo q̄ idem Saturnus à Ioue sedibus suis pulsus ibi latuerit. Postremo ab Italo Siculorum rege ibi regnante Italia appellata est. t ¶ Vt qui Athenis magister &c. Construe sic, dico q̄ peragrauit loca prædicta: vt qui erat magister & potens Athenis: id est apud Athenas. Ciuitas est in Græcia, quasi littoralis ab atha quod est littus: quia in littore posita. Vel dicuntur Athenæ quasi immortales: quia ibi olim viguit sapientia, quæ immortalis est: & sic dicuntur ab athanatos quod est immortale. Augustinus in decimo octauo libro de ciuitate dei, nono capitulo dicit q̄ athenæ dicuntur à Minerua: quæ græce athena dicitur. Et

Italia.

Athenæ.

E

b η subdit

EPISTOLA beati Hieronymi ad Paulinū presbyterū, de omnibus diuinæ historiæ libris, incipit. Caput primum.

a RAter Ambrosius tua mihi munuscula pferēs, detulit et suauissimas literas, q̄ à principio amicitiarū, fidē, pbatæ iā fidei & veteris amicitiæ p̄ferebāt. Vera em̄ illa necessitudo ē, & xp̄i glutino copulata, quā nō utilitas rei familiaris, nō p̄sentia tm̄ corporū, nō subdola & palpās adulatio sed dei timor & diarū scripturarū studia cōciliant. Legimus ī ueteribus historiis quosdā lustrasse ,puincias, nouos adisse pp̄os: maria trāsnasse: ut eos quos ex libris nouerāt, corā quoq̄ uiderēt. Sic Pythagoras mēphiticos uates, sic Plato ægyptum & archytam tarentinum: candēq̄ orā italiæ quæ quondā magna græcia diceba tur laboriosissime pagrauit: ut qui athenis mgr̄ erat & potēs,

Expositio epistolæ

E subdit multa verba: causam assignans quare à nomine eius denominata est ciuitas. dicit enim quod cum repente ibi apparuisset oliuæ arbor: & alio loco aqua erupisset, Cecrops rex territus consuluit Apollinem delphicum quid esset faciendum. Ille respondit: ꝙ olea Mineruam significaret: vnda Neptunum, & quòd esset in ciuium potestate: ex cuius nomine duorum deorũ quorum signa illa essent, ciuitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto: omnes ciues vtriusq; sexus conuocauit. Mos enim erat tunc in illis locis vt fœminę publicis consultationibus interessent. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno: fœminę pro Minerua tulere sententias. Et quia vna plus est inuenta fœminarũ, minerua vicit. a ¶ Cuius q; doctrinas academiæ gymnasia personabãt. quia magna fama erat de doctrina ipsius. Academia fuit villa Platonis, vbi idem Plato docebat. Et sicut quidam dicunt interpretatur luctus: propter bellũ quod ibi gestũ est inter Apollinẽ & Neptunũ. Plato enim cũ diues esset, vt posset vacare philosophiæ: elegit Academiã, villã procul ab vrbe: nõ solũ desertã, sed & pestilentẽ: vt cura & assiduitate morborum, libidinis impetus frangerẽtur: discipulisq; nullam sentirent voluptatẽ, nisi illarum rerum quas discerẽt. Gymnasiũ autẽ dicitur generalis exercitiorũ locus: apud Athenas locus erat vbi discebat philosophia: & sapiẽtiæ exercebatur studiũ: & sic dicitur hic. Nam gymnasiũ græce vocatur, quod latine exercitium dicitur, hoc est meditatio. Gymnasia academiæ dicebantur studia vel exercitia studiorum vel loca studiũ. Et dicit Isidorus in. xvi. Etymol. Gymnasium dicitur vbi exercent athletæ, & cursorũ velocitas comprobatur. Hinc accidit vt omnium prope artium exercitia gymnasia dicerẽtur. Et dicitur à gymnos, id est nudus, quia iuuenes nudi exercẽtur in campo vbi sola verenda operiuntur. Item à gymnos dicitur hæc gymnas. dis. f. pugna vel luctatio: & quia magna lucta est in studio: recte gymnasium dicitur. vnde Eccle. ij. cap. dicit: Colluctata est anima mea in illa: id est sapientia acquirenda. Cętera plana sunt. ¶ Deniq; cũ literas &c. maiore mẽte se fuit. Istam literam inueni in epistolis Hieronymi: cum quidam libri habeant: maior emente se fuit: quia scilicet philosophus erat; emptor non. Constructio patet. Sed nota ꝙ dicit, literas quasi toto orbe fugientes: quia nullus potest ad perfectionem scientiæ peruenire: cum semper occurrit ei quod possit addiscere. vnde Eccles. septimo capi. Dixi sapiens efficiar: & illa lõgius recessit à me multo magis q; erat. ¶ Captus à piratis. Pirata dicitur latro marinus, vnde Lucanus: Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit. Et cõponitur à pir quod est ignis: & ratus: quia semper portat ignem in rate. d ¶ Etiam tyranno crudelissimo paruit: id est obediuit: quia ad mandatum Dionysij tyranni exulauit. vnde ait Valerius maximus libro quarto loquẽs de Platone: Patria pulsus à dionysio tyranno megaram venerat: vbi cum ad Theodorum principem eius vrbis domi conuenire vellet: neq; admitteretur: multum diuq; ante fores retentus, comiti suo ait: Patienter hoc ferendũ est, forsitan enim & nos cum in gradu dignitatis nostræ essemus: aliquid tale fecimus: qua tranquillitate consilij, ipse sibi conditionem acilij placidiorẽ reddidit. vnde bene dicitur hic de ipso. e ¶ Tamen quia philosophus: id est sapiẽs & discretus erat. f ¶ Maiore mente se fuit: id est maiorem mentis constantiam habuit: & aduersa æquanimus tolerauit. Et de isto tyranno habetur in sexto libro Valerij maximi: Dionysius cum hęreditatis nomine à patre: syracusanorum vel siculanorum: ac pene totius siciliæ tyrannidem accepisset: maximarum opum dominus: exercituum dux: & rector classium equitatuum potens: propter inopiam literas puerulos corinthi docuit. g ¶ Ad Titum liuiũ lacteo eloquentiæ &c. Titus liuius scripsit historiam romanorum ab vrbe condita. Cuius mentionem facit Priscianus: qui dicitur manans: id est diffluẽs fonte lacteo eloquentiæ: quia dulcem & placidã habebat doctrinam &c. h ¶ Habuit illa ętas inauditum &c. extra vrbem. Hic ponitur extra pro præter & est sensus: Mirum est & G inauditum quòd aliqui tam nobilem ciuitatem ingressi: aliud videre quęrerent ꝙ pulcritudinem ciuitatis &c. i ¶ Apollonius siue ille magus. In Plinio de naturali historia duo leguntur apollonij: quorum vnus dicebatur apollonius pergamus: à pergamo id est troia sic dictus: quem numerat inter autores quos imitatur in tractando de naturis animalium: & de naturis arborum. Alter vero appellabatur apollonius tarentinus: à tarẽto ciuitate. Et fuit vnus de illis quos imitatur Plinius in tractando de naturis herbarum. Item Hieronymus in libro illustrium virorum ponit duos apollonios: quorum vnus fuit senator Romanus qui à seruo proditus quòd esset Christianus, & pro Christo capite truncatus est. Alter fuit vir discretissimus: qui scripsit aduersus Montanum: Priscam: & Maximillam insigne & longum volumen: in quo asserit montanum & insanos vates eius periisse suspendio: & forte de isto intelligit hic. k ¶ Magus. à magnitudine scientiæ dicitur philosophus. Vnde quem vulgus dicebat magum, id est scientię magnum pythagorei vel pythagorici dicebant philosophum. vnde dicit Chrisostom. super illud Matthæi secundo, a. Magi ab oriente venerunt &c. Magi non malefici, sed sapientes intelliguntur. l ¶ Pythagorici id est pythagoræ discipuli: vel sequentes doctrinam pythagoræ, de quibus dicit Valerius maximus libro octauo ꝙ pythagoræ tanta veneratio ab auditoribus tributa est: vt quæ ab eo acceperant: in disputationem deducere nephas existimarẽt: quinetiã inter pellati ad reddendum causam: hoc solum respondebant: ipsum dixisse. m ¶ Persæ. populi sunt à Perseo rege vocati, qui è græcia Asiam transiens ibi Barbaras gentes gravi diuturnoq; bello perdomuit: nouissime victor nomen subiectæ genti dedit. Ita dicit Isidorus nono Etymolog. ¶ Caucasus, mons est indiæ sic dictus à candore: quia niuibus densissimis est candidatus. Nam caucasum lingua orientali dicitur candidum. Istud sumitur de Isidoro Etymolog. decimo quarto. o ¶ Albani. populi sunt in partibus Asiaticæ Scythię. Et dicuntur sic ab assiduis niuibus: vel quia cum albo crine nascuntur. His glauca oculis, id est picta inest pupilla: adeo vt noctẽ plusq; die cernant. Ita dicit Isidorus Etymologi. nono. p Scythæ. populi sunt de quibus dicit Isidorus Etymologi. nono. Limes est persicus qui scythas ab armenijs diuidit: scytha cognominatus: à quo limite scytæ ab aliquibus perhibentur vocati: gens antiquissima semper habita. ¶ Item in eodem. q Massagetæ. de scytharum origine sunt: & dicti Massagetæ, quasi graues, id est fortes getæ. nam sic Libies argentum graue dicũt, id est massas. hi sunt qui inter scythas & albanos septentrionalibus iugis inhabitant. De quibus Lucanus in secundo. Decurrant medi ca susis Agmina Maisagetem: scythicus non aliget hister. r ¶ India. ab Indo flumine quo ex occidentali clauditur. Hæc à meridiano mari porrecta vsq; ad ortum solis: & à septentrione, vsq; ad montem caucasum peruenit & ęata dicit Isidorus Ethymologi. libro decimoquarto. ¶ Opulentissima: id est opẽbus plenissima, vel ditissima. Nam opes diuitiæ, lentos plenus dicitur. Et inde opulentus opulenta opulentum quod cõparatur opulẽtior opulentissimus. s ¶ Physon amne transmisso: id est pertransito. De isto flumine habetur Genesis secundo. b. de quo dicit Isidorus in decimo tertio Etymologi. Ganges fluuius quem physon sacra scriptura commemorat: exiens de paradiso, pergit ad indiæ regiones. Dictus autem Physon. i. caterua: quia ex decẽ fluminibus magnis sibi adiunctis implet & efficit vnus. Ganges autẽ vocatus à Gangaro rege indiæ. t ¶ Peruenit ad Bragmanas. populi sunt indiæ à Bragmano rege: vt quidam dicunt. hic vocati. Mores autẽ illorum sunt hi: Gens bragmanarum pura & simplici vita vitur: nullis rerum capitur illecebris, nihil appetit amplius q; naturæ rõ flagitat: sola viuit alimonia quã tellus sine cultura, pducit. Hinc est ꝙ nulla morborũ genera, nullus apud illos vsus medicinæ, quia plimonia est illis medicina: sed lõga sanitas vsq; ad mortẽ: quã meta senectutis portauerit. vnde nemo parens filij comitat exequias: null' altero supior: null' ditior: nulla iudicia: quia nulla corrigẽda. Sed illi gẽti lex est, cõtra ius nõ ire naturę: nulla intẽdũt corpali opi: quia

† Doctrinam.

Academia.

Gymnasiũ.

Physon.

Ad perfectionẽ sciẽtiæ nullus venit.

Pirata.

Alĳ, equirantium.

Titus liuĳ

Apollonĳ.

† legẽdum, maior emẽte

Persæ.

H Caucasus.

Albania.

Scithæ.

Massagetæ.

Lucanus.

India.

Opulẽtus.

Physon.

Ganges.

Bragmanę

s ¶ Aggeus festiuus & lętus: Ad euidentiam istorum nota quod sicut scribitur in. ij. Paralipom. vlt. Nabuchodonosor rex caldęorum propter periurium sedechiæ regis iudæ qui ab ipso recesserat, ipsum sedechiam cum populo suo in babyloniam duxit captiuum incenso templo & destructa hierusalem. Mortuo autem Nabuchodonosor: & Balthasar filio eius interfecto: sicut scribitur Danielis. v. g. Darius medus successit in regnum caldæorum: quo mortuo successit Cyrus rex persarum: qui in primo anno regni sui misit in hierusalem circiter quinquaginta milia iudęorum: quibus præfecit zorobabel & iesum filium Iosedech. & præcepit vt ædificarent templum domini illi autem extructo altari fundamenta templi iecerunt. j. Esdræ. iij. a. Sed interea mortuo Cyro artaxerxes qui dictus est Cambyses illi succedens: mandauit gentibus quæ erant in hierusalem ne templum reædificari permitterent. j. Esdræ. iiij. & v. remansit itaq; opus imperfectum vsq; ad annum secundum Darij filij Hystaspis. Hoc anno Aggeus & zacharias prophetæ: non timentes regis edictum, nec inimicitias circumadiacentium populorum: hortati sunt Zorobabel & populum suum qui cum eo erat: vt ædificarent templum: quia iam tempus erat, quo Hieremias prophetauerat templum esse reędificandum: scilicet post septuaginta annos captiuitatis: Hieremię vigesimo nono. c. Prophetat autem Aggeus populi reuersionem: templi reędificationem ciuitatis renouationem: obseruantiam sacerdotalem: & exteriorum regnorum subuersionem: & propter ista dicitur festiuus & lętus iuxta nominis interpretationē. t ¶ Qui seminauit in lachrymis vt in gaudio meteret. sumptum est de psal. centesimo quinquagesimo secundo. a. Destructum templum ædificat. j. capitulo v ¶ Deūq; patrem inducit loquentem. capitulo secundo. b. vbi ait. x Adhuc vnum modicum q̄ &c. Interlinearis: Tempore passionis sol obscuratus est Item glossa. marginalis: Quando dedi primum testamentum in sina: moui cœlum & terram & mare rubrum & desertum: vt vobiscum ponerem testamentum. Nunc autem polliceor quod adhuc semel mouebo cœlum & terram: vt illis commotis moueantur omnes gentes: scilicet contrariæ potestates splendorem domini sustinere non valētes. y ¶ Et veniet desideratus cunctis gentibus id est saluator. z ¶ Zacharias memor domini sui. Sicut ait Hieronymus: Aggeus & Zacharias in secundo anno Darij regis memorati prophetauerunt. Aggeus autem Zachariæ præponitur; quia duobus mensibus præcessit: sicut patet in textu vtriusq;. Aggeus enim incepit prophetare in sexto mense, Zacharias autem in octauo. Quòd autem Zacharias dicitur memor domini, exponit Isidorus dicens in septimo Etymol'. Zacharias interpretatur memoria domini. Septuagesimo enim anno desolationis templi completo: Zacharia prędicante memoratus est dominus populi sui: iubenteq; domino reuersus est populus: & reędificata est vrbs & templum. Item primo Esdrę. v. legitur quaſliter prophetauerunt Aggeus & Zacharias adiuuantes populum ad reędificandum templum. a ¶ Multiplex in prophetia. Quia prophetat de reditu populi: & reædificatione templi sicut patet in primo & secundo capitulo; & de multis alijs. b ¶ Iesum vestibus sordidis. propter fealorem captiuitatis: & sic legitur de Iesu filio Iosedech: vel legitur de Iesu christo carne simili peccatrici induto. Philippenses secundo. a. In similitudinem hominum factus est: & habitu inuentus vt homo. Romano. octauo. a. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati &c. Ista vestis sordida apparuit in passione: sicut ipse testatur Esai. sexagesimo tertio. a. Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: & omnia indumenta mea inquinaui.

G Aggeus

Naum

Templi reſtauratio

Abacuk cap. j. a.

Sophonias

H Aggeus cap. j. b.

zacharias

zacharias

Et lapidem

A a ¶ Et lapidem oculorum septem: id est Iesum qui dicitur lapis de monte abscisus: Daniel.ij.g. pro robore quo omnia contemnit. Item Mat.xxj.d. dicitur lapis conterens inimicos. Item dicitur lapis angularis coniungens duos parietes in vnū: Ephes.ij.d. Super quem lapidem septem vel octo sunt oculi: de quibus dicitur Esaię xj.a. Requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapiētiæ & intellectus: spūs consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini. b ¶ Candelabrumq; &c. Candelabrū ecclesia aureum propter spiritalem intelligētiam scripturarum. Lampas Christus. Esai. lxij. Saluator eius vt lampas accendatur, qui in ecclesia fulget. Septem lucernę: & septem infusoria earum: gratiæ spiritus sancti p quas oleū misericordiæ dei suscipit ecclesia. Duę oliuę: Moyses: & Helias, id est lex & prophetæ qui de Christi passione predicabant. Vel oliuę: euangelium quod à dextris: & lex quæ à sinistris. c ¶ Vt post equos &c. Iuxta glossam. Per equos rufos designant Babylonij crudelitate terribiles. Per nigros, (quia sic ordinatur textus) designantur Persę, mortē iudęorū tristi nuncio pręferentes. Per albos, Macedones: sub quorum rege antiocho, Machabeorū victoriam legimus. Per varios, Romanorū reges quorum alij fuerunt clementes in iudęos: vt C. Cæsar alij pśecutores: vt Vespalian⁹. Qui dā dicunt quatuor quadrigas, quatuor euāgelia: equos apostolos: quorū alij Rufi martyrio, alij obsuri & nigri, profunditate & cognitione mysterij: alij albi, gratia virginali: alij varij & fortes, gratiam curationum & diuersarum virtutum habentes. d ¶ Dissipatas quadrigas ex ephrai. Nostra litera est: dissperdā quadrigam ex Ephraim: quod exponit Hieronymus in originali dicens. Non erunt pręlia: omnibus Christi aduentu & natiuitate pacatis. Porrò secundū alsiorem intelligentiā ephraim ad hęresum multitudinem refertur qui interpretat̄ carpophoria: id est vbertas & frugum abundā dantia. psalmo. lxxvij.b. Filij ephraim intēdentes & mittentes ar. con. Lin. d.b. & alibi: Hi in curribus & hi in equis: sed equus eorum dispergitur de Hierusalem: de quo psalmo. xxxij.d. Fallax equ⁹ ad salutē. e ¶ Paucos autem reges &c. Hanc prophetiā euangelistæ dicunt esse completam quando dominus ingressus est Hierusalem sedens super asinum: & pullum asinæ. Matth. vigesimo primo.a. Mar. vndecimo.a. Luce decimonono.c. Ioh. xij.b. De ista asina dicit in historijs ꝙ communis erat pauperibus, qui propria iumenta non habebant. cumq; aliquis in ea operatus fuerat: pabulū dabat ei & pullo: qui pariter ad opera communia nutriebatur. & ob eius ita commune obsequium quidam eam dictam putant sub iugalem: quasi omni iugo & dominio expositam: sed grecum nomē est. asina enim latine, grece subiugalis dicit. f ¶ Malachias aperte &c. totum istud scribitur in primo capi. Isidorus in septimo Etymolog. dicit ꝙ malachias interpretatur angelus domini: id est nuncius. Quicquid enim loquebatur: quasi à domino essent mādata credebantur: & inde eius nomen septuaginta interpretes trāstulerunt dicentes: Assumptio verbi domini super israel in manu angeli eius. g Non est mihi voluntas in vobis qui immundi offertis. h ¶ Et munus non suscipiam. sanguinem hircorū, aut taurorū, sed thymiama orationū. i ¶ Ab ortu enim solis &c. Non in vna Iudæa vel Hierusalem, vnde ioh. decimoseptimo.a. dicit saluator: Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. k ¶ Et offertur in cerimonijs christianorū. l ¶ Oblatio munda. per hoc increpat sacerdotes judęorum: qui offerūt non idonea ad immolandum: vt sciant carnalibus victimis, spirituales victimas succesuras. m ¶ Esaiam: Ieremiam. Hieronym⁹ exponit seipsum dicēs in prologo super Esaiam. Ita enim vniuersa Christi ecclesiæq; misteria ad liquidum prosequutus est: vt non putes eum de futuro vaticinari: sed de pręteritis historiam texere. Texo texis texui texere. textum textu. dicitur telam facere: cooperire: ordinare: construere. vnde hic textus textus textui: liber continens tractatum sine literę expositione. n ¶ Secundus vero virgā nuceā. Nota quòd .j. Hieremiæ nostra litera est: virgam vigilantem ego video. Et hanc habent Aquila, symmachus, & Hieronymus. Septuaginta autem dicunt: baculum nuceum. Theodotion vero virgam amydalinam. Et omnia ista competunt Christo qui dicitur virga in correctione malorum: numeri vigesimo quarto.c. Consurget virga de israel & percutiet duces Moab. Baculus dicitur in sustentatione bonorum actuorum: psalmo. xxij. b. Virga tua & baculus tu⁹, ipsa me cōsolata sunt. Virga dicitur in custoditione contemplatiuorum. psalm. cxx.a. Ecce non dormitabit neq; dormiet. Amygdalus dicitur in sanatione spiritualium infirmitatum. psalm. cvj.b. misit seruum suum & sanauit eos. Nux: quia pascit dicitur in refectione perfectorū. Matthęi vndecimo.d. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiā vos. o ¶ Et ollam succēsam. Per ollam succensam intelligitur rex Babyloniæ: qui bene dicitur olla succensa propter ambitionem: sicut patet in principio Iudith: vel quia ex toto iudęos in nihilum decoxit. vnde Hieremiæ.l.c. Primus comedit eum rex Assur: sed iste nouissimus Nabuchodonosor exossauit eum. Aquilo dicitur quasi aquas ligans: ventus gelidus & siccus. per quem signatur diabolus: à cuius facie olla succenditur: cum per uersę suggestiōes insufflantur. Esai. quinquagesimo quarto.d. Ego creaui fabrum sufflātem in igne prunas &c. p ¶ Et pardum expoliatum &c. Hieremiæ. decimotertio d. est nostra litera. Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum; quasi dicat. Sicut ab æthiope nō potest separari nigredo: nec colorum varietas à pardo ita vos estis inseparabiliter obstrinati in malo. vnde Sapiētiæ duodecimo.b. Neque enim est natio eorum & naturalis malicia ipsorum: scilicet studio: non natura. Pardus bestia est velocissima, & prępceps ad sanguinē: & est variorū colorum, per quod notatur in iudęis diuersitas vitiorum. q ¶ Et quadruplex. In threnis quadruplici plangit. s. alphabeto ꝓpter destructionē hierusalem quā futuram prędicauit: presentē vidit: pręteritam deplorauit. singuli autem versus lamentionum secundum ordinem hebraicarum literarum in idiomate sumunt initium. Verbi gratia: primus versus incipit ab Aleph: secundus à Beth: & sic de alijs vsq; ad finem alphabeti. Et postea reperitur alphabetum & quater in principijs versuum ordinatur. In tertia autem repetitione singula elementa tripliciter repetuntur. Necto nectis nexi: vel nexui nectere plura signat: quæ habentur per hunc versum. Necto dat inserere: coniungere: siue ligare. Ante to c veniēs in xi to mutat & in sum. Datq; xui pecto pariter xi: sic ꝙq; necto. r ¶ Diuersis metris. vnde Hieronymus in quadam epistola ad Marcellam: quæ incipit: Nudius tertius &c. sic ait: Habes in Lamentationibus Hieremiæ quatuor alphabeta: ex quibus duo prima quasi saphico metro scripta sunt: quia tres versiculos, qui sibi nexi sunt, & ab vna tantum litera incipiunt: Heroicum coma concludit. Tertium alphabetum Trimetrum; scriptum est trinis literis: sed eisdem trini versus incipiunt. Quartum alphabetum simile est primo: & secūdo: Ita dicit Isidorus in sexto Etymologi. sed aliquantulum lucidius dicens: quòd duo prima alphabeta: quasi saphico metro scripta sunt: quia tres versiculi qui sibi inuicem nexi sunt: ab vna tantum litera incipiunt, quos heroicum coma concludit. Intellige sic. Saphicum metrum dicitur cuius inuentrix Sapho fuit, quale est illud: Vt queant laxis resonare fibris: ecce vnus versus. Mira gestorum famuli tuorum: ecce secundus versus. Solue polluti labij reatum: ecce tertius versus. Et post tres versus sequitur coma heroicum: id est clausula versus heroici: siue versus hexametri: quo heroum: id est virorum fortium facta describuntur: cum dicitur Sancte. Ioannes. Iste hymnus dicitur metrum saphicum: pentametrum dactylicum. Saphicum: quia Sapho puella huiusmodi metrum inuenit. Pentametrum: quia quilibet versus metricus quinq; habet pedes. Primo Trocheum: secundo Spondeum: tertio Dactylum: quarto trocheum: quinto similiter trocheum. Dactilicum.

Equi rufi, & nigri. Mala.ca.1.c

Isaias. B

Ierernias.

Ibi.19.b

Asina subiugalis.

Malachias.

Texo.

1 Albos, & varios.

Aquilo.

2 Isaiam.

D

Pardus.

Threni.

3 Spoliatū.

Lamentationes Hieremiæ.

Saphicum metrum.

E

C

Christus, multis comparatur.

Necto.

Expositio epistolæ

ctylicū dicitur à pede prędominante in isto metro in tertio pede, vbi vu't semper habere dactylum: nam in secundo pede & in quinto indifferenter potest recipere trocheum vel spondeum. Et subdit Isidorus. tertium alphabetum trimetro scriptum est: & trinis literis trini versus inciprunt. Concorda literam Isidori cum litera

Lyrica, Lyrica scribit. Lyrica aūt à lyra: dicunt carmina q̄ lyra cātant, sicut sunt carmina Horatij. Item à lyrin quod est varietas vel diuersitas dicuntur lyrica: quæ continent carminum diuersitatē & varietatem sicut patet in odis Horatij. Dicitur ergo Dauid Simonides noster, q scilicet lyricę scripsit apud hebræos: sicut simonides apud græcos: de quo dicit Isidorus in primo Etymologi. Simonidia metra simonides poeta lyricus composuit. Item in eodem: Threnos primus versu Hieremias composuit: post hunc apud græcos Simonides poeta lyricus. Item Hieronymus in epistola ad Nepotianum presbyterum. Ad poetas venio, Homerum, Heliodum, Simonidē & cęteros. Quidam dicunt Symphonides: quod in veritate nihil est. Item Dauid pindarus. Iste pindarus græcus fuit de quo legitur in sexto libro Valerij maximi & primo ,plogo sup. Iob. Item Dauid nr̄ alcę⁹: de q̄ dicit Horati⁹ in vltima epistola: vbi loquit de poetis: q Mutuo se laudabāt: discedo alcę⁹ pūcto illi⁹: ille meo qs. Quis melⁱ Callimac⁹ &c. q. d. Discedo alcęus. i. alcęo in laude cōpat⁹: pūcto. i. iudicio illi⁹ laudatoris: et ille laudatorqs discedit meo iudicio. i. qs discedit à me, nisi Callimach⁹ q fuit famosus poeta. Itē Dauid flacc⁹ nr̄q lyrice scripsit vt Flaccus: id est Horatius: de quo dicit Iuuenalis: Omne vafer virium ridenti Flaccus amico Tangit: & admissus inter præcordia ludit. Vafer vafra vafrum. dicitur callidus: quasi varia ferens: qui scilicet varijs loquitur modis. Item Dauid Catullus noster & serenus expone vt supra de alijs. Catullus fuit Veronensis. vnde Ouidius in de fine titulo in fine: Mantua Virgilio gaudet Verona catullo. Pelignæ gentis gloria dicor ego. Serenus forte à serenitate animi dictus est: quia serenus erat: id est clarus: hilaris & tranquillus: sicut Naso dicitur à magnitudine nasi. Et Ouidius quasi ouum diuidens. Dauid inquam noster cuius scilicet Psalmis vtimur: Christum lyra personat, id est laudat in carmine lyrico. vel lyra ad literam: quam tangendo decantabat psalmos suos. vnde secundi Regum sexto .c. dicitur quod Dauid percutiebat in organis armigatis. Item primi Paralipomenon decimoquinto. a. dixit Dauid principibus leuitarum: vt constituerēt de fratribus suis cantores in organis musicorum: Nablis videlicet & lyris & cymbalis. Lyra dicitur à lyrin: id est varietas vel diuersitas: eo quod diuersitatem vocum faciat. Et in decachordo psalterio exitat ab inferis resurgentem, id est excitadum prędicat. Psalm. tertio. b Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi. Item alibi: Non derelinquas animam meam in inferno & cęte ra. Item alibi: Eruisti animam meam ex inferno inferiori, & in multis alijs locis. Decachordum psalterium instrumentum est musicum cum decem chordis: quo hebræi vsi sunt propter numerum decalogi psalmo centesimo quadragesimo tertio. b. in psalterio decachordo psallam tibi. Et dicitur à deca: quod est decem, & chorda. Et dicitur Nablum hebraicæ: psalterium græce: organum latine. Dicitur autem Psalterium à psaltim græce quod est tangere latine: quia dum tangitur à superiori reddit sonum: & ab illo instrumento dicitur liber psalterium: quia ad vocem illius psalterij Dauid decātabat Psalmos: & hoc est quod dicitur hic: quòd cāntando in decachordo psalterio excitat & cętera. Vel dicitur excitat: quia dicitur in Psalmo quinquagesimosexto. b Exurge gloria mea. Et respondet filius: exurgam diluculo. Quidam putant quòd quia Hieronymus multum adheret antiquis historijs: loquitur hic de Dauid per similitudinem Orphei, qui vxorem suam Euridicen in talo à serpente vulneratam & mortuam & ad inferos iam deductam cum cithara est secutus: vt eam ab inferis extraheret: qui illic veniens, tam duleiter citharizauit, quòd omnes dij infernales dulcedine citharæ conuicti ei Euridicen reddiderunt. Vnde Theodolus: Euridicen monitis qui regna tenent acheronris: Conditione grauiussit Proserpina reddi. Et secundum hoc exponit. f ¶ In Decachordo Psalterio. Cantando excitat: id est excitando præfigurat Christum. g ¶ Ab inferis: id est à morte. Vel ab inferis post spoliationem inferni: vbi vectes ferreos confregit. Vel excitat resurgentem: id est excitādi desiderium demonstrat: in quo innuebat quantum redemptionem humani generis affectabat. Isidorus in sexto Etymologi. sic ait: Omnes Psalmi apud Hebræos metrico carmine sunt compositi. Nam more Romani Flacci: & Græci Pindari: nūc alij iambo currunt: nunc alchaico personant: nunc Saphico nitent Trimetro vel Tetrametro pede incedentes: forte propter hoc Hieronymus

Simonides Ezechiel. Daniel. Pindarus. Horatius secunda epistola. Dauid. Iuuenalis prima satyra. Catullus. Ouidius in libris amorum. Serenus. H Lyra. Ibidē .25.c. Ibidē .8.c. Psalterium decachordum. Orphei historia Virgilij i quarto Georg. Theodolus

r istæ partes

Hieronymi: quæ supra posita est. & gratia exempli accipiamus illa verba Boetij de consolatione in secundo libro: vbi loquitur de mutabilitate fortunæ. Hæc cū superbia vertit vices dextra: & æstuantis more fertur Euripi: Dudum tremendos sęua proterit reges. Humilemq; victi subleuat fallax vultum

2 Philistoros.

&c. Hoc metrum est trimetrum iambicum, continuum: quia constat ex sex iambis: vel tribus iambis: & alijs pedibus. Hæc cū, spondeus: super, iambus: ba ver, spōdeus: terit, iambus: vices, iambus: dextra, spondeus. hæc cum super: ecce metrum ex spondeo & iambo: ba verterit. ecce aliud metrum ex spondeo & iambo: vices dextra. ecce tertium metrum ex iambo & spondeo. Similiter potes videre per sequentes versus. Iambicum dicitur metrum à pede prędominante, scilicet à iambo qui semper habet poni in secundo loco. Item hipponachticū dicit ab inuentore. Item nota quòd dimetrum vel trimetrum vel tetrametrum in metris iambicis: trochaicis & anapesticis per duplices pedes computare debes: in reliquis vero per simplices.

Iambicum metrum.

a ¶ Tertius. Hoc est contra nouellos magistros. Sed de senectute mentis dicitur Sapientię quarto. b. Senectus venerabilis est: non diuturna: neq; annorum numero computata. Cani sunt sensus hominis: & ętas senectutis vita immaculata. b ¶ Principia. cum dicit: plurale ponit pro singulari. In primo capitulo agit de euangelistis valde obscure, ab vndecimo vsq; ad finem agit de templo: ita q̄ vix potest eum aliquis intelligere: ita dicit Hieronymus super Ezechielem: Ezechielis difficultatem hebręorum mostrat traditio: Nisi em̄ quis apud hebręos sacerdotalis ministerij ętatem: id est triginta annos impleuerit: nec principia Geneseos: nec cantica canticorum: nec exordium Ezechielis: nec finem legere permittitur: vt ad plenam scientiam & mysticos intellectus plenum humanę naturę tps accedat. c ¶ Quartus vero qui & extremus inter quatuor prophetas &c. Magna commendatio est quòd dicitur temporum conscius, nono capitulo: vbi agit de hebdomadibus: vbi scribitur in glosa in principio Danielis. Sciendum nullum prophetam tam aperte scripsisse de Christo sicut iste scripsit: & specialiter in nono capitulo. Nam & tempus notauit aduentus & reges per ordinem: & annos enumerat & manifesta signa. vnde hic dicitur totius mundi philohistoricus: id est amator historiarum: à philos: quod est amor: & Historia, à septimo capitulo vsq; ad decimumtertium exclusiue. Et per hoc quòd tam diligenter scribebat. scilicet determinando tempus: reges, & regna: veritatis historiarum probatur amator. Est aūt historia narratio rei gestæ: p quā ea quæ in præterito facta sunt dinoscuntur. Dicitur ab historin grece: quod est videre: vel cognoscere. Apud veteres enim nemo scribebat historiam: nisi his qui interfuisset: & ea quæ scribenda essent vidisset: prophetæ autem propter prophetiæ certitudinem quandoq; de futuris tanq; de præteritis loquebantur. d ¶ Lapidem precisum de monte. Danielis secundo. g. Et exponitur de Christo: qui dicitur lapis præcisus de monte sine manibus. id est conceptus: & natus sine humana operatione de beata virgine cęteris præeminente, qui subuertit oīa regna diaboli. De istis quatuor magnis prophetis dicit Isidorus in septimo Etymologi. Esaias interpretatur saluator mundi. Saluatorem enim vniuersarum gentium: eiusdem sacramenta: amplius q̄ cęteri prædicat. Hieremias, excelsus dominus: pro eo quòd dictum est ei. Constitui te super gentes & regna. Hieremi. primo. c. Ezechiel fortitudo dei, secundum Remigium. Confortauit me deus vnde Ezechielis tertio. d. Manus enim domini erat mecum confortans me. Daniel iudicium dei, siue quia in presbyterorum iudicio sententiam diuinæ examinationis exhibuit: siue quòd visiones: & somnia sagaci mente discernens aperuit. e ¶ Dauid simonides noster: pindarus &c. Sicut ait Isidorus in septimo etymolog. Dauid interpretatur manu fortis: quia vtiq; fortissimus in prę lijs fuit ipse & desiderabilis in stirpe, scilicet sua de qua prędixerat Aggeus propheta: Veniet desideratus cunctis gentibus, Quia vero Dauid lyrico metro psalterium hebraice scripsit teste Arato: qui ait: Psalterium lyrici composuere pedes. ideo hic quinq; poetarum lyricorum nominibus appellatur. Dicitur autē lyricus qui lyrica

Senectus mentis. Danielis cōmendatio: quia philohistoric⁹ Historia. Esaias. Hieremias. Ezechiel. Daniel. Dauid. Aggei .2.b Arator.

3 b Tertius principia² & finem tantis habet obscuritatibus inuolu
ta: ut apud hebręos¹ ipsę partes
cum exordio geneseos: ante an
c nos triginta non legant. Quar
tus uero qui & extremus inter
quatuor prophetas: temporū
d conscius, & totius mundi² phi
lohistoricus, lapidem prędsum
de mōte sine manibus & regna
oīa subuertentem: claro sermo
e ne ,pnūciat. Dauid simonides
nr̄ pindarus & alcęus: flaccus
q̄q; catulus & serenus xp̄m lyra
personat: & in decachordo psal
terio ab īferis excitat resurgētē.
f g

Salomon.

afs,†vanitatem

Epithalamium.

Esdras. Neemias.

Paralipomenon.

Epitome.

Rogo.

A nymus ponit hic flaccum pindarum & alcæum. a ¶ Salomon pascificus & amabilis domini mores corrigit: naturam docet: ecclesiam iungit & Christum: sanctarūq; nuptiarum dulce canit epithalamium. Sicut dicit Isidorus in glosa in principio ecclesiastes, tribus nominib⁹ vocatus est Salomon. Primo pacificus: quia sicut dicitur. iij. Regū quarto. c. Pacem habuit in regno suo ex omni parte in circuitu. Idida id est dilect⁹ domini: quia sicut. ij. Reg. xij. f. Nathan vocauit nomen eius amabilis domino: eo quod dominus diligeret eum. Item codeth hebraice: ecclesiastes grece: concionator latinè quia eius sermo non est ad vnum: sed ad vniuersos iuxta illa tria nomina tria composuit volumina. Prouerbia in quibus docet incipientes vel paruulos. Ecclesiasten, in quo docet proficientes & maturos. Canticacanticorum, quæ pertinent ad perfectos: de his plenius dicetur, cum eorum speciales prologi perstringentur. In prouerbijs mores corrigit paruulorum: vnde crebro loquitur ibi quasi ad filium. In ecclesiaste naturam docet: id est † natiuitatem quæ est terminus creatorum: omnia docens breuia & caduca. vnde dicit: Vanitas vanitatum &c. In canticis canticorum ecclesiam iungit & Christum quia ibi docet ecclesiam virtutibus consummatam: & veri sponsi amplexibus copulatā: diligere solum deum. b ¶ Epithalamium dicitur canticum quod cantatur super thalamum: id est super sponsę & sponsi cubiculū. Et dicitur ab epi quod est supra & thalam⁹. vnde Isidor. Etym. primo. Epithalamia sunt carmina nubentium, quæ decantātur à scholasticis in honorē sponsi & sponsæ. hoc primo Salomon edidit in laudem Christi & ecclesiæ. dicit itaq; Dulce canit epithalamium nuptiarum sanctarum: idem: cōiunctionis Christi & ecclesiæ. c ¶ Hester in ecclesiæ typo populum liberat de periculo: & interfecto Aman qui interpretatur iniquitas: partes coniugij & diem celebrem mittit in posteros. De morte aman legit Hester. septimo d. Cætera quæ sequuntur, recitantur in nono. d ¶ Paralipomenon liber instrumēti veteris &c. Sicut dicit Isidorus in sexto etymol. Paralipomenon grece dicitur quod nos prętermissorum vel relictorum dicere possumus: quia ea quę in lege vel in Regū libris vel omissa vel non plene relata sunt in ista summatim ac breuiter explicantur. Et nota quod paralipomenon verbum grecum est idē quod prętermitto vel relinquo. & componitur à para quod est secorsum: & lipo qđ est relinquere. Et inde paralipomenos participium passiuum pręteriti temporis: cuius genitiuus pluralis est paralipomenon, id est prętermissorum vel relictorum: sicut exponit magister Matthęus Vindocinensis in tractatu de præpositionibus græcis. Secundum Hugu. dicitur à para quod est pręter: & ypos quod est sub & mene qđ est defectus: quasi prætermissorum supplens defectum: quia breuiter & summatim prætermissa comprehendit. vnde etiam dicitur. e ¶ Epitome: id est abbreuiatio veteris iustrumēti. i. veteris testamēti: qđ dicit instrumentū qa instruit in doctrina fidei & morū. Nota qđ hæc epitome epitomes: vł epitoma epitomatis: idem est quod abbreuiatio sermonis: ab epi quod est supra: & tomos quod est sectio vel inscisio: quasi præsectio vel præcisio sermonis. Hic autem ponitur absolute pro abbreuiatione: quia breuiter colligit prætermissa. f ¶ Tantus. in sententiarum capacitate. ac talis est in scripturarum dilucidatione. g ¶ Vt absq; illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare: id est arroganter sibi attribuere: seipsum irrideat id est deludat. & decipiat. Hic nota compositionem huius verbi rogo per hos versus. Si rogat addideris con congregat: e dat: in infert. Deminuit: sub substituit, pro protrahit: inter Quærit: præ superat: ab destruit: arcq; superbit. h ¶ Explicantur: id est aperiuntur quasi extra plicam ponuntur. i ¶ Innumerabiles quæstiones: scilicet de diuersitate: genealogiæ vt in principio Matthæi. Cætera plana sunt. k ¶ Esdras & neemias adiutor videlicet & consolator à domino: in vnum volumen artantur. Quia primus liber. Esdræ cum verbis Neemiæ vnicus liber appellatur. l ¶ Instaurant templum muros, extruunt ciuitatis: omniscq; illa turba populi redeuntis in patriam: & descriptio sacerdotum: leuitarum: israelis: proselytorum: ac per singulas familias: murorum ac turrium opera diuisa: aliud in cortice præferunt: aliud retinent in medulla. Nota quod dicit Isidorus in septimo Etymo. Esdras adiutor: Neemias consolator à domino. Quodam enim prefagio futuri nominā ista sortiti sunt. Fuerunt em in adiutorium & consolationem omni populo redeunti ad patriam. Nam & templum domini reædificauerunt: & murorum ac turrium opus restaurauerunt. Instaurant: id est reparant templum. primi Esdræ quarto & quinto: quia intermissum fuit opus. Omniscq; illa turba. & cætera. primi Esdræ primo. c. Muros extruūt. tertio capitulo verborū Neemię vscq ad. vij. & ibi similiter ponit. de turribus. In cortice literę. In medulla, spiritualis intelligētiæ. m ¶ Cernis me scripturarū amore raptum: excessisse modū epistolę: & tamen non implesse quod volui. sicut dictum est supra. Illa est quinta pars principalis in qua ostendit Hieronymus difficultatē sacræ scripturę Et diuidit in duas. In quarum prima ostenditur eius difficultas particulariter. In secunda generaliter. Prima pars incipit ibi: Liber in apocalypsi. Secunda ibi: Videlicet manifestissima est genesis. Ista diuiditur in tres partes in prima quæ vltimo expedita est, ostendit veteris testamenti difficultatem: per libros singulos discurrendo. In secunda quę hic incipit, ostendit affectum suum ad sacram scripturam: humiliter suam ignorantiam confitendo. In tertia innuit difficultatem librorum noui testamenti eos breuiter perstringendo. Et illa pars incipit ibi: Tangam & nouum testamentum & cætera. Ista pars quam præ manibus habemus, subdiuiditur in tres partes: In quarum prima ostendit, cur tantam in epistola fecerat digressionem: cum dicit: Cernis me scripturarum amore raptum & cætera. quasi dicat licet tantam digressionem fecerim: nondum meo desiderio satisfeci. In secunda ostendit digressionis huius vtilitatem: cum dicit: n ¶ Audiuimus tantum quid nosse. quantum ad intellectum. o ¶ Quid cupere debeamus. quantum ad affectum. Et introducit autoritatem psalmi quantum ad affectus excitationem: cum dicit. p ¶ Vt & nos quoq; possumus dicere: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Multum enim excitatur affectus in sacræ scripturæ meditationibus. In tertia parte ne videatur quasi iactare se de sua scientia: humiliter se accusat de sua ignorantia. cum dicit: q ¶ Cæterum illud socraticū impletur in nobis; id est me nihil scire. Sed quomodo potuit hoc dicere Socrates vel Hieronymus, cū esset falsum: Solutio: Nihil scit homo plene dum est in vita. vnde cum dicitur: Hoc tantum scio quod nescio: idem est acsi dicatur Scio qđ nihil perfecte scio. r Tangam & nouum breuiter testamentum. Diuisio istius partis per se patet. s ¶ Matthæus: Marcus

a Salomon pacificus & amabilis domini: mores corrigit: naturam docet: ecclesiam iungit & Christum sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium.

b

c Hester in ecclesiæ thypo populum liberat de periculo: & interfecto Aman: qui interpretat iniquitas: partes coniuij & diem celebrē mittit in posteros. Paralipomenon liber d instrumenti ueteris ἐπιτομή epitome: tantus e ac talis est: ut absq; illo si quis sciētiam scripturarum sibi uoluerit arrogare: seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturaq; uerborum & p̄termissę in regū libris tanguntˉ historiæ: & innumerabiles explicātur euangelij quæstiones. f Esdras & neemias adiutor uidelicet & consolator à domino: in unum uolumen coarctatur: instaurant templum muros extruunt ciuitatis: omniscq; illa turba ppli redeuntis in patriam: et descriptio sacerdotum, leuitarum, israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum ac turrium opera diuisa: aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse quod uolui. Audiuimus tm quid nosse, quid cupere debeamus ut & nos quoq; possumus dicere: † Concupiuit anima mea desiderare iustificationes suas in omni tēpore. Cętrū socraticū illud ipleť in nobis Hoc tātū scio qđ nescio. Tāgā & nouū breuit testamētū. Mat

Expositio epistolæ

E Marcus: Lucas: & Ioannes, isti quatuor. a ¶ Quadriga domini. quia per quatuor partes mundi portauerunt nomen domini. b ¶ Et verum Cherubim quod interpretatur scientiæ plenitudo. hic commendatur de plenitudine scientiæ. Et nota q⁹ Cherubin hic impropric accipitur singulariter, cum sit tantum pluralis numeri. Posset tamen dici cherubim: per m, quod inuenitur indeclinabile in numero singulari: & forte scriptorum vitio aliter hic scribitur: c ¶ Per totum corpus oculati sunt: quia declarãt p̃terita, p̃lentia: & futura. d ¶ Scintillæ emicant. Quia alios exemplo inflammant: & illuminant. e ¶ Discurrunt fulgura: id est comminationes quibus à malo reuocant.

f ¶ Pedes habent rectos: & in sublime tendentes. Pedes, sunt amor dei: & proximi. Recti sunt per intentionem directam in deum. In sublime tendunt, per desiderium ęternorum. g ¶ Terga pennata & vbiq; volitantia. Per terga quę sunt partes posteriores corporis, designantur exempla: quæ post se posteris reliquerunt. Vel per terga quæ onera sustentant, intelliguntur laboriosa opera: quæ propter deum fecerunt. h ¶ Pennata. virtutibus. i ¶ Et vbiq; volitantia. absq; p̃sonarum differentia. k ¶ Tenẽt se mutuo sibiq; p̃plexi sunt. Quia idem senserunt: & idem dixerunt. Vnde vnus per alium exponitur. l ¶ Et quasi rota in rota voluuntur. Quia si requiris quid Matthęus de incarnatiõe domini sentiat: hoc nimirum quod Marcus Lucas & Ioannes. Si quęras quid Ioannes de incarnatione domini sentiat: & hoc nimirum quod Lucas, Marcus, & Mathęus. Si quęras quid Marcus, hoc quod Matthęus, Lucas, & Ioannes. Si quæras quid, Lucas hoc quod Matthęus, Marcus, & Ioannes. Ecce rota in rota. Ecce reuolutio gloriosa.

m ¶ Et pergunt quocunq; eos flatus spiritus sancti perduxerit. Fere omnia ista sumpta sunt de primo capitu. Ezechielis. n ¶ Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias. & cętera. Horum opimo euolatur in glossa in principio epistolarum quæ dicit. Quorundam insania percutitur: dicentium epistolam quæ ad hebręos scribitur non fuisse Pauli sed Barnabæ: vel Clementis: vel Tertuliani: vel Lucæ. quos in hunc errorem occasio duxit huiusmodi: quia nec salutatio eius nomine intitulata p̃scribitur: & longe facundiore: & sp̃didiore stilo q̃ cętęrę est edita. Quib⁹ sufficienter respondetur hoc modo: quia si ideo non est dicenda Pauli, quia nomen eius in titulo non habetur: ergo nec Barnabæ nec alicuius p̃dictorum, cum nullius eorum nomine prætitulata sit. Nec ob id quoq; Pauli non esse putanda est: quia diligentius est scripta: cum naturale sit vnicuiq; plus valere in sua lingua quàm in peregrina. illam enim hebraicè: cętera scripsit grę̃cè. Nomen verò suum ideo prętermutte bat: quia Iudęis odiosus erat: eum legis destructorem arbitrantibus. Quocirca de legis atq; cerimoniarum abolitione tracturus, recte nomen suum subticuit ne p̃scripti nominis inuidia: vtilitatem sequentis excluderet lectionis. Est itaque illa Pauli sicut & aliæ. Scripsit itaque septem ecclesiis decem epistolas: scilicet ad Romanos vnam: ad Corinthios duas: ad Galatas vnam: ad Ephesios vnam: ad Philippenses duas: ad Colossenses vnam: ad Philemonem vnam: ad Thessalonicenses duas. Et cum his scripsit epistolam ad Hebræos. o ¶ Timotheum instruit. Cui scribit duas epistolas. Iste Thimotheus ordinatus fuit à Paulo episcopus Asianus. vnde in prima epistola eum instruit de officio episcopali. In secunda monet ipsum ad diligentem executionem officij: & ad Palmam martyrij. p ¶ Ac Titum: scilicet instruit, quem ordinauerat Cretensem episcopum, & instruit eum: vt imperiose, suum exequatur officium. q ¶ Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Iste Philemon Colossensis erat nulla ecclesiasticæ administrationis p̃ditus dignitate: sed erat vir laudabilis in plebe: cui familiares literas scribit Apostolus pro Onesimo seruo suo: qui cum damno eius fugerat, sed ab Apostolo, audito euãgelio, baptizatus fuerat. r ¶ Super quo tacere melius puto: quam pauca scribere, quasi diceret: non sufficerem Pauli epistolas ad plenum commendare. s ¶ Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam: nascentis ecclesiæ infantiam texere. id est tractare de exordio, & simplicitate ignorantis ecclesiæ. t ¶ Sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum cuius laus est in euangelio: &c. Litera plana est. Postea agit de catholicis & canonicis epistolis: quæ dicuntur catholicæ secundum Isidorum in sexto Etymologi. quia non vni tantum populo: vel ciuitati, sed vniuersis gẽtibus generaliter scriptæ sunt: secũdum glossas dicuntur catholicæ: id est vniuersales: à fide vniuersalis ecclesiæ non discordantes. Dicuntur autem catholicæ à cata: vel catholicon græce: quod interpretatur vniuersale: vel commune. Vel dicuntur Canonicæ: id est regulares: à canon, id est regula. Et dicuntur sic ad differentiam earum quas fecerunt pseudo sub nominibus Apostolorum. Vel dicuntur canonicæ: id est regulares: id est in fide & tolerantia passionũ, plurimisq; virtutibus ecclesiam regentes. Textus planus est. v ¶ Iacobus: Petrus: Ioannes: Iudas: septem epistolas ediderunt tam mysticas quam succinctas: & breues pariter & lon. & cętera, cęcutiat. Cęcutio secutis quartæ conjugationis verbum est: & significat esse vel fieri cęcum: & ponitur p̃ insanire. Sequit de Apocalypsi. x ¶ Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi & cętera. Apocalypsis grę̃ce: reuelatio latine: qui a multa occulta ibi reuelant. Et cõponit ab apo quod est re: & calypsis quod est velamentum: quasi reuelamentum: vel reuelatio. Cętera plana sunt. y ¶ Oro te frater charissime inter hęc viuere, ita me &c. Vide diuisionem p̃cedentem. Oro te frater charissime inter hæc viuere & cẽ. Vnde Ecclesiastici. d. Beatus qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo: sapiẽs erit semper. z ¶ Nonne tibi videtur iã hic in terris regni cœlestis habitaculum. Quasi diceret: per scripturam meditationem: manduceris ad contemplandõ cœlestem habitationẽ. Eccles. ii. decimoquarto. d. Beatus vir qui in sapientia morabit, & in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circunspectionẽ dei. a ¶ Nolo vt offendaris in scripturis sanctis: simplicitate: & quasi vilitate verborum: quæ vel vitio ĩterpretũ &c. Litera plana est.

nõ sum

theus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga domini, & uerũ † Cherubim, quod interpretatur scientiæ [1] plenitudo: per totum corpus oculati sunt: scintillæ emicant: discurrunt: fulgura: pedes habent rectos: & in sublime tendentes: terga pennata & ubiq; uolitantia: tenent se mutuo sibiq; perplexi sunt: & quasi rota in rota uoluuntur: & pergunt quocunq; eos flatus sanctispiritus duxerit. Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias: octaua enim ad hebręos à plerisq; extrà numerum ponitur. Timothæum instruit ac Titum. [2] Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur: super quo tacere melius puto, quàm pauca scribere. Actus Apostolorum nudam quidem sonare uidentur historiam: & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, † cuius laus est in Euangelio: animaduertemus pariter omnia uerba illius aĩæ languentis esse medicinã. Iacobus: Petrus: Ioannes: Iudas: septem epistolas ediderunt: tam mysticas quàm succinctas: & breues pariter ac longas. Breues in uerbis. Longas in sententijs: ut rarus sit: qui non in earum lectione cæcutiat. Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta quot uerba. Parum dixi pro merito uoluminis, laus omnis inferior est. In uerbis singulis, multiplices latent intelligentiæ. † Oro te frater charissime inter hæc uiuere, ista meditari: nihil aliud nosse, nihil, quærere. Nonne tibi uidetur iam hic in terris regni cœlestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi uilitate uerborum, quæ uel uitio interpretum, uel de industria sic prolatæ sunt, ut rusticam concionem, eademq; sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus.

Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes. Timothę⁹. Titus. Philemon. Paul⁹ apostolus. Actus apostolorum. Catholicæ epistolæ. H Iacobus. Petrus. Ioannes. Iudas. Cęcutio. Apocalypsis.

Non sum tam petulans & hebes ut hęc me nosse pollicear: & eorum fructus carpere: quorum radices in cœlo fixæ sunt: sed uelle fateor: † sedenti me præfero: magistrum renuens, comitem spondeo. Petenti datur: pulsanti aperitur: quærens inuenit. Discamus in terris quorum nobis scientia perseueret in cœlo. Obuijs te manibus excipiam: Et ut inepte aliquid ac de hermagoræ tumiditate †fatuitam: quicquid quæsieris tecum sciam reconabor.

Cap. VIII.

HABES hic amātissimū tui fratrē Eusebiū: q̄ literarum tuarū mihi gratiā duplicauit: referēs honestatē morū tuorū: cōtēptū seculi: fidē amicitię: amorē Christi. Nam prudentiam & eloquij uenustatem, etiam absq̄ illo ipsa epistola præferebat. Festina quæso te & † hærenti in salo nauiculæ funem magis præcide quam solue. Nemo renunciaturus seculo bene potest uendere quæ contempsit ut uenderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris: pro lucro cōputa. Antiquū dictū est: Auaro tā deest qd' habet q̄m qd'

A a ¶ Non sum tam petulans &c. Hic humiliter se excusat quod quasi sciolus magisterij nō affectet: cū dicit: Nō sum tam petulans &c. Per hoc patet quod non est præsumptuosus de scientia. Nota quod petulor, petularis, dicitur luxuriari vel importune petere & proprie coitum: & inde dicitur petulans luxuriosus & importune petens hic. ponitur pro importunus vel quasi petens laudem potest etymologicari. vel quia petulca: id est luxuriosa animalia irrationabiliter mouentur ad coitum. Potest dici petulans qui irrationabiliter mouetur ad aliquid agendum vel dicendum. vnde dicit: Non sum tam petulans. id est tam importunus vel brutus vel petens laudem. b Et hebes: id est tam ineptus vel intellectu carens, & tam stultus vel obtusus. c ¶ Vt hoc me nosse pollicear. Consequenter ostendit se non præsumere de vitæ eminentia: cum dicit: d ¶ Et eorum fructus carbere. Resume. Nō sum tam petulans & hebes: vt pollicear me posse carpere in terra Fructus: id est virtutes Eorum: scilicet sanctorum virorum. Gal. quinto. d. Fructus autem spiritus est charitas: gaudium: pax: patientia: longanimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: fides: modestia: continentia: castitas. e ¶ Quorum radices id est affectiones. f In cœlo fixæ sunt. per intentionem. g ¶ Sed velle me fateor. habere notitiā scripturarū, & imitari vitam sanctorum. & non tantum volo: imo etiam ad hoc laboro. Vnde sequitur: Sed eniti me profiteor. Eniti: id est extra vel vltra alios niti, cōtra pigros qui reprehendūtur Prouer. vigesimoprimo. d. Desideria occidunt pigrum noluerunt quicq̄ manꝰ eius operari &c. h ¶ Sedenti. id est ocioso. vel sedenti ad audiendum. i Me præfero: id est præ oculis illius fero, paratus ad conferendum, non ad magisterium vsurpandum. & hoc est quod sequitur, k ¶ Magistrū renuens: id est refutans. l ¶ Comitem spondeo Id est promitto. quasi dicat, non quæro magisterium: sed exhibeo me tibi vt socium. Ponit autem Hieronymus multa allicitiua vt possit mouere paulinum ad veniendum ad ipsum. Primum est status æqualitas: quod notatur cum dic̄. Comitem spondeo. Secundum est proficiendi facultas: quod notatur cum dicit: m ¶ Petenti datur, pulsanti aperitur. Matthęi septimo. a. Lucæ vndecimo b. Et Iacobi primo a. scribitur: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à deo: qui dat omnibus affluenter & cætera vnde petenti à domino: donum scientiæ datur pulsanti per meditationis exercitium: aperitur intelligentia scripturarum. n ¶ Quærens, humiliter. o ¶ Inuenit: affluenter. Vel inuenit, in vsum venit eorum quæ humiliter quærit: Tertium allicitiuum est sacræ scripturæ dignitas: vnde dicit. p ¶ Discamus in terris quorum nobis scientia perseueret in cœlo. Nec est contrarium illud quod dicitur primę Corinthio. decimotertio. c. Scientia destruetur: Quia hoc erit secundum modum & imperfectionem sed permanebit secundum substantiam. Sapientiæ tertio. d. Bonorum laborum gloriosus est fructus: & quæ non conoidit radix sapientiæ. Contra illos qui amittunt tempus in vanis scientiis: semper discentes & nunq̄ ad scientiam veritatis peruenientes: sicut scribitur secundę ad Timotheum tertio. Item Ecclesiastes octauo. d. Est homo qui diebus & nōctibus somnum oculis non capit: & intellexit quod omnium operum dei nullam posset homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole. Et quanto plus laborauerit ad quęrendum: tanto minus inueniet. Horum scientia non permanebit. vnde primæ ad Corinthios primo. c. Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentium reprobabo. Quartum allicitiuum est recepturi hospitis vrbanitas. vnde sequitur: q ¶ Obuijs te manibus excipiam. Quintum est cooperandi voluntas: vnde subditur: r ¶ Et vt inepte aliquid ac de hermagorę tumiditate &c. Ordina constructionem sic: Et vt ego effutiam: id est dicam aliquid ineptę: id est non apte. ac de tumiditate hermagoræ: quasi diceret: vt cum quadam præsumptione loquar. s ¶ Conabor scire tecum: Id est quasi sciens respondere quicquid quæsieris. Hermagoras quidam fuit rhetor multum prę sumptuosus: qui multum reprehenditur in principio primæ rhetoricę quia turpiter errauit in assignandis partibus controuersiæ generalis. Sextum allicitiuum est amicabilis societas: quod tangitur in principio octaui capituli: cum dicitur.

Cap. VIII.

HABES hic amātissimū tui fratrem Eusebium. qui erat religiosus: & multum diligebat Paulinum. v ¶ Qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit: Id est literas a te missas: te commendando gratiores fecit: Duplicauit inquam: Referens honestatem morum tuorum: contemptum seculi: fidem amicitię: amorem Christi & cętera. x ¶ Absq̄ illo. Id est absq̄ illius commendatione. y ¶ Ipsa epistola p̄ferebat: id est p̄tēdebat & manifestabat. z ¶ Festina q̄so te &c. Sicut dictū est supra: ista tota his epistola diuidit in tres partes: scilicet in partem ordinalem narrationem & conclusionem. Expeditis duabus primis partibus hic subditur tertia conclusio: in qua hortatur Paulinum, vt festinet exire de seculo: & inuitat ad duo scilicet ad vitanda mora pericula: & ad abiicienda mundi retinacula. Primum notatur sub metaphora naui culę: cui imminent pericula circunquaq̄: vnde dicit: Festina quæso. Scilicet exire de seculo: in quo te multa circundant pericula. a ¶ Et hęrenti in salo nauiculę funem magis prę ci. &c. Funis cito præciditur: in soluendo mora contrahitur. vnde per hoc exemplum ei innuit qđ absq̄ mora hoc faciendum sit. Hoc salum dicitur mare: & deriuatur à sale: qa salsum & amarū est. Vide versus differentiales in opusculo de vocabulis biblię: quos inuenies vbi exponitur mare. b ¶ Nemo renunciaturus. Hic hortatur ad abiicienda mundi retinacula. Est autem duplex retinaculum quod retardat seculo renunciaturū: scilicet Amor pecuniæ: & timor penuriæ. Amor pecunię consideratur in tribus. In venditiōis rerum retardante solicitudine: In contentiosa repetitione: & in alienandi voluntate. Retardēt em vendēdi solicitudinem excludit: cum dicit: Nemo renūciaturus seculo bene potest vendere. Id est honeste vel sine cupiditatis admixtione. Ecclesiastici vigesimoseptimo. a. Sicut in medio cōpaginis lapidum palus figitur sic & inter medium emptionis & venditionis angustiabitur peccatus: Nemo ergo potest bene vendere ea. c ¶ Quę contempsit: vt p̄ his processu tpis vēdendis: in seculo remanere velit. si enim remaneret, cōcupiscentię signum esset. Ne aūt Paulinus allegaret necessariam sibi esse solicitudinem circa rerum vēditionem: scilicet p̄pter suam necessitatem: vel propter aliorum vtilitatem: vtrunq̄ excludit. Quod non propter suum necessitatem oporteat eum hoc facere, ostendit dicens: d ¶ Quicquid in sumptus de tuo tuleris pro lucro computa. Quasi diceret quicquid siue multum siue parum de tuo tuleris in sumptus: id est propter sumptus faciendos in via computa pro lucro: id est pro magna acquisitione: quia sic vitabis moræ periculum, & iter feceris inclitum. Quod propter aliorum vtilitatem non oporteat eum hoc facere ostendit infra vbi dicitur: Nisi tu semper recreatus anis & cætera. quod exponitur in loco suo. Quære residuum diuisionis supra: vbi currit in ordine suo: quapropter breuitate pertransiens literam per ordinē exponere p̄pono. c ¶ Antiquum dictum &c. Tā & q̄m potuit hic p & q̄si diceret: mihi ei sufficit. cū semp vellet plus habere. Eccl̄s. v. b. Auarus non implebit pecunia. & Prouerb. xj. c. Alij diuidūt p̄pria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua: &

Petulor

Allicitiua boni mgrii.

An scia sit perpetua.

C Hermagoras.

D

a Non sum tam petulans & hebes ut hęc me nosse pollicear: & eorum fructus carpere: quorum radices in cœlo fixæ sunt: sed uelle fateor: † sedenti me præfero: magistrum renuens, comitem spondeo. Petenti datur: pulsanti aperitur: quærens inuenit. Discamus in terris quorum nobis scientia perseueret in cœlo. Obuijs te manibus excipiam: Et ut inepte aliquid ac de hermagoræ tumiditate †fatuitam: quicquid quæsieris tecum sciam reconabor.

b c d e f g h i k l m n o p q r s

Cap. VIII.

HABES hic amātissimū tui fratrē Eusebiū: q̄ literarum tuarū mihi gratiā duplicauit: referēs honestatē morū tuorū: cōtēptū seculi: fidē amicitię: amorē Christi. Nam prudentiam & eloquij uenustatem, etiam absq̄ illo ipsa epistola præferebat. Festina quæso te & † hærenti in salo nauiculæ funem magis præcide quam solue. Nemo renunciaturus seculo bene potest uendere quæ contempsit ut uenderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris: pro lucro cōputa. Antiquū dictū est: Auaro tā deest qd' habet q̄m qd'

t u v x y z a b c d e f

aīs, † sed eniti me profiteor.

Matth. 7. a. Lucæ 11. b.

aīs, † effūdā

Tertia pars epistolę.

† hærentis

Retinacula mundi.

Expositio prologi.

E non sua: & semper in egestate sunt. Tales retinet timor penuriæ, sed non esset eis timendum, quia a ¶ Credenti consilijs, diuinis de relinquendis terrenis: Totus mūdus diuitiarū est, contemptiu⁹ scilicet, vel administratiu⁹. Vnde Lu. xxij. d. Quādo misi vos sine sacculo et pera & calciamētis, nūquid aliqd defuit vobis? At illi dixerūt: nihil. Nō est ergo metuēda penuria expensarū quia vbicq; habebūt necessaria qui relinquūt oia ꝓpter Christū. b ¶ Infidelis &c. Infidelis scilicet qui nō credit dei consilio. c ¶ Etiam obolo: id est numis. Econtrario dicitur de credētibus. ij. Corin. vj. d. Sicut egentes, multos aūt locupletantes. & ibidē subditur: Hic. d ¶ Sic viuamus quasi nihil habentes & omnia possidentes. Sic patet q; non timenda est penuria expensarum. Et similiter ostenditur non esse timenda penuria victualiū vel vestiū, quia modica sufficiunt his qui modeste viuere volūt. Vnde dicitur hic. e ¶ Victus atq; &c. Christianorū. id est Christum sequentium: Non dicit cibus & vestimenta tu, quæ sonant ex abundantia, sed victus & vestitus, quę sonant ad sufficientiam j. Timo. vj. Habentes alimenta & quibus tegamur, his cōtenti simus. Et melius Matthęi vj. c. Nolite soliciti esse dicentes: quid manducabimus: aut quid bibemus, aut quo operiemur? Et sequitur. Quærite primum regnum dei & iustitiā eius: & hęc omnia adijcientur vobis. Consequenter excludit alienandi voluntatem dicens: f ¶ Si habes in potestate &c. id est aliena à te & expropriate. g ¶ Si non ha. projce. id est quæ vilem contemne. Nec est contrarium quod hic dicitur, huic quod supra dictū est: Nemo pōt bene vendere &c. quia ibi prohibetur venditio retardans & impedies, hic vero conceditur venditio indilata & expediēs, de qua dicitur Matthęi. xix. c. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quę habes & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlis, & veni sequere me. Contentiosam suorum repetitionem excludit: cum dicit.

F h ¶ Tollenti tunicam. & insuper: Et pallium relinquendum est: scilicet potius cū contentione repetatur. Istud sumitur de Matthæi. v. f. vbi dicitur: Si quis vult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. Quibus & qualiter liceat sua repetere. Nota per hos versus: Expedit infirmis, licet absq; dolo, sine lite Prælatis licet, hoc non expedit anachoritæ. Non licet vt per eum sint res in lite. Isti versus videntur sumpti de Glo. j. ad Corinthios. vj. Anachorita dicitur eremita: per quem viri perfecti designantur. & dicitur ab ana quod est sursum, & chore quod est aula vel cor: & teneo tenes, quia scilicet debet tenere cor suum ad superna. Vel ab ana quod est re, & chorus, quasi remotus à choro, id est à multitudine. Quia vero vt supra dictum est: Paulinus potest dupliciter retardari circa venditionem rerum, scilicet propter suam necessitatem: aut propter aliorum vtilitatem. Primum excludit Hieronymus supra dicens: Quicquid de tuo &c. Secundum excludit hic cum dicit. i ¶ Scilicet nisi tu semper recrastinans: & diē de die trahens: caute & pedetentim tuas possessiuncu-culas vendideris: Non habet Christus vnde alat pauperes suos: quasi dicat: Chredis tu q; Cristus non habeat vnde alat: id est, nutriat pauperes suos, qui sunt eius prouisioni specialiter derelicti: sicut dicitur in Psalmo. ix. g. Tibi derelictus est pauper. Nō habet inquam: Nisi tu scilicet recrastinans. Id est de crastino in crastinum protelans propositum tuum. Et diem de die trahens: id est, de die in diem protrahens. Vendideris caute. Id est discrete, ne decipiaris in precio. Et pedetentim: id est paulatim vel progressiue: ne decipiaris interuallo. Possessiuncu-las tuas. quasi dicat, stultum esset hoc credere. Caute per derivationem descendit à Caueo caues. Pedetentim à pede & tento tentas. & tractum est à cæco: vel ab illo qui in tenebris ambulat, qui paulatim viam pertentans, cauet sibi ne pedibus ostendat. Ne autem diceret Paulinus illud quod scribitur Ecclesiastici. vij. a. In multitudine

alias † minimis.

1 cāq; nihil.

2 victus & vestitus diuitiæ Christianorū.

g seipsum.

Quę venditio cōmendetur.

Quibus liceat sua repetere & qualiter.

Caute.

Pedetētim.

a non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Infidelis aūt
b etiam obolo indiget. Sic uiuamus [1] quasi nihil habētes, & oīa
c possidentes [2]. Victus atq; uestitus, diuitiæ Christianorū. Si ha-
d tus, bes in potestate rem tuam uen-
e de: si non habes, projce. Tollē-
f ti tunicam & pallium relinquē-
g dū est. Scilicet nisi tu semp recra-
h stinans, & diē de die trahēs cau-
i te & pedetētim tuas possessiū-
k culas uendideris: nō habet Chri-
l stus unde alat pauperes suos?
m Totum deo dedit qui [2] se obtu-
n lit. Apostoli nauem tantum &
o retia reliq̄runt: Vidua duo æra
p misit in Gazophylaciū, & præ-
q fertur Croesi diuitijs. Facile cō-
r temnit omnia, qui se semper co-
s gitat esse moriturum.

Finit epistola Hieronymi ad Paulinum.

PROLOGVS
Sancti Hieronymi in Pentateuchum Moysi.

DESIDERII MEI desideratas accepi epistolas: multitudine munerum meorum respiciet deus. ostēdit q; deus non quærit nostra, sed nos, vnde dicit: k ¶ Totum deo dedit: qui se obtulit. Et propterea deus magis acceptat affectum q; datum: & hoc ostendit per Apostolos: Viduam: & Crœsum.

l ¶ Apostoli tantum nauem & retia reliquerunt. Hoc dicit de Iacobo & Ioanne Matthæi quarto d. & Lucæ. v. c. m ¶ Vidua duo æra misit. Lucæ. xxj. a. & Marci duodecimo. d.

n ¶ Gazophylacium Communiter appellatur arca vel locus vbi ponitur pecunia ad seruandum. In Ezechiele Gazophylacia ponūtur pro exedris vel cameris. Prout hic accipitur Gazophylacium dicitur arca desuper foramen habēs, posita ad dexteram ingredientibus circa altare, in quam mittebatur pecunia offerentium ad Sartatecta templi reparanda: & ibi seruabatur. Et nota q; gaza lingua Persarum: dicitur pecunia, diuitiæ vel thesaurus. φύλαξ, Phylaxe verbum Græcum idem est quod custos: vnde à Gaza & phylaxe quod est seruare: dicitur gazophylacium, quasi gazam custodiens. vij. Ioannis. c. ponitur pro porticu in qua gazophylacium seruabatur. Vnde dicitur ibi: Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio &c. Crœsus lydorum, fuit ditissimis, per quem designanter diuites: qui mittebant munera in Gazophylacium, quibus hæc vidua à domino est prælata. Quia vero seculum relinquētibus frequenter occurrunt insultus tentationum: ideo contra insultationes quaslibet dat salubre remediū dicens: o ¶ Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturū. Sic patet expositio epistolæ ad Paulinum.

Gazophylacium.

2 cor. 6. b.

Matt. 27. g.

Crœsus.

¶ Finit expositio cuiusdam clarissimi viri ex ordine minorum in epistolam beati Hieronymi ad Paulinum.

Incipit expositio eiusdem in prologum beati Hieronymi in Pentateuchum.

DESIDERII mei. Istam Epistolam scripsit Hieronymus Desiderio episcopo familiari suo: qui eum rogauerat vt Pētateuchum Moysi de Hebraeo transferret in latinum. nondum enim translatus erat nisi de hebrœo in Græcum, & de græco in latinum. Et quia trāslationes illæ multas habebant corruptiones: tum propter falsitatem exemplarium, tum propter imperitiam trāslatorum, Hieronymus Desiderij precibus obtemperās, de hebræo in latinum transtulit pentateuchum: cui præposuit illum prologum. Nam ab eo in secundo libro contra Rufinum prologus appellatur. Epistolam autem ad Paulinū, quæ licet in modernis Bibljs præscribatur: nec pentateucho præposuit, nec inter præfationes veritatis testamenti quarū omni ex parte exēpla scribit: sed in secūdo libro contra Rufinum nominatur epistola ad Paulinū. Et nota q; prologus, proœmiū, præfatio, & argumentū idē significāt, scilicet prælocutionē in sequēs opus introductiuā. Est etiā tantū, plogus in librū, qui scilicet introductorius est in ipsum, vt est ille ante Apocalypsim. s. Oēs qui pie volunt viuere &c. & talis prologus nō est de libro. Item est prologus in libro q; est pars libri: vt est principiū apoca. scilicet Apocalypsis Iesu Christi, quā dedit illi deus. Et dicit, plogus à protos qđ est primū, & logos sermo: quasi prim⁹ sermo. s. præfatio vel prælocutio. Vel dicitur, plogus quasi prælog⁹: quasi sermo præcedēs. Proœmiū dicit à protos qđ est primū, & ēmon vel ēmiū qđ est sermo primus vel prima modulatio. Quòd aūt dicit, poemiū quasi, p ēmulis factū: vl q̄si, piuiū, quia prima via vel præcedēs est ad librū: etymologia est. Præfatio. i. prælocutio, à præfor præfaris dicit. Argumentū dicit quasi argute. i. callide inuentū. vnde apis argumētosa. i. callida dicit. Versus: Est breuis argut⁹, est callid⁹ atq; sonorus. Argumētū habet alias significatiōes de qbus nihil ad præsens. p ¶ Desiderij me desideratas accepi epistolas

Proœmiū.

Præfatio.

Argumentum.

Diuisio. epistolas. Prologus iste in quinq; partes diuiditur principales. In quarum prima ostendit principale motium ad transferendum pẽtateuchum: scilicet Desiderij obsecrationẽ, cum dicit: Desiderij mei desideratas &c. vsq; obsecrantis. In secunda duplex assignat retractiuũ. Primũ operis grauitatẽ, cũ dicit: Periculosum

A opus &cẽ. Secundũ, detractorum malignitatem, ibi: Et obtrectatorum meorum latratibus &cẽ. In tertia secundarium ponit suæ trãslationis motiuũ, scilicet Origenis studiũ vel imitationem: ibi: Quod vt auderẽ Origenis me studium &cẽ. In quarta parte se excusat q; non intendit damnare veteres per suam translationem, ibi: Quid igitur damnamus veteres? Minime &cẽ. In quinta petit desiderij orationem subuentionem, ibi: Nunc te deprecor desideri charissime, vt quia me tantum &cẽ. Subdiuisiones patebunt in litteræ prosecutione. In prima parte ostẽdit affectum suum ad primam obsecrationem quã describit tripliciter. Primo ex nomine cum pronomine affectum designante. Secundo ex nominis præfiguratione. Tertio ex communis vtilitatis amore. Primũ notatur cum dicitur. Desiderij mei: id est mei vel mihi dilecti, vel mei amici. Desideratas accepi literas. Secundũ notatur cum dicitur.

a ¶ Qui quodam præsagio futurorum &c. quasi dicat mysticum est q; cum Daniele cõunicat in nomine: Daniel. ix. f. Daniel ab angelo vocatus vir desideriorũ: sicut iste Desiderius appellatus, quod vocabulum fuit præsagium, id est diuinatio siue præscientia vel prænuntiatio futurorum, vt per hoc q; vocatus est desiderius, signaretur desiderabilis futurus vel desiderabilia postulaturus. Tertium notatur cũ dicitur.

b ¶ Vt translatum in latinã linguam de Hebræo sermone pentateuchum. Pentateuchus supra exponitur in epistola ad Paulinum. vij. capitulo. In secunda parte notantur duo retrahentia à translatione facienda. Primum est operis grauitas. quod notatur

B cum dicitur. c ¶ Periculosum opus certe. scilicet quia difficile est & arduum: vnde posset ibi homo deficere vel errare, & ideo dicit periculosum. Secundum retrahens est detractorum malignitas. quod notatur cum dicitur. d ¶ Et obtrectatorum latratibus patens. Canibus comparat detractores cum dicit, latratibus, qui contra quemlibet ignotum quantumcunq; bonum oblatrant & dentib⁹ lacerãt. Similiter detractores irrationabiliter bene dicta de prauant, & detrahẽdo lacerãt, quæ ignorant. Et notatur hic triplex eorum malignitas, quia aut bene dictis oblatrant, sicut iam dictũ est, aut autoris peruersam intentionem affirmant. quod notatur cũ dicitur. e ¶ Qui me asserũt in septuaginta interpretum suggillationem. Suggillatio ponitur hic pro condemnatione. Et dicitur à suggillo. las. quod est copdemnare, strangulare, suggerere, sub gula capere. Cudere: id est facere. Cudo. is. ere. dicitur fabricare, ferire, polire & sculpere. Tertio notatur eorum malignitas q; veteres modernis magis ingeniosos æstimant, & præponendos iudicant: vnde & veteres translationes plus q; modernas approbant. quod notatur cum dicitur: f ¶ Ita ingenium quasi vinum probantes. Sicut enim vetus vinum melius est nouo: sic dicũt ipsi, veteres subtilioribus ingeniis floruisse q; modernos, & veteres translationes modernis esse meliores. Cum tamen dicat Priscianus in principio maioris voluminis: Cuius autores quanto iuniores sunt, tanto perspicaciores & ingeniis floruisse: & valuisse diligentia, omni iudicio confirmantur eruditissimorum. Vel probantes ingenium modernorum plenum spuma superbiæ, sicut nouum vinum spumat & ejcit, quod habet immundiciæ. q. d. dicunt me & alios modernos superbos esse: & quicquid facimus ex præsumptione procedere, & dicunt id esse præsumptuosum & locacitate plenum: sicut noũm vinum inflatur, & magnum facit tumultum. contra quos ostendit humilitatem suam & intentionis puritatem dicens. g ¶ Cum ergo sepissime testatus sim: me pro vili portione in tabernaculo dei &c. In tabernaculo id est in ecclesia. Pro vili portione: id est quamuis mea reputatione

[a] qui quodam præsagio futuro/
[b] rũ cum Daniele sortitus est no/
men: obsecrantis, ut translatum
in latinam linguam de Hebræo
sermone pentateuchum nostro
[c] rum auribus traderem. Pericu/
[d] losum opus certe & obtrectato
[e] rum latratibus patens, qui me
asserunt in septuaginta interpre
[f] tum suggillationem noua pro
ueteribus cudere: ita ingenium
[g] quasi uinum probãtes cum ego
sepissime testatus sim, me pro
†uili portione in tabernaculo
Dei offerre quæ possim: nec
[h] opes alterius aliorum pauperta
te fœdari. Quod ut auderẽ, Ori
[i] genis me studium prouocauit,
[k] qui editioni antiquæ translatio
nem Theodotiõis miscuit: aste
rico & Obelo, id est stella & ue
ru opus omne distinguẽs: dum
aut illucescere facit que minus
ante fuerãt, aut superflua queq;
iugulat & confodit: maxime
quæ Euangelistarum & Apolo
rum autoritas promulgauit.
[l] In quibus multa de ueteri testa/
[m] mento legimus: quæ in nostris
codicibus non habentur: ut est
[n] illud: † Ex ægypto uocaui filiũ
meum: & quoniam Nazaræus
[o]

putatione sit exiguum: tamen in sacra scriptura ad vtilitatem ecclesiæ offero quod possum. Vel secundum aliam literam. Pro virili portione: id est pro debita parte. Secundum leges: virilis portio dicitur quando hereditas filijs equaliter diuiditur, quasi diceret virilem portionem hæreditatis expecto pro qua sicut possum in vinea patrisfamilias laborare volo. vnde Ouidius de ponto in principio secundi libri dicit sic: Gaudia cęsareę mẽtis pro parte virili Sunt mea, priuati nil habet illa domus, id est pro magna parte: vel sicut vitus de Romanis virtus sum. Nam in ea omnes romani participant. h ¶ Nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. scilicet testatus sum. quasi dicat: Sicut oblatio diuitum non fœdatur per oblationem pauperum, sic nec per meam interpretationẽ fœdatur translatio septuaginta interpretum. In tertia parte ponit secundum transferendi motiuũ: quod est Origenis imitatio vel studium. Vnde dicit: i ¶ Quod vt auderem: Origenis me studium prouocauit ad transferendum per sui imitationẽ. k ¶ Qui editioni antiquę translationẽ theodotionis miscuit asterico & obelo &c. pro mulgauit. id est manifestauit. Nam promulgare dicitur quasi promptum id est manifestum multis agere. Antiquam editionẽ appellat translationem septuaginta: que cęteris antiquior fuit, qui transtulerunt de Hebræo in græcum, sicut dicit Isidorus in. vj. Etym. In opusculo etiã de vocabulis Bibliç: vbi exponitur interpres, inuenes quot fuerunt interpretes, & quibus temporibus interpretati sunt. Et quia trãslatio septuaginta alicubi erat diminuta, alicubi habebat superflua, Origenes miscuit ei translationẽ Theodotionis: adijciens ea quæ deerant, & ibi: ponebat astericum, id est formam astri per quod innuebat q; per additionem istam illucescebant quæ prius deerant. Et dicitur Astericus ab astrum quod est stella & icon quod est imago vel signum. Et vbi erant superflua ponebat obelum, id est signum sagittæ quasi iugulantis & confodientis falsitatem illam. Belos Græce dicitur sagita, & per antepositionem huius literæ o dicitur Obelos: quod apud latinos obelus dicitur. Et vt vtamur verbis Isidori in. j. Etymologia. Astericus apponitur in his quę omissa sunt: vt illucescant per eam notam, quæ deesse videntur. Stella enim aster dicitur græco nomine vel sermone: à quo Astericus est deriuatus. Obelus est virgula iacens: que apponitur verbis vel sententijs superflue iteratis, siue in his locis vbi lectio aliqua falsitate notatur: vt quasi sagitta iugulet superuacua, atq; falsa confondiat. Sagitta enim Græce obelus dicitur. Sic igitur istæ duæ notæ distinguebant totum opus. Aut tollendo superflua cum Obelo. Aut supplendo diminuta cum Astérico. Et maxime quæ Apostolorum & Euangelistarum autoritatibus prætermissa patebant. Litera plana est. Ista pars diuiditur in quatuor. In quarum prima quæ iam expedita est ostenditur correctio ab Origine facta. In secunda ostenditur necessaria: quia translatio illa erat diminuta, ibi: l ¶ In quibus: scilicet Apostolis & Euangelistis. m ¶ Multa de veteri testamento legimus: id est in translatione septuaginta: quæ in nostris codicibus non habentur n ¶ Vt est illud: Ex ægypto vocaui filium meum: Oseæ vndecimo. a. Et Matthæi secundo .c. Hieronymus in Epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi dicit, q; hæc est litera secundum Hebraicam veritatem. Quia puer Israel & dilexi eum: Ex ægypto vocaui filium meum. Pro quo septuaginta transtulerunt: Quia paruulus est Israel & ego dilexi eum. & ex ægypto vocaui filios suos. o ¶ Et quoniam Nazaræus vocabitur. Oseæ vndecimo. a. Et Matthæi secundo .c. Hieronymus in eadem epistola id quod in Euangelista scribitur: Et veniens habitauit in ciuitate quæ dicitur Nazareth: vt impleretur quod dictum est per Propheram, quia Nazaræus vocabitur. Respondeant rogo Dedali & fastidiosi & æstimatores omnium tractatorum & vbi legerint dicant. Nam in eo loco vbi nos legimus

C Virilis portio.

Ouidius secundo de ponto.

Aſs †virili.

Trãslatio Lxx.

D Astericus.

Obelus.

†Osee.xi.

Diuisio.

Desiderius.

Latrat⁹ obtrectatorũ.

Suggillare.

Cudere.

Priscianus in ꝓlogo.

Expositio prologi

Esa.xi.a. mus atq; transtulimus: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice
E eius ascendet. In hebrẽo iuxta linguæ illius idioma ita scriptum est,
Exiet virga de radice iesse, & Nazaræus de radice eius crescet.
a ¶ Et videbunt in quem compunxerunt. Zachariæ.xij.c.
Ioannis.xix.b. & Apoc.j.h. In modernis Bibliis litera zachariæ est,
Aspicient ad me quem confixerunt. Litera
euangelij. Viderunt inquem transfixerunt,
† Zachariæ.xij.c. Litera Apocalypsis videbit eum omnis populus & qui eum pupugerũt. Sed Hieronymus supra dicta epistola sic ait: Veniam⁹ ad zacharię testimoniũ, quod Ioannes euangelista sumit iuxta hebraicam veritatem: Viderunt in quẽ compunxerũt. Pro quo trãslatio septuaginta in latinũ versa habet: Et aspicient ad me pro his quæ illuserunt siue insultauerunt. b ¶ Et flumina de vẽtre eius
1 ascẽderunt. fluent aquę viuæ. Ioan.vij.f. Quidam dicunt q; prouer.v.c. vbi nos habemus: Deriuẽtur fontes tui foras. Hebrei habẽt. Flumina de vẽtre eius &c. Et hoc bene videt, quia hæc autoritas est ibi interlinearis. c ¶ Et quæ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Esa. lxiij.b. Et.j. Corin.ij.b. Sed⁹m Hieronymũ in supradicta Epistola, litera Apostoli est: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt: que præparauit deus his qui diligũt illum. In Esaia. aũt iuxta Hebraicã veritatẽ legitur: A seculo nõ
2 hiberas. audierunt, neq; auribus perceperũt: oculus
3 authentis. non vidit deus absq; te: quæ præparasti expectantibus te. Hic septuaginta multo aliter transtulerunt. A seculo non audiuimus, neq; oculi nostri viderũt deus absq; te opera ẏa & facies expectãtibus te misericordiã. Intelligimus vnde sumptũ sit testimoniũ: & Apostolus non verbum expresit ẽ verbo, sed periphrasticos eundẽ sensum alijs sermonibus
F indicauit. d ¶ Et multa alia: scilicet non habentur in nostris codicibus: sed septuagin
syntagma. ta. e ¶ Quę proprium syntagma desiderãt. Syntagma grecum est, & secundũ Hug. idem est quod dogma. Alij dicunt q; tassio verbũ grecum est idem quod ordino. & inde tassus, vel hic taxus, & hoc tagma idẽ est quod ordo vel ordinatio. Vnde ex syn præpositiõe & tagma cõponitur syntagma, & idẽ est quod coordinatio. & certe in prędicta epistola ad Pammachiũ multa talia inuenies coordinata. In tertia parte tertię partis principalis ostenditur vnde ea quę Origenes addidit sint assumpta, & quid mali accidit ex horũ ignorãtia ibi: f ¶ Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sint. &
5 aristæus. cum dicere non potuerint de libris Hebraicis proferamus. Primum testimoniũ est in Osee. xj.a. Secundũ in Esaia. xj.a. Tertiũ in Zacharia. xij.c. Quartum in Prouerbijs. v.c. vel. x. b. Quintum æque in Esaia. lxiij.b. g ¶ Quod multi igno.
Apocryphus. Apocryphorum. Apocryphus. a. um. dicitur secretus & occultus. Et dicitur ab apos quod est de, & Crisis quod est secretum quasi de numero secretorum: Vel dicitur ab apo quod est longe, & crisis quod est iudicium: quasi longe à iudicio, quia non potest eo haberi de certum iudicium. Apocryphum proprie dicitur scriptum cuius autor & veritas ignoratur: & licet multa vera contineat, vitatur tamen propter falsa quæ intermiscentur. Deliramẽtum dicitur fatuitas: dementia: discordia: vel deDelyramẽtum. uatio à rectitudine, & ita accipitur hic. Vide vbi exponitur Delyramentum in opusculo de vocabulis Bibliæ. Iberis fluuius est, à
Iberis. quo Hispania Iberia nominatur. Et inde Iberus. ra rum. Gentile nomen. Vnde iberas Nenias dicit fabulas ab Hispanis inuentas: vel apud Hispanos vulgatas. Hęc nenia. huius neniæ. dicitur
Iberæ neniç. cantilena quæ fit super morotum vel super cunas puerorum: &
Nenia. est nomen Onomatopæion, id est fictitium à sono quia imponitur à sono scilicet ne ne. Item neniç dicuntur fabulę viles: & sic accipitur hic. Et sic ostendit q; per ignorantiam sequuntur fabulas & errores. In quarta particula huius tertiæ partis principalis dicit q; non intendit ponere errorum rationem, sed sufficit ei Iudæorum recitare opinionem. Vnde dicit. h ¶ Causas erroris non est meum exponere &c. Sic excusant Iudei septuaginta, q; vbicunq; veritas Hebraica facit mentionem de Patre & filio & spiritusancto, aut de industria tacuerunt, aut aliter omnia interpretati sunt, scilicet propter Ptolemęũ cognomẽto Philadelphum, regem ægypti vnius dei cultorẽ, qui nondũ potuit capere mysterium Trinitatis, & præcipue ne hoc magis Platonicum q̃ theologicũ videretur. Plato em̃ locutus est de noy & Thugathõ & anima mũdi, & vt quidã dicunt Noy appellauit patrem, Thugathon vero primũ intellectum, id est filium: animam mundi spiritum sanctum, qui replet orbem terrarum. Sed melius est vt dicatur anima mundi quædam vis regeneratiua, etiã inter causata alias † in creatura, sed non spiritussancti, quia in hoc tertio signo defecerunt philosophi per rationes naturales. & si concedatur esse spiritussanctus, tamen intelligendum est, q; non intellexit ibi Plato vnitatem essentiæ: Vnde quia tres deos in diuersitate essentiæ ponere videbatur, & quia Ptolemæus erat vnius dei cultor, ideo timebant hoc septuaginta, ne qui sic cadere videretur in dogma Platonis ponentis tres deos, hoc etiam ita esse crederet apud Hebræos, sicut patet ex verbis Hieronymi hic, & ex verbis Augustini super epistolam ad Collossenses. Nunc̃ per illa verba intellexit Plato distinctionem personarum in Trinitate. Videtur tamen in epi Ptolemęus
stola ad Paulinum sentire contrarium, sed ibi soluitur contrarietas. ¶ Iste Ptolemæus Philadelphus.
de quo fit hic mentio: fuit ille vir studiosus, & librorum cupidus, qui ad petitionem Aristæi de quo hic fit mentio: libertati restituit plus q̃ centum milia Iudæorum, qui seruierant in regno suo, dans dominis eorum pro vnoquoq; capite centumuiginti drachmas argenti. Et significauit Eleazaro H
summo pontifici, q; gentem suam sic restituerat libertati, rogans eum q; mitteret ei viros seniores: qui Bibliothecam de Hebræo in græcum ei scirent interpretari. Tunc Eleazarus de vnaquaq; tribu elegit sex seniores Lxx. interpretes.
legem scientes, & misit ei. Hi sunt septuaginta interpretes: qui licet septuagintaduo fuerint, tamen more sacræ scripturæ septuaginta dicuntur, quæ modicum numerum si supra aliquam summam superexcrescit sępe subticet. De his inuenies diffusius in Iosepho libro duodecimo capitulo secundo à quo accepit magister in Historijs, & de his subditur hic. i ¶ Denic̃ vbicunq; sacratum aliquid scriptura testatur de patre & filio & spiritusancto &c.
Istud iam supra est expositum, quia vero de hoc fecerat mentionem, incidenter ostendit q;. Lxx. non singulatim in singulis cellulis interpretati sunt, sed in vna Basilica pariter conuenerunt. Et in ostensione huius satis immoratur. Vnde dicit. k ¶ Et nescio quis primus autor &c. scriptitarint. vel scriptitarent, melior litera. l ¶ Cum Aristæus.
Augustinus in secundo libro de doctrina Christiana. Non videtur Vbi translatio dicta.
mendaciũ q; Hieronymus reputat pro mẽdacio. Sed forte opinio Hieronymi prævalet, non est enim in suo testimonio singularis. Dicit enim Iosephus in libro secundo loquens de istis septuaginta: q; Demetrius consilium fecit in domo prope littus stante, & apta secretis ad cogitationem negotiorum, vbi eos producẽs, petebat omnia quibus opus habebant ad legis interpretationem. Cumq; laboriose tantam interpretationem facerent vsq; ad horam nonam in hoc sedentes: ad curam corporis vertebantur. Mane autem ad eundem locum redibant, & ita legis interpretationi vacabant. Ita transcripta lege & opere interpretationis ad effectum, post septuagintaduos dies transactos: congregans Demetrius Iudęos omnes ad locum: in quo leges translatæ fuerant, præsentibus interpretibus legit eas &c. Vnde & Hieronymus dicit eos in vna Basilica contulisse. Basilica enim domus regia dicitur à Basileos quod est Rex vel Imperator. Aristæus autem Basilica. Aristęus.
de quo fit hic mentio, sicut dicitur in duodecimo libro Iosephi
amicus

A amicus regis necessarius fuit. Vnde dicitur Hyperaspistes græce quod est protector latine: & componitur ab hyper præpositione græca, & aspistes. Spizo enim verbū grecum est: idem est quod extendo, inde aspizo, quod est in circularem formā voluo. Vnde dicitur aspicis serpens, qui in modum circularis scuti se gyrat. Et simi liter aspis significat scutum circulare: vnde aspizo idem est quod scuto protego, & inde componitur hyperaspizo & hyperaspistes. Et iste Aristus erat vnus de custodibus corporis regis, de quo Ptolemæus loquēs Eleazaro principi sacerdotum dicit in. xij. libro Iosephi. Transmisi qui deberent vobiscum de his disputare Andream primatem, mei corporis custodem & Aristæum mihi dilectissimos. Dicit ergo Hieronymus q̄ Aristæus ptolemæi hyperaspistes. id est protector, qui eiusdem Prolemęi facta fideliter exposuit, & Iosephus qui multo post tempore gesta illius descripsit, nō tacuissent: si diuisi per cellulas, sine mutua colatione, eadem scripsissent. Si enim hoc modo, indifferentia diuissent, vates potius & prophetæ q̄s interpretes dicendi essent, quod non conuenit. a ¶ Aliud est enim vatē: id est prophetam. b ¶ Aliud est interpretem, quod patet. c ¶ Ibi spiritus ventura prædicit: scilicet quando quis vaticinatur vel prophetat. d ¶ Hic scilicet interpretatione. e ¶ Eruditio &c. Quasi dicat aliud est ꝓpheta, aliud interpres. f ¶ Nisi forte aliquis incipiens velit astruere idem esse vatem & interpretē. Quod si cōcessum fuerit hoc ridiculū sequitur q̄ Tullius qui quosdā rhetoricos libros de græco in latinū transtulit: rhetorico afflatus spiritu eos transtulisse dicatur: Et hoc est quod dicit: Nisi forte putādus &c. Hos libros trāstulit

B Tullius de Greco in latinū: scilicet Oeconomicū xenophontis: id est dispensatorium. Oeconomus enim idē est quod dispensator. Secundum Græcam scripturam non scribitur Economus per e: sed oyconomicus per oy diphtongon. Et deriuatur ab oycos, id est domus: quia dispensat id est ordinat domum: id est propriam familiam. Vel dicitur ab echo, quod est redditiuus sonus aeris vel vallium: vel rupium, vel montium: quia ad sonum & ad vocem eius tota familia debet ordinari. Dicitur ergo æconomicum xenophontis liber quem xenophon composuit de officio dispensatoris. Iste xenophon discipulus fuit Socratis: vir magnę facundiæ, sicut patet in. v. libro Valerij maximi. Et Platonis Pythagoram: id est librum quem Plato composuit Pythagoræ nomine intitulatum, sicut dicitur Timæus platonis: Plato enim solebat libros suos intitulare à nominibus discipulorum suorum: vel eorum quos introducebat loquentes. Et demosthenis pro cteſiphōte: id est orationē quam Demosthenes quidam rhetor composuit pro defensione cteſiphontis contra Aeschinem. Istam historiā quære supra in Epistola ad Paulinum. ij. capitulo. Quidam dicunt Procteſiphonte esse vnam dictionem, sed errant: sicut patet inspicientibus Historiam. Dicatur ergo verius pro cteſiphonte, vt sint duæ dictiones, sicut cum dicitur: Cicero pro Deiotharo, pro deiotharo diuisæ sunt dictiones. Dicamus ergo demosthenis pro cteſiphonte, subintelligentes librum pro causis cteſiphontis, sicut dicitur Tullius pro deiotharo, id est pro causa deiotharo regis: Cætera plana sunt. Sic igitur si septuaginta interpretes: vates, vel Prophetas dicimus q̄ interpretes fuerunt: necesse est vt Tullium quoq; vatem & prophetam dicamus: quia interpres fuit. g ¶ Aut etiam aliud inconueniens sequitur. Si eos spiritu sancto locutos asserimus: scilicet, eundem spiritum sanctum aliter per istos: Aliter per Apostolos fuisse locutum, sibiq; contrarium, per quem videlicet aliter scriptum esse falso testati sunt, quod illi omnino tacuerunt. Hoc est illud inconueniens, quod tangitur cum dicitur: Aut aliter &c. texuit. id est ordinauit spiritus sanctus. h ¶ Vt quod illi &c. Litera plana est. Sic ostendit septuaginta interpretes non diuino sed humano spiritu fuisse locutos. Sequitur. i ¶ Quid igitur. Hic incipit quarta pars principalis, in qua ponit suam excusationem, q̄ non ad aspernationem veterum nouam faciat translationem. Et facit hic tria. Primo suam innocentiā indicat cum dicit. Quid igitur. scilicet intendo nouam translationem faciendo. k ¶ Damnamus veteres? &c. Arrogantiam deuitat: vel signanter dicit quod possumus: quasi diceret, plenius nobis liquet veritas, & ideo licentior datur transferendi facultas: & hoc est quod sequitur. l ¶ Illi interpretati sunt &c. Non scribimus prophetiam, quæ est futurorum præfatio, sed historiam quæ est rei gestæ narratio: Vnde dicitur ab historin, quod est videre, quia apud veteres nullus scribebat historiam nisi is qui scribendis interfuisset, & ea vidisset: & huic expositioni historiæ alludit litera sequens. m ¶ Aliter enim audita: Aliter visa narrantur: id est magis certitudinaliter, & magis secundum ordinē historiæ narrantur visa q̄s audita: Et certe. n ¶ Quod melius intelligimus &c. & melius transferre possumus. Secundo, Apostolis autoribus: obtrectatores confutat, ibi: o ¶ Audi igitur æmule: obtrectator auscultā, Auscultare dicitur quasi aures sono calcare: vel quasi auribus sonos celare, & est compositio vel etymologia: Nec est diphtongus in prima syllaba, sicut quidam ponunt habentes respectum ad componentia: non attendentes q̄ obedio, licet componatur ab ob & audio, causa Euphoniæ mutat au in e. Et similiter causa Euphoniæ dicimus auscultare, non ascultare. Audi itaq; quod sequitur. p ¶ Non damno &c. scilicet ex toto, sed in quibus, testibus Apostolis, diminutos conuinco. q ¶ Sed confidenter cunctis illis Apostolis præfero. Licet enim Apostoli sint pauciores numero, eorum tamen testimonia præferenda decerno: Nec mirum quia. r ¶ Per istorum os mihi Christus sonat &c. Hoc charisma. atis. dicitur gratia vel donum gratiæ. Et dicitur à charis Græcè, quod est gratia latinè. Vnde spiritualia charismata appellat Hieronymus diuisiones siue dona gratiæ. de quibus ait Apostolus primo Corinthiorum. duodecimo. d. s ¶ In quibus vltimum pene locum interpretes tenēt. Pene id est penitus, vltimum enim locum tenent. sicut patet inspicienti textum primo Corinthiorum duodecimo. d. Dicit tamen pene qnod est comparatiuum, ad innuendum q̄ non ex toto prout posset accusat translationem septuaginta interpretum. Tertio infallibilem suæ translationis veritatem probat ibi. t ¶ Quid liuore torqueris. Liuor dicitur inuidia vel nigredo quæ remanet ex percussione. Et dicitur à liueo. es. quod est inuidere, vel liuidum: id est nigrum ex percussione fieri. Torqueo. es. torsum vel tortum, dicitur cruciare, flectere, emittere, vel iaculari. In prima significatione hic ponitur. Dicit ergo: O æmule quid liuore torqueris: id est cur inuides meæ trāslationi, cuius non potes cōtradicere veritati? v ¶ Quid imperitorum animos contra me concitas? Cum scilicet sit irrefragabilis veritas. quod ostendit cum dicit. x ¶ Sicvbi: id est si alicubi, aduerbium loci. y ¶ Tibi in translatione videor errare: interoga Hebręos. Si est ita vt dico, & non solum in vna ciuitate. z ¶ Diuersarum vrbium magistros consule. id est peritos in lege, & quid lucraberis ex hoc, quia tunc senties mecum, quia.

Quod

ptolemæi ὑπηρέτης hyperaſpiſtes: † multo post tēpore Iosephus nihil tale retulerint: sed in una basilica cōgregatos, cōtulisse scribāt: nō ꝓphetasse. Aliud est enim uatē: aliud esse interpretē. Ibi spiritus uentura prædicit: hic eruditio & uerborū copia ea quæ intelligit trāsfert. Nisi forte putādus est Tullius œconomicū Xenophōtis: & Platonis † Pythagorā: & Demosthenis pro Cteſiphonte afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdē libris per septuaginta interptes: aliter per Apostolos spiritus sanctus testimōia texuit: ut quod illi tacuerunt: hi scriptum esse mētiti sunt. Quid igitur? Damnamus ueteres? Minime: Sed post priorū studia in domo domini quod possumus laboramus. Illi interptati sunt ante aduentum Christi: & quod nesciebāt, dubijs protulere sententijs: nos post passionē & resurrectionem eius: nō tam prophetiam q̄s historiā scribimus. Aliter em̄ audita: aliter uisa narrantur. Quod melius intelligimus: melius & proferimus. Audi igitur æmule: obtrectator ausculta. Non damno, nō reprehēdo septuaginta: sed confidenter cunctis illis Apostolos prefero. Per istorū os mihi Christus sonat: † quos ante prophetas inter spiritualia charismata positos lego: in quibus ultimum penè 3 locum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me cōcitas? Si cubi tibi in trāslatione uidear errare, interroga Hebræos: diuersarū urbiū magistros cōsu-

Aspis. † non

Hyperaspistes.

Tullius q̄s trastulit libros.

economicon.

Pythagoras.

† non

† 1. Corin. 12. d.

3 gradum.

Liuor.

Torqueo.

† al's, pythagoram

Expositio epistolæ sancti Hieronymi.

a ¶ Quod illi: scilicet hebrei habēt de Christo. b ¶ Tui co
dices: scilicet septuaginta nō habent. & sic patet q̄ nostra trāslatio
est veracior & cōpletior: Sed forte te aliter excusabis, dicens q̄ illa
testimonia nō fuerunt ab initio in Hebraica veritate, sed sunt ab he
breis superaddita: postq̄ falso ab Apostolis sunt assumpta, & sic la
tina exēplaria veraciora sunt q̄ Græca: græ
ca q̄ Hebraica, & hoc est q̄ dicitur hic.
c ¶ Aliud. excusationis genus est, scilicet
si diceris q̄ hebræi probauerint testimonia
prædicta. e ¶ Ab apostolis cōtra &c.
id est falso cōtra Hebræos assumpta, & con
tra vsum veritatis rapta. d ¶ Postea. sci
licet postq̄ septuaginta editionē suam fece
1.hebraica. runt, & tamē ea libris suis posmodū addi
derūt. f ¶ Et emēdatiora sunt exēpla
ria latina. Sed ista excusatio nihil habet
2.depre cor. probabilitatis Apostolorū eīn cura fuit fal
sa destruere. Vnde falsa testimonia nullate
nus assumpserūt: propterea non verisimile
est q̄ hebræi libris suis superaddiderint, quę
sibi cōtraria cognouerūt: quin potius nega
rent si possent. Demū quicquid veritatis &
latina & græca exēplaria habent, de fonte he
braicæ veritatis exhauserūt. g ¶ Verum
hęc cōtra inuidos. scilicet dicimus qui
bus per omnia cōtraria sentimus, qui meā

a b le. Quod illi habent de Christo:
c tui codices nō habēt. Aliud est, si
d contra se postea ab Apostolis
e usurpata testimonia ꝓbauerūt:
f & emēdatiora sunt exēplaria la
tina q̄ græca: & græca q̄ [1] He
g braea. Verū hæc cōtra inuidos.
Nunc te [2] precor Desideri cha
h rissime: ut quia tātum opus me
subire fecisti, & à Geneſi exor
dium capere: orationibus iuues:
quò possim eodem spiritu quo
scripti sunt libri: in latinum eos
transfere sermonem.
Finit præfatio.

translationem volunt reprehendere, quia immediate sumpta est ab Hebraica veritate tanq̄ à puro fonte. h ¶ Nunc te precor.
Hec est vltima pars principalis istius præfationis in qua facit tria. Diuisio.
Primo enim orationum suffragia implorat cum dicit. Nunc te precor Desideri charissime vt me orationibus iuues. Secundo assignat rationem, cur orare debeat. Cum dicit. Quia me tantum opus subire fecisti: & à Geneſi exordium capere. Tertio finem orationis insinuat: scilicet vt pentateuchum fideliter transferat. Vnde dicit: Quo possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in latinum eos transferre sermonem.

¶ Expositio in præfationem Pentateuchi fratris Britonis de ordine Postillatoris finit, ad quem in prncipio operis sua in præfatione, quæ incipit: Vidi in dextra, super quorundam prologorū elucidatione, tanquam per eundem sufficienter expositis: postillator (vt patuit) sese exonerando remisit.

Prothemata glosæ ordinariæ.

CVM OMNES diuinos libros legimus, in tanta multitudine verorum intellectuum, qui de paucis verbis eruuntur, & sanitate catholicæ fidei muniūtur: potissimum id diligamus, quod certū apparuerit, eum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet, id certe quod circunstantantia scripturæ non impedit, & cum sana fide concordat. Si autem scripturæ circunstantia tractari, & discuti non potest, saltē id solum, quod fides exigit sana vel præscribit. Aliud est enim, quid potissimū scriptor senserit, non dignoscere: aliud à pietatis regula errare. Si vtrunq̄ vitetur, perfecte se habet fructus legētis. Si vero vtrunq̄ vitari nō potest, etiā si voluntas scriptoris incerta sit, sanæ fidei congruam nō inutile est eruisse sententiā. Augusti. In rebus obscuris atq̄ à nostris oculis remotissimis, si qua in scriptura etiam diuina legimus, quę possunt salua fide alijs parere sententijs, in nullā earum nos præcipiti affirmatione ita proijciamus: vt si forte diligentius exquisita veritas eam labefactauerit, corruamus. Non pro sententia diuinarum scripturarū, sed pro nostra dimicātes, ita vt eam velimus scripturarū esse, quę nostra est, cum potius eam quę scripturarū est, nostram esse velle debeamus. ¶ Notādum quia hæc scriptura ita allegoricis verbis texitur, vt allegoricum sensum contineat: & historicam fidem rerum gestarum non amittat. Dicitur autem Genesis à suo principio, secundū morem hebręorum, qui ex principijs maximē nomina libris imponunt: sicut Matthęus euangelicam suam historiam, librum generationis appellat. Cum multa vtraq̄ scriptura in sequentibus contineat. In quibus nulla generationis mentio fiat. Introducit quippe hæc historia primum hominem, futuri formam, vtpote de terra virgine cōditum, per quem generandi terreni erant in vitam transitoriam: sicut euangelium secundū nouum hominem inducit de matre virgine genitum, qui filios generaret in vitam æternam. In hac ergo scriptura figuræ sunt futurorum. In euangelio vero manifestato completorum. Liber iste more Hebręorum à principio Geneſis appellatur, quia in eo de cœli & terræ generatione agitur, licet alia multa sequantur: sicut euangelium Matthei: Liber generationis Iesu Christi. Inducit enim Moyses primum hominem formam futuri de terra virgine conditum, qui generaret terrenos in vitam transitoriam: sic & Euangelium secundum hominem scilicet Christum de matre virgine genitū: qui generaret cœlestes in vitam eternam. Hic ergo figura in euangelio veritas. Hieronymus. ¶ In principio creauit deus cœlum & terram. Plerię autumant, sicut Tertullianus & Hilarius, in Hebræo haberi: In filio fecit deus cœlum & terram. ¶ Lxx. vero & Symmachus & Theodocion. In principio transtulerunt. Et in hebræo dictū est Bereschut: quod Aquila interpretatur, in capitulo. Magis igitur secundū sensum, q̄ secundum verbi translationē, de Christo accipi potest, qui in ipsa fronte Geneseos (quę caput oīm librorū est) & in principio Ioannis, cœli & terrę cōditor approbatur. vnde psal. xxxix. b. In capite libri scriptū est de me, id est in principio Geneseos. In principio. s. creauit deus cœlū & terram. & in principio Ioānis: Omnia per ipsum facta sunt &c. Apud hebręos quoq̄ hic liber Bereschit: appellatur, qui voluminibus ex librorū principijs nomina imponūt. Quatuor sunt regulæ sacrę scripturæ, id est Historia, quę res gestas loquit. Allegoria, in qua aliud ex alio intelligit. Tropologia, id est moralis locutio, in qua de moribus ordinādis tractatur. Anagoge, id est spūalis intellectus, per quē de summis, & cœlestibus tractaturi, ad superiora ducimur. His quatuor quasi quibusdam rotis tota diuina scriptura voluitur, verbi gratia: Hierusalē secundū historiā est ciuitas, allego. ecclesiā significat, secundū tropologiā, id est moralitatē, animā cuiuslibet fidelis, quę ad pacem ęternā anhelat. Secundū anagogen, cœlestiū omniū viram qui reuelata facie vident deum. Diuina scriptura aliquando ęterna intimātur, vt est: In principio erat verbum. Aliquādo facta narrantur, vt: Cum venerit filius hominis in maiestate sua &c. Aliquando quę agenda sunt præcipiūtur, vt: Diliges proximū tuum, sicut teipsum. Et est bipartita diuina scriptura. Quia alia sunt quę secundū figurā dicuntur, vt est: Audiuit Adam vocē domini deambulātis in paradiso. Alia scē'm rerū gestarum fidē, vt est q̄ populus exiēs de egypto p̄ mare pedib⁹ ambulauit. Alia sunt, quę vtroq̄ dicta sunt modo, vt est transitus maris Rubri, & miracula quę dominus in euangelio fecit. Tribus modis significat hæc scriptura generationē seculi esse factam. Aut eīn sola voluntate aliquid dicitur factū, vt: In principio creauit deus cœlū & terram. Aut voluntate simul & voce præceptiua, vt: Fiat lux. Siue deliberatiua, vt: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram. Aut voluntate voce & diffinitione, vt: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & germinet terra herbam virentē, & facientē semen &c. Et ea quę sola voluntate & voce dicuntur, nouitate facta sunt. Quę vero per diffinitionē, hæc sunt similia illis quę nouiter facta sunt: & hæc sunt quę post septimū diem vsq̄ in finem operatur deus, & ex illa diffinitione prouenīūt. Quidam tria principia: posuerūt deum, exēplar, & materiam: eaq̄ increata, & sine initio. Deumq̄ non tanq̄ creatorem materię. sed quasi artificem, ad exemplar de præsenti materia mundū fecisse. Alij duo principia putauerunt, materiā & speciem: & cum his tertium, quod operatorū dicitur, mundumq̄ semper fuisse, & futurum esse. His & huiusmodi erroribus obuiās Moyses, in vno spiritu, in vno principio temporis, modum à creatore deo factum narrat, tanta velocitate, vt effectu sensum temporis præueniret, vt videlicet deum cognoscens initium vniuersorum æternum intelligere dedit, & omnipotentem: ex tanta celeritate operis, vt necdum primum nascentis mundi momentum transactum dicatur, quando mundus creatus dicitur, his verbis:

In reb⁹ ob scuris non est facile eligere vnam aut certam partem, cui sit habēda fides.

H Quatuor regulæ sacrę scripturæ.

Ioan. i.

Generatio seculi facta quotuplex sit.

principia rerū quotuplicia.

☞ In principio

A ℣ als † esse aũ tẽporis initium.

¶ In principio creauit deus cœlum & terram. ¶ Strabus. In principio &c. Moyses in vno principio tẽporis à deo creatore mundum factũ refert, vt sensum temporis præueniret effectu voluntatis, vt deum sciamus † temporis initiũ, & ipsum esse initiũ omnium. Plato em̃ tria initia vel principia existimabat, deum, exẽplar & materiã, & ipsa increata sine principio, & deum quasi artificem non creatorẽ. Aristoteles duo, materiam, & speciem: & tertiũ operatoriũ dictum: Mundũ vero semper esse & fuisse. Contra hęc ergo & huiusmodi dicitur: In principio creauit deus cœlum & terram. ¶ Augustinus: Sicut Paulus per reuelationem didicit Euangelium, ita Moyses docente spiritusancto, conditi mundi exordium. ¶ Beda. Moyses in hoc libro de inferiori mundo ad instructionẽ hominis agit, & quia homo præponendus erat mundo visibili. Primùm, regnum paratũ describit, postea rectorem inducit, cui seruiat plenitudo regni. Dicit ergo: In principio creauit deus cœlum & terram. Cœli & terræ nomine, quicquid deus fecit, simul factum esse materialiter potest intelligi: sed informiter, siue spirituale, siue corporale sit. Deinde prosequitur, quõdo deus singulorum formas fecerit, & operum distinctiones: & quia nondum erant distinctę formę, addit de terra: Terra autem erat inanis & vacua. his scilicet quę de ipsa erãt ꝓcessura. & tenebræ erant super faciem abyssi. Per abyssum cętera elementa possunt intelligi, quę adhuc confusa & incerta erant, quas formas essent habitura. ¶ Quatuor modis operatur deus. Primò in verbo. Secundo in materia informi. Vnde Ecclesiastici. xviij. a. Qui vivit in æternum creauit omnia simul. Tertio per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quarto ex primordialibus seminibus nõ incognitę oriuntur naturæ, sed notę, sępius ne pereãt, reformãtur. ¶ Isidorus & Beda Mystice. Primordia generis humani, quibus ipsa luce frui cœpit, bene comparantur primo diei, quo deus lucem fecit. Et hæc ętas tanq̃ infantia putanda est ipsius vniuersi sęculi, quod tanq̃ vnus homo ætatem agit infantiam. Hæc protenditur ab Adam vsq; ad Noë generationibus decem. Quasi vespera huius diei sit in diluuio, quia & infantia nostra tanq̃ obliuionis diluuio deletur. ¶ Incipit mane secundę diei à temporibus Noë tanq̃ pueritia, & tenditur hæc ętas vsq; ad Abraham generationibus decem. Et bene comparatur secundo diei, quo factum est firmamentum, inter aquam & aquam: quia & arca in qua erat Noë cum filiis suis, firmamentum erat inter aquas inferiores, in quibus natabat, & superiores quibus compluebatur. Hæc ętas diluuio non deletur: quia nec pueritia nostra obliuione tollitur de memoria. Meminimus enim nos pueros fuisse, infantes non meminimus. Huius vespera est confusio linguarum, in eis qui turrem faciebant, Et fit mane ab Abraham. Sed nec ista ætas secunda generauit populum Domini, quia nec pueritia apta est ad generandum. ¶ Incipit mane diei tertię ab Abraham, & succedit tertia ętas similis adolescentiæ. Et bene comparatur diei tertio, in quo ab aquis terra separata est. Ab omnibus enim gentibus, quarum error instabilis, & vanis simulachrorum doctrinis, quasi ventis omnibus mobilis (quod bene significatur maris nomine) fidelis populus secernitur. Ab hac ergo gentium vanitate, & huius sęculi fluctibus, separatus est populus dei per Abraham, tanq̃ terra cũ apparuit arida, id est sitiens imbrem diuinorum mandatorum. Qui populus vnum deum colendo, tanq̃ irrigata terra, vt fructus vtiles posset afferre, sanctas scripturas & prophetias accepit. Hæc enim ętas iam potuit generare populum dei, quia & tertia ętas, id est adolescentia iam filios habere potest. Et ideo ad Abraham dictum est Genesis. xvij. a. Patrem multarum gẽtium posui te, augebo te nimis valde, & ponam te in gentes, & reges ex te erunt. Et ponam testamentum meum inter me, & semen tuum post te, generationes eorum in testamentum æternũ, vt sim tibi deus, & semini tuo post te, & dabo tibi & semini tuo post te terrã, in qua habitas: omnẽ terrã Chanaã in possessionem ęterñ, & ero illis deus. Hęc ætas porrigitur ab Abraham vsq; ad Dauid, quatuordecim generationibus. Huius vespera est in peccatis populi, quibus diuina mandata præteribant, vsq; ad malitiam pessimi Saulis. ¶ Deinde mystice fit mane quartæ diei, regnum scilicet Dauid. Hæc ætas similis est iuuentuti. Et reuera inter omnes ætates regnat iuuentus, & ipsa est ipsum firmamẽtum omniũ ætatum: & ideo bene comparatur quarto diei, in quo facta sunt sidera cœli in firmamento. Quid enim euidentius significat regis eminentiam q̃ splendor solis: & plebis obtemperantiam, lunæ splẽdor ostendit, tanq̃ synagogam ipsam: & stellæ principes eius, & omnia fundata in stabilitate regni, tanq̃ in firmamento. Huius quasi vespera est in peccatis regum, quibus illa gens meruit captiuari.

als † leniter

¶ Fit deinde mane Quintę dici, Transmigratio in Babylonẽ, cum in captiuitate populus † Leuiter in peregrino ocio est collocatus. Exporrigitur hæc ętas vsq; ad aduentum Christi, id est quinta ętas, secundum quam est declinatio à iuuẽtute in senectutem: Nondum quidem senectus, nec iam iuuentus: quia senior ætas est quę græcis γέρων geras dicitur. Senex etiam apud eos γέρων geron, & πρεσβύτερος presbytes appellatur. Et re vera sic ista ætas à regni robore est inclinata, & fracta in populo Iudęorum, quemadmodum homo à iuuentute fit senior. Et bene comparatur illa diei quinto in quo facta sunt animalia in aquis & volatilia cœli: postea q̃ scilicet inter gentes, tanq̃ in aquis cœperunt viuere, & habere incertã sedem, & instabilem sicut aues volantes. Sed plane ibi erant cete, id est magni homines, qui magis dominabantur fluctibus sęculi, q̃ seruirent in illa captiuitate. Non enim ad cultum idolorum aliquo terrore deprauati sunt. Vbi sane animaduertẽdũ, q̃ benedixit deus illa animalia, dicẽs: Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesq̃ multiplicentur super terrã. Quia re vera gens Iudęorum (ex quo dispersa est ꝑ gentes) valde multiplicata est. Huius diei, hoc est huius ætatis, quasi vespera, est multiplicatio peccatorũ in populo Iudęorũ: quia sic excæcati sunt, vt deum & Dominum nostrum Iesum Christum nõ possint agnoscere. ¶ Mystice. Mane sextæ diei fit prędicatio Euãgelij per Iesum. & finito die quinto, id est quinta ętate, incipit sexta, scilicet senectus veteris hominis: in qua homo minus potens est, & quasi ad extremum vitę tendit. Et hoc etiam apparet, quia illud carnale regnum iam est vehementer attritum, quando & templum dei deiectum est, & sacrificia cessauerunt. Et nunc ea gens: quantum ad regni vires attinet, quasi extremam vitam trahit. In ista tamen ætate, tanq̃ in senectute veteris hominis homo nouus nascitur, qui iam spiritualiter viuit. Sexta enim ætate siue die dictum est: Producat terra animam viuentem. Nam quinta die non dictum erat: producant aquę animam viuentem, sed reptilia animarũ viuarum: Quomodo enim corpora sunt reptilia, sic tunc adhuc etiam corporali circumcisione, & sacrificijs, tanq̃ in mari gentium populus ille seruiebat. Istam vero animam viuam dicit, quia vitam iam incipiunt æternam desiderare. Serpentes ergo & pecora, quę terra producit, gentes significant iam stabiliter credituras euangelio: de quibus dicitur & illud, quod Petro demonstratum est in actibus Apostolorum, Actuũ. x.b. Macta & manduca. Et cum ille immunda diceret. Responsum est illi: Quod deus mundauit, tu commune ne dixeris. Tunc fit homo ad imaginem & similitudinem dei, sicut in ista ętate sexta nascitur in carne dominus noster, de quo dictum est per Prophetam: Et homo est, & quis cognoscet eum. Et quemadmodum in illa die masculus & fœmina coniuncti sunt: sic & in ista Christus & ecclesia. Et præponitur homo illa die pecoribus, serpẽtibus, & volatilib⁹ cœli. Sic & in ista ętate Christus regit animas sibi obtẽperãtes, quę ad ecclesiam eius, partim de populo Iudęorum, & partim ex gentibus venerũt, vt ab eo domitę mansuescerent, homines scilicet vel carnali concupiscẽtię dediti, sicut pecora, vel tenebrosa curiositate obscurati, quasi serpentes, vel elati superbia, quasi aues. Et sicut in illa die pascitur homo & animalia quę cũ ipso sunt herbis seminalibus, & lignis fructiferis, & herbis viridibus: sic in ista ętate, homo quicũq; bonus est minister Christi, & cum bene quantum potest imitatur, cum ipso populo spiritualiter pascitur sanctarũ scripturarum alimentis, & lege dei: partim ad concupiscendum fœcunditatem rationũ, atq; sermonum, tanq̃ herbis seminalibus, partim ad vtilitatem morum & conuersationis humanæ, tanq̃ lignis fructiferis, partim ad vigorem fidei spei & charitatis in vitam ęterñam, tanq̃ herbis virentibus, quæ nullo æstu tribulationum possunt arescere. Sed spiritualis sic pascitur istis alimentis, vt multa intelligat. Carnalis autem id est paruulus in Christo, tanq̃ pecus dei, vt multa credat, quæ intelligere nõdum potest, tamen eosdem cibos omnes habent. Huius autem ætatis vespera est, de qua dominus ait, Lucę xviij. b. Putas veniens filius hominis inueniet fidem super terram? Post illam vesperam fiet mane, cum ipse dominus in claritate venturus est. Tunc requiescent cum Christo ab omnibus operibus suis ij, quibus dictum est Matthæi. v.g. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Tales enim faciunt opera bona valde: post talia enim opera speranda est requies in die septimo, qui vesperam non habet. Nullo ergo modo potest dici, quemadmodum fecerit deus cœlum & terram, & omnem creaturam, quam condidit. Sed ista expositio per ordinem dierum sic indicat, quasi historiam rerum factarum, vt prædicationem futurorum maxime obseruet. Si autem aliquem mouet, q̃ in istis ętatibus seculi duas ætates primas denis generationibus aduertimus explicari. Tres autem consequentes singulæ quatuordecim generationibus contexuntur. Sexta verò ista nullo generationum numero diffinita sit. Facile est videre etiam in vno quoq; homine duas primas ætates, infantiam & pueritiam, corporis sensibus inhęrere, qui sensus corporis quinq̃ sunt, visus, auditus, gustus, olfatus, ℣ & tactus

C

D

Antipophora.

E

Quot modis deus dicit operari.

Mystice cõparatio sex dierum ad sex ętates mundi.

Pricipia rerum secm Plat. et Aris. quę et quot sint.

Prothemata glossæ ordinariæ in Genesim.

& tactus. Quinarius autem numerus duplicatus (quoniam duplex est sexus humanus, vnde generationes tales existunt, masculinus & fœminius) denarii numerum facit. Iam vero ab adolescentia, & deinceps, vbi ratio incipit in homine præualere, accedit quinq; sensibus cognitio & ratio, quib⁹ vita regitur & administratur, vt iam septenarius numerus esse incipiat, qui similiter duplicatus, quatuordecim generationibus eminet & apparet. Quas habent tres ętates consequentes, adolescentis scilicet, iuuenis, & senioris. Senectutis verò ętas sicut in nobis nullo statuto annorum tempore definitur, sed post illas quinq; quantum quisq; vixerit, senecturi deputatur: sic in ista ætate seculi non apparent generationes definitę, vt occultus sit vltimus dies, quem vtiliter dominus latere oportere demõstrat.

Mystice. ¶ Mystice: igitur perfecti sunt cœli &c. Quia post illorũ quasi sex dierum opera bona valde, speret homo quietem perpetuam, & intelliget quid sit: Requieuit deus septima die ab omni opere suo. Quia & ipse in nobis hęc bona operatur, qui vt operemur iubet. Et recte ipse requiescere dicitur, quia post hæc omnia opera nostra requiem nobis prępstabit. Quomodo recte paterfamilias dicitur ędificare domũ, cum vt ędificent operarij sui iuber, & requiescere, cum post perfectionẽ fabricę, illis quibus imperabat, permittit vt vacent, & iocundo ocio perfruantur.

Moraliter. ¶ Isidorus. Moraliter. Habet vnusq; q; nostrũ in rectis operib⁹ & recta vita tanq; dies sanctos istos sex dies, post quos debeat quietẽ sperare. Primo die lucẽ fidei, quãdo primũ visibilibus credit, propter quã fidẽ, dominꝰ visibiliter apparere dignatus est. Secundo die factum est tanq; firmamentũ disciplinę, quod discernit inter carnalia & spũalia opera, sicut firmamentũ, inter inferiores aquas & superiores. Tertio die, quo mẽtem suã ad proferẽdos bonorũ operum fructus prępparat, & erigit: separata enim labe & fluctibus tentationum carnalium, tanq; aridam habet mentẽ, videlicet, tanq; à perturbationibus maris, vt iam possit dicere.

Mystice. Mente seruio legi dei, carne autem seruio legi peccati. Roamno. vij. d. ¶ Eidem Mystice. In principio creauit deus cœlum & terram. Spirituales scilicet qui ecclesia meditantur, & terram id est carnales terrenum hominem imitãtes. Terra autem erat inanis & vacua. Hoc caro nostra, anteq; doctrinę accipiat formam. Et tenebrę erant super faciem abyssi. quia peccati obscuritas, & ignorantię cæcitas tegebat corda nostra. Et spiritus domini ferebatur super aquas. hoc est

F super eor tenebrosum, & fluidũ, vt in spiritu subsistentes requiescerem⁹, & flatu eius viuificaremur, cuius vnda abluimur. Dixitq; deus fiat lux. id est appareat illuminatio fidei. ¶ Primo enim die lucem fidei dedit, quia prima est in conuersione fides. Vnde primũ mandatũ est: Dominus deus tuus vnus est, Deut. vj. a. propter hanc fidem Christus visibiliter apparuit præsentia sua. Diuidens lucem. id est filios dei & lucis. a tenebris. id est peccatoribus. Hos appellauit diem, illos noctem. Vnde Eph. v. b. Fuistis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino. ¶ Die secunda posuit firmamentum: sanctas scilicet scripturas in ecclesia. De quibus dicitur: Cœlũ sicut liber plicabitur. Hoc firmamentum discernit aquas. id est populũ angelorum. quibus nõ est necesse vt in lectiõe audiant verbũ dei. Sed illud firmamentũ posuit in sublimi sup infirmitatẽ inferiorũ populorũ, vt suspicientes in eũ cognoscãt, qualiter discernẽt inter carnalia & spũalia, quasi inter aquas superiores & inferiores: ¶ Die tertia congregauit inferiores & falsas infideles scilicet cõcupiscentiarũ & tentationũ fluctibus sese quatientes, & segregauit ab eis aridã, id est fideles fontem fidei sitientes. Infideles verò coercuit, ne iniquitatis suæ fluctibus aridam, id est animam sitientem deum, conturbent: sed liceat ei germinare fructus bonorum operum, & diligere proximum, vt habeat in se semen secundum similitudinem suam, vt scilicet ex sua infirmitate cõpatiatur alij indigenti, producat lignũ forte fructiferum, id est beneficium, eripiendo oppressum, & præbendo ei protectionis vmbraculũ. ¶ Die quarta micuerunt luminaria in firmamẽto cœli, id est legisdoctores scripturæ sanctę inhęrentes, & inferioribus lumen sapientię demõstrantes. Prodijt quoque siderum turba, id est virorum doctorum, scilicet & legisperitorum numerositas, qui in huius vitę nocte fulgentes diuidant scripturę sensibilia & intelligibilia, quasi inter lucem perfectorũ & tenebras peccatorum, facientes signa virtutum & miraculorũ, quę sunt in tẽpora & annos, quia proprijs temporibus viuunt & transeũt, verbum autem domini in æternũ manet. Bene autem terra germinauit primò & postea facta sunt luminaria, quia post bona opera venit illuminatio, quia videtur species superne veritatis. ¶ Die quinta facta sunt in aquis reptilia animarum viuarum, id est homines in vitam reuocati per sacramentũ baptismi. Facta sunt volatilia. id est animę volantes ad superna. ¶ Sexta die produxit terra animam viuam, quando caro nostra ab operibus mortuis abstinens, viua virtutum germina parit, secundũ genus suum, id est vitã imitando

tando sanctorum. Vnde phil. iij. d. Imitatores mei estote &c. Secũdum genus nostrum viuimus, quãdo sanctos quasi proximos imitamur. Producit terra bestias. id est homines ferocitate superbiętes. & pecora. id est simpliciter viuentes. & serpentes. astutos scilicet & bonũ à malo discernentes, & quasi reptando scrutantes terrena, per quę intelligãt cœlestia. Post hęc fecit deus hominem ad imaginem & similitudinẽ suam, virũ scilicet perfectũ, qui ipsam veritatem contemplando operatur iusticiã. Hic accipit potestatem piscium maris, & volatiliũ cœli, pecorum, ferarum, atq; repentium: quia spiritualis similis deo factus omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur. Masculum & fœminã creauit eos, quia sicut viro mulier, sic spirituali & perfecto viro minus pfectus obedire debet. Dicitur enim eis: Crescite & multiplicamini & replte terrã. In spiritualibus scilicet donis, vt ratio dominetur carni, quasi insensato animãti, & perturbationibus eius. Per herbã seminalem & lignum fructuosum in escam hominibus datũ, intelligimus oblationes sanctorũ. Vnde Paulus. j. Corin. ix. b. Seminauimus spiritualia vobis, magnũ est si carnalia vestra metamus. ¶ Augustinus. Cum in diuina scriptura de paucis verbis plures intellectus veri & catholici habẽtur, illum deligamus maxime, quem constat scriptorẽ sensisse, vel quem non impedit circunstãtia scripturæ, si conueuit cum sana fide, aut saltem quẽ sana fides prescribit. ¶ Augustinus. Si quia obscura legimus, quę possunt sanę variis exponi sententijs, nullam præcipitãter affirmemus, ne forte velimus eam esse scripturę sententiã, quę nostra est: cũ potius scripturę sententiã debeamus facere nostrã. ¶ Augu. In narratione rerum gestarũ non omnia secundũ figuralẽ tantũ intellectum accipiũtur, sed quędã secundũ fidem rerum gestarũ asserenda & defendenda sunt. Quęrendũ est ergo, quo modo pręter allegoricã significationem dictum sit: In principio creauit deus cœlũ & terram. In principio. scilicet temporis, Vel quia primo facta sunt. Vel. In principio. id est in dei filio, qui ait Ioan. viij. d. Ego sum principiũ, qui & loquor vobis. Cœlũ & terram. spirituale, corporalẽq; creaturã intelligunt: vel corporalẽ tantũ, per cœlum, supeiorẽ. per terram, inferiorẽ. Vel vtriusq; informis materia dicta est cœlũ & terra. Spiritualis enim vita sicut in se est, non cõuersa ad creatorẽ, informis est. Cõuersa verò ad eum, formatur. Corporalis autem p priuationẽ omnis corporeę qualitatis,

H quę apparet informata materia. Vel cœlũ est creatura spũalis, quæ ab exordio quo facta est, & pfecta, & beata semper est. Terra verò corporalis materies adhuc imperfecta, quia terra (inquit) erat inuisibilis & incõposita. &c. Vbi videtur informitatẽ significare corporalis substãtię. Vtriusq; tamen informitas hic significari potest. Corporalis in eo quod dictũ est: Terra aũt erat inuisibilis & incomposita. Spiritualis aũt in hoc: Et tenebrę erant super faciem abyssi. Vt abyssum tenebrosam naturã vitę informem intelligamus, nisi ad creatorẽ cõuertatur, in quo solo formatur & illuminatur, ne sit tenebrę vel abyssus. ¶ Grego. Quęrendũ est quo modo deus cũcta simul cõdidit dũ idem Moyses ex dierũ mutatiõe variãte, distinctẽ creata describit? Sed rerũ materia simul creata est, simul verò formata p species nõ est & quod simul extitit per substãtiam materię, non simul apparuit p speciem formę. Cum ergo simul factũ cœlũ terraq; dicitur, simul spiritualia & corporalia, & quicqd de terra producitur, simul facta iudicantur. Sol, luna, & sidera quarto die in cœlo facta peribentur. Sed quod quarto die processit in specie, primo die in cœli substantia extitit per cõditionem. Primo die terra creata dicitur, tertio arbusta condita, & cuncta terrę virẽtia describũtur. Sed qđ die tertio in speciẽ, pdijt, prima die in ipsa terrę substantia conditũ fuit. Hinc Moyses distinctẽ per omnes vel singulos dies, omnia condita retulit, & tamen omnia simul creata subiũgit dicens: Istę sunt generationes cœli & terrę: quãdo creatę sunt, in die, quando fecit deus cœlum & terrã & omne virgultum agri, anteq; oriretur in terra, omemq; herbã regionis &c. Qui enim diuersis diebus creatum cœlum, terram, virgultum, herbamq; narrauerat: hinc vno die facta manifestat, vt ostenderet, q; omnis creatura simul per substantiam extitit,

† Quę non simul p speciẽ processit. Vnde: Et creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Ad imaginem dei creauit illũ, Masculũ & fœminam creauit eos. Fœmina nondũ erat facta, iam homo masculus & fœmina perhibetur. Sed quia ex latere Adę erat processura, in illo iam cõputatur p substantiã, à quo fuerat producẽda per formam. In minimis quoq; licet hęc considerare. Herba enim cum prodit & formatur, nondũ in illa fructus, nec dum fructus sui, semen ostenditur: ineſt tamen ei fructus, & semen, quia simul sunt in radice substãtię, quę non simul prodeunt per temporis incrementa.

G Nota. In princi. pio. Terra Quõ deus cũcta simul condidit. Gene. i. a. als † Qui uis Gene. i. a.

POSTILLA NICOLAI de Lyra ſuper Geneſim.

CAPVT I.

IN PRINCIPIO. Tota ſacra ſcriptura diuiditur in duas partes, in vetus, & nouum teſtamentum. Nam licet tota ſacra ſcriptura ſit de deo, tanquam de ſubiecto, tamen prima pars principaliter eſt de deo, tãquam creatore & gubernatore: ſecunda verò de deo, tanquam redemptore & glorificatore. Prima pars videlicet veteris teſtamenti, diuiditur in quatuor partes: in libros Legales, Hiſtoriales, Sapiẽtiales, & Prophetales. Et quia vetus teſtamentum & nouum ſe habẽt ſicut rota in medio rotę, vt habetur Ezechi. primo. d. Ideo nouum teſtamentum conſimiliter diuiditur: quia legi, in nouo teſtamento correſpondet euangelium. Libris ſapientialibus correſpondent epiſtolę Pauli, & aliorum apoſtolorum. Libris hiſtorialibus correſpondent actus apoſtolorum. Libris prophetarum correſpondet Apocalypſis. Circa primã partem veteris teſtamenti quę continet libros legales, videlicet quinque libros Moyſi, conſiderandum quòd lex non datur vni perſonę, ſed communitati populi adunati: ideo primò deſcribitur adunatio fidelis populi ſub cultu vnius dei, quod fit in libro Geneſis. Secundò deſcribitur legiſlatio populo adunato: & hoc fit in Exo. & duobus libris ſequentibus. Tertiò ponitur prędictę legis repetitio & explicatio: & hoc fit in Deut. Prima in duas, quia primò Moyſes oſtendit naturæ humanæ productionẽ: Secũdò ipſius propagationem. iiij. capi. vt ſic procedat ad electionem fidelis populi, & diſtinctionem eius ab infideli populo per ſucceſſiones generationum, vt patebit infra. Circa primum conſiderandum, q̃ tota corpora lis creatura facta eſt propter hominem. Nam elementa ſunt propter mixta, & mixta inanimata propter mixta animata, & imperfecta propter perfecta, vt plãtæ propter animalia, animalia verò propter hominem, quantum ad eius nutritionem & iuuamentum. Corpora etiam cœleſtia facta ſunt propter hominem, ſecundum qđ dicitur Deute. iiij. ca. Ne fortè oculis eleuatis ad cœlum, videas ſolem & lunam & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, q̃ creauit dominus deus tuus in miniſterium cũctis gentibus. Et ideo primò deſcribit corporalis creaturæ productionem generaliter. Secundò hominis formationem ſpecialiter ibi: Et ait: Faciamus hominem & cęt. Circa primum tria facit ſcriptura. Quia primò exponit opus creationis. Secũdò opus diſtinctiõis ſeu formationis, ibi: Dixitq; deus: Fiat lux. Tertiò opus ornatus ſeu diſpoſitionis, ibi: Dixit autem deus: fiant luminaria. Opus creationis deſcribitur ante omnem diem. Opus diſtinctiõis, primis tribus diebus. Opus autem ornatus alijs tribus diebus ſequentibus. Et ſeptimo die requieuit deus à nouis creaturis cõdendis. Secundũ verò ſententiam Hieronymi, in epiſtola ad Paulinũ preſbyterũ de omnibus ſacræ ſcripturę libris. Principiũ geneſis eſt tantis obſcuritatibus inuolutũ, vt ante triginta annos apud Hebræos nõ legatur: & huiuſmodi obſcuritates ſatis apparẽt ex variis & multiplicib⁹ expoſitionibus tã doctorũ Hebræorũ quàm catholicorũ. Et quia cõfuſio eſt tã intelligẽtiæ quàm mẽoriæ inimica, intendo vitare talẽ multitudinẽ ex poſitionũ, illarũ maximè quę à ſenſu literali remotę videnť: cui ſenſui intendo inſiſtere ſecũdũ gratiam à domino mihi datã. Igitur circa principium geneſis ſunt tres expoſitiones ſolẽnes, ad quas aliæ videntur reduci. Prima eſt ipſius Auguſtini qui illos ſex dies exponit, non prout important ſucceſſionẽ temporis, ſed prout dicũt cognitionem angelicam relatam ad ſex genera rerum conditarum. Iſta autem cognitio angelica duplex eſt. Vna eſt rerum in genere proprio, & hæc dicitur veſpertina: quia omnis creatura ad deum comparata qui eſt lux per eſſentiã, tenebra eſt. Alia eſt cognitio in verbo, & hæc dicitur matutina. Et ſic exponit: Factumq; eſt veſpere & mane dies vnus, inquantũ angeli cognouerunt lucẽ productã & à tenebris diuiſam in genere proprio, & hęc dicitur veſpere. Et rerum in verbo, & hæc dicitur mane. & eodẽ modo de alijs diebus ſequẽtibus. Sed iſta expoſitio videtur nimis longinqua à literali ſenſu, maximè, quia ſecundum alios ſanctos & doctores, Moyſes rudi populo loquebatur, qui non poterat capere ſpiritualia: ſed tantum corporalia, & groſſa: & ideo de productione angelorum non fecit expreſſam mentionem. Et iterum quia populus ille pronus erat ad idolatriam, ſi feciſſet mentionem de creaturis ſpiritualibus, & inuiſibilibus, coluiſſet eas tanquam deos: & ideo iſta expoſitio quæ longinqua videtur à litera dimittatur.

Ezechi. j. d.

Hieronymus ad Paulinum.

Tres expoſitiones ſolẽnes Gene.

Cognitio angelica duplex.

C Aliæ autem duæ expoſitiones videntur propinquæ literæ: & ideo intendo eas proſequi: & procedunt ſecundum varias opiniones de natura materiæ poſitas à philoſophis: & ideo primò videndum eſt de materia corporũ cœleſtiũ, det intellectus operationis ſex dierum, quę hic deſcribuntur multum obſcurè. Igitur circa naturam materiæ corporalium tres ſunt opiniones ſolennes. Dicit enim Commentator libro de ſubſtantia orbis quòd in corporibus cœleſtibus non eſt materia propriè dicta, quæ eſt pars ſubſtantiæ compoſitę. Cuius ratio eſt, quia materia propriè dicta, quæ eſt in genere ſubſtantię, eſt potentia contradictionis ad eſſe & ad non eſſe ſimpliciter: talis autem potentia non eſt in corporibus cœleſtibus, quæ ſunt incorruptibilia, vt ab omnibus ſupponitur tanquam verũ. ergo &c. & ideo ſi aliquando in corporibus cœleſtibus à philoſophis dicatur eſſe materia, hoc eſt largè accipiendo, inquantum ſubiectum accipitur pro materia: quia eſt ibi ſubiectum motus localis, & potentia ad vbi. Alij autem dicunt quòd in corporibus cœleſtibus eſt materia quę eſt pars ſubſtantiæ compoſitæ: alioquin corpora cœleſtia eſſent formæ actu intelligibiles, quia eſſent à materia ſeparatæ. Item, quia ibi eſt quantitas quæ ſequitur materiam, ſicut qualitas formam: ſed eſt alterius rationis quàm materia corporum elementorum & mixtorum: quia in ipſa eſt tantum potentia ad formã quam habet, & ad nullam aliam, ſicut materia ſolis eſt ſolum in potentia reſpectu formæ quam habet & non alterius. & ſic eſt de alijs corporibus cœleſtibus, propter quod corpora cœleſtia ſunt incorruptibilia. Materia verò elementorum & corporum mixtorum eſt in potentia ad plures formas, quæ non poſſunt ſimul eſſe in materia: & ideo quando eſt ſub vna forma, eſt in potentia ad aliam, qua caret, & ſic habet priuationem annexã, propter quod prędicta corpora ſunt corruptibilia, quia priuatio ſemper machinatur ad maleficium: vt dicitur primo Phyſicorum. Alij verò dicunt, quòd in corporib⁹ cœleſtibus eſt materia: & quòd eſt eiuſdem rationis cum materia generabilium & corruptibiliũ. Cuius ratio eſt, quia materia ſubſtantiatur per ſuum poſſe (ſecundum commentatorem & philoſophum) & ideo circunſcripta omni forma, materia quæ eſt in genere ſubſtantiæ, & eſt pars compoſiti, non poteſt intelligi niſi pura potentia. Cum igitur actus ſit qui diſtinguit, & per meram potentiam nulla poſſit eſſe diſtinctio, videtur quòd circunſcripta per intellectum omni forma corporum corruptibiliũ & incorruptibilium, non remaneat aliquid vnde hæc materia poſſit diſtingui ab illa: ſed remanet vnius ſimpliciter rationis in corporibus cœleſtibus & corruptibilibus. Item ſecundum Auguſtinum lib. confeſſio. Materia eſt propè nihil, ita q̃ nihil poteſt excogitari inter medium. Si autem in corporibus cœleſtibus eſt materia alterius rõnis q̃ in elementis, oportet q̃ iſta ratio ſit nobilior, quia ignobilior non põt eſſe, ergo magis recedit à nihilo: & per conſequens per ſe eſſion. dit rationem materię, & accipit rationem formę. Veruntamen licet in ipſis ſit materia eiuſdem rationis, tamen corpora cœleſtia ſunt incorruptibilia inferiora autem corruptibilia. Cuius ratio eſt: quia ſecundum philoſophum libro de ſenſu & ſenſato: Ignis & terra non agunt & patiuntur adinuicem inquantum huiuſmodi, ſed ſolum inquantũ ſenſato. contrarietatem habentia: ideo corpora elementaria & mixta, quorum formę ſubſtantiales habent annexas contrarias qualitates actiuas & paſſiuas, agunt & patiuntur adinuicem paſſione propriè dicta, quę eſt cum abiectione contrarij: ideo trãſmutãtur, generãtur, & corrumpuntur. Formę autem ſubſtantiales corporum cœleſtium nõ habent annexas tales qualitates actiuas & paſſiuas, & per conſequens non eſt in eis paſſio quæ magis facta contraria abiicit ab ipſa ſubſtantia: & per conſequẽs remanẽt incorruptibilia, licet habeãt materiã eiuſdẽ rationis cum corporibus corruptibilibus, accipiendo materiam præciſẽ, prout eſt pars compoſiti in genere ſubſtantię, quæ diſtinguitur à priuatione, prout habetur primo Phyſico. Et ſecundum iſtos materia corporum cœleſtium non eſt priuationi adiuncta, quia materia nõ habet priuationem adiunctam propriè loquendo, niſi prout eſt informata forma ſubſtantiali habente annexas qualitates, habentes cõtrarietatẽ ad qualitates annexas alteri formę ſubſtantiali incõpaſſibili in eadem materia. Sicut forma ſubſtãtialis ignis habet annexas, caliditatẽ & ſiccitatẽ: Forma ſubſtantialis aquæ habet annexas frigiditatẽ & humiditatẽ, quę ſunt generationis & corruptionis cauſa, vt ſuperius expreſſum eſt. Quæ autẽ iſtarũ triũ opinionũ ſit verior, nõ eſt preſentis ſpeculationis inquirere, nec per cõſequẽs multitudinẽ rationũ ad hoc inducere, cũ (ſicut prędictum eſt) intendã inſiſtere expoſitioni literali: propter quod intẽdo literã quæ eſt in principio Geneſis, ſecundũ prędictas opiniones variè exponere, & rationes ad vtrãq; partẽ inductas ſoluere quibus ſolutis aliæ quę poſſent induci, de facili poterũt ſolui, ſicut credo. Et ſic lector eligat expoſitionem quã tenere voluerit, vel vtrãq; (ſi voluerit) proſequatur. ¶ Prima expoſitio eſt q̃ omnes ptes mũdi principales, videlicet corpora cœleſtia omniã, & quatuor elemẽta, per opus creatiõis à principio fuerunt producta in formis ſuis ſubſtantialibus diſtinctis, & totũ opus diſtinctiõis ſeu formatiõis in tribus diebus ſequẽtibus, & etiã opus ornatus corporũ cœleſtiũ, quod factũ eſt in quarta die, intelligitur quãtũ ad qualitates & proprietates accidentales ſuperadditas, vt patebit magis in particulari proſequendo iſtam expoſitionẽ. Et procedit iſta expoſitio ſecundũ duas primas opiniões de natura materię ſuprà poſitas. Illi enim qui dicũt, q̃ in corporibus cœleſtibus non eſt materia, non poſſunt dicere, quòd materia omniũ corporalium ſit producta ſub vna forma cõmuni, & poſtea ſecundum diuerſas ſui partes per formas ſubſtãtiales ſpecificas diſtincta

Aristoteles de ſenſu, &

Augustinus libro confeſſion.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

Gloſ. ordi. Geneſis Cap. I. De Lyra.

IN PRICIPIO creauit &c. Non dixit: In principio dixit deus, fiat cœlum & terra. Sed dixit: Fiat lux, & facta eſt lux: quoniam vniuerſaliter noiſ cœli & terræ cõprehẽdẽdũ erat quicq̃d fecit deus. Deinde p ptes explicãdũ quõ fecit. Vñ ſequit: Dixit deus. Fiat .i. per verbũ ſuũ fecit. Vel quia cũ primũ fiebat informis materia ſpiritualis vel corporalis, non erat dicẽdum: dixit deus: fiat. Incõgruum em̃ erat à deo dici: fiat, quia formam verbi nõ imitatur imperfectio, niſi cum generis ſui cõuerſione ad creatorẽm ſit perfecta creatura, vt cũ dicitur, Dixit deus, fiat, intelligamus eũ ad ſe imperfectionem creaturę reuocare. Cũ ergo dicitur in principio fecit de⁹ cœlũ & terram commemoratio filij fit, quia principiũ eſt. Sed cum dicit: Dixit deus, fiat, cõmemoratur ꝙa verbũ eſt. Per principiũ notat exordium creaturę exiſtentis ab illo: ꝙ verbũ, perfectionẽ creaturę ab illo ad ipm̃ reuocatæ, vt formeſ imitando formã verbi incõmutabilem. Non em̃ habet vitã informẽ verbũ dei, cui eſt eſſe qđ viuere, imo idẽ viuere qđ beatè viuere. Creatura verò ſpiritualis habet informẽ vitã, cui nõ eſt hoc eſſe quod viuere, nec viuere quod beatè viuere: quia auerſa à ſapiẽtia dei, ſtultè & miſerè viuit. a ¶ In principio creauit deus cœlum & terrã. Creationem mundi inſinuãs ſcriptura, primò verbo, ęternitatem & omnipotentiam dei oſtendit. Quem enim in principio temporum mũdum creaſſe, eundẽ añ tempora ęternaliter ſignificat extitiſſe. Et quẽ in conditionis initio cœlum & terrã creaſſe narrat, tanta celeritate operatiõis, omnipotentẽ eſſe declarat, cuiſ voluiſſe facere eſt. Benè ergo dicit: In principio creauit &c. Vtrumq; ſcilicet ſimili, q̃uis vtrumq; ſimul ab homine nõ dicatur. Vnde propheta terram in initio factam oſtendit dicens. Pſal.cj.d. Initio tu domine ter.fun. &cęt. ¶ In princi.cre.de.cœ. & ter. Cœlũ non viſibile firmamentum, ſed empyreum id eſt igneum vel intellectuale, quod non ab ardore, ſed à ſplendore dicitur, quod ſtatim repletum eſt angelis. vnde in Iob .xxxviȷ .a. Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina &cęt. Et nota tria hic commemorari elementa. Noie cœli, aẽrem intelligimus. Nomine terrę, ipſam & ignẽ qui in ea latet. Quarti id eſt aquę in ſequentibus ſit mẽtio. ¶ Alchui. In principio. Filio quo humanato patuit qui eſſent cœleſtes qui terreni. Cœlum creatura ſpiritualis ab exordio perfecta & beata. Terra, corporalis materies adhuc imꝑfecta. Cœlum informẽ materiã ſpũalis vitę, ſicut in ſe poteſt exiſtere non conuerſa ad creatorem in quo formatur. Terram corporalem, ſine omni qualitate quę apparet in materia formata. Scriptura ait. Qui feciſti mundum de materia informi. Materia facta eſt de nihilo. Species mũdi de materia informi. ¶ Bed. Proinde duas res fecit de⁹ ante omne tempus, angelicam creaturam, & materiam informem, quãuis Salomon dicat: Qui viuit in ęternum, creauit omnia ſimul. Eccleſiaſt.xviȷ.a. ſecundum Origenem tamen informis materies antecedit formatam ſpeciem. Itaq; mundum & angelos & animam de nihilo fecit deus, hominem & creaturas cęteras de aliquo. ¶ Bed. Septem ſunt cœli, quorum hęc ſunt nomina, aẽr, æther, olympus, ſpacium vel igneum, firmamentum, cœlum angelorum, & trinitatis. Hieronymus autem dicit cœlum trinitatis primùm, ſecundum angelorum, tertium firmam̃tum. ¶ Myſtice. In principio creauit deus cœlum eos ſcilicet qui cœleſtis imaginem portauerunt. & terram id eſt eos qui poſt ea ſuperbiendo terram id eſt terreni hominis imaginem portantes, ſe fecerunt deformes. Terra autem erat inanis: quia depoſuerat formam bonam. & vacua, boni operis fructu. & tenebrę erant, veri ſcilicet luminis priuatio. ſuper faciem abyſſi, corda ſcilicet ſuperborũ. b ¶ Terra autem erat inanis &cęt. Beda. Quod vel quale cœlum in principio cũ terra factum eſt, oſtẽdit. Hoc enim de terra ſubdit, qđ de cœlo intelligi voluit. Hoc enim ſuperius cœlũ quod à volubilitate mundi ſecretum eſt, mox vt creatum eſt, ſanctis angelis eſt impletum. quos in principio cũ cœlo & terra conditos teſtatur dominus dicens Iob.xxxviij.a. Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij dei: Aſtra matutina eoſdem angelos & filios dei vocat. De cœlo enim in quo poſita ſunt luminaria, quomodo vel quando factum ſit poſtea dicit. ¶ Strab. Inanis & vac. Inutilis ſcilicet & infructuoſa, & incompoſita. Omnia enim elemẽta cõmixta & cõfuſa, & totum hoc aẽris ſpaciũ aquis plenũ: non ꝯles nũc ſunt, ſed ſicut nebulę tenues erãt quales adhuc ſupercœleſtes ſunt. c ¶ Et tene. erant ſuper fac. abyſſi. Auguſt. quia ſcilicet non erat lux, quæ ſi eſſet, etiam ſupereſſet & ſuperfunderetur, quod ſit in creatura ſpũali, cum conuertitur ad incõmutabile lumen quod deus eſt. ¶ Beda. Tene. erant &c. Non ſunt audiendi qui reprehendendo dicunt deum prius creaſſe tenebras ꝙm lucem: quia nullas in aqua vel aẽre fecit tenebras, ſed diſtinctio ordine prouidentiæ, prius aquas cum cœlo creauit & terra has cum voluit lucis gratia venuſtauit. Et notandum, qđ cum cœlo duo elementa mundi creata ſunt, quib⁹ alia duo inſerta ſunt aqua ſcilicet & terra, quibus inſunt ignis & aẽr. Aquę autẽ totã ſuꝑficiem terrę tanta altitudine tegebant, vt ad illos quæ locos ☞ pertingerent

† De cõceſ. diſ.2.c.quia tꝑs. ergo fiẽ. &c. ꝓ. niſi eſt i alta. De pœ.diſ. 2.c.ꝙ ergo. De ſumma trinita. c.i.

Prolepſis.

Terra.

Ecc̃l.18.a.

Sapiẽ .11.c.

Myſtice.

Moraliter.

Moraliſ.

Liber Geneſis Hebraicè dictus, בראשית *Bereſit, id eſt in principio græce,* ΓΕΝΕΣΙΣ, *id eſt generatio.*

Cap. I.

¶ Temporis, uel ante cætera, uel in filio ſuo.

† a IN prin a cipio ¶ Tanꝯ omniũ creator.

Creauit b a ¶ Pater.

deus Cœ c a ¶ Id eſt ſpũales qui cœleſtia meditantur.

lum & ter d a ¶ Carnales. i. qui terreni hoſtem nec dum depoſuerũt. ¶ Id eſt ſ. ſenſil & corporales creaturam. ¶ Oſtẽ. ſ. creaturam corporalem ſuperiorem & inferiorem. b ¶ Noſtræ carnis. ¶ Corporalis ſubſtantiæ.

c ¶ Priuſq; doctrinæ formam acciperet. ¶ Informis, imperfecta.

d ¶ His quę de ipſa erant formanda.

b ram. Terra autẽ erat inanis & uã e a ¶ Peccatorũ. ¶ Ignorantiæ cecitatis. ¶ Spiritualem naturã ſignificat: quæ conuerſa ad creatorẽ formatur & illuminat. ¶ Quia nõ erat hanc quę ſupereſſet & ſuperfunderet. b ¶ Hãni cordis,

cua, & tẽnebræ erãt ſup faciẽ abyſ f

~✠ ſtincta, cum ſecundum eos in corporib⁹ cœleſtibus non ſit materia: & ideo conſequenter habẽt dicere, qđ omnia corpa cœleſtia, à principio ſunt producta in formis ſuis ſubſtãtialib⁹ diſtinctis. & cõſimiliter dicũt de elementis q̃ ſunt partes integrales mũdi principales: quòd in ſuis formis ſubſtãtialib⁹ ſimul ſunt producta, licet non ita neceſſario ſequatur de elementis ad dictum eorum de natura materiæ: ſicut ſequitur de corporibus cœleſtibus in quibus nõ ponũt materiam. Eodẽ modo dicendum eſt illis, qui tenent opinionẽ ſecundam de materia, ſuprà poſitam: quia ſi materia cuiuslibet corporis cœleſtis eſt ſolum in potentia ad formam ſubſtantialẽ, quã habet: non poteſt dici quòd materia corporũ cœleſtium & elementorum ſit producta ſub vna forma communi, & poſtea per formas ſubſtantiales diſtincta nec etiam quòd materia corporum cœleſtium per ſe ſit producta ſub vna forma communi & poſtea diſtincta per formas ſubſtãtiales ſolis & lunæ & aliorũ corporũ cœleſtiũ, quia ad vtrumq; iſtorum ſequitur oppoſitũ dicti ſui: videlicet quòd materia corporis cœleſtis non ſolum ſit in potentia ad vnam formam, ſed ad plures. Secũda añ expoſitio literalis quam tenent. Stra. & Beda & aliqui alij doctores, eſt quòd materia omnium corporalium & elementarium per opus creationis producta eſt ſub vna forma communi in genere ſubſtantiæ, vtpote corporeitatis, & diebus ſequentibus ſit diſtincta ſecundum diuerſas ſui partes per formas ſpecificas tam cœleſtes quãm elementares. ¶ Conſyderandum verò quòd ſi in qualibet particula litera exponeretur, ſecundum vtramq; opinionem prædictam ſucceſſiuè, talis frequens mutatio & tranſitus de vna expoſitione ad aliam confunderet intellectum: propter quod intendo exponere totam literam à principio capituli vſq; ad opus quartæ diei incluſiuè. Primò ſecundum primam opinionem, & ſecũdò ꝙntum ad ſecundam. Litera autem quæ ſequitur opus quartæ diei ſecundum vtrãq; opinionem vniformiter poteſt exponi. Primò igitur exponiſ opus creationis cum dicitur. a ¶ In principio. Et ſic deſcribitur factum ante omnem diem: ſed illud ante, ſecundum iſtam expoſitionem non accipitur duratione, ſed natura tantum, ſicut ſonus præcedit vocem, dicit igitur. In principio. ſcilicet temporis vel productionis rerum, b ¶ Creauit deus. id eſt de nihilo produxit. quod eſt proprium ipſius dei. c ¶ Cœlum. id eſt corpora cœleſtia omnia in ſuis formis ſubſtãtialib⁹ diſtincta, licet adhuc in aliqb⁹ ꝓprietatib⁹ accidẽtalibus eſſent informia, vt patebit. ſ. d ¶ Et terrã. i n ſua forma ſubſtãtiali diſtinctã, & aliqbus ꝓprietatib⁹ formã ſubſtantialẽ neceſſariò cõcomitãtibus: qa tñ adhuc q̃dã aliqua erat informis, iõ ſequitur. e ¶ Terra aũt e. ina .i. inuiſibilis: qa erat vndiq; aquis coopta. f ¶ Et vac. qa nõ erat adhuc plãtis & herbis ornata. Sequiſ. g ¶ Et tene. erant ſu. fac. abyſſi. i. ſuper faciem elementorum. Abyſſus ἄβυσσος, enim græcè eſt vorago latinè: & importat immenſam aquarum profunditatem. Importat etiam confuſionem quandam

~✠ & commiſtionem

Moraliter. a ¶ In prin. crea. de. cœ. & ter. In hoc capi. mũdi creatio deſcribit, ꝑ quã bñ hõis recreatio deſignat, eo ꝙ hõ minor mũdus dicit à philoſophis & etiã à ſctis. Greg. em̃ exponẽs illd Mar. vl. d. Prędicate euãgeliũ oi creaturę, dicit ois creaturę noie ſignat hõ: mũd⁹ em̃ & vniuerſitas creaturę idẽ penitus ſignificãt, igit priò deſcribit hominis pfectio in eſſe naturæ, cũ dicit. ¶ In prin. cre. de⁹ cœlũ. i. ſpm̃ humanũ, q cœlũ dicit, eo qđ à deo cœlit⁹ donat. d ¶ Et terrã. i. carnẽ humanã, q̃ dicit terra, eo ꝙ eſt terręa dñio. Caro verò hois lapſi nõ habet ex ſe aliqđ bonũ Ro. vij. c. nõ habitat in me. i. in carne mea bonũ, ideo ſubdit: e ¶ Terra aũt erat &c. & vacua. ſcilicet ſ bono moris. g ¶ Et tene. &c. abyſſi. Noie abyſi põt anima humana ſignificari propter ſui profunditatem. vñ Hiere. xvij. b. Pra-

* uum eſt cor

☞ pertingerent, vbi nunc vſq; ſuper firmamētum ptim reſident. Ipſa
A autem terra & aqua informis dicuntur materia, qa oia quæ vide-
mus, vel ex ipſis ſumpſerūt exordiū, vel ex nihilo, & priuſq; in lucem
venirēt, nō erat vnde formā haberēt. a ¶ Et ſpūs dñi fereba
tur ſup aquas. Augu. Histori. Siue totā corporalē materiā
aquā appellauit, vt inſinuaret vnde facta &
formata ſunt oia quæ ex hīūda natura p ſpe
cies varias in terra formari videm⁹. Siue ſpi
ritualem vitam ante cōuerſiōis formā quali
fluitātē. Spiritus dei ſuper ferebat: quia ſubia
cebat bonę volūtati creatoris, qđ formandū
& perficiendū inchoauerat, dictū eſt etiā: Spi
† Spirit⁹ dei. ritus domini ferebat ſuper aquas. Ne faciendo
opera potius per neceſsitatē indigētiæ, q̄
per abundātiā beneficētiæ de⁹ amare putare-
tur. Cōmodē enim prius inſinuat aliquid in-
choatum, cui ſuperferretur: non loco, ſed oia
ſuperāte potētia. Et ſpūs dñi ferebat &c.
Spūs domi ni. Hier. In heb. habet מְרַחֶפֶת merahephet,
id eſt, incubabat vel fouebat, more volucris
oua calore animātis. Intelligimus ergo nō de ſpū mundi dici, vt pu
tant multi, ſed de ſpiritu ſcō, qui & ipſe eſt oīm viuificator. Si aūt
viuificator, & conditor. Si conditor, & deus. Pſalm. cīŋ. d. Emitte
(ait ſpīm tuum & creab. Et ſpūs. In quo ſubliſtētes regeſceremus
flatu eius viuificati, & vnda baptiſmi abluti. Et ſpiritus do. fer.
ſup aq. &c. Sicut deus. ſ. & cōditor prærat fluitāti & cōfuſæ ma
teriei, vt diſtingueret quādo vellet. Tota ergo trinitas hic opata in
telligitur, de⁹ pater. ſ. Principiū filius. Spūs dei, ſpūlanc⁹. ¶ Et ſpi
Myſticè. ritus. Iſi. Myſticè. Corda. ſ. fluctuātia, quæ mētis quietē amāo-
rant, quia eis ſpūs nō inſtebat: ſed ſuperferebat, quaſi potēs naturā
Cōparatio ſex dierum ad ſex ætates mundi & hominis à confuſione in melius reuocare. Deinde p totū huius ſcripturæ tē
xtū ſex quaſdā operoſas etates videmus, licet quali ꝓximis limitib⁹
diſtinctas, vt in ſeptima quies ſperet, & eas habere ſimilitudinē ſex
dierū, quibus ea facta ſunt, quæ deū fecīſſe ſcriptura cōmemorat.
Primordiū em̄ generis humani quo iſta luce frui cœpit, cōparatur
primo diei quo lucem deus fecit. Hæc ætas tanq; infantia eſt totius
B ſeculi, quod tanq; vnum hominem proportiōe magnitudinis ſuæ
cogitamus. Homo em̄ cum primo naſcitur in lucē infantiā agit pri
mam ætatem, quæ tendit ab Adā vſq; ad Noē generationib⁹ decē.
diluuium quaſi veſpera huius diei eſt, quia infantia noſtra obliuio-
nis diluuio deletur. b ¶ Dixitq; Alchu. perfecat. poſuit, vt cele
ritatē, vel facilitatē operis dei oſtenderet. ¶ Dixitq; deus Fiat
lux. Aug. Lux primo die facta: ſpiritualis vel corporalis intelligi
tur. Si ſpiritualis: non illa patri coeterna. p quē facta ſunt oia. Sed
de qua dicit Sap. vīŋ. d. Prior oīm creata eſt ſapientia. i. intellectualis
& angelica vita, quæ informiter fluctuat: niſi ad creatorē conuerſa
quæ pōt eſſe prima creatura, & cœlū dicta, cū dicit, In pricipio crea
uit de⁹ cœlū & terrā. Sed ad creatorē cōuerſam cū dr. Fiat lux, & fa
cta eſt lux. In qua luce ſpūali forte diuiſio lucis à tenebris, diſtinctio
rei intelligit iam formatæ ab informi. Appellatio diei & noctis, ſi
gnificatio diſtributionis, qua ſignificatur nihil deum inordinatum
relinquere nec profectus creaturarū, ſine ſuppleme̅to vniuerſi deco
ris eſſe. Veſpera in triduo anteq; fierēt luminaria, cōſummati ope
ris terminus. Mane futuri inchoatio. Si autem primo die corpora-
Quomō aquæ illu ſtrentur. lis lux facta eſt congruē mundi ornatus à luce inchoatur: vnde cæ
tera quæ creāda erāt, videbant. Si aūt quęrit, vbi eſt facta, cū abiſ
ſus oīm terræ altitudinē tegeret: patet, quòd in illis ptib⁹, quas nūc
illuſtrat ſolis diurna lux. Nec mirū lucem in aquis poſſe lucere, cum
etiā nautarū opatione ſepi⁹ illuſtrētur, qui in profundo merſi, miſ
ſo ex ore oleo, aquas ſibi illuſtrant: quæ tunc multo rariores q̄ ſint
modo, fuere in principio, qa nōdū cōgregatæ in vno loco. ¶ Di
xitq; de. Fiat. l. Augu. Hiſt. Nō tēporaliter. Si em̄ tēporalr, &
mutabiliter. Si mutabiliter, & p ſubiectā creaturā. Si p ſubiectā crea
turā, nō eſt lux prima creatura. Sed forſitā qa iā dictū erat: In prin
cipio fecit deus cœlū &c. poterat p cœleſtē creaturā vox iſta tem
poraliter fieri: Fiat lux. Quod ſi ita, iſta corporalis lux facta eſt p ſub
iectā creaturā, quā ante fecerat, dicēte domino: Fiat lux. Qūo p ſpi
ritualis creaturæ occultum motū dici potuit diuinit⁹, Nō em̄ cor-
poraliter ſonuit vox dei, ſicut illa Mar. j. b. Tu es filꝰ me⁹ &c. Qua
enim lingua ſonaret, cum linguarum diuerſitas nondum eſſet, nec
lingua erat vna & ſola quæ loqueretur, nec erat quem oporteret
Vox dei. audire & intelligere. Benè ergo accipitur vox dei verbum, quod
in ſono vocis intelligitur. Ad naturam em̄ verbi: per quod omnia
facta ſunt, hoc ipſum ptinere dr. Æternum ergo eſt, qđ dixit deus:
Fiat lux, qa ỹ bū dei pri coē ternū. Cū em̄ audim⁹, & dixit de⁹: Fiat
intelligim⁹ in ỹ bo eſſe, vt fieret. Cū verò addit: Et factū eſt, ita in-
telligim⁹ factā creaturā non exceſsiſſe prędictos in ỹ bo termios ge-
neris ſui. Cū verò dicitur: vidit deus q̄ eſſet bonum, intelligim⁹ in
benignitate beni gnitate ſpiritus eius, non quaſi cognitū poſt. q̄ factum eſt pla- C
cuiſſe, ſed eadem bonitate placuiſſe vt factum maneret, in qua pla-
cuit vt fieret. Ideo enim d. ligit deus creaturam ſuam, vt ſit, & vt
maneat. c ¶ Fiat lux. Auguſt. Hiſto. æa conditione ſcilicet Historice
qua cuncta ſubſiſtunt intemporaliter in dei ſapientia priuſq; in ſe
ipſis. Et facta eſt lux id eſt angelica & cœleſ
tis ſubſtātia, in ſe tpaliter, ſicut erat i ſapiētia,
q̄tū ad eius incommutabilitatē ętternaliter.
Vel notatur huius creaturæ informitas ſci-
licet & imperfectio anteq; formaretur in a-
more conditoris. Formatur enim cum con
uertitur ad incommutabile lumen verbi.
Fiat lux. Auguſtinus. Si corporaliter Nota de lu
lux facta eſt quæ nam illa eſt, quam cum ſol ce & ſole.
occiderit, videre non poſſumus: quia nec lu
na erat nec erant ſtellæ. Sed forſitam in ea
parte cœli eſt, in qua ſol, non ſolis lux: ſed ſic
ei iūcta, vt diſcerni non poſſit. vel fortè in
parte lucem deus fecerat, in qua hominem
facturus erat, vt cum ab illa parte lux diſce-
deret, veſpera diceretur. Sed quare factus eſt ſol in poteſtatē diei, ſi Quæſtio.
lux illa faciendo diei ſufficiebat? Sed fortè lux prior ſuperiores tan-
tum partes illuſtrabat, & ad illuminationem inferiorū ſolē fieri o-
portebat. Pōt quoq; dici auctum eſſe fulgorem diei ſole addito.
Emiſſionē ỹ ō cōtractionēq; illiꝰ lucis, ſi nocte & die intelligim⁹ q̄
cā reddēs? Nōdū em̄ erāt aialia quib⁹ hic vtilitꝰ exhiberetur.
☞ Et vidit

Nicolaus de Lyra.

✠ & cōmixtionem: totum aūt qđ eſt infra circulum lunę erat con
fuſum: quia licet elementa eſſent producta in ſuis formis ſubſtan-
tialibus, nō tamē adhuc habebāt omnes proprietates accidentales
debitas vſq; ad tertiam diē, in qua ſunt diſtincta elementa, & ideo
vſq; tunc aqua ipſa non habuit debitam denſitatem, ſed quaſi va-
poraliter eleuabatur per totum ſpacium aēris & ignis, cooperia-
bat enim terram, & ſic quędam confuſio & cōmixtio erat in ele-
mentis, & ideo hoc vocabatur abyſſus. a ¶ Et ſpiritus &c. a- D
quas. id eſt ſuper illam congeriem & commixtionem elementorū
prędictam. & vocatur nomine aquarum, quia ſicut dictum eſt, ipſa
aqua cooperiebat terrā, & alius duobus elementis cōmixta erat mo Spiritus.
do prędicto: & accipitur hic ſpiritus dei id eſt voluntas quæ fere-
batur ſuper illam congeriem elementorum, ſicut voluntas artificis
ſuper materiam quam formare & ornare intendit. b ¶ Dixitq; Op⁹ diſtin
deus &c. Hic incipit opus diſtinctionis, & primò ponitur diſtin- ctionis.
ctiō diei & noctis. Sedꝰ diſtinctio corporū cœleſtiū, ibi: Dixit q̄q;
deus. Tertiò diſtinctio elementorū, ibi: Dixit verò de⁹ &c. ¶ Circa Diſtinctio
primum conſiderandum, quòd dies & nox diſtinguuntur per lu- diei & noc-
cem quæ eſt quoddam poſitiuum. & per tenebras, quæ importāt tis.
priuationem lucis: & iō opus diſtinctionis incipitur à luce, & hoc Quare à lu
conuenienter. Primo quia eſt qualitas communis, in qua corpora ce incipiat.
cœleſtia cōicant cū inferiorib⁹, vtpote cū igne & cū aliqb⁹ corpib⁹
mixtis q̄ lucida ſunt. & qa ſecm iſtā expoſitionē diſtinctio rerū acci
pit ſecm q̄litates & ꝓprietates accidētales, iō cōueniēter ichoat à lu
ce, q̄ē q̄litas cōis ſiē i gnatiōe naturali ichoatio ſit à cōtrib⁹ formis
qa ſecm philoſophū ębryo pri⁹ viuit vita plāte: poſtea aialis poſt-
ea hoīs vt Leonis, & hmōi. Et. j. phyſi. dicit philoſoph⁹, qp à cōtrib⁹
eſt incipiendū via doctrinę, ſi. ut pueri in pricipio vocāt oēs viros
pres, & oēs fęmias mres, poſtea diſtiguūt. Sedꝰ qa diſtictio nō ap
paret niſi per manifeſtationē, oia aūt p lucē manifeſtant, & iō diſtin
ctio icipit à luce. Tertiò qa dies nō pt eē ſine luce, iō lucē oportuit Dicere dei.
fieri pria die. Dicit igit: Dixitq; d. Iſtd, dicere dei nō ipportat ali-
quā, vocē ſenſibilē, ſed itelligere dei practicū, qđ icludit ipm velle,
quia ſecundū formā ſuæ diſpoſitionis & volūtatis ſequit effectus.
c ¶ Fiat lux. Iſta lux eſt lux ſolis, q̄ eſt q̄litas accidentalis, à q̄ luce
✠ alia cœli
✠ uū eſt cor hoīs, & inſcructabile. Alia trāslatio habet: Profūdū eſt
cor hoīs &c. Nec obſtat q̄ ſpūs hoīs, q̄ eſt idē qđ aia, ſupra p cœ- Moralit.
lū ſignificat. Nā vnū & idē, ꝓpter diuerſas ſui ꝓprietates p diuer-
ſas res figurat, vt ſuprà dictum eſt in prologo. Nam aia in tua crea-
tione caret ſcientiarū lucē vt habeāt, in. de aia. ꝓpter qđ bñ dicitur
de ipſa: Et tenebræ erant ſup faciē abyſſi. Sed q̄m ſcire naturaliter
deſiderat, ideo ſubdit: a ¶ Et ſpūs dñi. id eſt ſpūs hominis qui
conuenienter dici pōt dñi ſpūs, eo q̄ eſt à dño creatus. ¶ Fere-
batur ſuper aquas. id eſt naturaliter deſideratis ſcientias, q̄ noie
aquarum deſignantur. Prouer. quinto. c. In platęis aquas tuas diui
de, docēdo ſcilicet publicē. b ¶ Dixitq; de⁹: Fiat lux: Scilicet
rationis naturalis, quæ eſt quædam impreſsio diuini luminis in no
bis. Pſal. quarto. b. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui &c.

a ¶ ſpiritus noſter ¶ bona voluntas creatoris cui ſubiacebat quod formandum erat. ¶ tanq; dominus. b ¶ Syra lingua: fouebat ſicut auis oua. ¶ ſicut ſpiritus artifex ſuper ferrum fabricando operi. c ¶ informem ſed ductilem materiam. ¶ totam corporalem machinam, quia ex humida natura formantur quæ videmus in ſpecies varias. ¶ id ſpiritualem vitam quali fluitārem ante creaturalem formam. ¶ cor tenebroſum & fluidum ſi, et ſpiritus † dñi ferebaᵗ ſup aq̄s²
* ¶ non temporaliter, non ſono vocis, ſed in verbo ſibi cōgruo. a ¶ Hic incipit diſtinguere opera. ¶ angelica natura vel corporalis lux. ¶ illuminatio habet ſcilicet apparet. ¶ lux a luendo id eſt purgando tenebras. b ¶ bene ab æterna luce priuati temporaliter lux, ut per eam cætera intelligantur. ¶ angelica natura dei miſione illuſtrata.
ᵇ c. Dixitq; deꝰ: Fiat lux, & factā eſt ᵇ

a ¶ Et vidit deus luc. &c. Aug. Nō quaſi incognitā lucē E laudauit: ſed iam factā dignam laude declarauit. Sed quia nō totas mundi tenebras luce expulit, recte ſubdit: b ¶ Et diuiſit lucē à tene. Diuiſit enī nō ſolū qualitate: ſed & locorū diſtātia, diffundendo lucem in ſuperiori parte, inferiori in tenebris remanente.

c ¶ Appellauitq; lucem &c. Nulla lingua hanc appellatio facta eſt, quia apud deū purus intellectus eſt ſine ſuccipitu linguæ. Sed appellauit, i. appellari fecit, quia ſic diſtinxit, vt diſcerni poſſent & nominari. ¶ Et diuiſit lum. &c. Augu. Hoc factū eſt ex quo lux facta eſt. Sed non potuit ab homine ſimul dici, licut à deo fieri. Diſcretio autem lucis à tenebris, diſtinctio eſt inter pfectum cuiuſq; rei ſtatū, & quē habet ex ſe defectum.

1 a tenebris

Diem quippe in ſpecie rei cōditæ intelligimus. Noctē verō in eius rei priuatione vel defectu quæ rebus temporaliter conditis ex ſe ineſt, etiam li deſit effectus. Veſpera in oībus per ſecte conditionis terminus eſt. Mane exordium incipientis. Oīs enī creatura certis iritutis & terminis continet. Nondum enī erant ſolares dies, vt ortus ſolis dies, occaſus veſpera decernetur, quod quarta die factū eſt, cum luminaria primūm in firmamento ordinata ſunt. ¶ Srtab. Lucem & tenebras fecit deus vnde Dan. iij. f Benedicite lux & tenebræ dominō: cum omnis creatura ad benedicendum inuitatur. Iſido. Moraliter habet quiſq; in operib⁹ & recta vita, diſtinctos ſex dies, poſt quos requiem ſperet. primo die lucem fidei, quādo primò inuiſibilibus credit, propter quam fidem dominus apparere dignat⁹ eſt. d ¶ Factumq; eſt veſpere. Augu. Occidēte luce paulatim, & poſt ſpacium diurne lōgitudinis inferiores partes ſubeunte, factum eſt veſpere, ſicut nunc vſitato circumitu ſolis ſolet fieri. Factū eſt autem mane eadem ſup terrā redeunte, & aliū diem inchoante, & dies expletus eſt vnus. xxiiij. horarū. Notandū vero q̄ nox in illo triduo omnino tenebroſa fuit, quæ poſt creata ſidera aliqua luce claruit: decebat etiam vt dies à luce inciperent, & in mane ſequentis diei tenderent, vt opera dei à luce inchoata, & in lucem completa eſſe ſignificarentur. ¶ Factumq; eſt veſpere &c. Gregor. Nequaq; in hac vita per exercitationē iuſtitiæ peccatum deſeritur, vt in ipſa inconcuſſe maneatur, quia ſi culpam rectitudo eliminat, cogitationis noſtræ ſoribus aſſidens, vt ſibi aperiat, pulſat. Vnde ait Moyſes: Facta eſt lux. & paulopoſt: factū eſt veſpere, Creator enim humanę culpæ prēſcius: tunc expreſsit in tempore, quod nunc verſatur in mente. Lumen namq; rectitudinis ſequitur vmbra tentationis. Sed quia electorū lux tentatiōe non extinguitur, non nox, ſed veſpera facta memoratur: quia tentatio lumen iuſtitiæ abſcōdit, nō interimit. Auguſti. Notandū, q̄ cæteræ creaturæ, quę infra lucē ſunt ſpūalē, ſine eius cognitione non ſunt. Ideo idem dies vbiq; repetitur, vt eius repetitiōe tot fiāt dies quoties diſtinguntur genera rerum creatarum perfectione ſenarij terminanda, ita. ſ. vt veſpera primi diei ſit ſui cognitio, non ſe. ſ. eſſe quod deus eſt. Mane aūt poſt hanc veſperam, quo claudit primus dies, & inchoatur ſecundus, conuerſio eius, vt q̄ creata eſt, ad laudem referat creatoris, & cognitionem creaturæ percipiat de verbo dei: quæ poſt ipſam fit. i. firmamenti, q̄d prius per verbū in eius cognitione fit: poſt in natura ipſius firmamenti: deinde fit veſpera huius lucis: cum firmamentū nō tā in verbo dei ſicut ante, ſed in firmamenti natura cognoſcit. quæ cognitio quia minor eſt, veſpera vocatur. Poſt ſit mane, quo clauditur ſecundus & incipit tertius.

G In quo ſimiliter mane cōuerſio lucis eſt. a. huius diei, ad laudandum deū, qui fecit firmamentū: & ad percipiendū de verbo eius cognitionem creaturę poſt firmamētū faciēdæ: & ſic vſq; ad mane poſt veſperā ſextæ diei. Multū enī intereſt inter cognitionē rei in verbo dei & cognitionē eius in natura, vt illud. ſ. ad diem pertineat hoc ad veſperā. e ¶ Fiat firmamentum &c. Gregor. Angelicæ virtutes quæ in dei amore perſiſterūt, hoc in retributione acceperunt vt in cōtēplatione cōditoris penni felicitate maneāt, & in hoc q̄d conditæ ſunt etetnaliter ſubſiſtant. Vnde apud Moyſen, cœlū factū dicit, & idē poſtea firmamentū vocat, quia angelica natura prius ſubtilis eſt in ſupioribus condita, & poſt, ne vnq; cadere poſſit, mirabilius cōfirmata. ¶ Fiat firmamentū &c. Augu. Quæritur vtrū illud cœlū nunc fiat q̄d excedit aēris ſpacia: an ipſe aēr vocetur firmamētū: Aſſerūt enī aquas ſuper cœlū ſidereū eſſe nō poſſe, cū earū pōd⁹ exigat hoc: vt ſupra terrā fluāt, vel ferant vaporaliter in aēre. Nec quiſq; dicat fieri hoc oīpotēcia dei. Quomō enī deus naturas rerum fecerit quæritur? Non q̄ ex eis ad miraculū potētiæ operet. Qui verō negāt aquas ſup cœlū eſſe poſſe, nō tātū locis, ſed & qualitatib⁹ diſtingūt elemēta, p̄ quibus ſortiant ,ppria loca, vt ſit aqua ſup terrā, aēr ſup aquā, cœlū ſup aērē. Vnde colligit q̄ ſi aēr ſup cœlū maneret, expōdere ſuo caderet: & ſic aquā ſup cœlū eē nō poſſet. Vnde q̄dā conant demōſtrare, aquas eſſe ſuper cœlos, aērē hic cœlū & firmamētū accipientes, ppter hoc tantum, quia interuallū eius diuidit inter q̄ſdā vapores aquarū, & aquas quæ ſunt in terris. Fiat firm. Aug. Hiſtorice &c. Notandū q̄ firmamentum non propter ſtationem, ſed propter firmitatem & inträſgriſibilē terminū ſuperiorū & inferiorū aquarū appellatū eſt. Siue cœlū intelligim⁹ aēriū, ſiue q̄d excedit ſpacia nubilo ſi aēris, qui exhalatiōe terræ aq̄s vaporaliter trahit, & p̄ſubtiles minutias ſuſpēdit & poſt corpulentius conglobatas pluuialiter refundit. Si verō poteſt aqua ſicut videmus ad tantas minutias peruenire, vt feratur vaporaliter ſuper aērem aquis naturaliter leuiorem, cur non credamus & ſuper illud leuius cœlum, minutioribus guttis & leuioribus immanare vaporibus? Sed quoquomodo ibi ſint, ibi eſſe non dubitamus.

Hiſtorice

Firmamē tū ſiue cœlū Pſal. cxlv. a Hier. 24. b.

Fiat firmamentum in medio. ¶ Beda &cætera. Cœli in quo fixa ſunt ſidera creatio deſcribitur quod conſtat eſſe in medio aquarum. Nam ſuppoſitæ ſunt ei aquæ in, aēre & in terra ſupper poſitęq; de quib⁹ dicit Pſa. ciij. b. Qui tegis aqs ſuperiora ei⁹. In medio ergo firmamētū eſt ſidereū cœlū, q̄d de aqs eē fātm credi pōt. Chryſtallus enim lapis cuius magna firmitas, magna perſpicuitas, de aquis factus eſt. Si quem mouet, quomodo aquæ naturæ fluidæ & in

Chryſtal⁹

ima

Nicolaus de Lyra.

✣ alia cœli luminaria illuſtrant, ,ppē q̄d. ñ. de aīa dr, q̄ ſol ē pē virorū deorūq̄, qa reliq̄ cœli luminaria, q̄ ab antiqs vocabant dñ recipiūt lumē à ſole. a ¶ Et vidit de⁹ lucē q̄ eēt bōa. ga vtilis ē admīta, vt patebit infra i ope q̄rte diei. Aduertēdū tū, q̄ iſta lux ſolaris, q̄ facta dr pria die, adhuc fuit informis q̄tū ad aliq̄ vſq; ad q̄rtū diē, ſm q̄ dicit Diony. cap. iiij. de diuinis noib⁹: q̄liter aūt fuerit formata q̄rta die, patebit infra. b ¶ Et diuiſit luc. ac te. Iſta diuiſio eſt p̄ motū ſolis, qa q̄ mouet ſup vnū hemiſphęriū fiūt tenebrę i oppoſito hemiſphęrio, ,ppē opacitatē terræ q̄ ē i medio. c ¶ Appellauitq; lucē diē. qa dies eſt latio ſolis ſup terrā. d ¶ Et tenebrās noctē. qa ſicut p̄ preſentiā ſol efficit dies, ita p̄ ſuā occultationē efficitur nox. Notādū enī q̄ cū dr. Appellauitq; lucē diē, loquit de die artificiali. cū aīt ſubdit: e ¶ Factūq; eſt veſ. & mane dies vn⁹. loquit de naturali: q̄ eſt. xxiiij. horarū, & cōpletit diē & noctē: & iō dicit: Factūq; eſt veſpe & mane dies vn⁹. In veſpe enī cōplet dies artificialis, qui eſt pria pars diei naturalis, & in mane diei ſequētis cōpletur nox, quæ eſt ſecūda ps diei naturalis, & ideo prēponit veſpere ipſi mane, vt oſtendat cōpletionē diei naturalis, exprimendo terminos diei artificialis & noctis: q̄ ſunt partes integrantes diem naturalem. f ¶ Dixit quoq; deus. Hic deſcribitur opus ſecundæ diei in qua facta eſt diſtinctio corporū cœleſtium ab elementis. Ad cuius intelligentiam cōſiderandū q̄ prēter cœlū empyreū (de quo dubitauerūt doctores) vtrū ſit aliquis locus corporalis an nō propter q̄d de ipſo hic nō fit mentio ſcēm iſtā expoſitionē: quam nunc ,ſequor, eſt cœli chryſtallinū, quod etiā dicit aqueū ,ppter ſimilitudinē quam habet cū aqua in diaphaneitate, & ſub ipſo cœlo chryſtallino eſt firmamētū: in ſub quo noie intelligit octaua ſphęra q̄ maggis ,ppriē dr firmamētū, & ſphære ſeptē planetarū, quæ cōtinentur ſub octaua ſphæra: videlicet Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij. Lunæ. ita q̄ ſphæra Saturni eſt ſuperior exſtens immediate ſub octaua ſphæra. Sphæra autē lunæ inferior, cui immediatē cōiunguunt elementa. Ex quib⁹ patet q̄ firmamentum ,put includit ſphæra ſeptē planetarū, mediū eſt inter cœlū chryſtallinū & elemēta, q̄ noie aq̄rū deſignant, vt p̄dictū ē, & hoc ē q̄d dr. g ¶ Fiat fir. &c. aq̄s ab aqs. i. cœlū chryſtallinū ab elementis.

Firmamē tū

Op⁹. 2. diei.

Diuiſio lucis à tenebris.

Nota.

Coelū chryſtallinum.

Sparæ planetarum.

✣ Et fecit

✣ c ¶ Appellauitq; lucē diē, & tenebras noctē. Cognitio ei lux eſt, & ignorātia tenebra. Sequit: f ¶ Fiat firm. i. cognitio primorū pricipiorū idelebil⁹ & firma. † ¶ In medio aq̄rū. i. ſciarū, q̄rū aliq̄ ſūt ſub iſto firmamēto, qa deductæ ſūt ex primis pricipiis, & aliq̄. ſ. firmamētū, qa ſūt à deo p̄ reuelationē datę. Sequtur:

✣ Congregentur

Nota.

Moralr.

Moralr. Firmamentū vox Hebræa רָקִיעַ ra quia ſonat extenſionē & expānſionem.

F Hiſtorice Veſpere & mō factum Nota. Moralr.

Quæſtio.

ima labiles sup̄ cœlū pūt cōsistere, cuius figura rotūda videtur esse
A de quo scriptū est meminerit Iob.xxvj.c.Qui ligat aquas in nubi-
bus suas &c. Qui enim infra cœlum ligat aquas ad tempus vapori
bus nubium retentas,potest̄ sup̄ cœli sphęram ne labantur,nō va
pori tenuitate,sed glaciali soliditate aquas suspendere,qui etiā terrę
molē appendit in nihilo. Quales aūt & ad
quid vtiles:nouit ipe qui cōdidit. a ¶ Et
Quęstio. fecit de.fir.&c. Aug.Quęrit̄ ęre cū di-
xisset,fiat firmamentum, & factum est ita,
positea addidit, & fecit deus firmamentum:
cum in creatione lucis additum non sit? In
quo demonstratur,primo die quo facta est
est lux,cōdutionē spūalis creaturæ.i. sanctos
angelos p̄ lucē significari.Ideo non repeti-
tur postq̄ dixit,facta est lux,quia nō primò
nouit rationalis creatura formationē suā,&
post formata est :scilicet in ipsa sua forma-
tione cognouit.Conditio em̄ lucis in eis est,
prius in sapientia,post in conditione sua,il-
lic genita,hic facta.i.ex informi formata.vñ
fiat lux:& fēta est lux vt qđ erat in v̄bo,esset
in opere.Cętera prius fiunt in sapiętia, post
in angelorum cognitione, tandem in pro-
prio genere.Cū ergo audimus:Dixitq̄ deus
Fiat lux,intelligimus ad sapientiam dei scripturam recurrere.Cum
audimus,factum est,intelligimus in creatura spirituali factam co-
gnitionem faciendæ creaturæ.Cū additur,& fecit deus:fieri intel-
ligimus ipsam naturā in genere suo: Nec toties dixit deus,Fiat q̄-
ties scriptura dicit:quia vnū verbū genuit,in q̄ oia dixit,p̄ qđ sin-
gula facta.Sed scriptura condescēdēs puulis,i vno q̄ę gñe creaturę
respicit v̄bo dei æternā rōnē dicēs:Dixitq̄ de?:fiat &c. ¶ Aug.
Sup aērē pur? ignis dicit̄ esse cœlū.Vñ sidera & luminaria facta cō
iectāt,illi?.Ignęq; lucis cōglobata dispositaq; natura in eas formas
q̄s in cœlo cernim?.Quidā etiā nīi aq̄s nō esse sup cœlū sidereū,q̄li-
tanib? & meatib? cōuincere volūt asserētes tū stellā saturni esse frigi
Saturni stel- dissimā.Quęrit̄ ergo ab eis,vñ frigida sit:q̄ tāto debet ēe ardētior,
la quō frigi- q̄to sublimior,& cœlo ꝓpinqor.Cū em̄ rotūda moles circūagit̄,
da. iteriora tardi?,& exteriora ei? mouent̄ celerius,& iō feruentius:de-
B buit ergo magis ēe calida q̄ frigida.Facit ergo frigidā aq̄rū supcœle
Nota. suū vicinitas. ¶ Aug.Notādū v̄ ō q̄ pria die cū facta ē lux,dictū
est,tū fiat lux,& hoc in verbo,& facta est lux in ope,statimq; adhę
sit increatę luci lux creata,vt vicinior,& oi creatura capacior.In se
cūda dieq̄dā mora est,& v̄ borū mīltiplicatio,fiat:& fecit deus,& fa
ctū est ita:vt intelligam? istas naturas ad deficiēdū ꝓnas,& ad obe-
diēdū min? aptas. ¶ Hiero. Notādū etiā,q̄ hui? diei secūdi opa
Notādum sec?m hebr̄os nō dicunt̄ bona.Cū bōa sint sicut cętera:qđ fit ꝓpē
binariū pricipē alternitatis,q̄ prim? ab vnitate discedit:& in figura
biganię ponit̄ & mīstorū rephēsibiliū.Vñ q̄ bina igrediunt̄ i arcā
immūda sunt, ipar nūer? mūd?.Vel iō bōa nō dicunt̄,qa in hoc o-
pere distinctio aq̄ nō fit pfecta,q̄ i ꝓxio fit vbi dic:Cōgregent̄ aquę
Cuius figu- vt ibi dicet. ¶ Aug.Quęri solet,cui? figurę sit cœlū:Sed spūsan
ę sit cœlū. ctus q̄uis autores nīi scierint,p̄ eos docere noluit,nisi qđ ꝓfit sa-
luti.Quęrit̄ etiā,si stet an moueat̄ cœlū:Si mouet̄ iquūt quomodo
est firmamētū:Si stat, quō sidera in eo fixa circūeūt?:Sed firmamen
tum nō p̄ropter stationē,sed ꝓpter firmitatē,aut terminū aquarū
intrāsgressibilē dici pōt.Si aūt stat,nihil impedit moueri & circum-
Moralit̄. ire sidera. ¶ Moraliter.Sexto die factū est tanq̄ firmamētum di
sciplinæ,quod discernit inter carnalia & spiritualia,sicut inter infe-
riores & superiores aquas. ¶ Isidorus.Die secunda posuit firma
mentū sanctas scilicet scripturas in ecclesia:de quibus dicitur Esai.
xxxiij.a.Cœlū sicut liber plicabitur.Hoc firmamento discernit a-
quas superiores id est populum angelorum:quibus non est neces-
se,vt in lectione audiāt dei verbū.Sed illud firmamentū posuit su-
per infirmitatē inferiorū pplōrū,vt suspiciētes in eo cognoscāt q̄li-
ter discernat inter carnalia & spūalia,quali inter aq̄s supiores,& in-
Mystice. feriores. b ¶ Et factū est vespere &c.Mystice.Incipit mane
sex̄ę diei à Noe,tāq̄ à pueritia:& tēdit vsq; ad Abrahā.,alijs gene
rationibus decē.Et benè cōparat̄ sex̄o diei,q̄ factū est firmamentū
inter aquas.Sicut arca Noe inter aquas inferiores,in qb? natabat,
& supiores qb? cōpluebat̄. Hęc ætas nō diluuio deletur,qa pueri-
tia nra oblutione de memoria nō delet̄.Meminim? em̄ nos pueros
fuisse infantes nō meminim?.Huius vespę est confusio linguarum
in eis qui turrem faciebant:& fit mane ab Abrahā.Sed nec ætas se
cūda gñauit pplm̄ dei,qa nec pueritia apta est gñationi. c ¶ Di-
xit vero deus.Aug.In hoc die factū videt̄,vt duo tm̄ inferiora
elēta secernerent.De aēris tū formatiōe intelligi pōt,q̄ tūc primū
notā nobis formā accepit,cū aq̄ q̄ aēris & terrę spaciū occupabat,i
vnā terrę gtē secessit.Ita in secūdo & tertio die quatuor elēta in

ꝓprias formas

a ſ inferioribus. ſ populit hominum qui indigent
b ſ cauſaliter. c ſ in cognitione angelorum
ſ ſcripturæ. ſ moraliterait per ipſam firmamentum ſcripturæ ſcilicet inter carnalia & ſpiritualia quaſi inter
a ab aq̄s. Et fecit deus firmamē- a
ſuperiores & inferiores aquas diſcernat.
a ſua proxime immediata. ſ angelos. b ſ idereū cœlū.
tū diuisitq; aq̄s q̄ erāt sup firmā- a
a ſ denſioribus aquis. ſ hominibus. b iudereo cœlo.
mētū ab his quæ erāt sub firmā- b
a ſ actualiter ſ ciliet.
mento,Et factum est ita. Voca-
uitq; deus firmamentum cœlū.
b Et factum est uespere & mane c
a ſ Auguſtinus. Diuinorum operum ſecunda diſtinctio.
b ſ verbo ſeparauit.
c dies secūdus.Dixit uerō deus: d

C proprias formas videntur esse distincta.Et quoniā p̄ enumeratio-
nem dierum ex informibus formata numerantur, & ex corporali
materia iam factum cœlū Moyses dixerat,cuius multum à terrenis
species distat,qđ ex ea formandū in infima pte restabat,noluit inso-
litis verbis inserere,vt diceret,fiat qa infirmiorē & informitati ꝓ-
ximam suscepturū erat speciem,vt his ver-
bis:Cōgregent̄ aquæ,& appareat arida, in-
telligamus hęc duo proprias formas acce-
pisse nobis notas & tractabiles,aquas scilicet
mobilem , terram immobilem. Vnde a-
aqua congregatur , terra apparet . aqua
enim labilis & fluxa, terra stabilis & fixa.
Cōgregentur

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Et fecit de? firma.&c.Istud fir-
mū nō intelligitur quantum ad formam sub-
stantialē:qa sic factum est p̄ opus creationis
secundū istam expositionē,vt p̄dictū est:sed
intelligit̄ secūdū aliquā qualitatē ipsi? firma
mēti.q̄ aūt sit illa q̄litas,in textu nō exprimi
tur:sed dicit Ra.Sa.hebr̄us q̄ est soliditas,
de qua dicit Iob.xxxvij.c.Tu forsitā cū eo
fabricatus es cœlos,q̄ solidissima q̄si ære fun
dati sunt .& ꝓpter hoc ipm̄ cœlū tūc vocatū est firmamentū,à fir-
mitate dictū.Alij aūt dicūt,q̄ ista qualitas est quędā virt? ad influē
dum sup̄ elementa,ad ip̄orū conseruationē & gubernationē: ꝓ-
pter qđ dicit.j.Metheo.q̄ mūdus,qui est circa terram.i.elementa,
contigu? est supioribꝰ,lectionibꝰ vt oīs ipsius v̄tus gubernet̄ inde.
Qđ aūt in scriptura sacra,res aliq̄ fieri dicāt,sec?m acquisitionē alicu-
ius dispositiōis accidētalis,probat idē Ra.Sa.p̄ illud qđ habet̄ De-
utero.xxj. De mulibere gentili captiua apud hebr̄os virū,de q̄ dicit
ibidē,q̄ si voluerit habere eā vxorē,radet cesariē suā & circūcidet
vngues suos,sec?m trāslationē nr̄am:sed text? hebraic? habet & fa
ciet vngues suos.Ex q̄ patet manifestē q̄ fieri vnguiū,ibi accipit̄ ꝓ
dispositione accidētali ipsorū.Possum? etiā ad hoc ponere exēplū
sec?m trāslationē nr̄am Dani.iij.f.vbi dixit,Nabochodonosor rex
Babylōis:Nōne hęc ē Babylō ciuitas magna, q̄ ędificauit?Et tū cer
tū est q̄ nō fecit priō illā ciuitatē,qa multi reges fuerūt añ eū in Ba
bylone,imo etiā illa ciuitas videt̄ fūdata & ędificata satis citō post
diluuiū,vt habet̄ Gen.xj.a. Sed qa Nabuchodonosor eā ampliā- D
uit & fortificauit,ideo dicit̄ eā ędificasse,seu fecisse:& eodēmō di
cit̄ hic:Et fecit deus firmamētū,qa secūdā die dedit sibi qualitatē ac
cidētalē,vt p̄dictū est. b ¶ Diuisitq; aquas &c.Hic aq̄ dicun
tur æquoce,vt patet ex p̄dictis,qa istę q̄ sunt sup̄ firmamentū,sunt
de natura cœlestiū:illę aūt quæ sub firmamēto,de natura elēmtari.
c ¶ Et factū est ve.& m.di.se.Exponāt sicut prius, & eodē
modo in sequēnb? dieb?.Hic q̄rit?:Quare in secūdo die nō dicitur.
Et vidit de? qđ esset bonū,sicut in alijs dieb?.Ad q̄ respōdent̄ alij
q̄ hoc est,qa numerus binar? est infamis,eo q̄ p̄r? recedit ab vni- binarius nu-
tate.Sed ista rātio videt̄ truphatica:maxime qa in sacro euāgelio nu merus.
merus binar? laudabilis & mystic? designat̄.vñ sup̄ illud Luc.x.a.
Misit illos binos & binos añ faciē suā:dicit Grego.q̄ p̄ binariū ibi
dīs designauit charitatē,q̄ est excellētissima v̄t? & forma v̄tutum.
Alij aūt dicunt quòd hoc ideo est quia angeli peccantes ceciderūt Qñ angeli
secunda die.Sed hoc scripturæ authoritatem non habet,ideo eadē peccauit.
facilitate contemnitur quia probatur:maxime quia doctores dicūt
communiter quòd inter creationem angelorum & eorum lapsum
fuit modica morula temporis:secundum autem istam responsio-
nem interfuisset ad min? spacium vni? diei naturalis,qa sec?m oēs,
angeli fuerunt creati à principio. Ideo aliter respondet Ra.Sa &
magis secundum intentionem literæ vt videtur,dicens(& verum
est) quòd hoc verbum:Et vidit de? quòd esset bonum &c.in alijs
diebus dicit̄ ad approbationē operis illorum dierum,approbatio
autem propriè respicit opus completum.In secunda autem die,li-
cet principaliter fiat distinctio corporum cœlestium,tamen cum
hoc etiam fit mentio de distinctione aquarum elementarium:& qa
ista distinctio non fuit completa vsq; ad tertiam diem,quando con
gregatæ sunt aquæ in locum vnum,vt videbitur infra,ideo subti-
cuit verbum p̄dictum die sexta.& tertia die illud bis dixit,vt paret
in lra,semel ꝓ ope sex̄ę diei,& semel ꝓ ope tertiæ dei. d ¶ Di-
xit vero de?.Hic cōsequēter describit op? tertij diei, quo distin-
cta sunt elementa;quæ distinctio facta est,per hoc quod aqua pri?
producta in forma substantiali, vt p̄dictū est,accepit tūc à deo de-
bitam densitatem:& sic occupauit minorem locum,aēris spaciuꝫ
dimittēdo:& p̄ hoc q̄ virtute diuina factæ sunt cōcauitates in ter-
ra, vbi recepta est ps aquarū:& sic appuit ps terræ discoopta aqs,
ad habitationē hoīm & aialium,& sic fuerūt elemēta distincta in loꝰ

 c cis sibi debitis

Historice

Quæstio.

a ℂ Congregẽtur aquæ. Beda. Quæ inter cœlũ & terrã vniuersa cõpleuerant, in vnũ locũ cõgregantur, vt lux quæ præterito biduo aquas clara luce lustrauerat, in puro aere clarior fulgeat, & appareat terra quæ latebat & quæ aquis limosa erat: fiat arida, & germinũ apta. Si quæratur, vbi cõgregatæ sunt aquæ, quæ oẽs ptes terræ vsq; ad cœlũ texerant: Potuit fieri vt terra subsidẽs cõcauas partes prẽberet, quib⁹ fluitantes aquas reciperet. Potest etiã credi primarias aquas rariores fuisse, quæ sicut nebula tegerẽt terras, sed congregatione esse spissatas. b ℂ Et vocauit deus aridam turram. Augu. Prius ad distinctionem aquarum totam solidiorem mundi ptem terrã appellauit dicẽs: In principio creauit deus cœlum & terram. Posteq; mundus iam formari incipit, & terræ facies apparet, recedentibus aquis ad distinctionem partis quæ adhuc prẽmebatur aquis, portio quam aridã esse licebat, terræ nomen accepit, eò q pedib⁹ teratur, congregationesq; aquarum appellauit maria. Sic enim appellantur apud hebræos omnes congregationes aquarum, siue salsę, siue dulces. Et quia per continuationem omniũ aquarum quæ in terris sunt, dixit eas congregatas in vnum locũ nũc vocat pluraliter congregationes aquarum propter multifidos sinus earũ. ℂ Bed. Cum multa constat esse maria, in vnum tamẽ locũ diem aquas congregatas, quia cũcta magno mari iunguntur. Si qui lacus in semetipsis stricti videntur, ocultis tamẽ meatib⁹ in mare reuoluunt: fossores quoq; puteorum hoc ꝓbant, ga omnis tellus per inuisibiles venas aquis repleta est: quibus ex mari principium est. c ℂ Et vidit deus. Bed. Nondum terra germinauerat nec aqua animantia viua produxerat, & tamẽ dicitur deus videre, q esset bonũ: cedẽtib⁹ aquis apparuisse aridã: quia æstimator vniuersitatis prẽsidẽs quæ sunt futura, quasi iam perfecta laudat, quæ adhuc in primo operis exordio sunt: qa apud eũ rerum perfectio, non in cõsummatiõe est operis, sed in prædestinatiõe volũtatis. d ℂ Germinet terra &c. Augu. Aduertẽdũ est moderamẽ ordinatoris quãuis distincta est creatura herbarum atq; lignorũ ã specie terrarum & aquarũ, vt in elemẽtis numerari nõ possint, quia tamẽ fixa radicibus terræ nectunt: ad eũdem diẽ voluit ptinere. Germinet terr. &c. Bed. Patet in his verbis, q verno tempore mundus perfectus est & ornat⁹, in quo solẽt herbæ virentes apparere: & ligna pomis onusta. ℂ Simulq; notandũ, q nõ pria herbarũ germina vel arborũ genera de semine ꝓdierũt, sed de terra: quia ad vnam iussionẽ cõditoris apparuit arida herbis cõpta, nemoribusq; vestita: quæ sui generis ex se poma ꝓduxerũt & semina. Oportebat em vt forma rerũ dei imperio prio pfecta ꝓdiret, quõ hõ ꝓpter quem oĩa iuuenili ætate plasmat⁹ est. ℂ Auguſt. Quęrit etiã de spinis & tribulis & qbusdã lignis infructuosis, cur vel quãdo creata sint: cũ deus dixerit: Germinet terra herbã &c. Sed fructus noie quædã vtilitas signatur. Multæ autẽ vtilitates sunt manifestæ vel occultæ, oĩm quæ terra radicitus alit. Possumus autẽ absolute respondere spinas & tribulos post peccatum terrã hõi ad laborẽ peperisse, non q alibi antea nascerent, & post in agris quos hõ coleret: sed & pri⁹ & postea in eisdẽ locis, pri⁹ tamẽ non hõi sed post. Vnde pariet tibi i. vt tibi nasci incipiãt ad laborẽ. q ad pastũ trimmõ aliis aialib⁹ ante nascebantur. e ℂ Facientẽ semen. Bed. Omnia creata sunt perfecta, & homo pfectus ætate erat, & arbores cum foliis & fructu. Vnde dicitur hoc lignũ pomiferũ. f ℂ Et protulit terra herb. &c. Grego. Quod testatur historia, sic est veraciter factũ, vt significaret aliud faciendũ. Terra em est ecclia, quæ vbi pabulo nos reficit, & patrocinij vmbraculo custodit: loquẽdo pascit, opitulando ꝓtegit: vt nõ solũ herbã refectiõis ꝓferat, sed etiã arborẽ protectionis. g ℂ Lignumq; Gregor. Lignum secm speciẽ suã semẽ ꝓduxit, cum mẽs nostra ex sui cõsideratione qd in alterũ faciat colligit, & recti operis germẽ parit. Hinc quidam sapiẽs ait: Tobiæ iiij. c. Quod tibi nõ vis fieri: alij nõ feceris. Et alibi, Matt. vij. b. Quæcumq; vultis vt faciãt vobis homines, & vos eadẽ illis facite. Quasi speciẽ vestram alterutrum respicite, & ex vobis metipsis cognoscite quid oporteat vos aliis exhibere. h ℂ Sementem. Strabus. Rab. Sementis frugum & arborum. Semen hominum & animalium. Seminum vel sementũ cuiusq; rei exordiũ. ℂ Moralr.

Verno tpe mũd⁹ fact⁹

Cur & qñ spinæ creatæ.

Moralr.

a ℣ secedant in unam partem terræ. b ℣ infideles qui cupiditatum tempestate & tentationibus fluminum

a Cõgrẽgent aq̃, q̃ sub cœlo sũt, quatiantur. a ℣ fontem fidei sitiens.

in locũ unũ, & appareat arida.

b Factũq; est ita. Et uocauit de⁹ aridã terram, congregationesq; b c

c aquarum appellauit maria. Et

a ℣ quod placuit in verbo placuit in opere.

uidit dẽus, q esset bonũ, & ait:

a ℣ Potens sit germinare. b ℣ ab aquis liberata. ℣ anima fructifera. c ℣ bonorum operum fructus.

d Gẽrminet terrã herbã uirẽtẽ d

e & facientẽ semẽ. & lignum po⁹ e

a ℣ ut ex sua infirmitate compatiatur indigentibus.

miferũ faciens fructũ iuxtã geנus suum, cuius semẽn⁹ in seipso

a ℣ de quo similia propagentur.

a ℣ causaliter.

sit sup terrã. Et factũ est & ita.

a ℣ actualiter. b ℣ Gregorius pabulum verbi: opera miseri cordiæ.

Et ꝓtulit terra herbã uirẽtem,

a ℣ de tritico triticum: de legumine legumen.

& afferẽtẽ semẽ iuxta gẽn⁹ suũ, g

Lignũq; faciẽs fructũ, & habẽs h

unũqdq; semẽtẽ secm speciem suã. Et uidit deus q esset bonũ: h

i Et factum est uespere & mane

a ℣ Augustinus tertia distinctione.

dies tertius. Dixit autem deus: i

Tertio die, quo mẽtem suã ad serendos bonorũ operũ fructus ꝑpa- G
rat hõ: separata labe ac fluctibus carnaliũ tentationũ, tanq; aridam habet terrã tentationib⁹ separatis, vt dicere possit Ro. vij. d. Mente seruio legi dei &c. i ℂ Factũ est vesp. & ma. Isido. Mystice. Mystice,

Tertia ætas similis adolescentiæ, & bene comparatur diei tertio, quo ab aquis terra separata est. Ab oĩb⁹ em gentib⁹ quarũ error instabilis, & vanis simulacrorũ doctrinis, tanq; vẽtis omnib⁹ mobilis (quod maris nomine bene significat) populus dei per Abraham separatus est, tãq; terra cum apparuit arida. i. sitiens imbrẽ diuinorum mandatorũ, qui vnũ deum colendo tanq; irrigata terra vt fructus afferat, sanctas scripturas accepit & ꝓphetias. Hæc ætas iã potuit generare pplm deo, quia & tertia ætas. i. adolescentia filios habere iam põt. Vnde Abrahæ dictum est. Genesis decimo-septimo. a. Patrẽ multarum gentiũ posui te &c. Terra & mare. Psal. 135. b. 88. b.

Nicolaus de lyra.

cis sibi debitis: & hoc est quod dicitur: a ℂ Congregentur aquæ &c. & patet litera ex prædictis. sequitur. b ℂ Congregationesq; &c. maria. Loquit scriptura more hebraici sermonis: quo vocatur ים mare. no solũ oceanus: sed quælibet congregatio magna aquarũ, secm q in euangelio frequẽter nominat mare tyberiadis, & mare Galileæ, & tamẽ nõ est nisi quidã lacus. Vnde & in euangelio vocat stagnũ Genesareth. Luc. v. a. c ℂ Et vidit deus q esset bonum. Hoc dicitur ꝓ opere secundæ diei, cõpleta distinctione aquarũ sed quia terra superius dicta est inanis ꝛ. inuisibilis, eo q esset cooperta aquis quæ inuisibilitas remota est per congregationem aquarum, quia tũc apparuit arida. Item dicta est vacua, eò q non erat ornata plantis & herbis. Ideo remouendo hanc vacuitatem, cõsequenter subditur.

d ℂ Et ait: Germinet. i. virtutẽ germinandi accipiat. e ℂ Et lignum pomiferũ. per hoc lignũ intelligitur omnis arbor faciẽs fructum. f ℂ Cuius semẽ in semetipso sit. sicut grana sunt H
in pomis quæ sunt semina. & eodem mõ in aliis fructib⁹. g ℂ Et protulit terr. Hoc intelligitur passiuè, quia virtute diuina actiuè protulit. Videtur forsitã alicui q ista productio plantarũ & herbarũ ptineat ad sextã diẽ: in q ornata est terra: vt dicet infra. Ad quod dicendũ q ornat⁹ hic accipit ex similitudine ornat⁹ in hõib⁹, in qbus nõ ptinẽt ad ornatũ ꝓprie ea quæ inseparabiliter adhærẽt corporib⁹ hũanis, sed ea quæ possunt apponi & auferri, sicut vestes, serta, monilia &c. hmõi autẽ plãtæ & herbæ immobiliter adhærent terræ: & iõ ptinẽt ad opus tertiæ diei, quãdo apparuit arida. Itẽ notãdũ q ex eo qđ dr: Germinet terra herbã virentẽ, dicunt aliq hebræi videlicet Rab. Iosue & sui seqẽces, q mũd⁹ fact⁹ fuit in mẽse Martio, qñ terra icipit germiare herbas &c. vnde & Exo. xij. a. Martiꝰ vocatur prim⁹ mẽsis. Ex hoc autẽ q subdit: Et ꝓtulit terra herbã virẽtẽ & facientẽ semẽ: Dicunt aliq videlicet Ra. Eliezer & sui seqẽces q factus est mẽse septẽbri. qñ fruct⁹ sunt in arboribus maturi, & habẽtes semia in semetipsis: & hæc opinio cõius tenet ab hebræis tãq; rõnabilior, ga scriptũ est Deu. xxxij. a. Dei pfecta sunt opa. vñ secm oẽs hõ prim⁹ fact⁹ est i statu pfecto potẽs generare. tũc em vnumqdq; pfectũ est qñ põt generare sibi simile: & eodẽ mõ videt dicẽdũ de terrę nascẽtib⁹. qđ est qñ habẽt in seipsis semia. h ℂ Et vidit deus &c. Istđ replicat ꝓ approbatiõe opis hui⁹ tertiæ diei. i ℂ Dixit aũt de⁹ &c. Hic cõsequent describit opus ornat⁹, & prio describitur ornat⁹ corporũ cœlestiũ, secũdo ornat⁹ elemẽtorũ mediorũ. s. qnta die. tertio ornat⁹ elemẽti inferioris. s. terræ sexta die. & sic patet q ornat⁹ corrñdet distinctiõi. ℂ Circa primũ describit prio ꝓductio luminariũ in generali, secundò magis i spãli, ibi: Fecitq; de⁹ duo luminaria. Circa primũ cõsiderãdũ, q ad ornatũ hoĩs ptinẽt illa q̃ sunt sẽpabilia, vt dictũ ẽ: & ad similitudinẽ hui⁹ firmamẽto cœli dicunt ptinere ad ornatũ illa q̃ hñt ꝓpriũ motũ fm rẽ, vl saltẽ fm appentiã sẽ sus. Septem

Diuisio.

Moralis.

* a ℂ Congregentẽ aquæ &c. Nã oẽs sciæ sunt itra itellectũ & sic appet terra arida. i. caro scientis vacua: qa tñ ꝓ cœlũ. i. spũ gubernata, ꝓficit in exercitio bonorũ operũ, ideo subdit, d ℂ Germinet ter. her. vir. per sensuum honestatem. e ℂ Lignum po. applicãdo mẽbra corporis ad bonum exercitium. Sequitur:

* Plant luiaria

te &c. Hęc ætas porrigitur ab Abraham vsq; ad Dauid, generatio-
A nibus quatuordecim. Vespa in peccatis populi, quib⁹ diuina mā
data prę̄teribant vsq; ad Saulis malitiam. ¶ Bed. Die tertia con-
gregauit aquas inferiores & falsas, infideles scilicet cōcupiscentiarū
& tentationum fluctibus sese quatientes, & segregauit ab eis aridā
id est fideles sontem fidei sitientes. Infideles
verò coērcuit ne iniquitatis suæ fluctib⁹ ari
dam id est animam sitientem deum, contur-
bent, sed liceat ei germinare fructus bono-
rum operum, & diligere ꝓximū, vt habeat
in se semen secundum similitudinem suam,
vt scilicet ex sua infirmitate compatiatur alį
indigenti, & producat lignum fortè fructife
rum, id est beneficium erpiēdo oppressum,
& prębendo ei protectionis vmbraculum.
a ¶ Fiant lumi. &c. Aug. Quia visibili
mūdo duo dies sunt attributi, supremæ. s. &
infimę pti mūdi. Visibilibus & mobilib⁹ mū
di ꝑtibus q̄ intra mūdū creātur, tres reliqui
deputati sunt. Et quia cœlū prius factū pri⁹
erat ornādū, quarto fiūt sidera qb⁹ illustret
inferior pars, ne esset habitantibus tenebro-
sa. Infirmitati q̄q; hoim ꝓuisum est, vt circū-
eūte sole, diei noctisq; vicissitudine propter
vigilādi & dormiendi vicissitudinē potiren
tur. Et ne nox indecora remaneret, sed luna
& sideribus consolarentur hoies, qbus ope-
randi nocturna necessitas incūberet, & q̄dā
aialia sūt q̄ lucē ferre nō pñt. Qđ aūt dictū ē,
& sint i signa &c. ita dictū videt q̄si q̄rto die
cœpisset tpa cū pri⁹ triduū sine tpe nō fuerit. Nā si aliqs mot⁹ cor
palis vt spūalis cōditionū luminū pcessit, vt aliqd à futura expecta-
tiōe ꝑ pūs i ꝑteritū trāsierit, sine tpe ē nō potuit. Iō tpa q̄ fiūt ꝑ si-
dera nō spacia morarū, sed vicissitudinē affectionū cœli debem⁹ ac-
cipere: qa dies & āni q̄s vsitatè nouim⁹ motib⁹ tm̄ siderū fiūt. Vel
fortè circa speciē factæ rei dies ē appellat⁹, & circa priuationē nox
vt materia nōdū ꝑ spēm formata sit nox dicta, vñ formāda erāt cæ-
tera. Vt potⁿ i ipa re facta atq; formata, mutabilitas. i. dificiēdi pos
sibilitas nox dr. Pñt em̄ res mutari, etiā si non mutent. Vespe aūt &
mane intelligāt, nō ꝑ tpis ꝑteritionē & aduētū, sed ꝑ tminū q̄ intelli
git vsq; q̄ sit naturę mod⁹, & vñ exordiū. Nimirū q⁹ dr, sint i signa
& tpa, nō signa dię, q̄ obseruare sit vanitatis, sed vtilitatis q̄. Inau-
tę obseruāt vt q̄libet hoies, ad ꝓuidēdas aēris q̄litates. De sole ꝙppe
certū ē, q⁹ circuitū cōpleat trecētis sexagintaq; diēb⁹ & q̄drāte, q
est ann⁹ solaris. Sic reliq planetę ānos suos cōplēt breuiores & ꝓpli
ores. Est ēt sol ad distictionē tēporū, qa ab eqnoctiali circulo ver
nali, ad solstitiū estiuū ascēdēs, & ide ad eqnoctiū autūnale transiēs,
atq; inde ad solstitiū brumale pueniēs, tādēq; ad eqnoctiū v nale re
diēs q̄tuor anni tpa determinat. Luna post eqnoctiū v nale vespe
plena, ꝓcedēs, paschalē terminū facit. q̄ regula vsq; hodie viget. De
q̄ cū q̄rat vtrū plena, an pria facta fuerit: Rndēdū est deū q̄tacūq;
fuerit pfectā feciſſe, qa vt aiūt, nō decebat deū illa die aliqd ipfectū
facere. Alį dicūt, debuit luna pria fieri, nō q̄rtadecima, qa nemo sic
incipit nūerare. Si tm̄ aliqd ipfectū feciſſe deūdicat reprehēsibile nō ē.
Qđ em̄ ab illo inchoatū est, ab ipo, nō ab alio pfectū est. Creditur
etiā ideo plena facta: qa septuagita interpretes legūt, Lunā factā ἐν
ἀρχῇ τῆς νυκτὸς, in inchoationē seu principatū noctis, quo d fit cum
plena est. ¶ Fiant lu. &c. Bed. ea scilicet diuisione, vt sol diem,
luna nocte illuminet. hoc em̄ factis sideribus ad augmētum pria-
riæ lucis accessit: vt etiā nox ꝓdiret luminosa, lunę vel stellarū splen
dore radiata: q̄ haeten⁹ tm̄ tenebras nouerat. Et si em̄ nox tenebro-
sa videtur: obscurato aēre, qui terris ꝓximus est: supiora tm̄ aēris
spacia semꝑ siderū fulgore sunt lucida. ¶ Aug. Solet q̄ri: vtrū hęc
luminaria corpa sola sint, aut habeant rectores spūs & ab eis vitali-
ter inspirent, sicut q̄ alias aialiū carnes animantur? Sed de tā obscu-
ra re nihil temerè credēdū. b ¶ Et sint in sig. &c. Be. Quia
priusq; sidera fierēt, ordo tēporum nullis notabat indiciis, vel me-
ridiana hora, vel q̄libet alia. sunt ergo luiaria in signa &c. nō q⁹ à cō
ditiōe horum tpa ceperint, vt dies vt anni. sed qa p ort⁹ eorum vt
trāsit⁹, tēporū dierū annorūq; signat ordo. c ¶ Vt luceāt &c.
Bed. Semp lumiaria in firmamēto lucēt, sed oportunis tpib⁹ terrā
illumināt. Aliq̄ties em̄ nebulosus aēr obsistit: ortus etiā sol maiori
lumie lunā stellisq; ne terrā illuminent, impedit. Vnde & sic voca
tur, quia solus obtusa luna stellisq; cæteris per diem fulgeat terris.
d ¶ Fecit de⁹. d. m. l. &c. Beda. l. umiaria magna possumus
accipe, nō rā aliorū cōparatiōe q̄ p se, vt cœlū dicit magnum, & ma-
gnum mare. Sol enim magnus dicitur, quia complet orbem terræ
suo calore. sicut luna suę lumine, q̄ in quacūq; parte cœli fuerint,
totā terrā totam terram illuminant & à cunctis videtur. Magnitudinis eorū
magnum est argumentum, q⁹ oībus hominibus idē orbis eorum
videtur. Nā si longè positis minor, & prope maior, exiguitatis in-
diciū esset. e ¶ Luminare maius &c. Bed. Solē. s. nō solum
corpis forma, sed luminis magnitudine, qa lumiare min⁹ & stellas
illustrat. Maior est etiam in calore, quia mū-
dum calefacit, cū ꝑteritis ante eius creationē
diebus nihil caloris habuisset. Qđ aūt æqlis
vniusq; magnitudinis luna cū sole cernitur,
hinc esse aiunt, q⁹ multò longingor à terris
atq; altior q̄ luna incedit, ideoq; magnitudo
eius à nobis nō posset dignosci. Oia em̄ lon
gi⁹ posita videnī breuiora. f ¶ Et lumi-
mi. &c. Et si lunam & stellas maiores in die
aliquando videri contingat, non tamē dici,
sed nocti lucis solatium eas afferre constat.
¶ Aug. Tunc em̄ in noctis exordio videt
luna cum plena est, als nō: & ꝑ diē incipit vi
deri ante plenitudinē, & in ꝓgressu noctis.

Solis & lunę magnitudo. C

† Sol, luna & stellæ Psal. 135. b.

☞ vt luce

a ¶ hic ordinantur ornamenta superioris mundi.
b ¶ coctores. c ¶ quia uicina non quia fixa.
a † Fiant lūminaria in firmamēto a
a ¶ scr. ptura. b ¶ discernendo. b
cœli : & diuidant diem ac no- c
a ¶ serenitatis & tempestatis. ¶ uirtutum,
b ¶ uer. ætatem, animarum, hyem. ¶ cum suum complauerint cursum. ¶ quia prædicatores pro-
prijs temporibus uiuunt & transeunt : prius germinauit terra, deinde facta sunt luminaria : quia post bona ope-
ra uenit illuminatio lucis ad contemplandam speciem
superne ueritatis.
b ctē, & sint in signā & tēpora &
c dies & annos, ut luceāt i firma-
a ¶ ne homo in tenebrosum adducatur habitationem.
mēto cœli, & illūminēt terram.
a ¶ ciuſdam b ¶ in manifesto.
d Et factū est ita. Fecitq; de⁹ duo d
e magna luminaria: lumiare ma- e
f ius ut pesset diei, & luiare min⁹ f
a ¶ uirorum numerositatem. g
ut præesset nocti, & stellas. Et h
a ¶ ad decorum noctis.
posuit eas in firmamento cœli:

Nicolaus de Lyra.

sus. Septem verò planetę habent ꝓprios motus distinctos à motu firmamenti. Stellę aūt fixę licet nō habeāt motū ꝓpriū, sed mo ueantur tm̄ motu firmamenti, verūtamē q̄-
tum ad apparentiam sensus deprehenduntur manifestè moueri: nō sic autē motus corpo-
ris firmamēti: sed solū rōne arguit, ex motu stellarum Et quia Moyses rudi ppō loq̄bat,
vt supra dictū est, q⁹ capiebat tm̄ sensibilia, iō nō solum planetæ, sed etiā stellæ fixæ describunt ptinere ad ornatū firmamenti: & hoc est q⁹ dicit: a ¶ Fiāt lu. Istud fieri secūdū istā expositionē nō itel-
ligit q̄tū ad substātiā lumiariū, nec q̄tū ad lucē q̄ fēta ē prio die: qa
tūc fēta fuit lux solis, vt ꝓdictū ē, & ꝑ cōsequns aliorū luiariū, qa illu-
minat à sole, sed itelligit q̄tū ad quādā iformationē hui⁹ lumis, qđ
fuit informe aliq̄ mōvsq; ad quartā diē in qua fuit formatū: qa tūc
accepit à deo virtutē influendi ad varios effectus in inferioribus, D
sensibiliter enim percipitur q⁹ radij diuersorum luminariū cœli ha-
bent varios effectus & distinctos circa inferiora. Sequtur: b ¶ In
fir. cœ. Aliter dicūtur in firmamēto cœli esse stellę, fixæ, qa ibi sunt
immobiliter: & planetæ quia habent proprios motus & proprios
orbes: & ideo nō sunt in firmamēto cœli: nisi largè loquēdo de fir-
mamēto: prout cōtinet sub se orbes planetarū, vt supra dictū est.
¶ Considerandū aūt q⁹ luminaria cœli sint facta principaliter pro-
pter gloriam dei, tamē facta sunt cōsequenter ad vtilitatē hominū:
verūtamē quia ppls iudaic⁹ erat pronus ad idolatriam, iō Moyses Deut. 4. c.
vt reuocaret ipsum à cultu luminariū, tetigit tantū secundam cām,
vnde Deut. iij. c. dicit: Ne fortè oculis eleuatis ad cœlū videas solē
& lunā & oia astra cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ
creauit dom⁹ de⁹ tu⁹ in ministeriū cunctis gentibus. hoc aūt mi-
nisteriū explicat Moyses hic cū dicit: c ¶ Et diui. diē. Ad cuⁿ Luminaria cœli quō seruūt hoi.
intellectū cōsiderandū, q⁹ luminaria cœli deseruiūt hoi in q̄tū faciūt
vicissitudinem tpis apti ad operandū, & tpis apti ad q̄escendum.
quia hō nō pōt continuè laborare, sed oportet eum somnū capere
ad recreationē sēsuū & qetē corpis, & q̄tū ad hoc dicit: Et diuidāt
diē ac noctē. Sed ꝺ deseruiūt, in q̄tū ex cœli lumiaribꝰ accipiūt signi
ficatio pluuiosi tpis vel sereni, & hmōi, q̄ sūt apta diuersis operib⁹
humanis & negociis, & q̄rum ad hoc dicit: Et sint in signa. Tertiò
deseruiunt, in q̄tū distingunt diuersas ptes tpis. s. veris æstatis, autū
ni, & hyemis, in quib⁹ varia ordinātur & disponunt vsui humano
necessaria, & q̄tū ad hoc dicit: Et tpa & dies & annos, qa ꝑ replica
tionē q̄tuor tēporū & dierū multiplicant anni. Quartò deseruiunt
hoi q̄tū ad visum: qui est directiu⁹ in operib⁹ humanis, & maximè
vtilis est ad cognitionē rerū, vt dicit. j. Meta. & quantum ad hoc di
citur: Vt luceant in firmamento cœli &c. d ¶ Fecitq; de. duo
lumi. &c. Cōsequēter describit productionē luminariū in specia
li, cū dicit: Fecitq; deus duo luminaria magna, videlicet solē & lunā.
e ¶ Lumiare maⁱ⁹. i. solē. f ¶ Vt pesset diei. quia dies est
latio solis sup terrā. g ¶ Et lu. mi. s. lunā. h ¶ Vt pesset no
cti. quia de die non apparet lux eius. Sequns lra patet ex ꝓdictis. Do
ctores aūt hebrei ex hoc q⁹ dicit hic: Fecitq; de⁹ duo lumi. mag. dicūt
q⁹ sol et luna à principio fuerūt eqles in claritate: sed luna suggessit An sol & luna eqles fuerunt in claritate.
deo vt
a ¶ Fiāt lumi. &c. p q̄ virtutes politicę pūt designari. s. per so
lem, qđ est luminare maⁱ⁹ prudentia, q̄ dirigit alias virtutes, per lu-
nā verò iustitia de qua dicit. v. Ethi. q⁹ neq; hesper⁹ neq; lucifer est Moralit.
ita admirabilis. per stellas verò cęteræ v tutes intelliguntur. Sequitur:

a ¶ Vt lucerent &c. Hæc de magnis luminarib⁹ intelligit pñt: & stellis, vt quod dictū est, vt præessent diei: & ad solem specialiter, quod subiunctū est, & nocti, ad lunā & stellas ptineat. Quod verò additur, & diuideret lucem ac tenebras, oibus æquè cōueniat, quę quocūq; incedunt, lucē circunferūt. vnde cū absunt, tenebrosa cuncta relinquūt. Si quęraſ quale potuit esse lumen diurnū ante creationē siderum? Respōdemus quale videm⁹ solis ortu proximante, necdum apparēte, quādo silicet lucet obtusis radiis stellarū dies, sed minimè sol ort⁹ refulget. ¶ Mystice. Die quarta micuerūt luminaria in firmamento cœli id est legisdoctores, scripturę sanctę inhærētes & inferioribus lumē sapiæ demōstrātes. Prodiit quoq; siderum turba id est virorū doctorum scilicet & legisperitorū numerositas, qui in hui⁹ vitæ nocte fulgentes, diuidāt scripturę sensibilia & intelligibilia, quali inter lucē perfectorū, & tenebras peccatorū, faciētes signa virtutū & miraculorū. Qui sunt in tempa & annos, qa propriis tpibus viuūt & trāseunt. Verbū aūt dñi in æternū manet. Benè aūt terra germinauit primò, et postea facta fuit luiaria, quia post bona opa venit illuminatio, qua videl⁹ spēs supnę veritatis. ¶ Moralit. Quarto die quo in illo firmamēto disciplinę mēs spūales intelligētias optatur atq; distinguit: videt quę sit incōmutabil⁹ veritas, quę sicut sol fulgeat in aia & quō aīa ipsius particips fiat, & corpi ordinē & pulcritudinē tribuat, tanq; luna illuminās nocte. Et quō stellę oēs id est intelligētiæ spirituales, in huius vitę obscuritate, tanq; in nocte fulgeāt. b ¶ Et factū est ues. & ma. &c. Beda. In hac vespa ppls dei in ægypto agnū obtulit, & verus agn⁹ sacramēta sui corpis inchoauit. In hoc mane popul⁹ Israel iugū seruitutis excussit, & Christ⁹ nos suo sanguie redimēs, à diaboli seruitute liberauit, quę dies lunę plenissimè in creatione mūdi quarta processit. At in tpe dñicæ passiōis, altioris gratia sacri in quintā sabbati incidit, vt dñs sexta sabbati crucifixus, sabbato in sepulchro quiesceret, & prima sabati resurgeret. In qua nobis resurgendi, & lucem ppetuam intrādi spem atq; fidē donaret. ¶ Isidorus. Mystice. Et factū est ves. &c. Mane quartæ diei reguū Dauid. Hęc ætas similis est iuuētuti, quę inter oēs regnat ætates, & firmū est oim ætatū firmamentū. vnde cōparaſ quarto diei, q̄ facta sunt sidera in firmamēto cœli. Splēdor siquidē sol⁹ regni figurat excellētiā, plebē obtēperanter regi lunæ splēdor ostēdit, tanq; synagogā. Stellę verò principes ei⁹ sunt, & oia fundata in regni stabilitate tanq; in firmamēto. c ¶ Dixit etiā deus &c. Post ornatā quarto die cœli facię lumināb⁹, ornanſ suis ætatib⁹ die quito inferiores mūdi ptes, aqua. s. & aēr. ¶ Augu. Dixit etiā de⁹: Produ. a. rep. &c. Oportebat in creādis habitatoribus inferioris partis, quę tota sępe terra vocaſ, prius

Nicolaus de Lyra.

ipsi deo, vt diminueret lux sol⁹, volēs habere singularē gl̄iam luminis: ppter quod de⁹ puniuit ipam diminuēdo de ei⁹ lumine. Sed istud dictū destruit seipm: qa scd'm ipos lux sol⁹ & aliorū luminariū facta est prima die. Luna etiā fuit facta i opposito sol⁹: vt sic præesset nocti & ideo si fuissent æqlis claritatis vsq; ad quartū diē, nō fuisset nox, nec p cōsequēs succesio diei & noctis, sed fuisset continua dies cui⁹ cōtrariū expōsse diē scriptura. Itē corpa cœlestia sunt inaiata & insensibilia, scd'm Damas. & iō friuolū est q̄ luna loq̄reſ tpi deo. Motiuū aūt ipsorum nullū est, qa magnū & puū relatiue dicunſ; & ideo sol & luna lumiaria dicunſ magna respectu aliarū stellarū, licet sol sit maioris quātitatis & claritatis q̄ sit luna. Exposita igit̄ litera scd'm duas primas opiniões de materia corpaliū, soluēdę sunt rōnes tertię opi. quę ponit materiā in corpib⁹ cœlestib⁹, & esse eiusdē ratiōis cū materia corporū elemētariū et mixtorū. Ad primū cū dicit: Act⁹ est qui distinguit, dicēdū, q̄ ois distinctio est p actū, nō tñ oportet q̄ sit semp p actū actualit informantē. Materia igit̄ cœli & materia corruptibiliū differūt inquantū sunt in potētia ad act⁹ diuersarū rōnū, qa forma cœli est actus inseparabilis informās, nō aūt forma elemēti vel mixti. Ad scd'm dicēdū q̄ materia corpis cœlestis nobilior ē materia mixti vel elemēti, nō p aliquā formā vel actū actu informantē: sī cōsideraſ oī forma subtracta: sed p relationē seu aptitudinē ad nobiliorē actū. s. formā. ¶ His visis exponēda est iterū litera à principio scd'm tertiā opi. Vbi aduertēdū q̄ diuisio est eadē in vtraq; expositiōe, ppter quę nō intēdo eā repetere. Itē in expositiōe prædicta plura sunt quę nō varianſ ppter tertiā opi. de materia prędicta: propē quę silr nō intēdo ea repetere: sed ad prędicta remittere. Igit̄ scd'm opinionē illam q̄ ponit materiā ejusdē rōnis in corpibus cœlestib⁹ & elemētarib⁹: quā sequunt Beda. & Stra. est exponēda sic litera: In principio creauit deus cœlū. s. empyreū, quod sparim factū: angel⁹ est repletū. & dicit empyreū à πῦρ quę est ignis: nō quia sit de natura elemētari, sed mentari, sed quia cōuenit cum igne in splendore: sicut & cœlū crystallinum dicit aqueū, quia cōuenit cū aqua in diaphaneitate, vt prę dictū est. Et est cœlum empyreū secundū istam expositionem, locus splēdidus, immobil⁹ & quiet⁹, contēplationi gloriæ aptus. Et terrā id est materiā omniū corporū quę sunt sub empyreo, quæ pducta est sub vna formacōi in gñe subsiāt iç, vtpote corporeitatis: & ppter talē cōitatē noiaſ diuersis noibus, vtpote noie abyssi & aquę. Terra aūt erat inanis & vacua, qa illa materia non erat adhuc p formas speciales distincta. Sequit: Fiat lux. Scd'm istā expositionē Lux prima ista. Lux fuit quędā nubes lucida de supiore parte materiæ cōis prædictę facta à deo, quę motu suo faciebat diē & noctē, vsq; ad quartā diē, in qua factⁿ est sol: verūtamen impfectiori mō q̄ ipse sol. Quia sicut in generatione naturali est pcessus ex impfecto ad perfectum, ita in prima rerū pductione nō propter impfectionē agētis, sed ad ostēdendū ordinē suę sapiētię. ¶ Cōsiderandū tamē q̄ illa nubes lucida non pōt cōuenienter dici eiusdē rōnis cū nubib⁹ quę fiūt in aēre, qa illa erat de natura cœlesti, istæ aūt sunt natura elemētari. ¶ Fiat firmamentū in medio aquarū. Istud fieri hic accipit q̄tū ad formā substātialē, qua de vna parte materiæ pri⁹ productę sub forma cōi factum est firmamentū scd'm formā specificā cœli siderei. In qua pductione intelligunſ etiā producti orbes septē planetarū, qui sub noie firmamēti cōprehenduntſ. De pte aūt supiore illius materię cōis factū est cœlū crystallinū q̄tum ad formā substantialē scd'a die, sicut de firmamēto dictū est. Et significat p aūs quę sunt sup firmamentū propter cōuenientiā cū aqua, vt prædictū est. Sub firmamēto aūt put cōprehendit orbes septē planetarū, remānsit materia cōis ex qua facta sunt elemēta tertia die: quę materia designat noie aquę, vt prædictū est. & sic patet quō scd'a die factū est firmamētū in medio aquarū. inter cœlū crystallinū & materiā elementorū, & sic patet litera. ¶ Dixit verò de⁹: Cōgregent aquę. Hic ponit opus tertiæ diei, in quo distincta sunt elemēta p hoc q̄ ex illa pte materię quę remanserat adhuc sub forma cōi, vt prædictū est, facta sunt elemēta in suis formis substātialib⁹ & pprietatibus cōsequētib⁹. In terra etiā facte sunt aliquę cōcauitates diuina virtute, in quibus receptis aquis, apparuit pars terrę discoopta, & sic appuerunt elemēta in suis locis distincta. ¶ Dixit aūt de⁹: Fiāt luminaria. Hic describit opus quartę diei, & intelligit hic, fieri luminarū, q̄tum ad suas formas substātiales specificas. & scd'm istā expositionē sol factus est de illa nube lucida prædicta, quę tribus diebus præcedētibus fecit diē & noctē motu diurno. ¶ Nec valet qd' cōtra hoc obicit frater Thomas prima parte summę suę dicēs, q̄ non pōt cōuenienter dici, q̄ in prima rerū pductione aliquid sit pductū satis citò corrūpendū: ex quo cōcludit incōuenienter dici solē factū ex illa nubecula: qa sic fuisset corrupta. Nō em corrūpit, propiè loquēdo de corruptiōe, scd'm pfectā eius rationē qd' trāsmutaſ in melⁱ⁹, vt dicit. ⁱ. li. de generatione: sicut nō dicunſ elemēta pprie corrūpi, quādo ex eis fit corp⁹ mixtū: qa corruptio pprio mō dicta est via ad defectū: hic y⁹ ò ad pfectū. Illa aūt nubecula erat quid impfectū respectu sol⁹. Ipse etiā Tho. incidit in id qd' reprobat: qa in opere quintę diei dixit q̄ aues & pisces factę sunt ex q̄tuor elemētis, licet in textu solū noiet aqua, qd' nō potuit fieri nisi p corruptionē formarū elemētariū mō prædicto. Alia aūt luminaria cœli luna & stellę dicunſ facta quarta die quātum ad suas formas especificas ex aliq̄ pte suorū orbiū: sit & patet lra scd'm istā expositionē. Cętera aūt quę in hac expositione nō sunt tacta, exponanſ sicut dictū est in alia expositiōe. ¶ His dictis soluēdę sunt rationes quę sunt cōtra istā expositionē. Ad rōnē cōmētatoris cū dicit: materia substātiaſ p suū posse. Dicēdū q̄ verū ē, si accipiaſ posse ei⁹ vel potētia prout est in genere substātię. & sic talis potentia non est aliud q̄ ipsa essentia materiæ, circūscripta omni forma: & hoc mō accepta est in potētia ad esse sub forma quacūq; quantū est de se: & sic materia cœli est in potētia ad formā elemēti, & ad nō esse formę cœli: sed ista potētia nō est reducibil⁹ ad actū nisi p agens qd' immediate attingit materiā scd'm suam essentiā, qd' est agēs diuinū. Sed si accipiaſ potētia ppinqua. s. reducibilis p agens naturale vel creatū, sic nō est in potentia vt trāsmutetur de forma ad formā, nisi prout subest qualitatibus actiuis & passiuis cōtrariis. & ideo materia quę est sub forma corporis cœlestis, nō est sic in potētia ad non esse suæ formæ, & ad esse alterius: quia non subest talibus qualitatib⁹, vt supra dictū est. Rationes aūt illius opiniōis quę ponit materiā in corpib⁹ cœlestibus, tamē alter⁹ rationis, cōcedendæ sunt scd'm istā expositionē inquantū ponit materiā in corpibus cœlestib⁹: sed inquātum dicit eam alter⁹ rationis: qd' non probat, negāda est: & ratio negationis patet ex prædictis. a ¶ Dixit etiā deus. Hic describitur opus quintæ diei, in qua ornata sunt elementa media,

scilicet aēr &

Quæstio.

Mystice.

Moralit.

Mystice.

Ridicula doctorū hebręorū opinio de luna.

Expositio tertię opinionis.

Quō materia substantiaſ pfuum posse.

E communē ſupradictū. Sc̄ſo hoc idē patet ex doctrina ſeu mō loquēdi apſorū, quibus ſenſus ſacrę ſcripturæ pfectius fuit apertus: iuxta illud Lucę. xxiij. d. Apperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Hi em̄ circa articulū creatiōis mundi nihil amplius expreſſe runt fuiſſe à deo creatū, niſi cœlum & terrā: dicentes in ſymbolo: Credo in vnum deū creatorē cœli & terræ. Vbi manifeſte tangūt doctiſſimi in ſcripturarum intelligentia nos docēt, q̄ in hoc quod „ pfitemur deū creaſſe cœlū & terrā, cuncta cœleſtia & terrena: à deo fuiſſe creata teſtamur. Nullus em̄ ſani intellectus diceret, q̄ apoſtoli articulū creationis mūdi imperfecte tradidiſſent. In ſymbolo aūt patrum hęreſibus inſurgētibus ſpecaliter Manichęorum: qui dicebant vnum deū eſſe bonorū, & alium malorū, & aliis ſimilib⁹ fuit additū in hoc articulo, de creatiōe mūdi, quaſi exponendo viſibiliū omniū, & inuiſibiliū: ad denotandū q̄ in hoc quod dicit in primo ſymbolo: Creatorē cœli & terræ, intelliguntur cœleſtia & terreſtria, nō ſolū viſibilia, ſed etiā inuiſibilia. Sc̄ſm igit hanc expoſitionē cōſonā veritati, tāq̄ fundatā in planiori & cōiori mō loquendi apſorū & pphetarū, nō reſtat locus inquirendi de quo cœlo ſcriptura hic loquit, cū nō ſolū de cœlis quibuslibet, ſed etiā de quibuſcunq; rebus cœleſtib⁹ creatis, ſicut de angelis intelligi debeat. Similiter non eſt inquirendū de aere elemētari, vel igne in qua pticula ſacræ ſcripturæ in hoc loco ſp̄aliter intelliganť, cum nō ſolū de terra elementari, ſed de tota natura generabiliū & corruptibiliū i primis ſex diebus creatorū ſeu „ productorū intelligit, cū dicitur: Creauit deus terrā. Circa ſenſum verō ſecundariū ſeu vlteriorem ad ſenſum literalem pertinentem huius verbi: In principio creauit deus cœlū, & terrā, multa tradunt à ſcris doctoribus & aliis quodāmō inenarrabilia: inter quę videt expoſitio ſcti Thom̄. in prima parte. qō. xlvj. arti. iij. in cor. q. cōpēdioſa & recta lię & oīoni cōſonās. Dicit em̄ ſic q̄ hoc dictū: In princ. crea. deus &c. tripliciter exponit ad excludendū tres errores. Quidā em̄ poſuerunt mūdū ſemp fuiſſe: & tempus nō habere initiū, & ad hoc excludendū exponitur in principio. ſ. temporis. Quidā vero poſuerūt duo eſſe creaturarū principia, vnū bonorū & aliud malorū. Et ad hoc excludendū exponit: In principio. i. in filio: Sicut em̄ principiū effectiuum appropriat propter potētiā patri, ita principiū exēplare appropriatur filio „ pter ſapientiā: vt ſicut dicit: Omnia in ſapiētia feciſti, ita intelligatur deum omnia feciſſe in principio. i. in filio: ſc̄ſm illud Apoſtoli ad Colo. j. b. In principio. i. in filio cōdita ſunt vniuerſa. Alq vero dixerunt corporalia eſſe creata à deo mediantibus creaturis ſpiritualibus, & ad hoc excludendū dicit: In principio creauit de⁹ cœlū & terram. i. ante oīa: Hæc ille. Quæ quidē tres expoſitiones intelligendæ ſunt nō diſiūctiuè, ſed copulatiuè, ſic. ſ. q̄ ſcriptura in hoc loco intendit quemlibet iſtorū trium errorū excludere, & non vnū eorum tantū. Si em̄ diſiunctiue intelligerent iſtę expoſitiones: tūc non excluderet pluſq̄ vnus error, & forte nullus: quia ex vna propoſitione tres cauſas veritatis habente, ex qualibet earum non poſſet concludi veritas vnius cauſę earum determinante. Sed videndum eſt, quomodo quęlibet illarum trium expoſitionum ex litera ſane intellecta cōſurgat, vt ſic quęlibet illarū dicenda ſit literalis. Ad q̄ ſciendū q̄ cū hæc dictio principiū communiter intelligat relatiue reſpectu principiati: idcirco in ſacra ſcriptura cōmuniter vbi principiū ſeu initū legit: in eo dē cōtextu adiungit aliud, ſignificans illud reſpectu cuius dicit tale principiū ſeu initiū, ſicut dicit infra Gene. x. b. Fuit principium regni eius Babylon: vbi in hoc q̄ adiungit regni eius, exprimitur reſpectu cuius dicitur principium: & ſic cōiter in alīs locis. Cuius ratio eſt. Nam niſi ſic exprimeretur, remaneret quaſi ignotum, quid ſignificaret p illud principiū niſi ſubintelligeretur ex præcedētibus ſeu ſubſequētibus immediate adiunctis. Et quia in hoc loco nō exprimitur determinante in litera ad quid refertur hoc quod dicit: In principio, ſed quaſi abſolute notat, oportet q̄ referat ad illud q̄ ſibi adiungit. Vnde primo occurit referēdum ad hoc quod dicit ſtatim: Creauit. i. in principio creatiōis, ſeu in principio illius quod creauit, & ſic intelligunt multi doctores hebrēorū, ſicut Rabbi Abēhazra, & Rabbi Sālo. & alī. Et iſte modus loquendi concordat cum tertia expoſitione prædicta, ſecundū quā intelligitur, in principio. i. ante oīa: vt prędictum eſt. Secundo referri poſſet ad hoc quod ſubditur: Deus, ſic q̄ intelligatur hoc principium eſſe aliquid cum quo ſeu per quod deus fecit omnia, quod conuenit filio, ſicut cum dicitur: Omnia in ſapientia feciſti: & ſic intelligit Ra. moy. gerundeī. quōd per hoc quod dicitur: In principio, ſignificat aliquod ptinēs ad naturā diuinā: licet hoc quaſi balbutiēdo exprimat: & hoc cōcordat cū ſecūda expoſitiōe prędicta. Tertio poſſet referri hoc quod dicit in principio: ad hoc q̄ dicit cœlū & terrā, quæ ſunt res ſucceſſiōi ſubiectæ: & ſic intelligit expoſitio. ſ. in principio tēporis, hoc eſt in primo nūc, quod pcedit oēm ſucceſſionem temporum: vel omnium rerum cœleſtium & terreſtrium ſucceſſionē. Quarto poſſet referri hoc quod dicitur: In principio

Sc̄ſarius ſenſus.

Principia rerum.

Principiū i ſcriptura.

Pſal. 103. c.

F

G

Vlterior ſ. ſus literalis.

H

Conueniētia Hebrę orū cū Chriſtianis.

principio ad totum proceſſum primeuę creationis ſeu productiōis rerum, qui in hoc cap. Gene. primo, cōtinet, vt ſic intelligat: In principio creauit deus. i. in primis ſex diebus: de quibus agit in toto „ proceſſu huius capi. Creauit deus cœlū & terram: & ſic intelligit Chryſoſt. vt prędictum eſt: & quia abſolute & ſine aliqua expreſſa determinatione dicitur hic in principio: id circo referendum eſt ad literā ad omnia ſignata per quatuor modos prędictos: inquātū quilibet eorum ex adiacentia ſeu continuatione literæ intelligitur: vt dictū eſt. Item attendendū, q̄ ſecundū vlteriorem ſenſum literalē ex hoc q̄ dicitur: In principio creauit deus cœlū & terrā, intelligitur ad literam ſc̄ſm hebraicā veritatē pluralitas in diuinis, prout magiſter allegat in. j. parte: diſtin. ij. quod patet ex hoc, nam vbi nos dicimus deus, hebraica veritas habet elohim, quod eſt plurale huius nominis ſingularis hel. & ſic exponit in hoc loco expreſſe Rabbi Abenhazra: licet ex hoc non veram concluſionem eliciat, ſed extortam. Vult autem intelligi, q̄ hoc non non ſignificat pluralitatem in diuinis: ſed pluralitatem virtutum ſeu potentiarum ab eo procedentium in cuius ſignū allegat ipſe & ſui ſequaces, q̄ in ſcriptura qñq; etiam iudices dicuntur elohim, propter eorū virtuoſam potentiam in iudicando. vt Exo. xxij. d. vbi dicitur, Diis non detrahes, & principi populi tui nō maledices. Sed hæc cauillatio eſt valde irrationabilis, quod patet ex duobus. Primo enim hebrei nobiſcum cōueniunt in articulo creationis mūdi, preſertim in hoc q̄ ſolus deus mūdum creauit, & eum immediate produxit, intantū q̄ ipſi tradūt angelos fuiſſe creatos in feria ſecunda, ne ſi in prima fuiſſent creati, crederetur de angelis q̄ fuiſſent cooperatores dei in mundi creatiōe. Si igitur hoc quod dicitur elohim, intelligatur de virtutibus procedentibus à deo, aut tales virtutes ſunt aliquid creatum, aut quid increatum. Si primo modo, ſequitur quod aliud quod non eſt deus, creauit mundum, vel ſaltem cooperatum eſt in creatione mūdi. Si ſecundo modo, ſequit quod in diuinis eſt aliud increatum à deo procedens, quod eſt intentum. Nam cum deus etiam ab illis concedatur eſſe ſumme ſimplex, quicquid eſt in deo deus eſt. Sec̄ūdo hæc cauillatio videtur irrationabilis ex eo, quod Moyſes pręcipue intendebat informare populum de vnitate dei & excluſione pluralitatis deorum. vt cum dicitur Deuter. vj. Audi Iſrael, dominus deus vnus eſt: & Deutero. xxxij. f. Videte nunc quod ego ſum, & non eſt alius deus mecum: & ſic de multis aliis. Cū igitur Moyſes diſſet: Creauit elohim, manifeſte dediſſet occaſionem credendi populo pluralitatem quam intendebat excludere ſecundum eos etiam potius debuiſſet dicere hel, quod nullam pluralitatē ſignificat, & ex quo nullum inconueniens ſequeretur. Item quod allegat pro parte ſua quōd quandoq; iudices vocantur elohim, hoc manifeſte facit contra eos: nam vbi elohim accipitur pro iudicibus ſeu diis opinatiuis vel falſis, ſemp cōſtruit cū verbo, vel adiectiuo plis numeri. vnde Exo. xxij. b. vbi dicit. Ad deos vtriuſq; cā ꝓueniat. ponitur ibi elohim: & ſtatim ſequitur ibi verbū plurale ſic. ſ. & ſi illi iudicauerint. Et in Pſal. lxxxij. b. Omnes dii gentiū dęmonia, vbi dicitur elohim: & tamen ibi non dicitur dęmon ſed dęmonia. Sīr in pſal. xcv. b. vbi dicit, ego dixi elohi eſtis. i. diī: nō dicit: Ego dixi elohim es, & ſic de multis alīs: ſed i hoc loco, & in alīs vbi elohim potur pro vero deo, ſemper adiungitur verbum ſingularis numeri. Non enim dicitur hic: In principio creauerunt dii, ſed creauit: q̄ quidem verbum ſubſtantiuum. ſ. fuit creans, ad denotandā vnitatē eſſentiæ. Ex quibus patet manifeſte, quod Moyſes intendit inſtruere populum ſpecialiter quantum ad doctos, quod in deo qui cœlum & terram creauit, eſt pluralitas perſonarum, inquantum dixit elohim. Similiter & vnitas ſecundum eſſentiam, inquātū dixit creauit, & hoc notanter inſinuat Moyſes in prima propoſitione totius ſacræ ſcripturę, in qua continet articulus creatiōis, vt innueret hoc myſterium in primo exordio fidei eſſe attendendum. Quod autem hæc pluralitas attribuenda ſit perſonis ſeu ſuppoſitis, habetur etiā ſecundum ſenſum literalem vlteriorē in hoc loco, vbi innuitur aliqua inſtructio de diuinis perſonis. Nā cū dicit: In principio, intelligitur in filio, cui attribuitur cauſalitas creationis per modum cauſæ exemplaris, vt dictum eſt: & per conſequens cum dicitur deus, intelligitur pater, cui attribuitur cauſalitas creationis per modum efficientis. Cum autem dicitur: Spiritus domini ferebatur, intelligitur perſona ſpiritus ſancti, prout plenius declarabitur infra. Nō tā eſt intelligendum, q̄ creare ſit proprū alicuius ꝑſonę diuinæ & nō cōmune toti trinitati, hoc enim eſſet erroneū: cū omnia opera trinitatis ad extra ſint indiuiſa, ſed quia deus eſt cauſa rerum per ſuum intellectum & voluntatem, ſicut artifex rerum artificiatarū. Artifex autem per verbum in intellectu cōceptum, & per amorem ſuæ voluntatis ad aliud relatū operatur, vnde ſimiliter deus pater operatus eſt omnem creaturā per verbum ſuum quod eſt filius, & per ſuum amorem qui eſt ſpiritus ſanctus, & ſc̄ſm hoc „ pceſſiōes perſonarum ſunt rationes productionis creaturarum inquantum in-

cludunt

A cludunt eſſentialia attributa quæ ſunt ſcientia & voluntas, vt patet in prima pte.q.xlv.ar.vj.Sequitur litera. ¶ Terra autem erat inanis &c. Vbi Moyſes poſtq̃ ſummarie tradidit totũ opꝰ diuinum circa creationem mũdi in primis ſex diebꝰ ſucceſſiue productum:hic explicat illud per particularia.Circa quod primo oſtẽdit ſtatum ſeu conditionem quarũdam rerum creatarum in prima ſui creatione ſeu productione.Secundo procedit ad alia quę creata ſeu ꝓducta ſunt in prędictis ſex diebꝰ ſucceſſiue,ſecunda ibi: Dixitq̃ deꝰ,fiat lux. ¶ Circa primum ſciendũ,quòd cũ Moyſes rudi populo loqueretur,vt omnes doctores tenent, qui non ſolum ſpiritualia veraciter non capiebant,ſed etiam de corporalibus illa communiter tantum apprehendebant,quæ viſui corporali ſubiacent,vt in prima parte.q.lxvij.articulo.iiij.Idcirco licet in generali viſibilia & inuiſibilia cœleſtium & terreſtriũ creaturarũ ſub quodam ſummario(vt dictũ eſt)cõprehẽdat,attribuẽs eã diuinę creationi,ita vt nihil in rerum natura excluderetur à creatione dei: loquẽs tamen poſtea in particulari,vt imbecillitati rudium ſeu ſimplicium audientium condeſcenderet,prętermiſſis inuiſibilibus tam cœleſtium q̃ terreſtrium, de viſibilibus tantum mentionem facit: vnde de cœleſtibus prętermiſit empyreum & angelicam naturam: & de terreſtribus prętermiſit duo elemẽta:ſcilicet aerem & ignem, eò quod non ab omnibus percipiuntur.Multi enim etiam philoſophorum elemẽtum ignis nõ cognouerunt vſq̃ ad tẽpus Ariſtotelis.Similiter & aerem nihil dicebant:adeo vt loca plena aere vacua exiſtimarent.vt.iiij.Phyſi. ¶ Vnde in prima rerũ ꝓductiõe de tribus viſibilibus principaliter facit mentionẽ:ſcilicet de infimo fundamento vniuerſi ſenſibilis,& de ſummo tecto eius,& de quodam medio inter vtrunq̃,quæ ſunt principales partes integrales cuiuſcunq̃ edificij,quorum duo ſe habent ad totum vniuerſum viſibile,ſicut centrum & circunferentia ad corpus ſphericum,quæ complent totam eius rationem plaſmaticam.In quo quidẽ ſcilicet corpore ſpherico,cẽtrum ſe habet vt fundamentũ,& circunferentia ſicut ſummũ tectũ,& alia inter vtrũq̃ cõtenta ſe habent vt medium inter vtrũq̃,ſ.inter centrum & circunferentiã.Primum oñdit cum dicit:terra autẽ.Terra eñ ſecꝰm philoſophos & aſtronomos ſe habet ad vniuerſum corpale:vt cẽtrũ.Secꝰm autẽ & tertiũ oſtẽdit,cũ B dicit.Super faciem abyſſi. Abyſſus eñ ſecꝰm grãmaticos multitudinem aquarum impenetrabilẽ ſignificat,quæ quidẽ impenetrabilitas ideo poteſt intelligi nõ ſolum ex magna eius ꝓfunditate, ſed etiã ex hoc q̃ ex eius confuſione nõ põt abyſſus penetrari, per quod intelligit aqua elemẽtaris quę ante eius cõgregationẽ in vna ꝑmixtiõe cõfuſa erat cum alijs duobꝰ elemẽtis,ſ.aere & igne.Prout magiſter ponit in.ij.li.diſt.xij.quod totum vocatur abyſſus ſecꝰm æſtimationẽ ſimpliciũ ſeu rudiũ, quibus loquebatur: qui aerẽ & ignem elementarem propter eorum inuiſibilitatẽ(vt dictũ eſt)non percipiunt:Quæ quidẽ abyſſus totam terram vndiq̃ cooperiebat & vſq̃ in altũ porrigebat,quouſq̃ nunc ſummitas corporeæ naturæ ꝑtingit:ſicut q̃buſdã videt,ꝑut magiſter ponit diſtinc. ſupradicta.Intelligat tamen hæc ſummitas naturæ corporeę circa cœlum cryſtallinum,quod per ſuperficiẽ abyſſi intelligendũ eſt. & hoc eſt primum corpus mobile,quod ſe habet ad omnia corpora naturalia,ſicut ſuperficies ad corpus ſphericũ,quæ totã eius ſoliditatẽ cõtinet.Vnde notandũ eſt,q̃ nõ dicitur ſcriptura:tenebrę erãt in terra.nec in abyſſo,neq̃ ſupra abyſſum, ſed ſupra faciẽ abyſſi. Cuius ratio eſt.Nã illa multitudo aquarũ impenetrabilis & profundiſſima in prima ſui productione erat turbida:& quaſi opaca ex eius cõfuſa permixtione ſeu cõpoſitiõe,intãtũ q̃ nõ erat capax lucis,ſicut nec terra,& ſic nõ erant in terra nec in abyſſo tenebrę proprie loquẽdo,ſicut nec in ligno dicit eſſe cæcitas licet non videat, ſuper faciem abyſſi,quod eſt primum mobile(vt dictum eſt)ex ſua pura & impermixtibili natura eſt diaphanum,& fuit ſemper capax lucis ſed quia nondum lux facta erat,ideo proprie loquẽdo tenebrę erãt pro tunc ſupra faciem abyſſi.i.in primo cœlo mobili.Cõuenienter igitur in primordiali rerum viſibilium productiõe fit expreſſa mẽtio de terra quod eſt cẽtrũ & quaſi fundamẽtum vniuerſi ſenſibilis & de circunferẽtia,quod eſt ſummum tectum ſ. primum mobile eo modo quo dicit.Eſai.xlviij.c. Manus eñ mea fundauit terrã,& dextera mea mẽſa eſt,cælos tetẽdit cœlos.Et loquit̃ ad modum formãtis circulum cum circino,qui primo ponit vnũ pedẽ in centro q̃ eſt fundamentum:& alium tẽdit circunducẽdo circunferentiã.Sequitur in litera: ¶ Spiritus domini ferebatur ſup aquas: quæ quidẽ verba ꝓprie & notabiliter exponuntur à Hiero.de hebraicis queſtionibꝰ vbi ſic dicit:Pro eo q̃ in noſtris codicibus ſcriptũ eſt:Spiritus domini ferebat:in hebrẽo habetur מְרַחֶפֶת Meraheꝑhet,qđ nos appellare poſſumꝰ incubare,in ſimilitudinẽ vocucris ouũ calore animantis.Ex quo intelligimꝰ nõ de ſpiritu mundi dici,vt nonnulli arbitrant,ſed de ſpũſctõ, qui & ipſe viuificator omniũ à principio dicit,de quo Pſalm.ciij.d.Emitte ſpiritũ tuũ & creabuntur

Intentio Moyſi.

Abyſſus

Nota.

creabuntur:Hæc ille.Quę quidem viuificatio põt rectè intelligi ſecundũ motum primi mobilis.Nam motus ſecꝰm philoſophũ.viij. phiſi.eſt vita rerum naturaliũ:& cũ inter oẽs motus rerũ naturaliũ motus primi mobilis ſit primꝰ & ꝓcipuus, & à quo oẽs motus corporales regulant̃ & mẽſurant̃ tanq̃ à prima omnium motuum mẽſura,& à deo tanq̃ à primo mouẽte principaliter cauſatus. Idcirco in primordio creationis rerum naturaliũ: de hoc primo motu tanq̃ de vita rerũ naturalium fit mentio attribuẽdo ipſum motum deo in perſona ſpũſancti,cui appropriatũ eſt viuificare.Et ex hoc tollit̃ quędam incõuenientia quę quodãmõ animũ pulſant.ſ. q̃ inter primo creata fit mẽtio de tpe cum dicit:Dies vnus,dies ſecundus,& hmõi.Sed de motu nulla videt̃ fieri mẽtio,cum tamẽ motus ſit prior ipſo tẽpore naturaliter.Vnde ſecꝰm prædictã expoſitionẽ prędicta tollitur incõuenientia,quia de motu fit mẽtio anteqũ de tẽpore,vt patet ex prędictis. ¶ Sed cõtra ꝑdicta q̃dã dubia breuiter poſſunt moueri inquiſitiue,ex quorum ſolutiõe veritas magis elucidatur.Primũ:Poſſet rõnabiliter quęri prout Auguſtinꝰ. quærit ſuper Geneſim,ad literam.Cur non ſcriptum eſt: Dixitq̃ deus fiat terra,& facta terra eſt.Fiat aqua ſeu abyſſus & factum eſt,ſicut dicit de luce & de firmamẽto & hmõi.Secundo poteſt quęri:Si abyſſus hic accip̃t vt dictũ eſt pro aquarũ multitudine impenetrabili terrã vndiq̃ circundãte,cur nõ hoc proprie declarauit deus dicẽs: Multitudo aquarũ erat ſuper terrã,cũ aqua ab omnibus quãtuncunq̃ rudibus ſit perceptibilis.Et de aqua in hoc capitulo frequenter fiat mentio,nõ autẽ de abyſſo in hoc loco. Tertiũ:Si facies abyſſi accipitur in hoc loco pro primo mobili,vt dictũ eſt, cur ſtatim ipſum nominat aquas cũ dicit: Ferebatur ſuper aquas,ſecꝰm iſtam expoſitionem.Quartũ:Cũ ſpiritus domini ſeu ſpũs dei: pluries in ſacra ſcriptura accipiat̃ pro aere ſeu vento,vt in Pſalm.cxlviij.b. Flauit ſpiritus eius & fluẽt aquæ,& in alijs: vnde ergo cogimur vt in hoc loco accipiat̃ ꝓ ſpũſctõ,vt dictũ eſt. Quintũ:Si ſpũſanctꝰ deꝰ in hoc loco accipitur ꝓ ſpirituſctõ vt dictum eſt, cũ ſpũſanctꝰ ſit deus.inconuenienter dicitur q̃ ferebat̃ ſuper aquas, cũ deo nõ cõpetat localiter ferri nec ſitum habere. ¶ Ad primũ igit̃ dicendũ q̃ ex verbis Auguſt.vbi ſupra,apparet q̃ in hoc quod dicit: Terra erat inanis & vacua,& tenebræ ſup faciẽ abyſſi,intelligit̃ materia omnis informis.Dicit eñ in.xij.confeſſi.Quid enim in omnibus mũdi partibus reperiri põt ꝓpinquius informitati omnimodæ quam terra & abyſſus:Et infra ſubdit.Illud autem totũ † ꝓprie nihil erat, quoniam adhuc omnino informe erat:Hæc Aug.Ex quo patet,q̃ ſecꝰm ipſum ideo prętermiſſum eſt dicere:fiat terra ſeu abyſſus.Similiter & factũ eſt ita,& vidit deus q̃ eſſet bonũ, ſicut dicit in alijs: ꝓpter informitatem omnimodã materiæ quæ in prędictis verbis ſignatur,& eſt ratio,quia cum dicitur:Dei peꝛfecta ſunt opa,vt Deute.xxxij.a.Ideo incõueniẽter de natura omnino informi diceretur: Dixit deus,fiat hoc.Similiter & vidit deus q̃ eſſet bonum.Ambroſius aiũt & alij ſancti doctores nõ concordãt cũ Auguſtino in hoc ſcilicet q̃ cum dicitur:Terra autem erat inanis & vacua, intelligat̃ materia informis,ſed ipſum elemantum terræ:Secũdum quos ſanctos doctores aliter ab Auguſtino opinantes dicendum eſt, quòd alię tres informitates attribuunt̃ creaturæ corporali in primordio producto,propter quas non decebat vt de creatura ſic informi dicere fiat &c. Vel: vidit deus qđ eſſet bonum,& huiuſmodi:decerat enim corpori diaphono.ſ.primo mobili pulchritudo lucis.vt de dicit̃ q̃ tenebræ erant ſup faciem abyſſi.Decrat etiam terræ duplex pulchritudo:Vna quã habet ex hoc quod eſt aquis cooperta, & quantum ad hoc dicit̃ q̃ terra erat inanis.ſ.inuiſibilis.Alia vero quam habuit cum nõ eſſet ornata herbis & plantis;& ideo dicitur q̃ terra erat vacua.Vnde in hoc loco Moyſes intẽdit exprimere informitates creaturæ corporalis tam cœleſtis quam terreſtris in primordio ꝓductæ, & ideo non oportebat in hoc loco dicere.Dixit deus,fiat terra & huiuſmodi,ſicut in alijs creaturis, quæ in prima ſui productione tales informitates minime habuerunt. Si autem contra hoc dicatur,q̃ lux in prima die facta etiam videtur imperfecta ſeu informis reſpectu lucis luminarium,quod patet ex excellentia ꝓprietatũ luminarium quæ in opere quartæ diei exprimuntur, quæ non pertinent ad lucem in prima die factam vt infra patebit, & tamen de ipſa luce dicitur: Fiat lux &c. & vidit deus lucem qđ eſſet bona:& ſic ſimiliter potuiſſet dici de terra,non obſtãtibus informitatibus prædictis. ¶ Ad hoc dicendum,q̃ lux in prima die facta licet non eſſet ita ꝑfecta ſicut lux ſolis, habebat tamen perfectionem ſibi pertinentem quantum ad illud pro quo facta fuit,ſcilicet diuiſionem noctis & diei,vt patet in litera.Sed terra fuit facta à deo ad hoc vt habitaretur ab animantibus iuxta illud Eſai.xlviij. c.Non in vacuum creauit eã:ſcilicet terram,ſed vt habitaretur &c. Et quia hæc perfectio ad quam ordinata eſt terra ſibi deerat in primordio ſuę creationis.Idcirco non erat conueniens vt de ea dicerentur verba prædicta quæ de alijs creaturis,quæ in prima ſui productione

C

Quæſtio.

Auguſt.rñ.

† prope D

Ambr. rñ.

Duplex pulchritudo terræ.

E ductione perfectiones ad quas producẽtę ſunt attigerunt. Idem de abyſſo dicendum:quæ propter eius commixtionem confuſam ſupradictam,nõdum habebat perfectionem ſufficientem ad producendum generabilia. Superficies autem abyſſi in hoc loco nõ intelligitur per ſe niſi reſpectu ipſius abyſſi cui⁹ dicitur eſſe ſuperficies: & ideo non oportebat vt de ipſa ſuperficie fieret mentio ſeorſum in huiuſmodi creatione.Vtrum autem ex autoritatib⁹ ſanctorum,& ſpecialiter Baſilij,Ambroſij & Chryſo.intelligatur q̃ omnimoda informitas materiæ tempore præceſſit formationem eius,omitto cauſa breuitatis: vide tamen in prima par.q.xlvj.arti cu.primo veritatem hui⁹ quæſtit à ſancto doctore determinatam.

Rñſio ad ſecũdã quę ſtionem.

¶Ad ſecundum faciliter reſpondetur ex dictis:Abyſſum enim hoc loco non nominat aquam ſolam,ſed aquam cum aliorum elementorum permixtione confoſſam , vt dictum eſt:prætermiſit tamen expreſſam mentionem de alijs elementis cum aqua permixtis,propter ruditatem eorum quibus loquebatur,qui pro maiori parte ea quæ non ſubiacent viſui non cognoſcebant, vt iam dictum eſt.

Reſponſio ad tertiam queſtionẽ. Primum mobile no minatur diuerſimode

¶ Ad tertium dicendum quòd primum mobile in hoc loco nominatur diuerſimode propter diuerſitatem eorum quæ ſibi competunt de quibus in propoſito agitur. Competit enim primo mobili,omnia corpora naturalia & mobilia continere,ſicut ſuperficies corpus continet cuius eſt ſuperficies: & ex hoc nominat facies abyſſi id eſt ſuperficies abyſi,de qua continentia hic eſt agendum tanq̃ de loco vniuerſali omnium corporum naturalium,cõpetit etiam ei diaphaneitas ſecundum ſuę naturę puritatem. Similiter & prima mobilitas corporalis,de qua diaphaneitate in hoc loco eſt agendum tanq̃ de prima capacitate lucis, quæ quidem lux in corporibus primum locum tenet ſecundum Auguſt.de li.arbi. Similiter & de prima mobilitate eius hic eſt agendum,tanq̃ de prima vita vel de primo effectu vitæ corporum naturalium . quæ

F duo,nulli earum creaturarum(de quibus ſcriptura mentionem facit)inter primo creata ſic competunt ſicut aquis. Aqua em̃ inter viſibilia corpora maxime eſt obediens motori,& eſt perſpicua. Et hæc eſt ratio quare primum mobile in hoc loco his diuerſis nomin⁹ appellat. Hęc expoſitio de primo mobili & de primo motu videtur rationabilis,conſiderando quòd in prima rerum productione fieri debet mentio de ſummo loco vniuerſali corporum naturalium.Similiter & de primo motu & de primo mobili, & etiã de tempore quæ ſunt menſuræ omnium retum naturalium.

Reſponſio ad q̃rtã q̃ſtionem.

¶Ad quartum,dicendũ q̃d dicere q̃ ſpũs dñi in hoc loco intelligat ꝓ aere elemẽtari eſt valde irrationabiliter dictum propter tria. Primũ, qa ſi in hoc loco ſpũs dñi accipitur pro aere elemẽtari,put Rabbi Moyſes & quidã alij volũt dicere,q̃ ſcriptura in hoc loco noiat q̃tuor elementa.Terrã ſcilicet cũ dicit:Terra aũt.Aquã ỹ ô cũ dicit: Super aquas.Aerẽ cũ dicit:Spũs domini.Ignẽ ỹ ô cũ dicit:Et tenebræ erãt:Et hoc qa ignis vt dictũ in loco ꝓprio nõ lucet:ſecũdum hanc poſitionem nulla eſſet ratio propter quam aer q̃ dicit ſpirit⁹ magis appropriaretur ſic deo,vt nominaretur ſpũs domini,q̃ elementum aquæ ſeu terrę vel ignis,quorum nullum in hoc loco tali modo noiatur,vt dicatur : aqua domini:terra domini. Secũdũ, qa vt ex ſerie lirę patet,ſpũs domini de q̃ hic agit,ferebat ſuper aquas ante earũ diuiſionem:quæ facta fuit ſecũda die per firmamentum: diuidẽs aquas ab aquis,& ſic ferebatur indiſtincte ſuper aquas, nõ ſolum inferiores,ſed etiam ſuperiores:nulla enim diſtinctio aquarum legitur in prima die.Ex quo ſequitur quod huiuſmodi ſpiritus adhuc facta diuiſione,ferretur ſuper aquas ſuperiores:cum in ſcriptura nulla fiat mẽtio de hoc quod huiuſmodi ſpũs domini cõgregaretur ſeu attraheretur ad hoc vt poſt aquarũ diuiſionem ferretur ſuper aquas inferiores tm̃:quod tamen eſſet valde incõueniẽs & contra mentem Ra.moyſi,& aliorum ſequentiũ,qui ſpm̃ in hoc loco dictum accipiunt ꝓ aere elementari tm̃,cui nullo modo conpetit eſſe ſuper aquas,q̃ ſuperiores ſunt cœlo ſidereo.Tertium qa vt ex predictis patet,Moyſes in toto proceſſu ſex dierum nunq̃ nominauit aerem:etiam in loco vbi fuiſſet congruum aerem nominari,ſicut cum dicit,producant aquę volatile ſuper terram,vbi congruum fuiſſet dicere:producant aquæ & aer:ſimiliter & dicere,vt volitent in aere,& non ſolum ſub firmamento,cum volucres pro maiori parte participant naturam aeream plus quam aqueam ,vnde in aere viuunt & nidificant pro maiori ſui parte, vnde earum volatus principaliter ad ornatum aeris pertinet:vt dicit Magiſter ſenten.diſt inctio.decimaquinta.Et tamẽ in hoc loco nullam mentionẽ facit de aere propter eius inuiſibilitatem,& propter imbecillitatem:vt ſupra dictum eſt.Non enim dicit de auibus,vt volent in aere ſeu in ſpiritu , ſed ſuper terram & ſub firmamento cœli,prætermittens totaliter nominationem aeris.Vnde eadem ratione cum hac dicitur:Spũs domini,nõ eſt intelligendũ de aere,de quo nunq̃ fecit mentionem in ꝓceſſu ſex dierum,vt dictũ eſt. Si autem contra hoc dicat q̃d ſit ſpũs domini,non põt hoc intelligi de aere ꝓpter eius inuiſibilitatem,eo q̃ ille ppl's inuiſibilia nõ perpiebat, ſequeret C à fortiori:q̃ nõ debet intelligi de ſpũſancto, q̃ incõparabiliter eſt magis inuiſibilis oculis corporalibus,q̃ aer cum,ſit penitus incorporeus & immaterialis.Ad hoc dicẽdũ q̃ quãtũcũq̃ populus ille rudis fuiſſet & incapax ſpũalium,nihilominus neceſſe erat vt eis ꝓponeretur primo,& ſupponerẽtur quædã penitus inuiſibilia,ſicut deum eſſe,quia ſine hoc inuanũ inſtruerẽtur de fide,ſecundum quã accedenti ad deũ,oportet credere qa eſt,vt ad Heb.xj.b. Similiter licet anima humana ſit inuiſibilis de ſui natura:tamen proponẽdũ erat eis de ea inquãtum ſecundum illam principaliter hõ eſt capax remunerationis diuinæ quod eſt principium in his quę credibilia traduntſ. Vñ apls cũ dixiſſet:Accedentẽ ad deũ oportet credere, quia eſt,ſtatim ſubiũxit :Et inquirentibus ſe remunerator eſt.& iõ de anima humana circa formationem hois expreſſam ſcriptura fecit mentionem dicens : Spirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ Geñ.ij.b.De inuiſibilibus ergo nulla mentio fit in proceſſu ſex dierum,niſi tm̃ de deo & de anima humana,quorum cognitio ſaltẽ ænigmatica neceſſaria eſt cuicũq̃ fideli:vnde ſpiritus dñi nõ inconuenienter in hoc loco accipitur pro ipõ deo,licet inuiſibilis ſit. De aliis verõ inuiſibilibus quorum cognitio nõ eſt explicite neceſſaria omnibus fidelibus ,ſicut eſt natura angelica, vel aer elementaris & hmõi, ꝑtermittitur mentio expreſſa in hoc loco rõne iã dicta. Si autem obiiciatur de primo mobili quod eſt inuiſibile,& tm̃ ſecũdũ prędictã expoſitionẽ de eo fit mentio,cũ dicit:Super faciẽ abyſſi,vt dictũ eſt.Dicẽdũ q̃ primũ mobile ſatis eſt viſibile per ſuũ effectum q̃ eſt motus diurnus ſolis,& aliorum corporũ cœleſtiũ.¶Notãdũ etiã,q̃ antiqui expoſitores hebręorũ notabiliſſime & cõpẽdioſe ex poſuerunt ꝓdictum verbũ:ſpũs dñi.in illo libro q̃ dicit Bereſchith rabbaa.i.Geneſis magna:vbi ſic habet interrogatorie:Quid eſt q̃d dicit:Spũs domini ferebat ſup aq̃s:Ad q̃ reſpõdet :nil aliud eſt,niſi ſpũs meſſię de q̃ legit,Requieſcet ſuper eũ ſpũs domini ſcilicet Eſa. xj.a.Ex quo dicto manifeſte datur intelligi q̃d ſpiritus domini,hic intelligitur ſpiritus ſanctus qui eſt ſpiritus meſſiæ,inq̃ntum ſecundũ catholicã veritatẽ ꝓcedit à patre & filio,qui quidem filius eſt verus & benedict⁹ meſſias.¶Ad quintum dicẽdum ,q̃ per hoc q̃ in hoc loco dicit,Ferebatur,nõ debet intelligi aliq̃d paſſiue in ſpiritu domini,uec hęc dictio merahephet,q̃d in hebraico ĩ hoc loco ponitur:eſt verbum paſſiuũ,ſed mere actiuũ,ſignificans q̃ ſpũs domini fouebat & viuificabat aquas,ad ſimilitudinem gallinę cubantis: & vitalẽ virtutem his quę fouentur tribuentis,quę quidem viuificatio in hoc loco intelligit per primũ motũ qui eſt pręcipue viuificatiuus corporũ naturalium vt dictũ eſt: vnde ſimile verbũ oino habet.Deute.xxxij.b.vbi dicit:Sicut aquila prouocãs ad volãdum pullos ſuos &c.quod eſt ꝓpria ſimilitudo ad ꝓpoſitum. Nam ſicut auis mouet pullos ſuos ad volandum,& ſic eos fouet & viuificat,ſic deus primum mobile mouet ad viuificandas creaturas corporales:licet enim ſit aliqua intelligentia immediate mouens primum mobile,de quo hic agitur,tamen prima cauſa & principaliter huius motus deus eſt ,in quo omnes creaturę viuunt mouẽtur & ſunt.vt Act.xvij.f.Allegorice etiã ſequendo concordantiam antiquorum hebręorũ predictã,qui ſpm̃ domini qui hic ſuper aquas ferebat,exponunt eſſe ſpm̃ meſſię,de quo dicit Eſa.xj.a.Requieſſet ſuper eũ ſpũs domini,vt dictũ eſt,notabiliter dici põt q̃d ſicut ſpũs domini viuificabat aquas.ſ. corpora naturalia,vt dictũ eſt ,ſic idẽ ſpiritus dat vitã ſpũalem ꝑ aquã baptiſmi,de q̃ Ioh.iij.a. Niſi q̃s renatus fuerit ex aqua & ſpũſancto &c.Sequit in lra. ¶Dixit deus: Fiat lux,qualiter autẽ intelligat ꝓ dicit:deus dixit.Ambro.in hexa. declarat dicens:Non ꝓ organa vocis,nec ꝓ aerẽ iſtũ quidam verborum ſtrepitus verberaret,ſed vt voluntatis ſue ęternã cogitationem proderet in operationis effectu.Continuatur aũt ,productio lucis ad prædicta ſic:nã⁹ cũ premiſſa fuerat circa creationem corporalem multiplex informitas:Vna.ſ.cũ dicit:Terria autem erat inanis & vacua.Alia cum dicitur:Tenebrę erant ſuper faciẽ abyſſi.Conueniens ergo fuit vt informitas tenebrarum primo remoueretur ꝑ lucis productionẽ.Tum quia lux eſt qualitas primi corporis.Tum quia inter cęteras qualitates corporeas lux eſt ſpiritualior: vnde Auguſt.in li.de li.arbi.dicit quod lux in corporibus primũ tenet locum.Tũ propter cõmunitatẽ lucis in qua inferiora cũ ſuperioribus cõicant.Sed q̃ ſit iſta lux varie traditur à doctoribus.Quidã enim dicunt illã lucẽ fuiſſe quandam,nubẽ lucidam quę poſtmodũ facto ſole in materiam prędictam redijt,vel adhuc remanet ſoli cõiuncta imperceptibiliter,vel ex illa nube formatum eſt corpus ſolis quæ quidem tres poſitiones nõ ſolum ſunt improbandę per rationẽ:vt in prima parte.q.lviij.arti.iij.in reſponſione ad ſecundũ argu.ſed etiam ex ſerie ſuię literæ non videntur ſtare. Tum quia lux ſignificat qualitatem tãtum:nubes autem lucida nõ eſt lux: licet ſit corpus luminoſum vel luminare & hmõi , ſicut album non eſt albedo: vnde in tali lucidę nubis ꝓductione, debuiſſet exprimi ſubſtantia cũ

Nota.

Reſponſio ad q̃rtã q̃ſtionem.

Dicere dei.

Quę ſit lux prima,

A ſtantia cum ſua qualitate, dicendo: Fiat nubes lucida: vel quid lumi
noſum & huiuſmodi. Fieri enim ſicut & eſſe: principaliter perti-
net ad ſubiectum ſeu ſubſtãtiam. Accidentiũ enim ,put in metaphy
ſica traditur ,nõ eſt eſſe ſed ineſſe. Nec etiã videt lĩæ cõſonũ nec rõ-
ni, q̃ illa lux fuerit lux ſolis, ſed adhuc iformis ,put poſtillator dicit.
Tũ qa ſi ſic debuiſſet dicere, producatur ſeu ,pcedat lux, vel ,pdu-
cat ſol ſeu cœlũ lucem, ſicut dicitur in hoc capitulo, in his q̃ ab aliis
procedunt. Tum quia ſcd̃m hoc diuiſio lucis à tenebris in pria die
facta fuit per circularẽ motum ſolis, vt etiã poſtillator dicit: ſicut in
quarta die, & tamen ſcriptura in hoc loco attribuit hanc diuiſionẽ
deo, dicens: Et diuiſit deus lucem à tenebris. In quarta autem die
attribuunt hanc diuiſionem luminaribus dicentes, vt diuidant
lucẽ à tenebris. Tũ qa maxime inconueniẽs videt dicere q̃ accidẽs
ſeu motus alicuius rei ſingularis ſit in rerũ natura anteq̃ ſuũ ſubie-
ctũ in eſſe ,p ducat. Ex quib⁹ paret q̃ lux in pria die facta, differt à lu
ce ſolis, de qua fit mẽtio in quarta die, nõ ſolũ quãtũ ad ꝓticulares
Baſilius in hexa. effectus, ſed etiã quãtũ ad eſſentiã. Vnde poſitio Baſil. in hoc loco
videtur lĩæ cõcordare, & rõni nõ diſſentire: dicit em̃ i hexame. ſic:
Poſt ſolis creationẽ dies eſt cũ à ſole illuminatus eſt aer, in eo q̃ ſup
terrã eſt i hemiſpherio relucẽs, & nox vmbra terræ occultato ſole.
Tunc aũt. ſ. in primis trib⁹ dieb⁹ nõ ſcd̃m motũ ſolarem, ſed refuſo
principali lumine illo: & rurſus cõtracto ſcd̃m determinatã à deo
menſurã, dies generabat̃ & nox reducebat̃. Hęc Baſili. Vnde ſcd̃m
eũ hæc lux nõ fuit corpus ſeu ſubſtãtia corporea, ſed quædã quali-
tas formaliter illuminatiua, nõ procedens ab aliquo corpore lumi
noſo, ſed ſolũ à volũtate diuina per creationẽ, put ipſa litera plano
modo ſignificat, cũ dicit: Fiat lux: q̃ quidẽ lux nõ habebat p ſe mo-
tum, & ideo nõ poterat de ſe diuidere lucẽ à tenebris, ſed hoc facie
bat per emiſſionẽ & cõtractionẽ luminis virtute diuina determina
tã, & ideo dicit hic: Diuiſit deus lucẽ à tenebris. Sed in q̃rta die vbi
de luminaribus agitur, expreſſe dicit: Vt diuidãt lucẽ à tenebris: qa
luminaria p motũ ,ppriũ ſibi cõnaturalẽ hãc faciũt diuiſionẽ, ſcd̃m
quã poſitionẽ Baſi. quæ valde videt cõſonare lĩæ, nõ eſt inquiren
dum qd factũ fuit de illa luce prima poſt creationẽ ſolis, nã adue-
niente prouiſione naturali, rõnabiliter ceſſat prouiſio miraculoſa,
ſicut & legit Ioſue. v. c. Defec. manna poſtq̃ comederunt de frugi-
bus terræ. ¶ Obiicitur aũt cõtra poſitionẽ Baſi. primo ex hoc q̃
pro tunc tã alia & homines non eſſent, ideo iſta viciſſitudo lucis &
B tenebræ non habebant aliquã neceſſitatem ſeu vtilitatẽ. Secũdo ex
hoc q̃ hæc contractio & emiſſio nõ eſſent naturales, ſed miraculo-
ſæ: quod (vt dicũt) nõ habet locũ vbi agit de inſtitutione naturæ.
Sed reſpõdet ad primũ q̃ hæc obiectio eſt cõmunis, etiã cõtra po-
nentes q̃ hæc lux fuiſſet lux ſolis. Sed dicendũ, q̃ hęc viciſſitudo de
ſeruiebat diſtinctionibus ſex dierũ, ad hoc. ſ. q̃ in ſex dieb⁹ perfice-
retur opus creationis, ,put in ,ppoſito diuino ab ęterno fuerat diſ-
poſitũ, & etiã vt p hos ſex dies ꝓfigurarent̃ ętates mundi, & trade
rentur alia myſteria ſcd̃m doctores. ¶ Ad ſecundũ dicendũ q̃ in
hoc capitulo nonnulla miraculoſe facta traduñt, ſicut ,pductio her
barũ & plãtarum anteq̃ luminaria & ſtellę eſſent: quod eſt manife
ſte miraculoſum, quia excedit facultatẽ naturalẽ creaturarũ, & etiã
eſt penitus inſolitũ, quæ duo ꝓficiũt rõnẽ miraculi. Idẽ dicendũ eſt
de congregatione aquarũ facta in ſecũda die, & ideo nimirũ ſi pro-
ductio huius primę lucis & eius cõtractio & emiſſio ſit miraculo-
ſa. Cętera autẽ exponant̃ ,put in poſtilla vſq; ibi: Factũ eſt veſp.
Hebręi per veſpere, intelligũt no ctem. & ma. dies vnus. ſ. naturalis. Circa quod attendẽdum: q̃ Hebręi
per veſpere, intelligũt noctẽ, quæ icipit à veſpera & terminatur in
mane ſequenti, & per mane intelligũt diẽ artificialẽ, q̃ incipit ab ipſo
mane & terminatur in veſpere ſequenti, & ſic dicunt q̃ dies natura
lis incipit à principio primæ noctis, & terminatur in principio no
ctis ſequentis: quod intẽdunt probare q̃ hoc quod in primordio
rerũ, tenebrę q̃ à deo nox vocant̃: vt patet i litera, q̃ceſſerũt lucẽ i or
dine tẽporis: ſ. nam poſtq̃ dixit: Tenebræ erãt &c. cõſequẽter dixit:
Fiat lux. Ex quo videt q̃ nox naturaliter debet pręcedere diẽ in cõ-
putatione dierũ. Hoc etiã cõfirmant ex eo q̃ legit in Exo. A veſpe
ra vſq; ad veſperã celebrabitis ſabbata veſtra. Sed licet hoc habeat
locum ex hac autoritate in feſtiuitatib⁹ antiqui teſtamenti: eo q̃ fe-
ſtiuitates eorũ habuerũt initiũ à feſto paſcali in quo agnus ad ve-
ſperã immolabat̃: tamẽ in ordine cõputatiõis dierũ naturaliũ, tenẽ-
dũ eſt cũ doctoribus noſtris. ſ. vt cõputẽt dies à mane vſq; ad ma-
ne, prout magiſter ponit in. ij. di. xiij. reddens ad hoc rationẽ myſti
cam. ſ. eo q̃ hõ à luce p ꝓtẽ corruit in tenebras ignorãtiæ & pec
catorũ. Sed poteſt hic ſumi alia rõ naturalẽ ex hoc q̃ res denomian-
tur à termino ad quẽ, nõ à termino à quo, vt in primo Phyſ. & iõ
dies artificialis debet denominari à veſpera, in quã terminat̃: & nox
denominari à mane in quo terminatur. & ſic p hoc quod dicit̃: Fa-
ctũ eſt veſpere, intelligendus eſt dies artificialis, cui⁹ termin⁹ ad quẽ
eſt veſpera ſiue nox. Et cõſequẽter cũ dicit̃: Et mane intelligẽda eſt
nox, cuius terminus ad quẽ eſt mane: & ſic pria ꝑs diei naturalis eſt
dies artificialis, & ſecunda nox ſequẽs. Nec valet quod dicit̃, q̃ i pri C
mordio tenebræ ꝑceſſerũt lucẽ, nã illæ tenebræ nõ erãt dicẽdæ ,p-
prie nox, nã ſicut dies ,pprie loquẽdo, eſt latiol ucis ſeu ſolis ſup ter-
ram, ſic & nox eſt occultatio talis lucis ſeu ſolis ſub terra: quod nõ
competit tenebris quę fuerũt in primordio ante q̃ aliqua lux cor-
poralis produceret. ¶ Circa opus ſecũdæ diei duo ſunt principaliꝫ
conſiderãda. Primũ q̃ cœlũ ſit illud quod dicit̃ firmamentũ. Secũ-
dum qualiter hoc intelligat̃ quod dicit: Vt diui. aquas. ab aqs Opus ſecũ-
dæ diei.
¶ Circa primũ omiſſa varietate opinionũ & ſequẽdo poſitionem An cœlum
Chryſ. quæ magis videt planiori ſenſui lĩę cõcordare, vt iã dictum ſit idem cũ
eſt, videt dicendũ q̃ hoc firmamẽtum de quo hic agitur eſt cœlum firmamẽto
ſydereũ, quod diuiditi octauã ſpherã quę eſt ſtellarũ fixarum, & in
ſeptẽ planetarũ orbes, de quib⁹ etiã ſtellis & planetis legit̃ plane in-
fra i opere quartæ diei: poſuit eas de⁹. ſluminaria & ſtellas in firma
mẽto cœli. Nec obſtat qd̃ dr̃ in prima die: In pricipio creauit de⁹
cœlum, quia ibi ſummarie includitur totum opus ſex dierum, vt
ſupra dictum eſt. Et quia in prima die mentionem fecerat de prio
mobili & eius motu, vt ibi fuit expoſitum. Nunc autem in ſecun
da die de firmamento in quo ſidera fuerunt poſita mentionem fa-
cit oſtendens q̃ hoc firmamentum fuit productum de nihilo in ſua
,ppria ſpecie p creationẽ: quod cõſonat huic quod dicit̃. Fiat firma-
mentum, nõ exprimendo aliquid de quo tale firmamentum fieret.
Si em̃ de abyſſo vel ab aliqua parte eius firmamentũ fuiſſet forma
tũ, vt quidã dicũt, diciſſet vtiq; : Fiat abyſſus, vel fiat de abyſſo fir-
mamentũ, ſicut dixit de herbis & plantis quæ de terra fuerũt, ,pdu-
cta, exprimendo: Germinet terra herbã &c. conſequẽter dicit: Pro
tulit terra herbã. Similiter in quinta die dicit: Producant aquæ re-
ptile. & in ſexta: Producat terra animam viuẽtem. Ex quo ſequit̃ q̃
illa vbi non exprimitur materia, ſed ſolum dicitur, Fiat non debẽt
intelligi fieri ex materia prąiacente, ſed in ſua propria ſpecie totali-
ter ex nihilo per creationẽ produci, & ſic intelligendum eſt, cum di
cit̃: Fiat lux, fiat firmamentũ, fiant luminaria. Si autem cõtra hoc di
catur q̃ ſi ſic, ſcriptura debuiſſet vti in illis verbo creationis, vt in-
telligerentur talia de nihilo fieri ſeu produci. Dicendum, q̃ hoc nõ
requiritur ſecũdum opinionem Chryſ. ſupradictam quam hic ſeq̃-
mur. nam in hoc q̃ dicit: Creauit deus cœlum & terrã, intelligũtur
oĩa cœleſtia & terreſtria in proceſſu ſex dierũ à deo immediate crea
ri, prąter q̃ illa de quibus in litera aſſignatur ipſorum materia, vt iã Quæſtio.
dictum eſt. ¶ Si autem quęrat̃ de hoc quod ſequitur: & fecit deus D
firmamentum, qũo habeat intelligi, cum em̃ dicit̃ de deo in Pſalm̃.
cdviij. a. Ipſe dixit & facta ſunt, cum diciſſet, Fiat firmamentum ſta
tim debuiſſet dicere, & factum eſt ita, ſicut in luce prima. Dicẽdum
q̃ quia fieri quãdoq; importat acquiſitionem alicuius diſpoſitiõis
accidentalis in re facta, prout in poſtilla deducitur, ideirco vt deno
taret ſcriptura firmamentum in ſua prima productiõe fuiſſe à deo
ſecundum oẽs ſuas qualitates accidentales perfectum, ideo ſubdit:
Fecit deus firmamentũ. Idem eſt dicendum de luminaribus, cũ di-
cit: Fecit q̃ deus duo luminaria magna, de luce autem non ſic. Nam
licet lux in prima die eſſet facta perfecta quantum ad hoc q̃ deus p
eam diuideret diẽ à nocte, non ſimpliciter tamẽ fuit perfecta ſicut
lux luminariũ, vt infra patebit: & ideo de ea non dicit̃: Et fecit deus
lucem ſicut dixit: fecit deus luminaria. ¶ Circa ſcd̃m principale
attendendũ eſt, q̃ licet de aquis ſuperioribus multę ſint opiniones
ſanctorũ doctorũ: ſemper ſalua autoritate proſequendo in hoc lo- Vt diuidãt
co quę ſupradicta ſunt, dicendũ eſt q̃ corpora diaphana ſub noĩe aquas ab aq̃is.
aquarũ intelligunt̃, ꝓpter cõformitatẽ perſpicuitatis: vñ & primũ Diaphanũ
mobile eadem ſimilitudine aqueũ dicitur ſeu chryſtallinum. Vnde noĩe aquæ
magiſter in litera de aquis ſuperioribus dicit, q̃ non vaporali tenui intelligitur.
tate, ſed glaciali ſoliditate ſuſpenduñt ne labantur: ſed quia primum
mobile & cętera corpora cœleſtia maxime obediunt motori, ſicut
aqua inter oĩa corpora viſibilia mixta hoc habet, idcirco poti⁹ no-
miatur noĩe aquæ in ſcriptura q̃ noĩe chryſtalli, iuxta illud Pſalmi
ciij. a. Qui tegis aquis ſuperiora eius. Nõ ergo mere æquoce ſupio
res & inferiores aquæ dicunt̃, ſed quodãmodo q̃ſi analogice. Et no Nota.
tandũ q̃ hmõi firmamẽtũ. ſ. cœlum ſidereum diuiſit aquas ſuperio
res ab aquis inferioribus, nõ ſolũ ſcd̃m locum, ſed ẽt ſcd̃m quaſdã
,pprietates eſſentialiꝫ cõſequẽtes motũ earũ. Prout magiſter Bona-
uentura ſup. ij. diſt. xiij. hoc videt dicere. Aquæ em̃ ſuperiores ſcili-
cet cœlum chryſtallinũ ſeu aqueũ eſt primũ mobile, q̃ vniformiter
& continue vnico motu mouetur, ſecũdũ quẽ reuoluit totũ cœlũ
motu diurno, maxime vniformi. Aquæ verõ inferiores. ſ. elemen-
tares mouent̃ multipliciter & difformiter ſecundũ quodlibet genꝰ
motus, ſeu mutationis & alterationis & hmõi. Firmamentum verõ
ſ. cœlum ſidereũ participat proprietatem primi mobilis, inquantũ
eſt immune ab alia mutatione quacunq;, prąterq̃ ſecundũ ſitũ, ſi per
fectę tamẽ attingit vniformitatẽ mot⁹ primi mobilis, eo q̃ cœlũ ſi-
dereũ ſecundũ diuerſos orbes quos cõtinet motũ variabilẽ habet,
participat etiã hoc firmamẽtũ quodãmodo ,pprietatẽ inferiorum

E aquarū,non formaliter ſed effectiue:inquātū habet virtutē cauſandi diuerſitatē generationis & corruptionis,& cuiuſcunq; alterationis ſeu mutationis,per acceſſum & receſſum,per diuerſas ſtellarum ſeu conſtellationum influentias: vnde hoc firmamentum ſic intellectum quaſi medium inter prędictas aquas & quodāmō participans vtriuſq; ſimilitudinē extremorū, diſtinguit aquas ab aquis. Alij vero dicūt.ſ.q̄ firmamētum die ſecūda factum,intelligitur illa pars aeris quæ cōdenſat in nubes,& dicit firmamentū propter ſpiſſitudinē aeris in parte illa.Sed quia hæc expoſitio licet ab Auguſt. ſuper geneſi cōmendet inquātū nihil dicit cōtra fidē,& quod proponit prompto documēto credi pōt,quia tamē remota videtur à planiori ſenſu lītē:ſecūdū quē tradit plane,q̄ in quarta die poſuit deus luminaria & ſtellas in firmamento cœli,idcirco prima expoſitio videt verior.Quod aūt ſequit. Vocauit deus firma. cœlū. intelligendū eſt ſcīm Ra.Moy.q̄ vbi iſta vocatio dei habet intelligendū eſt eſſe aliquid aliud,quod hoc noīe principalius vocat, ſed appropriat ad minus principale, propter vſum cōmunē hominū Sicut dies principaliter dicit ſpatiū.xxiiij.horarū ,put ibi.Factū eſt veſpere & mane dies vnus,ſed cōmunius in vſu,latio lucis ſeu ſolis ſuper terrā,dies dicit,vnde deus vocauit lucē diē. Similiter in hoc loco cœlum principalius ſignificat omnes orbes.ſ.nouem ſphęras, & etiā empyreū,& cœlos inferiores,prout ibi:In principio creauit deus cœlū & terrā vt ſupra expoſitum eſt,ſed cōiori mō cœlū dicitur ſidereū tantū, & iō vocauit deus firmamentū cœlū. Similiter non ſolū aridā,ſed totū terræ elemētū principaliter dicit terra, ,put ibi:Terra autē erat inanis & vacua:ſed cōmuniori mō loquēdi arida dicitur terra:& ideo vocauit deus aridam terram. ¶ De opere tertiæ diei qualiter intelligatur hoc. Cōgregatio aquę in vno Io.Non modicā videt habere difficultatē,cū em terra ſecundū ſuæ naturæ grauitatē abſolutā vndiq; debeat eſſe aquis coopta nō videtur aliquis locus ſuper terram ad quem ſeu in quo aquæ naturaliter ſint congregatę,ſic vt terra diſcooperietur.Ad quā difficultatē tollendam diuerſi variē ſcripſerunt.Quidā em dicunt, q̄ terra præbuit aliquas partes concauas,in quibus aquæ confluentes ad partes terræ: quæ nunc eſt diſcooperta reciperentur. Sed hoc non videtur poſſe ſtare. Nam elementum aquæ eſt multo rarius quam terra, ſicut & aer multo rarior eſt aqua, vt patet ad ſenſum [illegible]dica q̄titas aquæ in vaporem aereum per operationem ignis reſoluta,multo maiorē quantitatē aereā facit.Vnde quidam philoſophi dicunt elementum aquæ in decupla quātitate eſſe maius terra:Similiter & elemētū aeris,in multo maiori proportione excedere quantitatē elementi aquæ,prout ſatis patet cōſideranti loca propria elementorū,quæ q̄nto magis recedūt à centro verſus circūferentiā,tanto ſunt multo maioris capacitatis:Non ergo terra habet capacitatem recipiendi in cōcauitatibus ſuis tātā quātitatem aquæ,quāta erat ſuper totā terrā habitabilem,quæ eſt quarta pars ferē totius orbis terræ ſecundū aſtronomos.vnde alij dixerūt, qđ aqua ante eī cōgregationē erat valde nebuloſa,quę poſt cōgregationē † dēſata eſt,idcirco minorē occupat locū, quod etiā nō videtur valere.Tū quia līa nō dicit:Cōdenſentur aquæ,ſed cōgregętur. Tum quia ſenſibiliter videmus,q̄ aquæ receptæ in cōcauitatibus terræ non ſunt magis cōdenſatę q̄ aliæ:Tum quia q̄titas elementi aquæ ſemper excedit quātitatem elemēti terræ,ppter aquæ raritatem in magna proportione:vt dictū eſt,& ſic idē incōueniēs ſequitur ſicut prius.ſ.q̄ capacitas terræ nō ſufficit ad tantā aquæ quantitatem in cōcauitatibus ſuis recipere.Vnde aliter dicitur ab aliis.ſ.q̄ aquæ i loco vbi nūc ſunt cōgregatę,i maiorē ſūt eleuatę altitudinē. Nam vt dicit Baſi. experimento cōpertū eſt in mari rubro, mare eſſe altius terra,quæ quidē reſpōſio adhuc nō totaliter videtur ſufficere:Tum quia pluries in ſcriptura,cūtes ad mare deſcēdere dicūtur,ſicut in Pſal.cvj.c. Qui deſcendūt mare in nauib9:& Ionæ.ſ.a. De Iona eunte in mare dicitur:Et deſcendens cum Ioppen inuenit nauem &c. Tum quia aqua de ſui natura ſit fluida, non poteſt habere in ſe partes mōtuoſas ſcilicet cęteris altiores,ſicut in terra ,ppē ſui ſoliditatem hoc contingit.Tum quia rotunditas aquæ pōt demonſtrari phyſice,ſicut & terræ rotunditas:quod patet.Nam quę libet partes aquæ habent equalē inclinationem naturaliter ad centrum,eleuatio etiā poli in diuerſis partibus maris,ſimiliter & diuerſitas in ortu & occaſu ſolis & ſtellarū,vniformiter ſe habet ſicut in terra,& vbicūq; ſunt nauigātes in mari oceano,ſeu mediterraneo tpe trāq̄litatis ſempvidēt hemiſphęria plana abſq; mōtuoſitate ſeu altitudine in aliq̄ ſui parte, ſicut fit in planiſſima terra in qua nulli montes ſeu colles reperiuntur: ¶ Et ideo ſaluo ſemper meliori iudicio,vlterius videtur de hoc aliquid dicendum. Pro quo attendendum eſt, q̄ ſicut terra ſecundum aſtronomos & philoſophos eſt in medio vniuerſi,tanq̄ eius centrum,& eſt rotunda ſeu ſphęrica,cuius centrum eſt idem centro vniuerſi: prout demonſtratiue probatur in vtraq; ſcientia prędicta, ſicut elementū aquæ ratione pari de ſui natura eſt rotundum ſeu ſphęricum, cuius centrum eſt idem in ſua prima productione cum centro terræ ſeu vniuerſi:ſed oportuit terram eſſe diſcoopertam ab aquis ſecundum aliquas partes ſui propter neceſſitatē finis.ſ.,ppter habitationē animaliū & huiuſmodi.Sapientia autē diuina(quæ diſponit oīa ſuauiter) ſic diſpoſuit,vt elementum aquæ ſeruando ſuā rotunditatē naturalē haberet centrū ſeparatū à cētro terræ & vniuerſi,ſicut ſecundū aſtronomos q̄ motus ſiderū diligenter inueſtigarūt, centrū quorūdam orbiū planetarū eſt ſeparatū à centro vniuerſi,vnde apud eos tales orbes dicunt ecētrici ſeu egreſſæ cuſpidis,vt in quarto Almageſti: & in aliis locis illius libri pertractat.Quæ quidē diuerſitas ſeu diſtātia vtriuſq; cētri.ſ.terræ & aquæ,ab inuicē ſic à deo fuit diſpoſita, vt inde ſequerent quinq; ad ,ppoſitū ptinentia. Quorum primū, q̄ licet ſint multæ cōgregatiōes aquarū in diuerſis locis,tamen oēs aquæ q̄ ſub cœlo ſunt,ſūt ad vnū locū cōgregatæ prout deus diſpoſuit:nā quęlibet aqua habet æqualē inclinationē ad cētrū elementi aquæ,ſicut quælibet pars terræ ad centrū terræ, & ſic habet verus intellectus illius quod dicit:Cōgregętur aquæ ad locū vnū,hoc eſt dicere;inclinent aquæ oēs quæ ſub cœlo ſunt ad vnū locū.ſ.ad vnū cētrū ſeorſum à cētro terræ,ad quod cētrū congregent aquæ ſicut partes terræ ad cētrū terræ.Quæ quidē cōgregatio veritatem etiā habet in omnib9 cōgregationib9 aquarū ſiue in fluminib9,ſiue in ſtagnis,ſiue in ciſternis,& hmōi.Nā oēs aquæ vbicunq; ſint hūt inclinationē ad cētrū aquæ ad quod fluūt ceſſante impedimēto, ſicut ptes terræ etiā ſi ſint in aere & extra terrā ſuſpēſæ,ſemp habēt inclinationē ad ſuū centrū.Secundū q̄ ſequit ex prędicta diſtātia eſt, q̄ aqua nō totā cooperiat terrā,ſed aliquā ptē dimittat diſcoopertam ,put requirit talis diſtantia centrorū ab inuicē, & de hoc dicit in litera:Et appareat arida. Sequit tertiū ex hmōi diſtātia cētrorū, q̄ hæc congregatio ſuit à deo facta p certā legē ſeu diſpoſitionē in gyro vallantē abyſſos.ſ.multitudinē aquarū,put litera ſonat Prouerb.viij.c.Quādo certa lege & gyro vallabat abyſſos. Quartum ſequit ex prędicta diſtātia:q̄ licet in ripa maris cōiter terra & aqua ſint æqualis altitudinis, tamen ,pcedendo in mari per elongationē à terra,mare ſemper eſt altius terra:vnde in Pſal.lxviij.a. Veni in altitudinē maris:Et intātū quādoq; ,pceditur,q̄ mare eſt alti9 q̄ mōtes in terra:& ſic intelligitur illud Pſal.ciij.a.Super montes ſtabunt aquæ:quia altiores ſunt aquæ oceani pręſertim procedendo verſus mediū quā montes terræ.Sequitur quintū ex prędicta diſtantia q̄ incedentes per terram,ad mare deſcendentes debent dici ſicut in autoritate prælegata,& in aliis quamplurimis habetur. Similiter q̄ mare dicitur eſſe ſeu fundari ſuper terram,prout legitur in Pſal. xxiij.a.Ipſe ſuper maria fundauit eum.Et vt prędicta clarius intelligantur,ponitur hæc figura quæ repræſentat hæc elementa:ſcilicet terram & aquam,tam prima eorum productione,quā poſt aquæ congregationem.In qua figura licet corpus mathematice conſideratum non poſſit in ſuperficie plene repræſentari,tamen ſatis ſufficit recte imaginanti. ¶ Sequitur figura.



IN hac figura ſit .a. centrum terræ, quod eſt etiam centrum vniuerſi,& ſit ſphęra terræ.b.d.g.e.ſuper centrum.a.& ſit ſphęra aquæ

Vocauit deus firmamentū cœlum.

Cōgregent aquæ,p tinari.

Opus tertiæ diei.

Quō aquæ congregatæ in vnū locum.

aſs,†depreſſata

Nota de terra.

Primū intentum.

Secundum intentum.

Tertium intentum.

Quartum intentum.

Quintum intentum.

Opus quartę diei.

Luminariū ꝓprietates.

Nota de die.

Secunda ꝓprietas.

Tertia proprietas.

A ra aquæ ante eius cōgregationē.m.n.o.ſuꝑ cētrū,a.ſupradictū qđ eſt cētrū vniuerſi.Nā aqua ex ſui primęua natura æqualr habebat circūdare terrā,cū q̄libet ps aquę æqualr haberet inclinationē ad cētrū terrę,qđ eſt cētrū vniuerſi.Diſpoſuit aūt deus q̄ hęc ſphęra aq̄ congregareſ ad vnū locū,ſic vt arida appareret.Sit ergo ſphęra aq̄ ſecta.ſ.poſt hmōi iuſſionē cōgregatæ: vbi nūc eſt ſphęra.c.d.e.quæ quidē ſphęra eſt ęq̄lis primæ ſphęræ aquę.ſ.m.n.o.Sit etiā cētrum ſphęræ aquę poſt eā congregationē.f.qđ eſt cęcētricū, vt dictū eſt, eo q̄ diſtat ſeu egredit à cētro.a. qđ eſt centrū vniuerſi. Interſecet ergo hęc ſphęra aq̄ ſphęrā terræ in duob⁹ pūctis ſeu locis ſcilicet.d.e.Patet igitur in hac figura primū intētū.ſ.q̄ oēs aq̄ vbicunq; fuerint ſub cœlo,ad ſphęrā aq̄ ſunt ỹ tualiter cōgregatæ.Et per conſequēs ad vnū locū. Nam q̄libet aq̄ habet ęqualē inclinationē naturalē ad ſphęrā ſeu centrū ſui elemēti.ſaquę quod eſt.ſ.etiā ſi ſint ſeparatæ in locis alijs,vbi impediant ne poſſint fluere ad locū ſuū:ſicut etiā partes terræ vbicunq; ſuſpendantur ſeu detineātur ad ſphæram terræ ſeu ad cētrū terræ habent inclinationem naturalē : & hoc eſt quod dicit:Cōgregent aquę ad vnū locū:vbi notanter dicit: Quæ ſub cœlo ſunt,ad excludendū aquas ſuperiores,quę nō intelligūtur ſub hac ordinatiōe.Patet etiā in hac figura ſecundū intentū.ſ.q̄ aq̄ nō totā cooperiūt terrā:ſed aliquā eius partē dimittat diſcoopertā: nā arcus.e.b.d.qui eſt in ſphęra terrę eſt diſcooptus ab aqs,vt patet in hac figura:qđ ſecūm coſmographos eſt ferē quarta ps terrę cęteris partibus ipſius terrę remanentib⁹ ſub aqua cooptis:vnde notāter dicit:Vocauit deus aridā terrā,ad differentiā terrę coopertæ aquis,quę nō dicit arida.Patet etiā in hac figura tertiū intentū.ſ. qđ hæc cōgregatio fuit à deo facta per certā legē ſeu inſtitutionē, quā deus vallauit.i.circūmuniuit in gyro,hoc eſt in circuitu abyſſos.ſ. aquarū mlitudinē,nā p gyrū ſeu p circūitū ſphęricū:ſcilicet.c.d.e. vallauit totā multitudinē aquarū virtualiter,ſic q̄ q̄libet aqua q̄ ſub cœlo eſt,ad hunc gyrū ex certa lege diuina habeat inclinationē cōnaturalē:& ſic habetur verus ſenſus huius dicti.Certa lege & gyro vallabat abyſſos.Similiter & huius qđ dicatur: Circūdedi mari terminum ſuū:& ſimiliū.Patet etiā quartum intentum in hac figura.ſ.q̄ licet in ripa maris terra & aqua in eodem loco cōcurrāt, vt puta in.d.procedendo tamē in mari p elōgationē à terra:mare ſemper eſt altius terra:quod ſic patet,nā ſi ꝓcedaſ à loco.d.in quo concurrūt aqua & mare(vt dictū eſt)p elōgationem à terra vſq; ad aliq̄ locū,vt puta ad locum.c.qui eſt in ſuꝑficie maris:tūc .c. eſt locus altior q̄.d.nā ſi protrahaſ linea ab.a.qđ eſt cētrū terræ ſeu vniuerſi vſq; ad.c.talis linea interſecabit ſuperficiē terræ in aliquo loco,& ſit verbi gratia in.g.& cū.a.d.& a.g.ſint ęquales:quia procedunt à centro ad circunferentiam,ſequitur q̄ linea.a.c.eſt maior q̄ linea.a.d.& p cōſequēs.c.locus eſt altior.d.qa magis accedit ad circūferētiā vniuerſi q̄.d. Et qa diameter elemēti aquæ eſt i magna q̄ntitate maior diametro terræ,vt puta in decuplū,vt dictum eſt:ſequitur q̄ tantum poſſet proceſſi per elongationē à terra,quōd ſit mare ibi altius q̄ montes in terra : nam montes quātūcunq; alti nullā proportionē perceptibilē habēt per cōparationē ad orbē terræ, vt patet in eclipſibus lunaribus,in quibus exquātitate vmbrę à terra cauſatæ,cōmenſuraē certitudinaliter quantitas eclipſis:nulla mōtione facta de vmbra montium,ratione prædicta.Idem etiam patet in commenſuratione dierum & noctium,in qua non fit aliqua mentio de altitudine montium,acſi eſſet terra ſphærica penitus, & ſic intelligitur illud Pſal.ciꝰ.a.ſuper montes ſtabunt aquæ .ſ. quod altiores ſunt aquæ oceani procedendo verſus medium, q̄ montes terræ.Sequitur quintum intentum.ſ.q̄ incedētes per terrā ad mare deſcedere dicunt,ſicut patet in autoritate prēallegata,& in alijs qđ ſic patet:nā aſſignet aliquis locus in ſuperficie terrę diſcooperte circa ripam:& ſit.b.& ſic protrahaſ linea à centro aquæ qđ eſt.f.vſq; ad punctū.b.tunc talis linea interſecabit ſuperficiē aquæ in aliquo loco: & ſit verbi gratia in puncto .a. & tunc conſtat q̄ linea .f.b. eſt maior q̄ linea.f.a.& per cōſequens locus.b.reſpectu.f.qđ eſt cētrum aquæ:eſt altior q̄ locus.d.vbi eſt ripa:vt patet manifeſte. Et ſic patet ratio quare aquæ vbicunq; ponantur in terra naturaliter deſcendendo fluunt ad mare:niſi impediantur: iuxta illud Eccleſ. ꝭ.b.Omnia flumina intrant in mare.Et ex hoc ſequitur q̄ incedentes per terram ad mare,deſcendentes debent dici, vt ſupra allegatū eſtnam de cōmuni modo loquendi,loca terræ à quib⁹ aquæ fluxit dicuntur ſuperiora reſpectu locorū ad quæ fluxit. Patet etiā in hac figura q̄ terra dicitur fundari ſuper mare,vt in Pſalmo.xxiij.a. Quia ipſe ſuper maria fundauit eam.Terra eīm habit abdis .ſ.d.b.e. ſuper elementum aquę fundatur:altior eīm eſt reſpectu.ſ. qđ eſt centrum aquæ,q̄ tota ſphęra aquæ poſt eius cōgregationē:& eadem ratiōe dicitur eſſe terra ſuper flumina:nam flumina à terra deſcendunt in mari vt dictū eſt tanq̄ à ſuperiori loco ad inferiorem. Ex quibus bene cōſideratis pōt haberi verus intellectꝰ ſcripturarū quæ de cōparatione aquę ad terrā quo ad ſitū tractat, q̄ diuerſimode ab aliquibus expoſitoribus exponuntur.Patet etiam ex ſupradictis q̄ terrā eſſe diſcooperta ſecundum aliquā ptē ab aquis mō prędicto, nulli poteſt attribui, niſi ptīti & ordinationi diuinæ, vt ſcriptura in multis locis teſtatur,vnde Hier.v.e.Me ergo nō timebitis aut dominus,& à facie mea nō delebitis,qui poſui arenā terminum mari. Ex quo patet hoc ꝓtinere ad oipotentiā diuinā ſolū . Similr & ad eius ineffabilē ꝓuidentiā,quæ diſponēs oia ſuauiter, locum dedit aquis nitro mō connaturalē,ne vlterius terrā cooperirent,iuxta illud Pſalmi.ciꝰ.b. Terminum poſuiſti quē nō tranſgredient,nec cōuertent operire terrā,& hoc eſt ſatis manifeſtum,nā licet exiccatio ſuperficiei terræ aliquo mō poſſit cauſari ex actiōe ſolis deſiccātis & hmōi:mutatio tamē ſeu ſeparatio cētri aquæ à loco ſibi ꝓpria productione debito,ad alium locū diſtantē,non pōt cauſari:niſi à deo qui ſolus eſt inſtitutor naturæ.In hoc eīm q̄ deus dixit : Congregentur aquæ &c.mō prędicto,dedit aquis aliā naturalē inclinationē ab illa quam in primordio habuerāt, vt ſupra expoſitū eſt,& ideo rationabiliter huiuſmodi cōgregatio aquarū fuit facta anteqū ſol fieret,vt innueret terrā eſſe diſcoopertā:nō p exiccationem ſolis (vt quidā erronee putant)ſed iuſſione diuina.Item patet ex modo loquendi ſcripturæ in hoc loco.Nō eīm dixit:deficeſcetur aquę quæ ſunt ſuper terrā,vt appareat arida:ſed dixit.Congregentur aquæ. Quāta aūt ſit diſtantia vnius centri ab altero, valde difficile eſſet humanitus inueſtigare:ſed ſufficit q̄ tanta eſt illa diſtantia . quanta requiritur ad hoc vt prædicta inde ſequant:Poteſt etiā probabilr opinari,non tamē certitudinaliter,q̄ centrum aquæ elemētaris ſit idē cū cęcētrico lunæ,eo q̄ elemētū aquæ prout experimur, ſequitur motum lunæ ſecundū fluxum:& refluxum. ¶ De opere quartę diei. ¶ Circa productionē luminariū & ſtellarum varię ſunt opiniones,ſicut & circa multa alia in hoc capitulo contenta: ſecundū tamē expoſitionē quā ſequor,luminaria & ſtellæ fuerunt quarta die producta à deo per creationē in ſuis ꝓpriis & perfectis formis,quas formas ſequunt ꝓprietates & virtutes quæ exprimūtur in litera:& aliæ quæ ibi nō ſunt expreſſæ,cū ſacra litera in hoc loco non tradat niſi illa quæ viſui ſeu ſenſui hoīm cōiter ſubiacent vt dictum eſt.Huic enim ſentētiæ litera valde conſonat,cum dicit: Fiāt luminaria,eo mō quo dixerat:fiatlux.Nō enim dixit: Producant cœli luminaria,vel nubes lucida,ꝓducāt ſolem:vel aliquid huiuſmodi:in quo denotarenī ipſa fuiſſe ex aliquo facta,nec etiā dicit in eis eſſe aliquid informe quod ꝓficeret,ſed ſimpliciter in primo eorum fieri explicat eorū ꝓprietates, vt litera plane teſtaī. ¶ Circa ꝓprietates aūt eorū artēdendum,q̄ non oēs ꝓprietates luminariū & ſtellarum etiā ſenſibilium hic exprimunt,ſed illa quæ humanæ vtilitati manifeſte deſeruiunt,in quibus etiam differentia inter lucem primo die factam,& lucem luminariū innuitur: vnde de prima ꝓprietate dicit.Diuidant diem à nocte in quo oſtenditur quędā differētia inter hāc diuiſionē diei & noctis, & illā de qua fit mentio in prima die:nam ibi non dicit q̄ lux diuideret inter diē & noctē, ſeu lucē à tenebris,ſed q̄ deus diuidit,eo q̄ illa lux non habebat ꝓprium motū de ſe,ſed per diffuſionē & cōtractionē à deo factam;dies diuidebatur à nocte , vt dictū fuit ſecundū Baſi.ſed luminaria quæ habēt motum à ſe ſecundū naturā à deo ſibi collatam ꝓprie diuidunt inter diem & noctē.vnde dicit Fiāt luminaria &c. vt diuidant diem ac noctem.Et notandum,q̄ licet dies ſit ꝓprie latio ſolis ſuper terram,tamen quilibet planeta & ſtella habet ſuū proprīū diē,ſcilicet cum ipſa ſuper terrā fertur,& noctē ecōuerſo:& nō nō † ſimpliciter dicit de ſole,vt diuidat diem ac noctē,ſed etiā de oībus dicit vt diuidāt.Secunda proprietas eſt cū dicit: Sint in ſigna quod communiter exponit inquantū ex luminaribꝰ cœli accipit ſignificatio pluuioſi tēporis vel ſereni,quæ ſunt apta diuerſis negotiis:quod nō ſic intelligendū eſt,vt p luminaria & ſtellas cōiter accipiātur ſigna ſerenitatis,vel pluuiæ cuiuslibet tēporis ſequētis:quia hoc pertinet ad aſtrologos,qui de his pronoſticatiōibus intendunt non autē ad ppſm ꝑſertim rudē cui Moyſes loquebaī. Et etiā ipſi aſtrologi ſępe fallunt in ꝓnoſticando,ſed hoc intelligi debet ſecundum quādam generalitatem ſignificādi:vt cū cognoſcit q̄ ſole exiſtente in parte ſeptentrionali, ſeu in ſignis ſeu menſibus , huiuſmodi calor viget vt in pluribus,& pluuiæ diminuunt.& ecōtra de meridionalibus:& hoc cōiter intelligit à popularibus,qui communiter dicunt talē menſem eſſe callidū,& talē tēperatum eſſe & hmōi: q̄ veritatem habet in pluribus,quæ quidem noticia eſt magnę vtilitatis in cultura terræ,vt eſt manifeſtum.Si autem intelligatur per quod dicit ſigna,q̄ de huiuſmodi luminaribus & ſtellis poſſunt accipi ſigna aliorū cuētuū,talis intellectus,& ſi forte aliquid cōtinent veritatis nō tamē ſecūm primā ſignificationē lītalē, q̄ de priaria ſignificatiōe lītæ ſecundū eōem modū intelligēdi accipit,& de talibus ſignis intelligit illud Hiere.x.a.A ſignis cœli nolite metuere q̄ gētes timēt.Et patet q̄ hæc ꝓprietas nō ptinebat ad lucē pria die factā. Alia proprietas luminarium ad vtilitatē hoīm exprimit,cum dicit.

E vt ſint in tẽpora. Pro quo attendendũ, q̃ nõ dicit, vt ſint in tẽps: vt ſic intelligeret de tẽpore ſimpliciter ſumpto, quod factũ eſt cũ prio motu in pria die, vt dictũ eſt: ſed dicit in tpa, vt intelligat de viciſſitudine tpm ex qua faſtidiũ tollit. Vnde in hymmo: Et tpm dãs tpa, vt alleues faſtidiũ et valitudo etiã conſeruat, & neceſſaria victui oriũtur, vt patet p experiẽtiã, quod etiã lunę videt primere, quę ſecundum quatuor aſpectus quos habet ad ſolẽ, diuerſas influctias etiã ſenſibles cauſat. Vnde in Pſal. cíj. c. Fecit lunã in tpa. Alia pro

Quarta ꝓprietas. prietas ad vtilitatẽ hoĩm, eſt mẽſuratio durationis rerũ tpaliũ & negociorũ, de quo dicit: Et in dies & an. Per hoc em quælibet duratio tpalis, mẽſurabilis eſt tã prẽterita q̃ futura ſecundũ certitudinẽ, vel ſaltẽ eſtimationẽ: quod nõ ptinet ad lucẽ pria die factã pſertim cũ nõ durauit niſi p tres dies. Alia vero proprietas maxie vtilitatis eſt: Vt illu. ſuper ter.

Quinta ꝓprietas. quod eſt neceſſariũ q̃ tum ad viſum, q̃ eſt directiu⁹ in opibus, & maxime vtilis eſt ad cognoſcendas rerũ differẽtias, vt in. j. Metaph. quod nõ ptinebat ad lucẽ pria die factã, q̃ nõ legit illuminaſſe terrã, qa ex ſui tenuitate nõ poterat ad hoc attingere. Et ex hoc etiã ſequit illã lucẽ nõ habuiſſe alias vtilitates p̃dictas, q̃ oẽs ꝓueniũt mediãte illuminatione luminariũ & ſtellarũ ſup terrã. Et vt ſummarie includeret alias ꝓprietates lumiariũ & ſtellarum quę eſſent quodãmõ inenarrabilia dicit: Vt prę eſſet diei & no. ſ. p ptãtẽ influẽdi ſuas ꝓprias ipreſſiões: Vnde & in Pſal. cxxxv. b. de hac materia dicit: Solẽ in ptãtẽ diei, lunã & ſtelas in ptãtẽ noctis, quia em̃ mediantib⁹ radiis influũt, & iõ ptãs diei prẽcipue attribuitur ſoli, cuius radꝰ in die cęteros obumbrant

Nota. ptãs verõ noctis lunæ & ſtellis attribuit, quę de nocte clarius irradiant. Et notandũ q̃ Moyſes in hoc loco cauſam ꝓductiõis luminariũ aſſignat ſolũ ſed m̃ q̃ ſunt facta ad vtilitatẽ hoĩm: vnde Deute. iiij. c. de eis dicit: Quæ creauit dñs de⁹ tu⁹ in miniſteriũ cũctis gẽtibus: ſed ex hoc nõ tollit ipſa fuiſſe fcã ꝓpter totũ vniuerſum, & finalr ꝓpter gl̃iam dei ad quã oĩa ꝓducta ſeu creata ordinant: Vnde Prouer. xvj. a. Oĩa opat⁹ eſt deus ꝓpter ſemetipſum. ¶ In eodẽ ca. j. Gen. vbi dicit in poſtilla, Maxie qa ſcd̃m alios ſctõs doctores Moyſes &c.

ADDITIO II.

¶ Licet verũ ſit q̃ expoſitio bti Aug. in hoc loco ſit vade ꝛ̃ginẽ̃ à plano l̃ali ſenſu, nõ tamẽ ex hoc q̃ Moyſes rudi ppõ loq̃bat: q̃ ſpĩalia capere nõ poterat, ſed tm̃ corpalia, poſſet ſumi rõ cõtra expoſitionẽ Aug. ſed poti⁹ videt facere ꝓ eo: qa ꝓter ruditatẽ ppli

F & ꝓnitatẽ ad idololatriã, oportebat q̃ Moyſes de angelica natura & eius cognitiõe q̃ſi ꝑabolice loqueret p ſimilitudinẽ veſpe & mane &c. Vnde ſenſus l̃æ in hoc loco ſecũdũ Augu. ſ. ꝓprie intelligit eſt ꝑabolic⁹, q̃ ſub ſenſu l̃ali cõtinet, q̃ qdẽ mod⁹ exponẽdi neceſſarius eſt & vtilis i multis locis ſacræ ſcripturæ, prout ſupra i qõne ſup prologũ i reſpõſiõe ad quartũ argumentum plenius continet. ¶ In eodem ca. j. vbi dicitur in poſtilla: Hic q̃ritur quare in ſecunda die non dicitur: Et vidit deus, q̃ eſſet bonum &c.

ADDITIO III.

Culpatur poſtillator in tribus. ¶ In hoc loco videt poſtillator ã rectitudie trib⁹ deuiare: qa prio autoritates doctorũ nõ mediocrẽ autoritatẽ inter catholicos habẽtiũ irreuerẽter tractat: Secũdo qa irrõnabiliter dicta eorũ iprobat: Tertiõ qa expoſitionis l̃alis autoritatẽ, quã nñi doctores prio inuenerũt. Ra. Sa. Hebrẽo attribuit. ¶ Primũ patet: nã reſpõſio quam

Rabanus cõmendat. ipſe vocat truphaticã, eſt illius magni doctoris Rabani, q̃ i hoc loco ad hãc qõnẽ ſic reſpõdet: Niſi forte ſicut q̃dã patrũ exponũt nõ eſſe bonũ duplicẽ nũerum: q̃ ab vnitate diuidit & ꝓtigurat; fœdera nuptiarum. Vnde & in arca Noe oĩa animalia quę bina ingrediunt̃ ĩmunda ſunt, & impar numerus mũdus eſſe oſtẽditur: Hæc ille. Magiſter etiã in. ij. diſt. xiiij. reſpondẽs ad hãc qõnẽ ſic dicit: Sacramẽtũ aliquod hic cõmendat: ideo em̃ fortaſſe non hoc dicit: quod tamẽ in aliis ſctm̃ eſt, qa binari⁹ principiũ eſt alteritatis, & ſignũ diuiſiõis ab vnitate: Hęc ille. Non igit̃ modica irreuerẽtia eſt tantorũ doctorũ ſeu patrũ expoſitionẽ truphaticã vocare. ¶ Secundũ patet, nã motiuũ poſtillatoris ad reprobandũ huiuſmodi expoſitiõem doctorũ, quod ſumit ex hoc q̃ in ſacro euãgelio binari⁹ nũer⁹ eſt laudabilis: ad quod allegat Greg. ſup. Lucã. x. modici valoris eſt apud

Binarius numerus quando, & quãdo non eſt laudabil⁹. ſane intelligentes. Cuius ratio eſt: nã in expoſitionibus myſticis, per vnã & eandẽ rẽ ſecũdũ diuerſas ſui q̃litates, ſæpe oppoſita deſignatur: Sicut & cœlũ empyreũ ratione ſplẽdoris p ignẽ poſſet deſignari, vnde & igneũ dicit: Infern⁹ aũt qa deuoratiu⁹ eſt & maxie offuſcatus: de eo legit̃ Iob. xx. d. Deuorabit eũ ignis q̃ non ſuccenditur. Sic̃ & de binario nũero eſt dicendũ: qa ſi conſideret prout in eo ratio charitatis prio ſaluat, ſic eſt laudabilis, & in bonum ſonat: & ideo binariũ intelligit iſto modo Greg. ſup. Lucã. Inquãtũ aũt binarius nũerus ab vnitate prio diſcedit: principiũ ſeu ſignũ diuiſionis eſt, & p conſequẽs non bonã habet ſignificationẽ, & iſto modo accipit à doctorib⁹ in hoc loco, vnde p̃dictorũ doctorũ expoſitio

& ſi

& ſi nõ ſit l̃alis nõ tamẽ eſt truphatica, ſed vere expoſitio myſtica: G & iõ iterpoſuerũt aduerbiũ dubitatiuũ ſcilicet forte ſeu fortaſſe, ad deſignãdũ q̃ ex ea nõ p̃t ſumi efficax argumẽtum, ſicut nec ex aliis myſticis expoſitiõib⁹. ¶ Tertiũ patet, nñ rñſio l̃alis quã attribuit ipſi Ra. Sa. nuenit prius in glo. nr̃a vbi ſic dicit. Vel iõ nõ addit, qa in hoc opę diſtinctio aq̃rũ non eſt pfecta q̃ in ꝓmo fit, vbi dicit: Cõgregent aquę in locũ vnũ: & iõ ibi addẽdũ reſeruat: Hęc i Glo. potius igit̃ erat attribuẽda autoritas huiꝰ expoſitiõis Glo. nr̃æ, q̃ Ra. Sa. prout oſtẽſum eſt in. iiij. art. q. ſuperadditæ in prologo.

¶ In eodem cap. j. vbi dicitur in poſtilla: quæ diſtinctio facta eſt ꝓ hoc q̃ aqua prius producta in forma ſubſtantiali.

ADDITIO IIII.

¶ Cõgregatio aquarũ de q̃ hic agit̃ nõ eſt itelligẽda p dẽſitatẽ aquarũ nec p earũ receptionẽ in cõcauitatib⁹ terr̃æ, prout aliq̃ voluerũt: ſed per aliũ modum rõnabiliorẽ, ꝓut litera ſonat ſicut plenius in additione ſupradicta in opere tertiæ diei declaratur. vide ibi.

¶ In eodem cap. j. vbi dicitur in poſtilla: E protulit terra, intelligit paſſiue, quia virtute diuina actiua protulit &c.

ADDITIO V.

¶ Ex hoc q̃ diuina virtute terra ꝓtulit herbã, nõ tollit̃ qn terra actiue ꝓtulit p̃dicta. vnde Aug. i hoc loco cãliter dictũ eſt ꝓduxit ſe terrã herbã & lignũ. i. ꝓducẽdi accepiſſe virtutẽ. Hæc Auguſti.

¶ In eodem Gene. cap. j. vbi dicitur: Stellæ autem fixæ &c.

ADDITIO VI.

¶ Octaua ſpĥera vbi ſiit. xij. ſigna & ſtellę fixę, motũ habet ꝓpriũ di Octaua ſpĥera. ſtinctũ ã motu firmamẽti, qui qdẽ mot⁹ dicitur apud aſtronomos motus acceſſus & receſſus.

¶ In eodem cap. j. vbi dicit in poſtilla: Nec valet quod cõtra hoc obiicit frater Thomas &c.

ADDITIO VII.

¶ Si ỹba ſancti Thomæ tractãtis de luce i prima die ꝓducta i pri De prima luce. ma parte. q. lxvij. ar. t. vltio: in reſpõſione ad ſcd̃m argumẽtũ recte intelligant, improbatio poſtillatoris nullũ habet i cũ: Verba enim ſua in hac materia loco allegato hæc ſunt in forma. Quidã dicunt lucem illam fuiſſe nubem quãdã lucidam: quæ poſtmodũ facto ſole in materiam prẽiacentẽ rediit: Sed iſtud nõ eſt cõueniẽs, quia ſcriptura in principio Geneſis, cõmemorat inſtitutionẽ naturæ quæ poſtmodũ perſeuerat: vnde non debet dici, q̃ aliquid tũc factũ fuerit, & poſt modicũ eſſe deſierit: Et ideo alĩ dicũt, q̃ illa nubes lucida adhuc remanet, & eſt cõiuncta ſoli, vt ab eo diſcerni non poſſit: Sed ſcd̃m hoc illa nubes ſuperflua remaneret: nihil aũt eſt vanũ in operibus dei: & ideo alĩ dicũt, q̃ ex illa nube formatũ eſt corp⁹ ſolis: Sed hoc etiã dici nõ põt, ſi ponatur corp⁹ ſolis nõ eſſe de natura quatuor elementorũ: ſed eſſe incorruptibile p naturã, q̃m ſcd̃m hoc materia eius nõ põt eſſe ſub alia forma: & ideo dicẽdum &c. Hæc ille. Ex quib⁹ verbis manifeſte patet, q̃ ſctũs Tho. nõ iprobat tertiã poſitionem, quæ dicit ſolẽ eſſe factũ de illa nube lucida: ꝓ hoc q̃ in in prima rerũ productione nõ eſt dicendũ, q̃ aliquid ſit ꝓductum ſatis cito corrumpendũ, ꝓut poſtillator eidem imponit, ſed ſanctus doctor improbat hanc poſitionẽ p aliud mediũ & cõditionaliter. ſ. ſi ponatur corpus ſolis eſſe incorruptibile p naturam quia ſecundum hoc materia eius non potuit eſſe ſub forma nubis lucidæ, ſeu alia forma quacunq̃ diſtincta à forma ſolis quæ nũc eſt. Primã aũt poſitionem, quæ dicebat illam nubẽ lucidã poſtmodũ facto ſole in materiã prẽiacentem rediiſſe, improbat ſctũs Tho. per hoc q̃ nõ eſt dicendũ q̃ aliquid in prima rerũ ꝓductione ſit productum ſatis cito corrumpendum. Quæ quidẽ iprobatio eſt manifeſta quo ad iſtam poſitionẽ primã. nã ſi nubes illa lucida in materiã prẽiacentem rediiſſet, certũ eſt ipſam corruptam fuiſſe ſcd̃m pfectam rationem corruptionis, nõ em̃ tranſmutabatur in melius. Vnde in hoc loco videtur q̃ poſtillator aut nõ legit verba ſancti Thomę prædicta, aut voluit inuoluere ſententias eius, vt eũ irrationabiliter reprehenderet. Quod autẽ ſubiũgit poſtillator de ſctõ Thoma q̃ incidit in illud quod improbat, eo q̃ in opę qntæ diei dicit, q̃ aues & piſces facti ſunt ex q̃tuor elemẽtis &c. nihil rõnis videt cõtinere: nã ſctũs Tho. nõ iprobat q̃ ex aliq̃ natura i principio Gen. cõmẽorata ſcd̃m aliq̃d ſui, ꝓducerẽ aliq̃ alia natura, ſicu ther hæ vl̃ plãtæ ex ẽra, & aues & piſces ex aq̃ ſeu ex q̃tuor elemẽtis ſicut dicit eẽ icõueniẽs q̃ aliq̃d tũc factũ fuerit & poſtmodũ eẽ deſierit. ſ. ſcd̃m totũ vt q̃ totũ elemẽtũ aq̃ vl̃ hmõi nũc pſeueraret, ſed poſt modicũ deſineret eẽ: qd̃ eẽt cõtra cõſtitutionẽ naturę q̃ pſeuerãs ẽ.

¶ In eodẽ. c. j. vbi dicit i poſtil. Cõſiderãdũ ẽt q̃ aues & piſces &c.

ADDITIO VIII.

¶ Dicẽdũ eſt hic ſicut ſupra ſuper illd̃ verbum: Et ꝓtulit terra. ſ. q̃ ex hoc

A ex hoc q̄ pisces & aues fuerunt producti à deo actiuè, nō sequitur q̄ non fuerint producti ex elemētis actiuè. Causa enim prima non semper excludit actionem causarū secundarum: vt dictū est.

¶In eodem ca. j. vbi dicitur in postill. Ex quo patet Iudęos eccidisse in errorem saracenorum.

ADDITIO IX.

¶Sicut inter Christianos fuerūt aliq̄ hęretici, vt Arriani, Nestoriani, & hmōi quorum errores nō sunt imponēdi veris Christianis, sic inter Iudęos fuerunt aliqui habentes erroneas opiniones, quę non approbātur à Iudęis cōiter: Vnde licet in aliquibus opusculis eorum appareat q̄ in alia vita sint corpales delectationes, cōitas tamen eorū hoc omnino respuit: Et ēm contra illud Esa. lxiij. b. A seculo non audierūt, nec auribus perceperūt, oculus non vidit deus absq̄ te, quę præparasti expectātibus te. Ex quibus verbis manifeste habetur, q̄ remuneratio præparat iustis superat omnem sensum: vnde determinatio cōmunis apud eos, prout Ra. Moyses dicit, q̄ in alia vita non est cibus, nec potus, nec actus venereorum, sed iusti delectātur ex splendore diuinæ glorię. Quapropter attribuere istū errorem Iudęis in cōmuni non est vtile ad eorum reductionē: credunt enim q̄ nos fingimus mendacia cōtra eos, quod non modicū impedimentū præstat ad hoc vt reddamur eis credibiles.

Remuneratio ī alia vita, q̄ & q̄lis sit, secūdū Iudęos.

¶In eodem Gene. ca. j. vbi dicitur in postilla: Imago autem dei cōsistit in anima &c̄.

ADDITIO X.

¶Hæc expositio postillatoris de imagine & similitudine, satis congrua est, & ponit à magistro in. ij. dist. xvj. Sūt tamē alij modi exponēdi vt ibidē habetur, quorū ratio differētię prout in prima ptę. q. xciij. arti. viij. potest sic sumi: Nam similitudo aut cōsideraē vt præambulū ad imaginē in q̄tum est cōior q̄ imago (omnis ēm imago est similitudo & non ecōtra) vel pōt considerari, vt subsequens ad imaginē inquantū significat quādam imaginis pfectionem. Dicim⁹ enim imaginē alicuius esse similem ei cuius est imago, inquantū per fecte repręsentat ipsum. Vnde similitudo, si distinguaē ab imagine, primo modo prout est præambula ad ipsam, sic similitudo attenditur secundū ea, quę sunt cōmuniora proprietatibus intellectualis naturæ: & secundū hoc ad imag nem dei mens pertinet, secundum Aug. in libro. lxxxiij. quęstionum. Cętera autem hominis scilicet quę pertinent ad partes inferiores animę, vel etiā ad ipsum corpus, ad similitudinē facta esse dicunt: Si autē distinguaē secundo modo scilicet prout similitudo significat imaginis perfectionem: sic habet locum expositio postillatoris.

Imago & similitudo quō differant.

B

Tractatus magistri Mathiæ Doring, ordinis minorum quem intitulant, Correctorium corruptorij Burgēsis. In quo dicta Postillatoris, contra Burgensem defenditur.

POST Prologum Burgensis ad literā accedens: dicit se velle aliqua supponere ex quibus trahi debeat aliquid planū pro simpliciter capientibus. Et hoc faciens inuoluēdo sententias, circa primū capitulum replet totum vnum sextermum, & suis inuolutionibus peroptime pensatis: videri potest q̄ primū capitulum remanet plus dubiū in multis, q̄s explanata postillatoris expositione. In qua digressione reprehendit aliquādo postilatorem: Primo, dicens q̄ minus sufficienter se habuit circa processum introductoriū primi capituli, in eo q̄ dicit intellectum operationis sex dierum dependere ex varietate opinionū de natura materiæ à philosophis positarū. Vbi dico q̄ Burgensis non bene reprehendit postillatorē: Nam postillator dicit duas solennes expositiones literales doctorum esse, quę proceduntvarie, secundū opiniones varias de natura materiæ à philosophis positas: & excludit admirationē eorum qui ęgrè ferre possent eum dicta philosophorū opinabilia tractare in expositione literali dicens: Ex illarū pertractatione dependet intellectus opis sex dierū, non directe & p̄ se, sed inquantū exponitur varie à diuersis: Non igitur vult q̄ sensus literalis sit sumēdus ex opinionib⁹ philosophorum, sed q̄ videri possit, quę doctorū expositio innixa & fundata sup hmōi, sit rationabilior & sensui literali propinquior: nō igit in conuenienter dictū, vt putat Burgen. Rationes igitur suę reprehensionis non valēt. Non prima: quia ex diuersitate opinionū non sumit sensum scripturæ, sed solū inquirit ex eis quę sentētia doctorū sit aptior. Nec secunda, quia articulū creationis non inquirit ex pręfatis opinionibus: sed cōuenientiā expositionū adductarum, intēdit enim solum expositionū varietatem & obscuritatē declarare: à quo etiā ipse Burgen. non abstinet si reprehensibile est. Nam diuersitatē inter beatū Augu. & Ambro. sumi de informitate materiæ pręsentat in solutione primę quęstionis quā mouet, quare scilicet scriptū non sit: fiat terra, sicut fiat lux &c̄. Nec puto sine intellectu opinionum de natura materiæ, expositionē Bedæ, Strabi, Lincolniensis, & cęterorū de prima forma corpali quicq̄ posse intelligere: quamuis ad verum sensum literalem huius passus, etiam sine corū expositiōe quis possit peruenire. Item eadem digressione improbat Burgen. ratiōes per postillatorē adductas, ad ostēdendū aggregatiōes aquarum in vnum locum vt appareret arida, videlicet condensationem elementi aquę, & receptionē multarū partiū eius in cōcauitatibus terræ: quas rationes improbando Burgen. improbat, non modo postillatorē sed & beatum Augu. qui asserit has ratiōes sup Gene. ca. xij. Sicq̄ Burgē. ad reuerentiā sanctorum non respicit, quod supra in postillatore valde reprehendit, sed frustra. Rationes nanq̄ ipsius Burgen. contra beatum Augu. & postillatorem modicę sunt apparentię. Nam prima fundaē super falsa imaginatione, qualis tota ratio siccitatis terræ, sit receptio aquę in cōcauitatibus terrę, quod falsum est. Sed ex condensatione eius facta est, cum in prima creatione aqua fuisset rara ad modum nebulę, & ex multis pugillis nebule factus est vnus pugillus aquę, sicut patet ad sensum. Sicq̄ condensatione facta, pars recepta est in concauitatibus terrę: Et illę sunt duę causę partiales siccitatis terrę, vt vult beatus Augustinus vbi supra. Nec secunda ratio Burgensis valet cum dicit in litera dici: Congregentur aquę, non condensentur: Nam congregatio simul & condensatio: est partium propinquior positio, & ita illa difficultas potius est vocalis q̄ realis. Similiter quod tertio adducit, fundatur super falsa imaginatione: Imaginatur enim q̄ aquę in terra receptę sint densiores, quod verum non est quantum est de ratione aquæ: quia toto elemento condensato, pars eius vna recepta est in terrę viscęribus. Et per ea quę dicta sunt patet, q̄ non valet illud quod quarto adducit, quia condēsatio & receptio sunt ambæ causæ partiales ad vnum effectum ariditatis terrę. Præter has potior ratio ariditatis huius potest addi diuina voluntas, quę legem posuit aquis ne transirent fines suos. ¶Item in eadem digressione, reiectis modis dicendi beati Augu. & aliorum, Burgen. imaginatur aquā quę in principio creationis fuit concentrica terrę & vniuerso, factā ecentricam terræ & concentricam lunę, vt apparere posset arida: Sed q̄s q̄s sua imaginatio sit valde inuoluta, ad sensum tamen literalem modicum conferre videtur, nec fundat eam super aliqua auctoritate sacri canonis, sanctorum doctorum, vel alicuius philosophi. Et multa huic imaginationi contingunt incōuenientia. Primū quia secundum illam & aer & ignis ponerent necessario elementa ecentrica, per egressionem enim aquę necesse est aerem egredi, cum non habeat in sua sphera soliditatem resistendi, & idem arguitur de sphera ignis. Secundum, quia sic ordo elementorum à prima creatione institutus, & inclinatio naturalis ad centrum vniuersi omnibus elementis indita, secundum beatum Augustinū & ipsummet Burgē. cito cessassent: quod est contra Burgen. & suum magistrum præcipuum sanctum Tho. qui ideo reputat inconueniens lucem prima die factam. 6ok facto quarto die redisse in prætacentem materiam, quasi in prima rerum productione aliquid fuerit productum, satis cito corrumpendum, vt patet prima parte quęstio. lxvij. articu. vltimo in responsione ad secundū argumētum. Nec videatur modicum inconueniēs ordinem illum, quo ad naturam elementarem specialiter aquę, fore corruptum, cum multi ponderis sit ordo ille, in quo etiam fœda in se, videretur pulchra & valde bona, vt inquit beatus Augustinus. ix. super Gene. circa finem. Tertium: quia sic videretur natura aquę corrupta. Propriis enim passionibus & naturalibus inclinationibus immutatis, necesse est naturam immutari, cessante enim inclinatione motus sui ad centrum vniuersi, iam cessaret esse grauis, cessante grauitate cessaret esse frigida & humida, & per consequens cessaret esse aqua. Nec valet instātia de aqua quæ est supra firmamentum, quia non est mobilis ad centrum, quia secundum Burgēsem in eadem digressione. Illa dicitur quasi æquiuoce aqua per quandam analogiam rationediaphaneitatis, non ratione grauitatis. Est enim appetitus naturalis grauis, motus ad centrum intrinsecus & naturalis, vt docet beatus Augu. ix. super Gene. capitulo. ix. Propter hæc & alia multa, imaginatio sua non videtur posse stare: Sed & mirum est q̄ nullus philosophorū (qui de naturis rerum & earum connexioue multa scripserunt) huiusmodi ecentricitatem videre non potuerint, quia de huiusmodi nulla scripta reliquerunt. Et manifestum signum q̄ sphęra aquę non sit ecentrica, sed potius terræ & vniuerso concentrica videtur esse tale, quia cessante lege quam deus posuit aquis, & gyro vallante abyssos, aqua naturaliter aridam absorberet, vt patet in diluuio: de quo capitu. viij. infra vbi etiam Burgen. fibiipsi conditio-

Aquarū cōgregatio sine condensatio.

Ratio ariditatis terrę.

D Imaginatio Burgē. improbat.

Optima ratio q̄ aquā nō sit terrę & vniuerso ecentrica.

Enem dicit: cū aqua ſit naturaliter fluida, oportet q̄ ſpe diluuij orbi culariter ſe habuerit circa centrū id eſt terrā. Cōgregationis igitur aquarū vt appareret arida (prout ſupra dictū eſt) principalis cauſa eſt diuina voluntas, quę terminū poſuit aquis, ne tranſirent fines ſuos: Nec aqua p poſitionē talis legis detineretur violēter, quia q̄uis illa detentio ſit contra inclinationē naturalem grauis ad centrū, nō tamen obedientialē, ſecundū quam deus poteſt facere quodlibet ex quolibet. ¶Item in eodē ca. Burgē. quęrens occaſionē cōtra poſtillatorem, dicit eum recedere à beato Augu. in hoc q̄ dicit ad literā per cœlum nō intelligi angelicam naturā: Vbi dico q̄ nec beatus Augu. ad literā ſic videtur exponere, ſed q̄ Burgē. dicit talem acceptionē eſſe parabolicā, nō videtur verū: Nam ſecundū Britonē parabola differt à metaphora & paradigma: quia ſecundū Donatum vt eum allegat Brito: Parabola eſt rerū genere differentiū cōparatio: & ſic ponitur ſemen pro verbo dei, leo pro Chriſto &c̄. In propoſito beatus Augu. quia talē cōparationē exponēdo non facit vt videt, non eſt expoſitio eius cōparabolica quę ſolum habet locū in his vbi res ſignificāt: non voces ad autoris intentū: & in illo caſu parabolicus ſenſus non continet ſub literali, ſed eſt verē literalis, quia à ſpiritu ſancto intentus, imo ſenſus parabolorū ſecundū ſignificationē vocū ſępe falſus eſt, vt patet Iudic. ix. b. de ligno in conſiliū conuenientibus, & de electione regis loquentibus: & ſic de aliis paſſibus ſacre ſcripturę. Ex quo bene infertur, q̄ Burgē. in primo articulo ſuę queſtionis præambulę, nō ponit ſufficienter adęquatā rationē ſenſus literalis, cū dicit q̄ adequat? ſit ille qui à deo intendit, & p voces in litera cōtentas ſignificat. Debuit em̄ addere, ꝓpter præmiſſa: aut per res vocibus expreſſas ſignificat, & hic eſt vere parabolicus, quia is nō apparet ſenſus beati Augu. de quo ſermo preſens. Poſtillator igit verum dixit expoſitionē beati Augu. nō eſſet literalē, nec p hoc recedit à beato Augu. cuius expoſitio potius videt allegorica q̄ parabolica, quia ex alio aliud intelligit. Ex cœlo ad literā angelus p allegoricā, vt patet in Glo. ordi. in principio. §. quatuor ſunt regulæ: cum etiā natura angelica & eius cognitio matutina aut veſperina ſint à ſenſu noſtro valde remotæ, ideo cadere vident ſub fide, iuxta vulgatum vt dicit: Fides eſt credere quod nō vides. Sicę ad allegoriam eius expoſitio ptinet iuxta cōmune dictū. Litera geſta docet, quid credas allegoria &c̄. Huic igit expoſitioni poſtillator non cōtradicit, ſed eam quaſi nō literalē dimittit, ſicut & ipſemet Burgen.

Parabola.

F

¶Item eodē ca. vbi poſtillator mota queſtione, quare ſecunda die facta non dicūtur bona ſicut alijs diebus, tres reſpōſiones adducit, quārū primā dicit truphaticā, ſecundā abnęit tanq̄ nō fundatam, tertiā approbat à Ra. Sa. acceptam: in quo paſſu Burgen. dicit eum in tribus deuiare à rectitudine, quia rationē ſanctorum irreuerēter dicit truphaticā. Secundō quia cōtra eos nō adducit validam rationem. Tertiō quia verā reſpōſionē attribuit infideli: quę tamē in noſtra glo. cōtinetur, cui potius debuit honorē exhibere. ¶Quo ad primū reſpondeo, q̄ poſtillator nō truphat de ſanctis doctoribus, ſed, de imperitis lectoribus, qui id pro ſenſu literali eligūt, qđ ſancti myſtice p quaſdā particulares cōgruentias adducūt, vt patet in multis lecturis ſup Gene. ¶Quo ad ſecm̄ dico, q̄ ratio poſtillatoris valida eſt ad probandū q̄ Binarius nō eſt generaliter infamis, quia etiam laudabilis in ſcriptura reperit. Eſt igitur illa ratio ſanctorum fundata ſuper quibuſdā incōgruentis binarij, non ſup ratione eius eſſentiali, quia alias omnis binarius eſſet infamis, quod efficaciter improbat ratio poſtillatoris. ¶Quo ad tertium ratio literalis quā poſtillator ſumit à Ra. Sa. non eſt in glo. noſtra: vt Burgē. dicit. ſed glo. videt ſenire oppoſitum illius rationis literalis. dicitur enim in glo. allegāte Bedam ſup illo verbo: & vidit deus &c̄. Nondū terra germinabat, nec aqua animantia viua produxerat, & tamen dicitur deus videre q̄ eſſet bonum, cedentibus aquis apparuiſſe aridam, quia vniuerſitatis æſtimator præuidens quę ſunt futura, quaſi iam perfecta laudat, quę adhuc in primo operis exordio ſunt: q̄a apud eum rerum perfectio non in conſummatione eſt operis, ſed in prædeſtinatione voluntatis. Hæc glo. Si Burgen. & nobis communis eſt Glo. ordinaria, mirum eſt quod obiicit, cum ipſa glo. ponat ad queſtionem prædictā hanc primam rationem, non tertiam prout Burgē. fingit. ¶Item in eodem ca. cum dicit: Protulit terra herbam &c̄. Poſtillator dicit intelligendū eſſe paſſiue, quia actiue à ſolo deo hæc virtus germinādi fuit. Cōtra quod Burgē. adducit beatum Auguſti. dicentem: Cauſaliter dictum eſt produxiſſe terram, herbam, lignū &c. id eſt ad producēdum accepiſſe virtutē. Ex quo dicto arguit Burgen. terram etiā actiue protuliſſe ibi in litera enumerata. Sed non videtur Burgē. bene inferre ex dicto beati Augu. quia illa enumerata in litera ſunt ſubito producta in eſſe perfecto: quia herbæ habentes ſemen, & lignū habens fructū, in quibus modis producendi, creatura non poteſt actiue cōcurrere, quia deus ſic res condidit, vt eas proprios motus habere ſinat: proprius autem motus creaturarum non eſt ſubitus, nec ad terminum primo perfectum, ſed ſectum, ſed via generationis eſt ab imperfecto ad perfectum: ideo, G embryo primo viuit vita plantę, deinde animalis, poſt hominis, vt dicit Ariſto. de animalibus. Imo generale eſt q̄ primū perfectione eſt vltimū in via generationis: & ecōuerſo. Nec videtur cōcurrere in generatione plantarum & reliquorum niſi materialiter, nec poteſt hodie actiue concurrere, quia miniſtrat ſolum materiam generationis, & quia materia eſt vna de quatuor cauſis, cauſaliter dici potuit: Protulit terra. & ſic dictum beati Augu. per Burgen. adductū accipiendum videtur: actiue autem à ſolo deo primo, & tunc per virtutem ſeminalem inditam ab eodem, vt ſonat litera. Ad idē glo. interli. Et factum eſt: gloſa, cauſaliter: & protulit: gloſa, actualiter.

¶Item in eodem capitulo vbi poſtillator notauit ſanctum Thomam dicentem q̄ ex luce prima die facta corpus ſolis fieri non potuit: Burgen. in defenſione ſancti Thomę, exardeſcens paſſionibus permouetur, & dicit poſtillatorē dicta ſancti Thomæ non vidiſſe in hoc loco, qui tamen vt apparet, clarius & magis intime vidit q̄ ipſe Burgenſis. Qui enim ad illa dicta ſine paſſione reſpicit, clare cognoſcit q̄ improbatio tertię opinionis innititur eodem medio, ſicut improbatio primę opinionis: illi videlicet q̄ quia nihil fuit in principio conditum, cito poſt corrumpendum, ideo lux primę diei ſole facto non redit in præexcentē materiam. Quod autem probatio tertiæ opinionis innitatur eodē medio, patet ſic: Nam terra opinio per eum adducta eſt illa q̄ corpus ſolis quarta die, factum ſit ex luce prima die producta: hanc improbans idem ſanctus Tho. dicit eſſe inconueniens, ſi ponatur corpus ſolis non eſſe de natura quatuor elementorū, ſed eſſe per naturam incorruptibilem, quoniā ſecundum hoc materia eius non poteſt eſſe ſub alia forma. Hæc ille. Ex qua obiectiōe duo ſequi videtur. Primum, q̄ ex illa luce ſine ſui corruptione corpus ſolis fieri non potuit, quia materia ſolis nō potuit fuiſſe ſub alia forma ſine corruptione prioris, cuius formæ corruptio non erat conueniēs propter medium: per quod prima opinio fuit improbata, videlicet q̄ nihil fuit in principio conditū, cito poſt corrūpendum. Hoc intrinſecus poſtillator videns, rationabiliter dixit ſolem factū ex illa luce, nō obſtāte obiectione ſancti Tho. prima parte ſum. q. lxvij. arti. vlti. in reſponſione ad ſecundum argumentum. Secūdum quod ſequi videtur ex illis dictis eſt, q̄ nulla H materia exiſtens ſub forma priori, poteſt eſſe ſub alia poſteriori, niſi priori corrupta: ideo reprobat opinionē tertiam, quia forma ſolis ſpecifica formam lucis generificam non compatitur: ideo ex luce non potuit fieri ſol niſi forma lucis corrūperetur, quod eſt inconueniens propter medium, per quod prima opinio ſecūdum eum fuit improbata, & q̄ q̄ illud dictum incidit in errores condēnatos Oxoniæ, inter quos habetur ſic: Dicere tantū vnam formam ſubſtantialem in quolibet compoſitio error, tamen cum eodem dicto ſanctus Tho. incidit in id quod improbat, quando ponit aues & piſces factos ex natura elementorum: quia ex hoc forſitę elementorum, poſitione formarū piſcium & auium fuiſſent corruptæ ſecundum eum, & per conſequens aliquid in principio productum, cito poſt corruptioni fuiſſet obnoxium. Nec valet cuilio Burgenſis de parte & toto: quia ſecundum hoc de aliqua portione lucis, corpus ſolis productum fuiſſet ſine totius lucis corruptione.

Poſtillator defendit.

¶Item in eodem ca. vbi de productiōe piſciū ex aqua poſtillator dixit hanc productionem actiue eſſe à ſolo deo, paſſiue ab elementis. Burgen. dicit q̄ cauſa prima non ſemper excludit actionem cauſarum ſecundarium, volens contra poſtillatorem, q̄ elemēta etiam actiue ad productionem piſcium cōcurrerint: ſicut ſupra correctorio quinto de productiōe herbarum & arborum à terra: Dicitur autem hic ſicut ibi. In ſpeciali tamen dico, q̄ ſi in rerum prōductione prima cauſa ſecundarum cauſarum actionem non excludit, excludit tamen certum modum agendi vel coagendi, ſcilicet ſubito: in quo modo creata virtus coagere nō poteſt, multo minus tunc: bene igitur dictum eſt, q̄ actiue à ſolo deo piſces & cætera à principio creata ſunt. ¶Item in eodem capitulo vbi dicitur. Creauit deus cete grandia, poſtillator reprehendit Iudęos in Thalmudicis cōmuniter ſtudētes, & ſimplices ex eis docentes, & errātes & errare facientes, quam reprehenſionē Burgen. ægre ferens, quaſi adhuc affectione ſanguinis Iudaizans dicit non eſſe vtilem talem reprehēſionem, cum non omnes Iudęi ſic errent: & ſic credunt nos fingere mendacia contra eos, & per conſequens minus per nos poterunt ad fidem reduci. Reſpondeo ego, q̄ non poſſunt exiſtimare p nos confictum mendatium, quod clare ſciūt in ſuis Thalmudicis contentum: & fortaſſe talis reprehēſio cooperatur ad eorum reductionem, quando ex ea vident ſuos magiſtros, & apud Iudæorum communitatem authenticos ita male de beatitudine & futura vita ſentire.

Thalmud. Iudeorū.

Igitur pfecti

Cap. II.

A IGITVR perfecti ſunt cœli & terra. Alchu. Nullo modo dici pōt, quomodo fecit deus cœlum & terrā. Sed hęc expoſitio per ordinē dierum indicat tāgz̄ hiſtoriam factarum rerum, ſed marie obſeruat p̄dicationē futurorū. Si quē mouet ꝙ in ætatib⁹ ſecl̄i, duæ prię denis gñatiōib⁹ explicāt, tres ſeq̄ntes ſingule xiiij. ſexta ỹ ò nullo nūero gñationū diſtinſt, facile eſt videre, ętiā in vnoq̄q; hoie infantiā & puericiā gnez̄ ſenſib⁹ corpis inhærere. Quinari⁹ aūt duplicat⁹ (qa duplex ē ſextus hūan⁹ vñ gñatiōes tales fiūt) denariū facit. Ab adoleſcētia ỹ ò vbi rō p̄ualere icipit in hoie, accedit gnez̄ ſenſib⁹ cognitio & actio qbus vita regit & adminiſtrat, vt ſit ſeptenari⁹, qui duplicatus ꝑpter duplicē ſexū xiiij. generationibus cruinet, quas habēt tres ætates, adoleſcentis. iuuenis, & ſenioris. Senectus ỹ ò nīſo annorū termino finitur, ſed poſt illas quinq; ætates, q̄rū quiſq; vixerit, ſenectuti deputatur. In hac quoq; ætate ſecuri nō apparent generatiōes, vt etiā occultus ſit vltimus dies, quem domin⁹ vtiliter latere monſtrauit. a ¶ Igit̄ perfecti ſunt cœli & terra: & oīs ornat⁹ eorū. Allegorice. Poſt illorū q̄ſi ſex dierū opa valde bona, ſperet hō regem ꝑpetuā, & intelligat q̄d ſit, requeuit de⁹ die ſeptimo ab opib⁹ ſuis: qa & ipſe i nobis hęc bona opat̄, qui iuber vt operemur. Et recte qeſcere dicit̄ qa poſt hæc oia opa reqem nobis p̄ſtabit, quō p̄familias domū ædificat, cū ſeruientib⁹ facere impat, & poſt ab opib⁹ regeſcere, cū p̄fecta fabrica, iuber qeſcere. Moraliter. ¶ Iſid. Moraliter. Habet vnuſqſq; nīm i ſuis operib⁹ & recta vita tāgz̄ diſtinctos iſtos ſex dies, poſt q̄s debeat qe tē ſperare. Primo die lucē fidei, qñ primū viſibilib⁹ credit; ꝑpt quā fidē dñs viſibiliter apparere dignat⁹ eſt. Secō die factū eſt tāgz̄ firmamētū diſcipiine: qd̄ diſcernit inter carnalia & ſpūalia opera, ſicut firmamētū inter inferiores aīs & ſuperiores. Tertio die q̄ mentē ſuā ad ꝑferēdos bonorū operū fruct⁹ ꝑparat & erigit, ſepata labe & fluctib⁹ † tētationū carnalū, tangz̄ aridā, habet mentem à p̄turbationibus maris: vt iam poſſit dicere: Ro. vij. d. Mente ſeruio legi dei, &c. b ¶ Compleuitq; deus &c. Augu. Alia tranſlatio, conſummauit deus die ſexto opera quæ fecit, quę nihil queſtionis affert, quia manifeſta ſunt quæ in eo facta ſunt. Sed ſecundū hebraicā veritatē quęrendū eſt. Quō dicatur deus ſeptima die op⁹ ſuum cōpleuiſſe, in quo nihil nouū creaſſe dicit̄: niſi forte ipm̄ tunc feciſſe, & in eius factura opus ſuū cōpleuiſſe dicat: q̄ eo facto mēſuram numerūq; p̄fecit dierū. ſ̄rū circuitu oia ſecula voluunt. nā i revolutione idē eſt octauus q̄ & primus. Cōpleuit igit̄ die ſexta opus ſuū, addito ſeptimo quē ſabbatum dici & eſſe voluit, quia myſtica præ cęteris bñdictiōe & ſanctificatiōe eū donauit. Vñ & dies iudicij, qa poſt ſeptimā ſabbati vēturā ē octaua in ſcripturis dīa ē, q̄ſi ſeptē tm ꝓeſſerint. Dies q̄q; reſurrectiōis dñi, cū poſt tot dierū milia ventura eſſet, octaua dicta eſt. Poteſt aūt dici cōpleuiſſe deū die ſeptima opus ſuū, quia ipſum benedixit & ſanctificauit: op⁹ em̄ eſt benedictio & ſctificatio: aliqd em̄ opis fecit Salomō, cū tēplum dedicauit. ¶ Hiero. In hebræo habetur die ſeptima. Artabimus ergo iudæos, qui de ocio ſabbati gloriant, quia iam tūc in principio ſabbatum ſolutū eſt, dū deus opatur in ſabbato cōplens opa ſua in eo. ¶ Cōpleuitq; de. &c. Aug. Querit vtrū illi ſex dies ꝑteriērūt & addito ſeptio nūc p volūia tm̄ nō re ſed noie repetant. In toto em̄ tpe multi veniūt ꝑteritis ſiles, null⁹ idē. Vnde dubitat, vtrū illi ſex dies ꝑterierint: An iſtis vſtatis quotidie tranſcurrentibus, illi maneant in rerum conditionibus, vt non ſolū in trib⁹ ante luminaria, ſed etiam in reliquis trib⁹ intelligam⁹ diē in ſpecie rei q̄ creata eſt, nocte m in defectu vel priuatione, cū ſamittitur ſpecies aliqua mutatione q̄ ineſt oi creaturę: ſiue poſsibilitate, cū deſit eſſe ętus, ſicut in cœleſtibus corpibus, ſiue actu, vt in terrenis & mortalibus. Veſpera aūt in omnibus perfectę cōditionis terminus ſit. Mane incipientis exordium. Omnis enim creatura certis initiis & finibus cōtinet. Sed ſiue hoc, ſiue illud, ſiue aliud probabilius dicat̄, p̄fecto nūero dierū. i. ſenario, perfecit deus opa ſua: quę mēſura & numero dierū, & pondere diſpoſuit. dñs ſe. qui eſt menſura, omniq; rei modū p̄figēs, & numeros ꝓbens & ſpecię, & pondus: quia oia ad quietē & ſtabilitatē trahit. omnia em̄ terminat, format, ordinatq;. Vel ſic diſpoſuit oia, vt haberēt menſurā, nūerū, & pōd⁹, ſicut dicit: de⁹ corpa in colorib⁹ diſpoſuit. nō hinc eſſe cōſequēs, vt colores in ſe pri⁹ habuerint, ſed vt ipſa colores haberent. Nec ſenarius numerus ideo perfect⁹ eſt, qa ſex dieb⁹ de⁹ opa fecit: ſed iō p̄fecit opa ſex diebus, quia diebus, quia ſenarius eſt perfectus. Sine his ergo perfectus eſſet, q nihil eſſet perfectus, ſecm̄ cū perfecta non fierent. c ¶ Et requideus &c. Beda. Non quaſi operando laſſus, ſed ab vniuerſo opere requieuit, quia nouam creaturam facere ceſſauit. Requieſcere enim ceſſare dicitur, vt in Apocal. viij. c. Requiem nō habebant dicētia: Sctūs, ſctūs, ſctūs. i. dicere nō ceſſabant. ¶ Beda. Altius quoq; intelligitur requieuiſſe ab vniuerſo opere ſuo. i. nō opus habuiſſe illis operibus, in qb⁹ requieſceret, cui⁹ requies in ſemetipſo ỹ a eſt ſemp̄ ſine initio & fine: ſed ſola bonitatis cauſa, feciſſe opera⁹, q̄ in ipſo requieſcerent, humana verò indigētia quotidie laborat, vt in operib⁹ ſuis requieſcat: dicēte deo, infra. iij. d. In ſudore vultus tui ve. p. r. Deus aūt nō habuit neceſſe in creaturis ſuis requieſcere, ſed creaturis rōnalibus in ſe requiē dedit. ¶ Et requie. de⁹ &c. Aug. Non laborauit deus in operando, qui ſolo ỹ bo fecit, dicendo fiat. Nec homo dicendo fiat, laborat. Sed forte dicit̄ laboraſſe, cogitando quid fieret. A qua cura perfectis rebus quieuiſſe dicitur. Sed hoc ſapere delipere eſt. Deum ergo requieuiſſe, eſt creaturę rōnali in ſe requiē p̄ſtitiſſe, vt illuc ſ. deſiderio feramur quo regeſcamus. i. nihil amplius requiram⁹. Sicut em̄ facere dicit̄, qd̄ ipſo in nobis operāte facim⁹, & cognoſcere cū cognoſcim⁹, ſic regeſcere, cū ei⁹ munera regeſcim⁹. ¶ Aug. Nō eſt mirū ſi diē q̄ xp̄s erat in ſepulchro geturus hoc mō ꝓnūciās dixit: die ſeptimo requieuit, deinceps opatur⁹ ordines ſcłorū. ¶ Augu. Pōt aūt intelligi deū requieuiſſe à faciendis generib⁹ creaturę, qa vltra noua nō cōdidit, vſqnūe tū opat̄ adminiſtrationē eorūdē generū, q̄ tūc inſtituta ſunt. Creatoris em̄ ỹ tus cā ſubſiſtēdi eſt oi creaturę. Qd̄ em̄ dicit̄ Ioh. v. c. Pr̄ me⁹ vſq; mō opat̄, vniuerſę creaturę cōtinuā adminiſtrationē oñdit. Die ſeptio requieuit, vt nouā creaturā vlteri⁹ nō faceret, ſed vſq; nūc opat̄, vt q̄ cōdidit, cōtinere & gubernare nō ceſſet. ¶ Aug. De⁹ aūt nec creādo defeſſus, nec ceſſando refect⁹ eſt, ſed p ſcripturā ſuā ad getis deſideriū nos hortat̄: dicēdo ſe die ſctificaſſe in q̄ requeuit. Cęteros em̄ dies opis ſui nō legit̄ ſctificaſſe, tāgz̄ apd̄ ipm̄ pl⁹ qes q̄ opatio valeat. ¶ Aug. Vitiū q̄q; aīæ eſt, ita ſuis opibus delectari, vt potius ☞ in ipſis q̄

Nicolaus de Lyra.

Cap. II.

IGITVR pfecti ſunt &c. Poſtq̄ deſcripſit Moyſes hoīs formationē, ꝓpter quē alia fuerūt ꝓducta. Hic cōſeqūnter deſcribit hoīs formati ſtatū ſiue cōditionē. Et qa ex fine ſumit̄ rō eorū q̄ ſunt ad finē, ideo prio deſcribit ipſ⁹ hoīs vltim⁹ finis. Secō explicat magis mod⁹ ſuę formationis, ibi: iſte ſunt gñatiōes: Tertio deſcribit loc⁹ ſuę habitationis, ibi. Plātauerat aūt. Quarto aſſ⁹ multiplicatiōis, ibi: Dixit q̄q; &c. Circa primū ſic ꝓcedit, qa prio cōtinuant dicta dicēdis. Secō deſcribit ipſ⁹ hoīs finis, ibi: Et bñdixit dei. Circa primū continuat de opib⁹ ſex dierū ad diē ſeptimū in q̄ requit dicēs. a ¶ Igit̄ perfecti ſunt cœli & ter. ſex p̄dictis dieb⁹ per opus diſtinctionis & ornatus vt p̄dictū eſt. b ¶ Cōpleuitq; de die ſeptimo. Alia trāſlatio habet, ſexto die, & vtraq; vera eſt, vario tamē modo. Est em̄ duplex cōpletio vel pfectio alicuius rei. Prima eſt qñ aſſequit̄ formam debitam, ſicut ignis quando p generationem aſſequit̄ formam igneitatis & qualitatū concomitantiū. Alia eſt perfectio ſeu cōpletio, quādo exit in opationem ſibi debitā, ſicut qñ ignis calefacit vel generat ignem. Et perfectio ordinatur ad ſecūdam, quia forma eſt propter operationem. Igitur quia ſex diebus perfectæ ſunt creaturę in ſuis formis & proprietatibus, ideo ſexto die compleuit deus op⁹ ſuum q̄tum ad primam perfectionem: Sed qa à ſeptimo die dicit̄ icepiſſe tp̄s adminiſtratiōis & gubernatiōis rerū, ſicut ſex dies p̄cedentes dicuntur tēpus ꝓductiōis, ita dies ſeptimus & deinceps dicitur tempus gubernactionis. Per gubernationem enim res applicantur ad ſuas operationes, ideo dicitur deus die ſeptimo cōpleuiſſe opus ſuum q̄tum ad ſecundam perfectionem. & de iſto opere adminiſtrationis & gubernationis rerum, ſaluator dicit, Ioh. v. c. Pater me⁹ vſq; modo operatur & ego operor. Aliter etiam poteſt dici, quòd deus potuiſſet plures ſpecies addidiſſe ſpeciebus iam productis. De agente autem potente noua opera addere ſuo operi, nō dicitur, q̄ impleuerit opus ſuū, donec videat reqſcere, & ceſſare à nouis cōdēdis: hoc aūt apparuit ſeptimò die & nō ante. c ¶ Et requeuit ſepti. die. ſ. à nouis creaturis producendis, qa nihil eſt factū poſtea, qd̄ tūc nō fuerit factū in opibus ſex dierū, vel ☞ in ſuo ſimili

¶ Cauſaliter quidam & potentialiter, quorum numeros profectus & defectus tempus poſt ſubtiliter explicaret.
¶ Perfectione ſenarij. ¶ Sex diebus perfecta eſt rerum conditio. ¶ Sex ætatibus, perficitur hominum reparatio.

Cap. II.

a IGITVR pfecti ſunt cœli & terra, & oīs ornatus eorū. Cōpleuitq; b deus die ſeptimo op⁹ ſuū q̄ fecerat, & requeuit die ſe- c

¶ Quod bñdictio & ſanctificatio diei ſeptimæ intelligat ſecũm applicationẽ ad diuina obſequia, hoc non pertinet ad literalẽ ſenſum, ſequereꝫ q̃ ſcti pñarchæ fuiſſent obligati ad cõſeruationẽ ſabbati, qđ minime reperit ante legẽ. Vnde ſr̃aliter intelligit benedictio ſabbati: q̃ hoc q̃ benedictio ad multiplicationẽ ꝑtinet. vnde creaturis quas de⁹ benedixit dictũ eſt: Creſcite & multiplicamini. multiplicatio aũt rerũ fit ꝑ adminiſtrationem creaturę, ſecũm quã ex ſimilibus ſimul a generant: quæ quidẽ adminiſtratio incipit à ſeptimo die: ſanctificatio ẽt cõpetit ſeptio diei: inquantũ res cõditæ & mltiplicatæ i deo reqeſcũt, vñ & res deo dicaꝫ, ſanctæ dicunt, vt i poſtilla &c.

¶ In eo. ca. ij. vbi dicit i poſtilla. Philoſ. etiã. ij. metheo. dicit &c.

ADDITIO III.

¶ Sequẽtes opinionẽ Ariſt. poſſunt cõcedere, q̃ inter duos tropicos ſit regio habitabilis & tẽperatiſſima: ꝑ qđ in illa regione ſit aliqua ꝑs alta & mõtuoſa intm̃ q̃ refleciões radiorũ ſolis nõ attingũt ad illũ locũ cũ exceſſu caloris, ſed tẽpate, eo mõ quo cõtingit i aliq̃bus ꝑtib⁹ climatũ calidorũ, vbi aliq̃ mõtes alti tantã attingũt frigiditatẽ, q̃ ibidẽ niues generanꝫ, & ẽt durãt ꝑ magnũ tẽꝑs anni, vt patet ꝑ experientiã: vnde etiã ſecũdũ opinionẽ philoſopha cõcedi poteſt q̃ padiſus terreſtris ſit i oriẽtali plaga ſub ſignoctio mõ ꝑdicto.

¶ In. e. c. ij. vbi dicit i poſtilla: Vt operari & cuſtodire referaꝫ ad deũ.

ADDITIO IIII.

¶ Iſte mod⁹ expoſitiõis nõ habet locũ ſecũm hebraicã veritatẽ. In hebrẽo em̃ in hoc loco habet vt operet & cuſtodiret illã i fœminino genere, nõ illũ in maſculino: vnde oportet vt referaꝫ ad padiſum, q̃ ſub nomine hortus dicitur. Hortus aũt in hebrẽo eſt communis generis, quia quandoq; in maſculino, quãdoq; in fœminino noiaꝫ.

Hortus cõmunis generis ſecũm hebrẽos.

¶ In eo. ca. ij. vbi dr̃ in poſtilla: Formationem mulieris &c.

ADDITIO V.

¶ Hæc ratio Ra. Sa. & ſi cõtineat aliqd veritatis, eſt tamẽ ipropria ſeu impertinens ad ꝓpoſitũ: nõ em̃ ꝑtinet ad ſacrã ſcripturã dicere an fœmina ſit groſſior in ꝑtib⁹ inferioribꝰ an nõ: nec ex hoc ſequitur aliqd ꝑtinẽs ad mores: Sed in hoc poſſet aliter dici, & forte melius & magis ad ꝓpoſitũ. Ad qđ ſciẽdũ q̃ in rerũ primordijs ſcripſit ura triplici mõ denoiat ꝓductionẽ hois. Vno ſcilicet mõ ꝑ hoc verbũ formauit. ſicut cũ dicit Gene. ij. b. Formauit deꝰ hoiem de limo terræ. Alio mõ ꝑ hoc ꝙ hum genuit, ſicut cũ dr̃ Gen. iiij. d. qđ Adã genuit Seth: Alio mõ ꝑ hoc verbũ ædificauit, ſicut cũ dicitur hic: ædificauit dominꝰ coſtã quã tulerat de Adã i mulierẽ. Prio aũt modo productio hominis ſpecialiter quantum ad corpus, facta eſt per quandam tranſmutationem quaſi naturalẽ, ſecundum quã res ꝓducta non habet identitatem ſpecificam cum re ex qua producitur: imo eſt ibi oppoſitio, cum ex non tali fiat tale: vt in primo Phyſicorum. & ideo talis productio proprie nominat formatio, eo q̃ plicitur per nouam formam de nouo aduenientem, & iõ de tali productione dicitur: Formauit deus hominẽ de limo terræ. Secundo vero modo productio hominis facta eſt per generationem naturalem, ſecundũ quam res aliqua generat ſibi ſimilem ſecũdum ſpeciẽ, vt cũ ignis generat ignẽ: & in tali productiõe cõmuniter inter generantem & generatum eſt identitas ſpecifica, ſecundũ quam dicitur, q̃ Adam genuit Seth ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuã. Tertio vero modo productio hominis facta eſt quodammodo ꝑ nõdum ædificationẽ, ſecundũ quam manet aliqualis idẽtitas, quaſi indiuidualis inter ædificatum & id de quo ædificatur, cum enim domus ſit ex ligno vel lapidibus: non ſolum remanent in domo ligna ſeu lapides eiuſdem ſpeciei cum lignis & lapidibus ex quibus domus fuit ædificata: ſed etiam ligna vel lapides remanent in domo ædificata eadem quæ prius indiuidualiter erant, ſecũdum quẽ modum quodammodo facta fuit mulier de coſta Adæ. Non em̃ fuit facta primo modo, ita vt nõ remaneret identitas ſpecifica inter ipſam & Adam, vt eſt manifeſtũ. Nec etiam ſecundo modo, ſcilicet vt remaneret inter eos indentitas ſpecifica tm̃, ſed tertio mõ ſcilicet vt inter eos etiã remaneret quodãmodo quaſi indẽtitas indiuidualis, ſicut inter ligna ex quibus domus ædificatur, & ligna quæ ſunt in domo iam ædificata, remanet identitas indiuidualis: & hoc clare innuit litera cum dicit: Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, quia ſine omni extrinſeco additamento per diuinã potentiam, coſta in ſemetipſa multiplicata, mulieris corpus factum fuiſſe dicitur, vt magis videtur velle magiſter in. ij. diſt. xviij. ſiue per additionẽ factam ad materiã prẽexiſtentẽ coſtæ, prout videtur velle ſupra in prima parte. & coſta de Adã ſubtracta remanſit eadem indiuidualiter in productione corporis mulieris. Similiter & caro quæ etiam cum coſta fuit de corpore Adæ ſublata, vt magiſter ponit in hiſtoriis ſcholaſticis. & ideo ſecundum iſtum modum productiõis dicitur ædificare nõ formare ſeu generare, quia habet ſimilitudinem cum ędificio ratione iam dicta: ſecũdum quod denotatur maiorem identitatẽ eſſe inter virũ & vxorẽ, cꝫ inter patrẽ ſeu matrẽ cũ filio, ſic maior eſt identitas indiuidualis cꝫ ſpecifica. De quo poteſt etiã intelligi illud: Relinquet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna, quaſi dicat: Rationabile eſt vt homo relinquat patrem & matrem quantum ad domeſticam conuerſationem, & alia huiuſmodi, & adhęreat vxori in eiſdem: eo q̃ inter virũ & vxorem eſt quodãmõ identitas indiuidualis, qu a ſunt duo in carne vna, nõ aũt inter filiũ & patrem ſeu matrem. Hoc etiam ſonant verba Apoſtoli ad Eph. v. g. dicentis: Iam non ſunt duo ſed vna caro. iſta tamẽ intelligãtur non excludendo alias ſanctorũ expoſitiones. Conſonat etiã expoſitio myſterio Chriſti & eccleſiæ, quod in hoc ſacramento ſ. matrimonij figuratur: iuxta illud ad Ephe. v. g. ſacramentum magnum inter Chriſtũ & eccliam. Nã corpus Chriſti myſticũ, licet multa cõtineat ſuppoſita, vnũ tamẽ eſt quodãmõ indiuidualiter, cuius compoſitio etiã ædificatio diciturꝫ iuxta illud Mat. xvj. c. Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.

G

Correctorium magiſtri Mathiæ contra Burgen.

H

IN ſecũdo capitulo vbi Poſtillator exponit benedictionẽ ſeptimę dici ꝑ applicationẽ ad diuina &c. Burgẽſis dicit illã applicationem ad ſenſum literalem non ꝑtinere, ſed ad myſticam expoſitionẽ: ad quod probandum adducit magiſtrũ hb. ij. diſt. xv. dicentẽ: Illum diem deus ſanctificaſſe & benediſſe dicitur: quia myſtica prę cęteris benedictiõe & ſctificatiõe dotauit illũ. vnde in lege dicit: Memẽto ſctificare diẽ ſabbati. Sed cõſideranti dictum magiſtri, clarum fit q̃ Burgen. non probat per ipſum qđ intendit, nam magiſter non dicit myſticã eſſe ſeptimæ diei expoſitionẽ, ſed eſſe myſticã eius benedictionẽ, ideſt, Myſticum
utinam. Myſticum em̃ ſecũm Britonem vno modo dicitur diuinũ, & ſic nihil ad propoſitum Burgen. Extra propoſitũ etiã eſt quod addit Burgen. arguendo ſic: Si ex ſenſu literali huius ſanctificationis habetur, quod homo die ſeptimo deberet ceſſare ab operibus terrenis, ſequitur quod ſancti patriarchæ fuiſſent ad obſeruationẽ ſabbati obligati, quod non reperitur ante legem. Hic dico quod Burgẽſis noluit poſtillatorem intelligere, quoniam benedictionem ſeptimæ diei ad literam nõ exponit de ſabbato iudaico & cerimonali, ſed morali qualiter pertinet ad decalogum & ita implicite obligabat ante legẽ & poſt, ſcilicet in conſideratione creaturæ, non requieſcere, ſed regrediendo in opificem, & ibi ſiſtere cõtemplationem: vt ſic ſex dies pertineant ad vſum, ſeptima ad fruitionem cui competit benedictio myſtica, id eſt, diuina. Nec videtur valere literalis expoſitio quam Burgẽſis prætẽdit. Ait enim quod literaliter benedictio ſabbati ad multiplicationem pertinet, vnde creaturis quas deus benedixit dictum eſt: Creſcite & multiplicamini. Si enim hæc congruentia Burgenſis valeret, tunc omnia contenta ſub creaturarum benedictione ad ſabbatum viderentur pertinere, quod eſt falſum, quia omnia ad vſum creatarum rerum extenduntur. Dicit em̃ deus benedicendo hõi, prio huiꝰ: Creſcite & multiplicamini & replete terrã, & ſubiicite eã, dominamini piſcibꝰ maris &c. quæ oia ad vſum rerũ ꝑtinẽt: & à benedictiõe ſabbati diſtrahere videntur. Nec video ſi Burgẽ. voluerit ad literã intelligi ſabbatum, quomodo non coget Chriſtianos in ſabbati obſeruantia iudaizare, cum ad decalogi teneantur obſeruationem. Poſt huiuſmodi igitur deuiam Burgenſis intentionem, poſtillator concludit dicens. Sanctificatio competit ſeptimæ diei, inquantum res condi-

tæ &

tæ & multiplicatæ in deo requieſcũt. ¶Item in eodẽ ca. vbi poſtilla-
A tor dicit de ſitu paradiſi in oriente, allegat Ariſto. in. ij. Metheo. qui dicit inter tropicos nõ eſſe regionẽ habitabilẽ, igit̃ ibi non eſt paradiſus ſequẽdo Ariſtotelẽ. Burgen. aũt ſomniando neſcio quid, dicit ſequẽdo Ariſ. poni põt paradiſus inter tropicos. Sequit̃ em̃: Inter tropicos non eſt regio habitabilis ſecm̃ Ariſto. ergo paradiſus nõ erit habitabilis, ſi inter tropicos poſitus fuerit. Et ſic ex oppoſito cõſequentis cõtradicit̃ Ariſto. & incõuenienter dicit̃ ſequendo eum: quia ſequitur. Si paradiſus eſt habitabilis, & paradiſus eſt inter tropicos, ergo inter tropicos eſt locus ſeu regio habitabilis, quod eſt oppoſitũ dicti Ariſtotelis. ¶Item in eodẽ ca. vbi poſtillator exponit formationẽ mulieris p̃ quandã cõgruentiam ſumptã à Ra. Sa. Burgen. ſignificans Ra. Sa. bene dixiſſe, dicit ſe melius dicere velle, quare videlicet formatio illa exprimit̃ p̃ ędificationẽ, diſtinguẽs tres modos circa rerũ productiões in principio tribus terminis expreſſos, ſcilicet p̃ formare, p̃ generare, & p̃ ædificare. Formare dicit proprie in his in quibus res producta nõ habet idẽtitatem ſpecificã cũ re ex qua producitur: imo eſt inter eas quędã oppoſitio: quia ex nõ tali fit tale, & ſic vbi forma apponit̃ materię, formatio dicit̃. Sed videtur Burgẽ. fruſtra laborare, quia ſecm̃ eũ ædificatio coſtę in mulierem non differt à formatione, eo q̃ mulier producta non habet identitatẽ ſpecificã cum coſta ex qua producit̃. Patet, quia nõ continentur ſub eodẽ genere immediato. Eſt em̃ mulier animal qđ de coſta dicere nõ eſt verum, niſi in aliquo: Inter mulierẽ etiam producta & coſtã ex qua eſt, eſt oppoſitio ſicut in formatione, quia ex non muliere fit mulier. Coſtæ etiam in formatione mulieris forma apponit̃ quaſi materię, ex quo vere igitur formatio dicit̃, nec ſecm̃ eius rationes à Burgẽ. poſitas differt ab ædificatione mulieris: Sed cum addit Burgen. q̃ productio hois dicit̃ ædificatio, ſicut quãdo inter productũ & illud ex quo producit̃ remanet idẽtitatis quaſi in diuidualis: & exẽplificat de lignis & lapidibus in ædificio, illud non videt̃ verum: quia dom⁹ ædificata & ligna & lapides, nõ habẽt idẽtitatem indiuidualẽ, eo q̃ nõ habẽt aliquã ſpẽm eis cõmunẽ. Ligni em̃ indiuiduũ nõ eſt indiuiduũ domus, nec ecõuerſo: ſed ſunt non ſolũ indiuidualiter, ſed etiã ſpecifice & eſſentialiter diſtincta: qđ patet p̃ poſsibilitatem ſepatiõis partiũ ſingulariũ. Nec ſequit̃, lignũ ante ædificiũ & in ædificio eſt vnũ & idẽ indiuidualiter: igitur eſt idẽ
B indiuidualiter cũ ædificio: ſed ſequit̃ bene: igit̃ eſt vnũ & idem indiuidualiter in ædificio: ſed tunc imaginatio Burgẽ. nihil eſt ad propoſitũ:

C

Nam coſta vnde mulier facta eſt, non manſit in Eua indiuiduum coſtę, vt patet, ſiue ponatur in ſe multiplicata ſiue alitãde aucta: vnde & ſi verũ ſit dicere, q̃ coſta fuit materia ex qua mulier fuit producta, nõ tamẽ verum eſt, q̃ tota materia mulieris factę ſit indiuiduũ coſtę. Nec verũ eſt q̃ coſta illa & caro in Adam ſuppleta ſit indiuidualiter vna in Adam & Eua, vt ex idẽtitate tali magis proprie & literaliter productio mulieris dicat̃ ædificatio q̃ formatio. Certũ enim eſt deũ coſtę ſicut & limo terrę nouã formã attribuiſſe: & ſic ædificatio à formatione nõ videt̃ differre. Ideo doctores tractãtes hanc materiã, ſępe verbo formationis vtunt̃ pro verbo ædificationis dicẽtes: Sicut mulier formata eſt de latere viri dormiẽtis, ita eccleſia de latere Chriſti morientis: & puto ad figuram illius dicũ: Edificauit coſtam in mulierẽ, ſic & eccleſia ex latere Chriſti virtute paſſionis p̃ ſacramentorũ vſum cõſtruitur & ædificat̃. Omnis em̃ productio diuina materiã aſſumẽs ſicut limum in productione viri, coſtam in productiõe mulieris &c. Non ideo eſt vt egeat, quia potuit ſicut & cœlũ & terram ex nihilo producere vtraq; ſed ad alĩ qđ ſignificandũ. Productio em̃ viri ex limo ſignificatiua eſt, vt ſicut puluis eſt ex origine, ita in puluerẽ reuertatur in fine, vt infra. iij. ca. dicit̃. Ædificatio verò coſtę qđ ſignificet, vide Apoſtolũ ad Ephe. v. cuius allegatũ ad literam oportet accipe, vt inde poſit ſumi efficax argumentũ, ſicut idem Burgen. dicit in quęſtione præambula. Non opotet igit̃ Burgen. tãtam digreſſionẽ facere de illo termino ædificare, nec ſua diſtinctio valet de proprietate ſermonis: non em̃ deus proprie generauit cœlum & terrã, cum nõ ſint generabilia, & tamen in hoc. ij. ca. dicit̃: Hæ ſunt generationes cœli & terrę. Vtitur em̃ ſcriptura trãſſumptiue vno pro alio, aliquãdo exprimẽs creationem p̃ producere, aliquãdo p̃ facere, aliquãdo p̃ plantare, ædificare, generare &c. Sed quia ſecm̃ Ariſto. Oẽs trãſferẽtes ſecundũ aliquã ſimilitudinẽ transferunt, põt tamen rationi Ra. Sa. talis cõgruentia aſsignari, vt limus in virum dicat̃ formari ratiõe prędicta, ſed coſta in mulierẽ ędificari ad inſtar domus, quę ſecm̃ Ariſtotelẽ fit vt nos defendat ab incõmodis imbribus caumatibus & cęta mulier cõſtructa eſt vt ſit domus & receptaculum naturaliſsimi effectus naturæ, ſcilicet generationis, in quo præſeruetur ab incõmodis, foueatur nutrimentis &c. Hæc cõgruentia videt̃ fundari circa finẽ. Eccleſiaſti. xxvj. c. vbi mulierẽ dicit ornamentũ domus columnas aureas ſuper baſes argenteas, fundamẽta æterna ſuper petrã ſolidã. Ex quib⁹ patet inſtitutionẽ mulieris merito exprimi per ædificationem, quia eſt domus naturæ.

D

Gloſſa ordinaria.

☞ SED & ſer- Cap. III.

Quõ ſerpẽs ſapiẽs.

pẽs erat callidor cũctis &c. Augu. Alĩ: prudẽtiſsim⁹, trãſlatiue dictũ. Quidã codices habent ſapientiſsimus, nõ proprie. Sicut in bono ſolet accipi ſapiẽtia dei vel angelorũ, vel animę rationalis. Sed ſicut apes vel formicas dicimus ſapiẽtes, propter opa ſapientiã imitantia. Q̃uis ſerpẽs non rõnali anima, ſed ſpũ diabolico poſsit ſapientiſsimus dici quia mali angeli ſuꝑbia deiecti, natura ſunt excellentiores oĩbus beſtiis propter eminentiã ratiõis. Non ergo mirũ, ſi diabolus ſpiritu ſuo implens ſerpentẽ, ſicut vates implebat, ſapiẽtiſsimũ reddiderat omniũ beſtiarũ, ſecm̃ animã viuã & irrationalẽ viuentiũ. Ita tamen ſapientia dicit̃ in malo, ſicut aſturia in bono, cum latine ſapientes propriè in bono accipiantur, aſtuti verò malè cordati. Nec putãdum eſt, q̃
D diabolus ſerpentẽ p̃ quem tentaret eligeret, ſed cum decipere cuperet, non potuit, niſi p̃ quod animal poſſe permiſſus eſt. Nocendi em̃ voluntas ineſt cuiq; à ſe, ſed poteſtas à deo. ¶Strabus. Sed ſerpens &c. Sic diabolus loquebatur p̃ ſerpentem ignorantem, ſicut p̃ energuminos vel phanaticos: Q̃cũq; em̃ arripit intellectũ & rationẽ tollit. Spũs verò bon⁹ quoſcũq; gratia repleuerit, videtes & intelligẽtes facit, vnde ſpũs ꝓphetarũ ſubiect⁹ eſt ꝓphetis.

Nicolaus de Lyra.

☞ Qui dixit

SED & ſerpens. Poſtq̃ deſcripſit Cap. III. hominis formationẽ, & ſtatũ, hic cõſequẽter deſcribit eius tranſgreſsionẽ ſiue caſum. & primò deſcribit tranſgreſsio culpę. ſecũdò inflictio pœnę, ibi: Et aperti ſunt oculi. tertiò tranſfuſio miſerię, ibi: Et vocauit. ¶Circa primũ primo deſcribitur cõditio tentatoris. Secũdò proceſſus tẽtationis, ibi: Qui dixit. Tertio actus tranſgreſsionis ibi: Vidit igit̃. Circa primũ cõſiderãdum, q̃ forſitã alicui nõ videret eſſe cõueniens, q̃ deus homĩ tentari permiſſet, maxime cũ ſciret eum caſurũ eſſe. Ad quod dicendũ q̃ ſicut Aug. dicit: Deus ſic res quas cõdidit adminiſtrat,

☞ eas

a ¶ Allegat diabolus ſui harreſes? error.

SED & ſerpens erat

a ¶ Quia plenus dę mendo. ¶ Quia ſine tenebrarum ſapientes fuit ſtulta in generatione ſua. ¶ Hiero. in hebrẽo habetur⁹ aſs, quod Theodotio & Aquila melꝰ ſed verſipelle interpretati ſunt.

callidiõr cunctis animantibus terrę, quę fecerat dominus deus.

vt eas proprios mot⁹ agere ſinat: & ideo iuſtum & rationabile fuit, vt hoiem dimittere vti libertate arbitrij ſui: ſecm̃ q̃ dicit̃ Eccli. xv. c. Deus à principio cõſtituit hoiem, & reliquit eum in manu cõſilij ſui, & ſicut voluit ipſum p̃ bonos angelos ad bonũ incitari, ita permitteret eũ à malis angelis tentari, maxime cũ pro ſtatu illo poſſet facilè tentationẽ ſuperare. vnde dicit Augu. xj. ſup Gene. ad literã: Non mihi videt̃ magnæ laudis futurũ fuiſſe hoiem, ſi propterea poſſum bene viuere, q̃ nullus male viuere ſuaderet. Cõſiderandum etiã, q̃ tẽpore innocẽtię diabol⁹ nõ habebat poteſtatẽ tentãdi hoiem interius mouendo, vtpote appetitũ ſenſibilẽ motu illicito excitãdo, nec p̃ motũ phãtaſię intellectui aliq̃d illicitũ proponẽdo: q̃ in viribꝰ inferioribꝰ nihil inordinatũ cõtingere poterat, niſi prius de ordinata ratione. & ideo hoiem tẽtare nõ poterat, niſi exterius ꝓponẽdo ſenſui, & ideo in ſpecie ſenſibili apparuit ad tentandũ. Quod aũt ad hoc ſerpentẽ intrauit, nõ fuit ex dęmonis electiõe, ſed magis ex diuina diſpenſatione, quę non permiſit hominem tentari per diabolum in ſpecie gratioſa & nobili, per quã poſſet facilꝰ decipi, ſed magis in ſpecie horribili, in qua fallacia dęmonis citius poterat deprehendi. Aliqui tamen dicunt, q̃ ille ſerpens habebat faciem gratioſam & virgineam, ſed hoc de ſcriptura nullam habet autoritatem, & ideo primũ melius videtur. Dicit igitur. a ¶Sed & ſerpes erat

Moraliter a ¶Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus, quæ fecerat dominus deus. Per ſerpentem intelligitur diabolus, qui in ſerpente loquebatur: & bene dicitur callidior. De cuius calliditate dicit Leo Papa in ſermone de Circunciſione: Omnium ventilat curas, diſcutit conſuetudines, animos ſcrutatur, & ibi quærit cauſas nocendi, vbi quem viderit ſtudioſius occupari. Propter quod mulierem, id eſt appetitum ſenſitiuum, fragilem incitat ad malum per ſuggeſtionem & delectationem ſequentem, & ipſa delectata virum, id eſt rationem attrahit ad conſenſum, & conſequenter ad operationem vſq; ad peccati mortalis conſumationem. Sequitur:

Moraliter.

* עירם arum.

Hõ non tẽtatus intẽrius.

☞ a ¶ Qui dixit ad mulierē. Augu. Inexcusabilis est prævaricatio mulieris, quia memor erat prēcepti dei. Obliuio tamē vnius præcepti, & tā necessarij culpa esset negligentię dānabilis. Inde autē maior transgressio quia memor præcepti erat, & deus in illo tanq̄ pris contērit. Talē inquiūt faceret homem, qui nollet omnino peccare. Cōcedim⁹ meliorē naturā esse, quę omnino peccare nollet. Cōcedant nō esse malam quę talis facta est, quę posset non peccare si vellet, & iuste punitā, q̄ voluītate nō n ecessitate peccauit. Cūq̄ ergo hęc bona sit, illa melior, cur nō vtrāq; fecerat, vt vberi⁹ laudaret de vtraq; Illa em̄ in sctis angelis, hęc de sctis hoīb⁹ est. Quis aūt san⁹ dicat, melius nō creare quē præsciebat ex alterius iniqtate corrigi, q̄ quē præsciebat pro sua iniquitate dānari? Hoc est dicere: Melius est nō esse qui alterius malo misericorditer bene vtēdo coroneī, q̄ esse malū, q pro suo malo iustē punitur. ¶ Augu. Sic aūt mouent quidam, q deus Adam tētari pmiserit, quasi nō videāt oēs diaboli insidias quotidie tentari, quod deus pmittit: forte quia probaī & exercetur virtus, & est gloriosius nō consensisse, q̄ tentari non potuisse, cū etiam cōsentientes præbeant exemplū iustis cupiditatē deuitādi, & tumorē superbiendi. Frustra ergo dicit: Non crearet deus quos præsciebat malos futuros. Sciebat em̄ bonis ꝓfuturos, & iustē pro mala voluntate puniendos. ¶ Dicit aliquis: Si deus vellet, & isti boni essent. Sed melius voluit, vt quod vellent, essent. Sed boni nō infructuose, mali aūt impune non essent, & eoipso vtiles essent. Sed præsciebat q eorū futura essent mala volūtas. Præscietia sane, quia & falli non pōt eius præsentia, non ideo ipsius, sed illorū est. Cur ergo creauit quos tales futuros esset præsciebat: Quia præuidit qd boni de malis eorū esset factur⁹. Sic em̄ fecit eos vt relinq̄ret eis vnde aliquid facerēt. & si culpabiliter aliqd facerēt, illū de se laudabiliter operantē inuenirēt. A se habēt volūtatē malam, ab illo naturā bonam, & iustā pœnā, & sibi debitū locum. Alq exercitationis adminiculū, & timoris exēplum. ¶ Posset inquntē voluntatē eorū vertere in bonum: quia oꝑs, posset. cur nō fecit: qa noluit. Cur noluit: ipse noluit. Non debemus plus sapere q̄ oportet. Puto aūt nō parui boni esse rationalē creaturā, quę malorū comparatiōe cauet malū: quod genus bonę creaturę nō esset, si deus oēs voluntates in bonū verteret, & nulli iniqtati pœnā infligeret, & essent solū gen⁹, qđ nulla peccati & supplicij cōparatione proficeret. Prouidet bonos & malos futuros, & creat seipsum ad fruendū præstās bonis, multa etiam largiēs malis. b ¶ Cur præcepit &c. Strabus. Ideo callidus hostis interrogat hoc, & mandatū dei memorat, ne cū peccauerit, excusationē habeat quasi oblita. ¶ Grego. in mora li. xxiij. Cur præcepit &c. Idē quotidie agit hostis humani generis, verba dei de cordibus hoīm molitur euellere, & minas leuare, & ad credēdū quod falso promittit, inuitat. Inuitat em̄ ad tēporalia vt leuet q̄ deus minetur æterna supplicia. Spondens siquidē gloriā præsentis vitæ, dicit: Gustate & eritis sicut dn̄ & tpalem concupiscentiā tangite, & in hoc mūdo sublimes apparete. & cum timorē diuinæ sentētię conatur amouere, quodāmodo dicit: Cur præcepit vo. de⁹. ¶ Augu. Quęritur. Cur deus hoiem tentari pmiserit, quē decipiēdū esse præscierit: Sed nō esset laudabile homini si bene viuere posset, quia nemo male viuere suaderet, cū in natura posse, & in potestate haberet velle non cōsentire, deo iuuante. Recte ergo tentari fuit permissus, qui facturus erat propria voluntate aliquid p culpam, & ordinandus dei æquitate p pœnam, vt ostenderet animæ superbæ ad erudi tionem futurorū, q̄ rectè vteret animarū malis voluntatibus, cum illę bonis naturis peruersè vterent. ¶ Quidā alienare conātur naturam diaboli à creatura dei, & alterū dare ei principiū cōtra deum, qui non intelligunt omne quod est bonum esse, & ab alio esse non posse, malā voluntatē inordinate moueri, bona inferiora superioribus præponendo. Qua ptāte rationalis creaturę spūs delectatus, tumuit & cecidit, & inuidia tabescit. In quo tamē bonū est, q̄ viuit & viuificat corpus, siue aērium vt diaboli, siue terrenum, vt hominis. ¶ Augu. Nec putandū q̄ homo deiiceret, nisi præcessisset in eo quędā elatio cōprimenda, vt per humilitatē peccati sciret, q̄ falso de se præsumpserit, & q̄ nō bene se habet natura, si à facietate recesserit. Cōmēdatur enim quale bonū deus sit, quando nulli bene est ab ipso recedere. ¶ Hæc quęstio de beata vita, vtrum habuit eam? Cum incertum sit an sit permansura, an succedat miseria? Potest de primo homine fieri. Si enim peccati & pœnę præscius erat, beat⁹ esse non poterat: ergo in paradiso beatus non erat.

Mulieris prævaricatio inexcusabilis.

Serpens seducit mulierem.

Quare dē⁹ pmisit Adā tentari.

† 2. cor. 2. 6di. sed pē fandum.

Roma.

Natura diaboli an alia à creatura dei.

Si enim præscius non erat, per hanc ignorantiā beatitudinis incertus, quō vere beatus? Si falla ſpe certus, quō non stultus? Sed hominis in animali corpore cōstituti cui obedienti dandū erat cōsortiū angelorū, & mutatio corporis ex animali in spūale, possumus quo dāmodo intelligere beatā vitam, etiā si non erat præscius futuri peccati, sicut nec illi de quibus dicitur Gal. vj. a. Vos qui spūales estis, instruite hmōi in spiritu lenitatis &c. beati erant quia spūales erāt, non corpore, sed iusticia quanto magis aūt beatus erat homo ante pctm̄, quāuis incertus sui casus? Qui gaudebat de prēmio futuræ mutatiōis, sic vt nulla esset tribulatio, cui patiētia militaret. Quāuis em̄ non vana præsumptione de incerto certus velut stultus, sed ſpe non infidelis beatus esse poterat, minus q̄ in vita sctorum angelorū. ¶ Non frustra putari pōt ab initio tēporis diabolū cecidisse, nec cū sanctis angelis pacatū aliquādo vixisse & beatū, sed mox apostatasse. vnde Ioānis. viij. f. Ille homicida erat ab initio. In veritate nō stetit, vt intelligamus quia in veritate non stetit, ex quo creatus est, qui staret, si voluisset. Quō em̄ beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati atq; supplicij prēscius nō fuit? Quęritur aūt cur non fuerit? Nec; em̄ sancti angeli beatitudinis suę eternę sunt insci, nec; æternę vitę sunt certi. Forte deus diabolo reuelare noluit, quid factur⁹ vel passurus esset: cæteris verò reuelare voluit, quia in veritate mansuri. Sed hic non æqualiter beatus, imo nō plene beatus, quia pleri beati de beatitudine certi. Sed qualiter discernebat à cæteris, vt deus ei quæ ad ipm̄ ptinerent nō reuelaret, cū nō prius vltor q̄ pctōr? Non em̄ dānat innocētes, an de alio genere angelorū sint, quibus non dedit deus præscientiā de seipso? Quō aūt beati esse possint, quib⁹ est incerta sua beatitudo? Quidam em̄ senserūt non fuisse diabolū in illa sublimi natura angelorū, quæ supercœlestis est, sed eorū qui inferius in mundo facti sunt, per officia distributi. Tales enim fortasse posset aliquid illicitum delectare, quam delectationem si peccare noluissent, libero arbitrio cohiberent. Sicut homo maxime primus, qui peccati pœnam nondum habebat in membris. ¶ Hic autem quærendum est

Quęstio.

Nicolaus de Lyra.

pens erat callidior cæt. &c. Ista calliditas principaliter referēda est ad dęmonē, qui in serpente apparebat, ad serpentē autē non refertur nisi inquantū calliditate dęmonis agebatur, sicut lingua hominis alicuius dicit erudita, quia prudēter mouet ab intellectu. a ¶ Qui dixit ad mulierē. Hic ponitur cōsequēter processus tentationis, in quo primo accessit ad mulierē, tanq̄ facilius decepubilem, vt p eā cōsequēter hoiem decipet, & hoc est quod dicit: Qui dixit ad mulierē. Illa verba erāt dęmonis vt principaliter agētis, qa formabant virtute ipsius dęmonis mouētis linguā serpētis ad hoc, sicut de locutiōe asinę Balaā, nisi q̄ ibi lingua asinę mouebat ad loquendū p bonum angelū, lingua aūt serpentis p malū: neuter tamē intelligebat verba formata, sed solū angeli mouētes linguas eorū ad formationē vorū. b ¶ Cur præce. vo. &c. Sicut dictū est supra ſtāte statu innocentię nō poterat esse deordinario in viribus inferioribus, nisi prius esset in ratione: ideo nō tentauit primo de comestiōe ligni, sed de restrictione præcepti, dicēs: Cur præcepit. d. q. istud præceptū non fuit conuenēs, cum sitis liberę cōditionis, & superiores oibus lignis. & p hoc mulier mota quadā elatione inclinata fuit ad præcepti displicentiā, & vlteri⁹ ad dubitationē de pœna mortis cōminata. & hoc patet ex eius respōsiōe cū subditur: c ¶ De fructu &c. Istud vltimū addit mulier de suo. Nō em̄ deus ꝓhibuerat ligni tactū, sed tm̄ gustū. & iō istud addidit mulier ex displicētia præcepti, qa ille cui displicet præceptū impositū referēdo in illud libēter aggrauat. Aliqui verò dicunt, q etiā tactus ligni erat eis prohibitus, vt magis elongarētur à gustu. Sed quia hoc nō habetur ex litera vel eius circūstātia, prima expositio melior videt: & quia ad displicētiā præcepti quod reputat̄ indebitum, sequitur dubitatio de pœna imposita pro transgressione. & ideo addidit mulier: d ¶ Ne forte moriamur. apponēs de suo, forte, quod est aduerbium dubitandi, cum tamen deus assertiue præcepisset, vt supra patet. e ¶ Dixit autem &c. videns mulierem iam de morte sequutura dubitantem, statim asseruit ipsam non futuram, dicens: f Nequaq̄ mo. &c. scilicet ex esu ligni, & subdit causam falsam prædictæ inhibitionis dicens. g ¶ Scit enim de. &c. Per plenitudinem scientiæ.

☞ Et eritis

a ¶ Non Christum sed Christianum fallit diabolus qui hęc dicit. b ¶ Alicquasi cur sapiētia scientiam ignorans? Nouit enim se ipsum, malignę bonique scientia penetrat, unde Prouer. xx. d. Aquæ furtiuæ dulciores sunt.

c ¶ Immortalitatem promittunt hęretici.

d ¶ Hæretici diuinitatis meritum profitentur, & scientiæ, ipso misericordiæ capiunt, & simplices reprehendunt.

e ¶ Oculos cordis nisi claudere, ut carnales aperiat.

G An primo habuerit beatam vitam.

1 Cur præcepit. vo. rū ne esq̄ dixit.

† Ecc. 7. d. an diabol⁹ fuit beatus.

H

rendum est, vtrū ab initio sua potestate delectatus discesserit ab illa
A societate & charitate bonorū angelorum, an in sancto cœtu fuerit
aliquando angelorum iustus & beatus: Dicitur enim ideo cecidisse,
quia inuidit homini facto ad imaginem dei, sed inuidia sequitur su-
perbiā. Inuidendi enim causa est superbia, quę est amor propriæ ex
cellentię. Inuidia verò odiū foetoratis alienę.
Qui enim amat excellentiā, vel paribus inui-
det qui æquātur, vel superioribus quibus non
æquaē, vel inferioribus, ne cœquentur. Quā
do aūt diabolū superbia desecerit, vt naturā
sibi bonā praua volūtate puerteret, scriptu-
ra nō dicit: sed ex hac homini inuidisse ratio
ostendit. ¶ Dicere aūt de angelis q̄ in suo ge
nere beati esse possunt, dānatiōis vel salutis
incerti, quibus nec spes esset, q̄ aliquando in
ipsā mutatione in melius certi futuri essent,
nimia præsumptio est, nisi forte dicaē ita creatos mūdanis misteriis
distributos, vt pro rectè gestis accipiāt vitam beatā, de qua possent
esse certissimi & eius spe dici beati: de quibus si diabolus cecidit, si-
male est ei q̄ cadūt homines à iustitia fidei superbia simili. Sed asse-
runt duo genera angelorū qui possunt, vnū supercœlestiū, in quo
nunc̄ fuit qui cecidit, alterū mundanorum, in quo fuit. Mihi aūt
vnde asserant, nō occurrit. ¶ Augu. Sed nō frustra putandū est
ab ipso creaturę exordio a. ab initio tēporis vel cōditionis suę ceci-
disse, & nūc̄ in veritate stetisse: vnde quidē in hanc malicię libero
arbitrio nō esse flexū, sed in hac q̄uis à deo putāt esse creatū, sc̄m
illud. Hoc est initiū figmenti dei qđ fecit deus, vt illudatur ei ab an-
gelis eius. Et alibi: Draco iste quē formasti ad il. ei. tanc̄ primo fact⁹
sit malus, inuid⁹, & diabol⁹, nō voluntate deprauat⁹, Sed fecit deus
omnia bona valde, q̄uis nō indocte conent oīndere, non tm̄ prima
cōditione, sed etiā nūc, deprauatis tot voluntatib⁹ & auersis æque
omnia creata in summa bona valde esse. nō q̄ mali sint boni, sed nō
efficiūt malicia, vt sub dei imperio ordo vniuersalitatis in aliquo
rūpatur, cū etiam malis volūtatibus sint certi limites ptātum & pō
dera meritorū. Sed ga iniustū est vt nullo merito hoc in aliquo de⁹
dāret quod creauit, nō naturā sed voluntatē malā puniendam esse
credendū est, nec eius naturā significatā cum dicit. Hoc est initiū fi-
gmenti dei &c. Sed corpus aerū, qđ tali volūtati aptauit, vel ipsam
ordinationē, in qua cū eā iniustū fecit vtilē bonis, vel q̄ præsciens
malum voluntate futurū, fecit tū eum, prætuidens quāta de illo sua
B bonitate esset facturus. Initiū aūt figmenti dicit nō q̄ primitus cō
ditus, vel in principio malus cōditus, sed cū sciret eū volūtate malū
futurum vt bonis noceret, creauit eū vt de illo bonis prodesset. Sic
em̄ iudic⁹, cum sanctis ꝓficit tētatio eius. Initiū ad illudendū, quia &
mali hoies quos deus futuros præsciuit vel præuidit, creauit tū ad
sanctorū vtilitatē. Similiter iudic cum præstat sanctis eorū cōpatio
ne cautela, & sub deo humilitas & exercitatio ad tolerādos malos,
& probatio ad diligēdos inimicos. Sed ipse initiū, quia præcedit an
tiquitate & principatu malicię. Hoc aūt p sanctos angelos facit, si-
cut creatas naturas administrat, subdens eis angelos malos, vt non
quātū nituntur, sed q̄tum sinunt possint, sicut & hoies malos. Quod
ergo putat diabolus nunc̄ in veritate stetisse, nunc̄ beatā vitā du
xisse, sed ab initio cecidisse: non sic accipiendū est, vt malus à bono
deo creat⁹ puteē: ga ab initio nō cecidisse diceē. Non em̄ cecidit si
talis fact⁹ est, sed factus statim à veritate se auertit, ꝓpria ptāte dele
ctatus. Beatę ergo vitę dulcedinē non gustauit, qm̄ non acceptā fa
stidiuit, sed nolēdo accipe amisit. Sui ergo casus præscius esse non
potuit, quia sapiētia pietatis fruct⁹ est. Continuo aūt cecidit, non
ab eo quod accepit, sed qđ acciperet, si subdi voluisset. Quod aūt
Esa. 14. c. Esaias ait: Quō cecidisti lucifer q̄ ma. orie. &c. & Ezechie. Tu signa-
Ezec. 28. c. culū similitudinis &c. Quędā in eū, plura in corpus eius cōueniūt.
¶ Grego. Primū parentē diabol⁹ tribus modis tentauit, gula,
Trib⁹ mo- vana gloria, auaricia, & superauit gula. Cibū veritū comedēdū sua
dis tētatus sit. Vana gloria cū dixit: Eritis sicut dij. Auaricia, cum addidit, scien
Adam. tes bonū & malū. Auaricia em̄ etiā altitudinis est, cū supra modū
sublimitas ambit. Vnde nō raptīnā arbitratus est esse se æqualē deo.
Phil. 2. a. Sed eisdē modis à secundo victus est hoie quib⁹ primū se
vicisse gloriabat. Reliqua vide infra: Serpens decepit me. ¶ Gre
Culpa tri- go. Tribus modis culpa ꝑpetratur, suggestione, delectatione, & cō
bus modis sensu. Primo p hostē, Secūdo per carnē, Tertio p spm̄. Hostis enim
ꝑpetratur. prava suggerit, caro subiicit se delectationi, tandē spūs delectationi
consentit. Vnde & serpens prava suggessit. Eua quasi caro delecta-
tioni se subdidit. Adam verò velut spūs suggestione & delectatiōe
supatus, assensit. Suggestione ergo pēm̄ agnoscim⁹, delectatiōe vin
cimur, cōsensu ligamur. a ¶ Eritis sicut dij &c. Strabus.
Artificiali dolo verba cōponit, vt si per inobedientię cōtēptum
subuertere nequiuerit, saltē in hoc q̄ fidē corruperit, & ad idolola
triā suaserit victorē se glorietur. Si aūt p inobedięę contēptum se
duxerit in vtroq̄ victor existat. ¶ Mystice. Interrogata mulier Mystice. C
respōdit quid præceptū sit. At ille: non morte mo. Scit enim d. &c. P. Patēm p su-
Patet his verbis q̄ superbiā, psuasum esse peccatū, quia dictū est: Eri perbiā psua-
tis sicut dij. Scit em̄ d. &c. vbi notatur tantū persuasum esse, vt sub sum.
deo nollent esse, sed in propria potestate, ne eius legē obtēperando
seruarent, qui inuideret ne se ipsi regerent,
non indigētes interno lumine eius, sed vten-
tes propria, puidētia, quasi oculis suis ad vi
dendum bonū & malum, quod ille prohi- † 33. q. 5. c.
buisset, sic persuasum est: vt ptātem suam ni mulier. 2. &
mis amarēt. Et quia pares deo esse voluerūt, c. Adā ibi.
medietate sua qua deo subiecti, corpora ha- Quæstio.
bebāt subiecta, tanc̄ fructu arboris cōsitutę in medio paradisi male vtentes, amiserūt
quod acceperant, quia vsurpauerunt quod
non acceperāt: id est vt p suam ptātem deo
non regente beati essent. Nullo em̄ regente p suā ptātem solus deus
beatus est. b ¶ Vidit igitur &c. Isid. Quō videbant, si clausi
erant oculi. Sed dictū est, vt intelligamus eos oculos apertos fuisse,
posc̄ de fructu comederūt, qb⁹ se nudos videbāt, & displicebāt:
id est, oculos affectię qbus simplicitas displicet. Cum quis em̄ cecide
rit ab intima luce veritatis, nihil est vū superbia placere velit, nisi frau
dulentis simulationib⁹. Hinc em̄ hypocrisis nascit, in qua multū vi Visus repri
dent cordati, q̄ decipe potuerūt, quē voluerūt. ¶ Grego. Vidit mendus.
igitur &c. Ne in lubrica cogitatione versemur, nō debem⁹ intueri
quod nō licet cōcupisci, vt em̄ mūda mens in cogitatiōe seruet, à la
sciua voluptatis suę seruādi sunt, & reprimēdi oc̄li, quasi quidā ra
ptores ad culpā. oō Eua lignū tetigisset, nisi pri⁹ incaute respexisset.
pensandū ergo q̄tū ab illicitis visum debeam⁹ refringere, q̄ morta
liter viuim⁹, sed etiā mater viuentiū p oculos ad mortē venit. Hinc
sub Iudææ voce (quę exteriora videndo cōcupiscēs bona interiora
perdiderat) propheta dicit Treñ. iñ. f. Oculus meus deprædat⁹ est
animā meā. Concupiscens enim visibilia, inuisibiles virtutes amisit,
& per oculum corporis prædā cordis. Ad custodiendā ergo
cordis mundiciam, exteriorum quoq̄ sensuum disciplina seruanda Mystice.
est. ¶ Isidorus Mystice. Deditq̄ viro suo qui come. & aperti

Nicolaus de Lyra.

sunt oc. a. &c.

a ¶ Et eritis sicut dij. Non refrictī aliqua inhibitione: nec
alicui subiecti. b ¶ Scientes bonū & malū. id est sciētes per D
vosmetipsos quid expediat vobis agere, & nō ex aliqua instructiōe.
Et nota, q̄ nō dixit eritis dij absolute, sed sicut dij, quia nō promisit Nota.
eis æqualitatē diuinam, quod erat manifeste impossibile, & p conse-
quens incredibile: sed promisit eis quandā similitudinē dei, quę con
sistit in nō subiici obedientię alterius, & habere quādā excellentiā sen-
tētię in oibus sibi expedientib⁹, sicut deus nulli penitus subest & oīa
dirigit p suam sapientiā. Sed aduertendū, q̄ sc̄m prædicta mulier
peccauit elatione & dubitatione, anteq̄ fructum comederet prohi An mulier
bitū, quod videt aliquibus falsum. Sed dicendū q̄ oportet conce- peccauit an
dere ipsam peccasse ante esum. Manus em̄ non mouet ad opus exte- te esum.
rius nisi p imperiū voluntatis, & ideo anteq̄ manū ad lignū acci
piendū tenderet, tam deliberauerat & consenserat manducare, & p
consequēs tranigredi præceptū, in quo cōsensu perficit peccatū. &
ideo nullū inconueniēs sequitur ad prædicta. Sed magis veritas de
clarat. Vnde dicit Augu. super Gene. Verbis serpentis mulier non
crederet à bona atq̄ vnā re diuinitus se fuisse prohibitos, nisi iam
inesset eius menti amor proprię potestatis, & quędā de se superba
præsumptio. Quod dictū Augu. non est sic intelligendū, q̄ superbia
præcesserit suasionē serpētis: sed quia statim ad dictā suasionē inua
sit mentem mulieris elatio, ex qua secuta est dubitatio & deceptio,
vt crederet esse verum q̄ serpens dicebat, vt prædictū est. Sed con- Quæstio.
tra dicta occurrit dubiū: Quia post primum & secundū peccatum
in muliere remansit donum originalis iustitię, quia nuditatē suam Originalis
non erubuit, vsq̄ post comestionē ligni. Dicendū q̄ originalis iu- iustitia.
stitia erat quędā gratia gratis data: vnde licet omnes teneant primū
hominē formatum fuisse in iustitia originali, tamen aliqui dicunt,
q̄ tūc nō habuit gratiā gratū facientē, sed eam meruit. & ideo sub-
tracta gratia gratum faciente per peccatum mulieris potuit stare
originalis iustitia, vsq̄ quo deus auferre voluit in pœnam come-
stionis ligni, sicut comminatus fuerat. Imo oportet dicere, q̄ tam
Adam q̄ Eua peccauerunt actu interiori, anteq̄ tolleretur illa ori-
ginalis iustitia: imo etiam Eua actu exteriori, quia prius comedit, q̄
daret viro suo, & tamen neuter erubuit nisi post comestionem vi-
ri. Gratia autem gratis data potest remanere cum peccato etiā mor Gratia gra
tali, licet gratia gratum faciens tollatur, cuius subtractio ab homine tis data.
nō percipitur: quia nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit.
Ecclesiastes. ix. a. c ¶ Viditigitur mulier q̄ bo. esset. Hic de
scribitur actus trangressionis. sc̄. q̄tum ad actum exteriorem ipsius

ſunt oc.a.&c̄. de qb⁹ dictum eſt: Tunc viderunt q̄ nudi eſſent, ocu
E lis ſcilicet peruertis, q̄bus nuditas.ſ.ſimplicitas erubeſcenda videba
tur, vt ergo nō eſſent ſimplices, fecerunt ſibi ſuccinctoria, pudenda
tegētes.i.ſimplicitatē occultantes, de q̄ erubeſcebat aſtuta ſuperbia.
folia ficꝰ pruritum ſignificat, quā patiꝰ animꝰ cupiditate & delecta
tione mentādi. vnde falſi dicuntˊ, qui iocari
amant, quia in iocis ꝓlidet fallacia. Cum er
go deambu.dn̄s in para.i. cū ad eos ius
dicādos veniret. ante pœnam deābulabat. i.
mouebaſ ī eis dei pūtia, qa ſtabilesī pœpto
nō erant. Ad aurā poſt meri. vel ſecūdū
alios, ad veſperā, cū.i.ſol eis occideret, & lux
interior veritatis. Audi. vocē eius & ab
Abſconſio ſcōde.ſe. Ille ſe abſcōdit à conſpectu dn̄i, q
à deo. ipm deſerit, & q̄ ſuū ē amare icipit: iā hēbat
opimēta mēdacī Ioh.viī.f. Qui aūt logr̄ mē
daciū de ſuo logr̄. lō ad arborē dicunt abſcō
dere ſe, q̄ ē in medio paradiſi.i. ad ſe q̄ ſupra deū
& ſupra corpora ordinati erant. Ad ſe ergo
ſe abſconderūt, vt turbarent miſeris erroribus, relicto lumine veritatis qđ nō erāt ipſi.
Particeps eī pōt eſſe humana aia, ſed ipa ve
ritas deus incōmutabilis eſt ſup illā ab ea qſ
quis auerſus, & ad ſe cōuerſus eſt, nec de re
ctore deo & illuſtratore, ſed de ſuis moribꝰ
q̄libet exultat tenebraſ mēdacio. Qui eī
loquiſ mandaciū, de ſuo loquiſ, & turbatur.
ſecūdū illud: Ad meipm turbata eſt aia mea.
Pſal.41.b. a ¶ Qui comedit & a.ſ.occu.am. &c. Aug. Ad cōcupiſcendū ſcilicet inuicem, ad
F pœnā mortē. ſ. carnis cōceptam, vt eſſet
corpus, nō tm̄ animale, ſed & mortꝰ. Ro. vī.d.
In quo lex mēbrorum repugnat legi mētis.
Nō eī ceci erant facti, aut ꝓhibitos fructus
palpātes decerpſerant. Luc.xxiiī.e. ſed ſicut
in fractiōe panis aperti ſunt oculi diſcipulo
rū, & cognouerūt eū quē cognoſcere nō va
lebant, ſic aperti ſunt oculi eorū ad qđ ante
nō patebāt. qa aia rōnalis beſtialem motū in carne ſua erubuit, &
pudorem habuit: nō ſolū quia ſentiebat q̄ ante nō ſenſerat, ſed etiā
quia motus ille pudendus de tranſgreſſione veniebat. Ibi eī enſit,
vbi gratia veſtiebatur, cū in nuditate, nihil indecens patiebatur. Ibi
cōpletum eſt: Pſal.xxix.b. Domine in voluntate tua q̄. de. meo virtu
tem. Auertiſti faciē tuā à me, & factus ſum conturbatus. Pro hac
conturbatione ad ficus vel ficulneę folia concurrerunt, & ſibi ſuc
cinctoria conſuerunt, & qui glorioſa reliquerant, pudenda texerūt.
Nec puto eos in ſolns putaſſe aliquid, quo congrueret tegi mēbra
prurientia. Sed occulto inſtinctu ad hoc cōturbatiōe impulſi ſunt,
vt talis pœnę ſignificato à neſcientibus fieret quæ conuinceret pec
catorem facto & doceret ſcripto lectorem. b ¶ Conſuerunt
folia ficꝰ. Alchui. Quia gſtam ſimplicis caſtitatis amiſerūt, ad du
plicē libidinis pruritū cōfugerūt. vnde Ioh.j.g. Cū eſſes ſub ficu vi
Quō deus di te, & deſcendi (ſubaudi) liberare te. c ¶ Et cum audiſſent
locut⁹ Adę &c. Aug. Ea enim hora talis conueniebat viſitari, quia defecerant
à luce veritatis. fortaſſis eī intrinſecꝰ vl effabilibꝰ, vl ineffabilibꝰ mo
dis deꝰ illis antea loq̄bat ſicut angeli: imutabili veritate illuſtrās mē
tes eorum, vbi eſt intellectus, noſce ſimul q̄ciq̄ per tempora non
fiunt ſimul. Forte inquam ſic eis loquebatur, & ſi nō tanta partici
patione diuinæ ſapientiæ: quanta capiunt angeli pro hūmano ta
men modulo minus: ſed in ipſo genere locutionis fortaſſis etiam il
lo qui fit per creaturam. ſiue in extaſi ſpiritus corporalibus imagi
nibus, ſiue ipſis ſenſibus corporis aliqua ſpecie preſentata ad vidē
dum, vel ad audiendum, ſicut ſolet in angelis fieri, & in nube audi
ri. Nunc tamen quod dei deambulantis, vocem audierunt, non
niſi p̄ creaturam factum eſt, ne ſubſtātia inuiſibil' & vbiq̄ tota quę
eſt patris & filn & ſpiritus ſancti; corporalibus ſenſibus localis &
temporali motu apparuiſſe credatur. c ¶ Abſcondit ſe
& cętera. Auguſtinus. Cum deus auertit intrinſecus faciem &
homo turbatur, fiunt ſimilia amentiæ, nimio timore ac pudore, oc
culto quoq̄ inſtinctu non quieſcente: vt neſcientes facerent, quæ
aliquid poſteris ſignificarent propter quos hæc ſcripta ſunt. d
¶ Ad auram poſt meridiem. Vnde hora nona Chriſtus
ſpiritum emiſit. Matt. vigeſimoſeptimo. e. Qui ſexta hora fuit cru
cifixus, vt eadē hora reſtitueret homo, qua de paradiſo eſt eiectus.
f ¶ In medio lig. pa. Abſcondit ſe qui auerſus à p̄cepto creato
ris, erroris ſui & arbitrij voluntate viuit. g ¶ Vocauitq̄ do
min⁹ deꝰ Adā. Aug. Increpādo. ſ. nō ignorādo, & hoc ad ſigni
ficatiōnē ptinet, q̄ ſicut viro p̄ceptū eſt datum, per quē veniret ad
mulierem, ita mulierē, ita vir interrogatur prior. Prę ceptū eī à domino per vi
rum vſq̄ ad fœminā, peccatū aūt à diabolo per fœminam vſq̄ ad
virum, & hęc ſignificationibus plena ſunt, non id agentib⁹ in quī
bus facta ſunt, ſed de his id agente ſapientia dei, nunc autem non ſi
gnificata referimus, ſed geſta defendimus. ☞ Vocem

G Vir primo interrogat

Nico. de Lyra.

oculis, ˣ aſpectuq̄ delectabile, et
a ¶ mulier. ¶ carnales facilius ſeducuntur
tulit de fructu eius & comedit,
a ¶ quia per delectationes carnalis concupiſcentiæ ratio
ſeducitur.
a deditq̄ viro ſuo: qui comedit, ª
a ¶ peruerſi, quia ſimplicitas pudenda videbatur.
¶ ad concupiſcentiam & cognitionem beſtialis motus.
& apti ſunt ọculi amborū. Cūq̄ ᶜ
a ¶ ſentientes beſtialem motum. b ¶ gratia dei
¶ facientes. ¶ fingendo.
¶ Hæretici ſibi ſimplicitate ſe eſſe nudos.
b cōgnouiſſent ſe eſſe nudos, con
a ¶ experimenta mandaciſ, q̄ꝫ pruritum carnis & libidinꝭ
ardorem ſignificant.
ſuerūt folia ficus, & fecerūt ſibi ᵉ
a ¶ ſuccinctoria uel brachas. ¶ quibus ſe ſuccingere,
id eſt defendere quærunt. b ¶ per prędicatores
c pērizomata. Et cum audiſſent ᶠ
a ¶ quia in eius præcepto non ſtetерunt b ¶ nō ſtantis
uel inhabitantis. ¶ per ſubiectam creaturam
uocem domini dei deambulan
a ¶ eccleſia. b frigeſ. ēte charitate & luce declināte &
appropinquantibus tenebris eorum.
ᵒ tis i pāradiſo, à aurā ᶻ poſt meri ᵍ
a ¶ aperientis ſe a meritate. b ¶ rario
c ¶ conce. ilcentia.
e diē, ābſcōdit ſe ā dā & uxor eius ʰ
a ¶ deum ſcilicet deſerentes & qđ ſuum eſt amantes
b ¶ relicta medietate in qua facti erant.
f ā facie dn̄i dei in mēdio ligni pa
a ¶ ut redeat per pœnitentiam, uocat, quia non uult mor
tem peccatoris.
ᵏ radiſi. Vocauitq̄ dominus deus ⁱ

mulieris, & actū exteriorē & interiorem
viri cū dicit: Vidit igit m. &c̄. Ex quo patet
q̄ licet mulier ex ỹ bis ſerpētis fuiſſet princi
paliter decepta, tn̄ ad plicēdū opus exterius
fuit allecta ex pulchritudine & ſapore fructꝰ.
a ¶ Deditq̄ viro ſuo. iducēdo eū ad co
medendū, ſicut fuerat à ſerpente imbuta. b
¶ Qui comedit. ſuaſioni mulieris aſſen
tiens, nō qa crederet verba ſerpētis eſſe vera
qa in hoc nō fuit ſeductus, ſed ſola mulier: ſe
cūdū q̄ dicit apl's. i. Tim. ij. d. Sed aſſenſit ne
cōtriſtaret delicias ſuas. i. vxorē ſuā. fuit eī
deceptꝰ in alio, qa credidit poſt trāſgreſſio
nē cōſequi veniā, & ſic in ſtatu ſuo remane
re. c ¶ Et apti ſunt o.a. Poſtq̄ deſcripſit
trāſgreſſionē culpę: hic cōſequēter deſcribit
illā cōnē pœnę, & prio q̄tū ad ſubtractio
nē bōi habiti. ſecō q̄tū ad ipoſitionē mali
nociui, ibi: Et ait dominꝰ deus ad ſer. Adhuc
circa primū prio deſcribit dicta ſubtractio,
ſecō ſubtractiōis ipropatio, ibi: Vocauitq̄
do. d. Adā. ¶ Circa primū cōſiderādū q̄ ori
ginal' iuſticia per quā corpꝰ erat ſubditū aię
& vires inferiores rōni mō ſupradicto non
erat naturalis ipi hoī, ſed ex gratuito bñficio
dei, eiꝰ tn̄ ſubtractio, ppē pctm̄ fuit pœnalis,
ſicut ſi ex gra regis aliqs ſublimet' ad gradū
honoris, ſed poſtea ppē pctm̄ ſuū deiiciat', ta
lis deiectio pœna eſt. & hęc ſubtractio oñdit
cū dicit: Et apti ſunt oc. eorū. loqr̄ de oc. mē
tis: nō ſic intelligendo, ſicut dicit Ioſeph⁹, qđ
añ viuebāt tm̄ vita beſtiali nō habētes vſum
rōnis, qa Adā in ſciētia pfectꝰ erat. Itē p eſum illꝰ ligni magnū bo
nū eis euenīſſet ſcilicet cognitio itellectualis. nec vt dicit Ra. Sa. qđ
apti ſunt oculi eorū, ad cognoſcēdū malū. qa prꝰ cognoſcebāt bo
nū tm̄, ſed hoc patet falſum, qa eadē ē noticia cōtrariorū. & iō prꝰ
hēbāt noticiā ſpeculatiuā bōi & mali ſibi oppoſiti, ſed nō hēbāt no
ticiā expimētalē mali ſuę trāſgreſſiōis & punitiōis, quā tunc experi
mētaliter cognouerūt, & iō tūc apti ſunt oculi eorū ad cognoſcēdū
ſuā nuditatē ēe cōſuſibilē, q̄ prꝰ erat honeſta qa ſubtracta iuſticia
originali, ſtatim ſenſerūt rebellionē carnis ad ſpiritū, & motū inor
dinatū mēbrorū: iō ſtatim ſtuduerūt cooperire ſuā turpitudinē. vñ
ſeq̄. d ¶ Cōſuerūt foliaſi. &c. Ex hoc dicūt hebrei, q̄ ficꝰ erat
arbor de cuꝰ fructu comederūt. e ¶ Et fece. ſi. σπ[illegible]α περι
zomata. i. ſuccinctoria circa lōbos. Dicit eī pizoma à πυλ, circum
& ζωμα, cingulum, quaſi circum cingulum, & pudendorum vela
men. Partes eī inferiores corpis ſunt magis erubeſcibiles, & maxi
me genitalia, quia magis mouentur contra imperium rationis, p
pter quod nominātur pudenda, propter quod etiam Adam &
Eua abconderunt ſe à præſentia domini. vnde ſequitur. f ¶ Et
cum audiſſent vocē. &c. Iſta locutio & ambulatio domini dei
non eſt intelligenda in forma deitatis, ſed in aliqua ſimilitudine crea
ta in qua apparuit ſicut infra legitur apparuiſſe Abrahæ & Moy
ſi, & multis aliis, & locutꝰ fuiſſe eis. g ¶ Ad aurā poſt meri
diem. Hoc tripliciter exponitur. Vno modo vt ſit determinatio
loci, & ſic aura poſt meridiem accipitur pro vento intermedio in
ter auſtrum & occidentem: quia ſecundum iſtam expoſitionē vox
domini deambulantis videbatur procedere ex illa parte ex qua flat
ventus p̄dictus. Alio mō vt ſit determinatio ꝑporis, qa dicūt ho
brei, q̄ hora.x. diei accidit hoc. et tūc aura ē hic accipiēda, p vēto p
cedēte diuinā appitionē, ſicut Act. ij. a. Appitionem ſpūs ſcti in lin
guis dicit ſonus vehemens pceſſiſſe, & in ſacra ſcriptura cōſiſe legit
in plurib⁹ locis in apparitionib⁹ diuinis. Quod aūt dicit, poſt me
ridiē. eſt determinatio tpis huiꝰ ſoni & appitiōis. h ¶ Abſcōdit
ſe Adā. Prę verecūdia ſui pcti & nuditatis. i Vocauitq̄ do
minꝰ. Hic cōſequenter ſequitur ipſius Adę increpatio, cū dicitur.
☞ Vbi es
* c ¶ Cūq̄ cog. ſe eſſe nu. qa poſt peccati ppetrationē, rō p
cipit pcti turpitudinē, & ſenſus expiſ delectationis prauitatē. vnde
dicit Boetius. ij. de conſolatione. Triſtes verō voluptatum eſſe
exitus quiſquis libidinū ſuarū reminiſci voluerit, & intelliget. Segtur
* Et ait

1. Aſpectus q̄ delectabile. & cupiſcibilis arbor q̄ intelligēti ſaceret.

Diuiſio.

Originalis iuſticia an naturalis homini.

2. poſt meridiem dicit.

Ioſeph⁹ re prehendi.

Quæ erat arbor ſuæ ſignificationis

Aura poſt meridiem.

Adæ increpatio.

Moraliter.

a ¶ Nomen eius Isaac. Hiero. Sciendum, q̃ quatuor in veteri testamẽto nominibus suis aperte anteq̃ nascerẽtur vocati sunt, Ismael, Isaac, Samsom, & Iosias: Lege scripturas. b ¶ Constituã pactum meũ &c. Pactum verò domini cum Isaac populo scilicet fideli, quẽ mater ecclesia per fidem, & baptismum generauit, & fœdus sempiternum: quia æternę vitæ possessio, ei soli promittitur, qui cũ capite suo Christo regnum cœli semper possidebit. c ¶ Super Ismael & cętera. Ismael populum iudæorum significat, qui multiplicatus est valde, duodecim duces generauit, cum multitudo carnalium indęcrũ ex duodecim patriarchis genita, i duodecim tribus est diuisa. d ¶ In anno altero. Annus alter quo Sara genuit Isaac, tẽpora sunt regenerationis, quibus fusus est sanguis Christi, & genus humanum ad vitam restauratum. e ¶ Tulit autem Abraham &c. Non intendebat deus vt tantũ præputium carnis Abrahæ & sobolis eius circumcideretur, sed ei quem à cunctis elegerat, æterni testamenti munera cõferebat. vñ Pau. Phil. iñ. a. Nos sum⁹ enim circumcisio, quę spiritu deo seruimus. Et alibi Ro. ñ. d. Non enim qui in manifesto iudæ⁹ est, neq̃, quæ in manifesto in carne est circũcisio. Circuncidam⁹ ergo dei verbo aures, labia, cor, præputium, & omnia membra carnis. De circumcisione aurium dicitur Lu. viñ. b. Qui habet aures audiendi audiat. In circumcisis auribus verba sapientiæ & veritatis nõ possumus audire. Circũcidam⁹ labia, ne aliquid turpe vel malũ vel ociosum loquamur. Circuncidit carnem præputiñ, qui sola causa posteritatis certis & legitimis temporibus contugio vtitur, qui aliter agit non circuncidit. Ecclesia ver ò gratia Christi pro se crucifixi roborata, non solum se ab illicitis temperat, sed etiam à concessis, & tanq̃ virgo spõsa Christi pudicis virginibus floret, in quibus vera circumcisio præputiñ seruatur in carne. Qui autem non obscœnis desideriis, vel sensibus hæreticis & blasphemis assertionibus, mæchatur sed fidei puritatem in conscięntia custodit, corde circũcisus est: & de eo dici potest Mat. v. a. Beati mũdo corde &c̃. Circuncidantur manus, ne mala faciant. Pedes, ne in malum currãt. Visus, ne illicita cõcupiscat. Gustus vt ad gloriam dei manducet, & bibat. Odoratus, vt Christi odorem capiat, & operibus misericordiæ odorem suauitatis spargat. Singula quoq̃ mẽbra, si in officijs deo seruiant, circuncisa sunt. Si vltra præscriptam legem luxurient, incircuncisa. ¶ Hiero. Stra. Quæri solet, quomodo fœminę saluabantur, quæ non circuncidebantur? Fide, scilicet & hostiarum oblatione, sicut ante circumcisionem viri sancti mundabantur. vnde: Fide purificans corda eorum.

Historice

Moralit.

Circũcisio spiritualis.

1 Et cunctos.

B

Alienigenę, quos emerat ab alienigenis.

Quæstio.

Actu. 15. b.

Nicolaus de Lyra.

a riet tibi filium, uocabisq̃ nomẽ a
a ¶ Risus propter gaudium parentis. b ¶ In Isaac vocabitur tibi semen, non filio carnis, quia filij promissionis filij dei vocabuntur.
b eius Isaac. Et constituam pactũ b
meum illi in fœdus sempiternũ, c
& semini eius post eum. Super c
a ¶ Filium carnis. b ¶ Quodammodo.
Ismael quoq̃ exaudiui te. † Ecce
a ¶ In temporalibus non æterna promissione.
benedicã ei, & augebo, & multi-
a ¶ Duodecim tribus carnalium Iudæorum. ¶ Apostolos duodecim, qui de iudaica plebe fuerunt, uel duodecim tribus populi.
plicabo eum ualde. Duodecim duces generabit, & faciam
illum † crescere in gentem ma-
a ¶ Æternæ promissionis.
gnam. Pactum uerò meum sta-
a ¶ Christianã populũ. b ¶ Æ cos. ł quos fide generabat.
tuam ad Isaac, quem pariet tibi
a ¶ Gratia nota. b ¶ Vetustate immutata. c ¶ præsenti utra.
d Sarã tempore isto, in anno alte- d
a ¶ In assumpta forma uisibili.
ro. Cumq̃ finitus esset sermo lo-
a ¶ Inuisibilem se præbuit.
quentis cum eo, ascendit deus e
† ad Abraham. Tulit aũt Abra- e
a ¶ Prægnarans quia ad omnem professionem spiritualis pertinet circumcisio, quia circuncidendi sunt oẽs sensus.
ham Ismaelem filium suum, &
omnes uernaculos domus suæ,
uniuersosq̃ quos emerat, † cunctos mares ex omnib⁹ uiris do-
mus suæ, & circuncidit carnem
a ¶ Quia obedientia est complenda sine mora.
præputiñ eorum, statim in ipso
die, sicut præceperat ei deus.
a ¶ Innouatus hoc numero insinuatur pertingere ad societatem ciuium supernorum.
Abraham nonagintanouẽ erat
annorum, quando circuncidit
carnem præputiñ sui, & Ismael
a ¶ Non pertingens scilicet ad expletionẽ legis & euangelij quę quaternarij numero figurantur.
filius ei⁹ tredecim annos imple-
uerat tẽpore circũcisionis suæ.
† Eadem die circũcisus est Abra
hã, & Ismael filij⁹ eius, & omnes
uiri domus illius, tam uerna-
culi quàm emptiti, & alie-
nigenæ pariter circuncisi sunt.

Notandum tamen q̃ saraceni exemplo Ismaelis à quo processerũt, circuncidunt filios. xiñ. annorum transgredientes formam præcepti, quod diem octauam includit: vt prædictum est.

¶ In ca. xvñ. vbi dicitur in postilla. ¶ Ambula coram me, id est acsi me semper præsentialiter videres.

C. Saraceni quando circuncidunt.

ADDITIO I.

Ille qui coram alio ambulat: non semper eũ videt: sed potius ille qui sequitur hominem, cõmuniter videt eum, saltem eius posteriora vnde cum dicitur: ¶ Ambula coram me: non propriè ponitur dicendo, acsi me præsentialiter semper videres, vt in postilla. & ideo aliter videtur hic dicẽdum. Pro quo attendendum est, q̃ de iustis seu perfectis q fuerunt ante aduẽtum Christi, sæpe dicitur in scriptura, q̃ ambulãt corã deo, vt in hoc loco. & in. iiñ. Regum. xx. a. vbi Ezechias dixit: Memẽto, obsecro quomodo ambulaue rim coram te. Similiter de eodẽ Esa. xxxviñ. a. & sic in quibusdam aliis. De iustis autem qui fuerunt post aduentum Christi, non dicitur, q̃ ambulauerunt coram deo, sed potius q̃ sequuntur deũ vñ. Io. xiñ. d. Qui mihi ministrat &c̃. & Ioã. viñ. b. Qui sequitur me &c̃. & sic de q̃ plurimis aliis. Cui⁹ ratio est: nam secundum doctores exemplar perfectionis humanæ est ipse Christus, in cui⁹ imitatione tota consistit humana perfectio. & ideo quia primi iusti exemplar perfectionis scilicet Christum in hac vita existentem habebant posit se, ideo perfectio eorũ consistebat in hoc, q̃ ambulauerunt corã deo. id est ambulauerũt per viam per quam Christus erat ambulaturus. postremò verò qa exemplar perfectionis scilicet Christum habebãt ante se seu coram se perficiebantur in hoc q̃ Christũ sequerent. vnde Matth. xix. c. Si vis perfectus &c̃. Vnde in proposito notandum est, q̃ deus daturus Abrahæ mandatum circumcisionis, in quo præcepto Abraham fuit † præuius cæteris fidelibus, conuenienter dicitur ei: Ambula coram me &c̃. nam impletione huius præcepti Abraham fuit imitator perfectiõis Christi, specialiter in duobus. Primo in placendo deo per obedientiam, cui per præuaricationem Adam displicuerat, vt in. iiij. distin. j. Secũdò in hoc q̃ obedientia ipsius Abrahæ fuit quodammodo exemplaris ad eius posteritatẽ. Vnde sic de Christo dicitur Roma. ñ. d. Quod sicut per inobedientiam vnius &c. sic suo modo Abrahæ obedientiam secuti sunt fideles. Et hæc potest esse ratio, quare iusti, qui ante aduentum Christi seu eius passionem decesserunt, dicuntur esse in sinu Abrahæ, vt patet Lucæ. xvj. Quamuis multi iusti decesserunt anteq̃ Abrahã fieret, vt Adam Abel, & multi alij: & ideo in hoc loco ꝓprie dicit Abrahæ. ¶ Ambula coram me &c. hoc est dicere, ambula per viam obedientiæ, per quam ego sum ambulaturus: & esto perfectus: sic quod eam tradas posteris tuis imitandam, eo modo quo ego tradam viam meam imitandam cunctis. De hoc enim commendatur Abraham à deo infra. xviñ. ca. vbi sic dicitur: Scio enim qđ præceptur⁹ sit filius suis & domui suæ post se, vt custodiant viam domini &c. Quę quidem expositio etiam concordat rationi naturali. Natura enim secundum Boetium iniţium sumit à perfectis, & ideo quia deus disposuerat, q̃ Abraham esset pater multarum gentium, & accępisset signaculũ fidei iustificantis, quem postea alij q̃ plurimi sequerẽtur, ideo eidẽ dicit in hoc loco: Esto perfectus, quasi diceret, accipiatur à te quodãmodo initiũ perfectionis modo prędicto. Et notãdũ q̃ de quibusdam iustis, qui fuerũt ante Abraham, legit q̃ ambulauerũt cũ deo. Vnde de Enoch. ḡ. Ge. v. c. & de Noe Genẽ. vj. d. q̃ cõcordat prædictis. Nã de istis nõ põt dici proprie q̃ ambulassent corã deo, sicut de Abrahã: cũ nõ eis conuenãt ita expresse p̃dicte ratiões, nec de eis posset dici q̃ fuissẽt secuti deũ, cũ fuerint ante aduentum

Ambulare cum domino &c̃. Aliâs † &.

Benedicit Ismael.

Aliâs non habet † crescere.

Aß † ab

D

aliâs † primo.

Abraham seipsum. Ismaelẽ & domesticos circuncidit.

† De penitẽtia. c. porro. Ro. ç. d.

Mors Ismael.

✠ a Vocabisq̃ nomen eius Isaac. quod interpretatur risus, eo pater præ exultatione risit, vt prædictum est. b ¶ Et constituam pactum meum illi in fœdus sempiternũ, &c. de circumcisione & hæreditate promissa. c ¶ Super Ismael quoq̃ exaudiui te. Et ex hoc dicunt hebræi, & verum videtur, q̃ Ismael finiuit vitam suam in bono, quia de hoc Abraham rogauerat ipsum deum, vt prædictum est. Cætera patent vsq̃ ibi:
d ¶ Ascendit deus ab Abraham, id est disparuit apparitio & visio illa. e ¶ Tulit autem Abraham &c. Hic consequenter ponitur executio mandati de circumcisione, & patet obedientia Abrahæ, quia eadem die absq̃ retardatione adimpleuit illud mandatum in se, licet esset senex, & in aliis. Ex quo patet etiam obedientia Ismaelis filij sui, qui cum esset. xiñ. annorum, non recalcitrauit, & similiter totius familiæ ipsius masculinæ, & patet litera.

Notandum

Additio. Geneſis Cap. XVIII. Replica.

fuerint ante aduentū chriſti: ſed benè eis conuenit ambulare cū deo
E ſcilicet in via iuſtitiæ et innocentiæ: quę ſanctis cōuenit cōmuniter.
¶ In eodem capitulo decimoſeptimo vbi dicitur in poſtilla: Alioquin pater pueri vel eius tutor &c.

ADDITIO II.

poena omittentis circūciſionem.

¶ Omittens circunciſionem non erat morte corporali puniendus etiam ſecundum hebręos. non enim dicitur hic morte moriatur: ſicut in alijs criminibus in quibus lex vetus mandabat puniri morte corporali. ſed dicitur hic: delebitur anima ipſius &c. i. non computabitur inter ſanctos ſecundum Gloſſam. Cuius ratio eſt: quia talis anima remanebat obligata originali peccato, in cuius remedium circunciſio fuit data: vt in iij. di. j.

REPLICA

Correctorij contra Burgēſ. dely. In cap. xvij. vbi poſtillator exponens illum paſſum: Ambula coram me. dicens acſi me præſentialiter ſemper videres. Burgēſ. dicit illam expoſitionem non eſſe propriam, quia (vt inquit) qui ambulat coram aliquo, non ſemper eū videt: Sed ſolū qui ſequit aliquē, ſemp videt poſteriora ei⁹. Sed hoc videt quoddā ſenectutis delyramētū, loq de dei aſpectu, ſicut de hominū⁹ eſſe aſpicientiū⁹. Nā qui deū videt, vel quaſi videt præſentialiter, videt eū ante, poſt, ſurſum, deorſum &c̄. Sine enim errore nō poteſt dici aſſignādo deo ſic vnam differentiā poſitionis quaſi non aliā, qa ſic diceret deū diffinitiuē in loco, quod eſt erroneū. quia deus vbiq; totus eſt ſecundum eſſentiam, præſentiam, & potentiam. propriiſſimè igitur dixit poſtillator: Ambula coram me. acſi me præſentialiter ſemper videres, quia me præſente male facere timebis, & filialiter timendo proficies. Ideo ſequitur, & eſto perfectus: Sic & beatus Gregorius. xxxiij. moral⁹. ſuper illo paſſu Iob: In oculis eius quaſi hamo capient: eum dicit: In oculis quippe habere dicimur, quod coram nobis poſitum videmus. Non igitur magni ponderis eſt diſtinctio quam Burgēſ. ponit inter ambulare coram deo, cum deo, & poſt deum. Deus enim cunctis iuſtis ab inſtitio non ſolum coram, ſed prævius & obuius oſtendit viam perfectionis & iuſtitiæ, his quidem clarius, his verò obſcurius, vt non G ſolum ſancti noui teſtamenti poſſint dici imitatores dei: ſed etiam veteris. Nunquid Ioſue cum populo veteri imitator fuit quando dixit: Abſit à nobis hoc ſcelus, vt recedamus à domino & relinquamus veſtigia eius: Ioſue. xxiij. f. Nūquid & Ezechias de quo dicitur iij. Reg. xviij. b. Adhæſit domino, & non receſſit à veſtigijs eius. Nunquid Iob quando dixit: Veſtigia eius ſecutus eſt pes me⁹. Iob. xxiij. c. Nunquid Ioſias quando percuſſit fœdus coram domino, vt ambularet poſt dīm, vt dicit. iij. Reg. xxiij. a. &. ij. Para. xxxiij. g. & ſæpe ſancti veteris teſtamēti dicūt poſteriora dei vidiſſe, & idcir co non ſolum coram, ſed poſt dominum ambulaſſe. Et verum eſt ſecundū rem omnē iuſtum, diuini exemplaris imitatorem vocari, non obſtāte vocali diuerſitate quā burgēſ. fabricat: quę tū ad ſenſum literalē nihil facit, niſi habēdo reſpectū ad Chriſti humanitatē. Nam ſi per hypotheſim Chriſtus non fuiſſet incarnatus, nihilominus non defeciſſent iuſti qui in via dei ambulaſſent. Nec videtur valere quod Burgēſ. dicit Primos iuſtos exemplar perfectionis ſ. Chriſtum ſolum habuiſſe poſt ſe, non ante ſe, coincidit enim cum Eluidio, qui dixit Chriſtum ante Mariam non fuiſſe: Apoſtolo tamen dicente ad Heb. vlti. b. Ieſus chriſtus heri & hodie ipſe & in ſæcula. Sapientia enim dei patris quæ Chriſtus eſt, ab initio viam perfectionis, & ſi non humana converſatione, tamen doctrinæ & legis deriuatione multipliciter exemplificauit. Vnde & Burgēſ. ſibiipſi in hac digreſsione contradicēdo dicit Abraham fuiſſe imitatorem perfectionis Chriſti in duobus. Nec mirum: quia omnes patres veteris teſtamenti ſpiritualiter legem intelligēdo dicendi ſunt viri euāgelici ſecundum Bonaueñ. & alios inter quos potiſſimus Abrahā fuit, quemadmodū Burgēſ. ipſe fatetur. ¶ In eodem capitulo vbi magiſter Nico. dicit: Negligentē circunciſionē ſiue pēm ſiue turē morte plectendū &c̄. Burgēſ. credidit cp de morte corporali dictum eſſet, & ita vadit ſua inuectio. Sed videtur poſtillator non de morte corporis, ſed animæ diciſſe ſecundum Glo. ordi. & ſpecialiter de morte comminata primis parentibus: quia omnes nati pereunt qui de regeneratione non ſanantur vt dicit Iſido. & eſt Glo. ordi.

GLOS. ORDI.

Cap. XVIII.

Tropologia.

Abrahæ hoſpitalitas.

Deus hoſpitio ſuſcepit ſub perſona triū angelorum.

F Allegorice. Myſterium trinitatis.

Mar. 9. a.

APparuit autem ei dominus in conualle. Iſido. Abraham triplicem figuram gerit. Primā ſaluatoris, qui relicta cognatiōe venit in mundū. Alterā patris, qa filium vni cū immolauit. Tertiā (quæ in hoc loco apparet) ſanctorum, q aduentum chriſti cum gaudio ſuſceperūt. Tabernaculum Abrahæ Hieruſalem ſignificat, vbi pro tēpore prophetæ & apoſtoli habitauerunt, & Chriſtus aduenies à credentibus exceptus, ab incredulis in ligno ſuſpenſus eſt. b ¶ Tres viri. Alle. Tres viri chriſti pronunciant aduētum quē duo angeli comitantur. Moyſes ſecūdū quoſdā & Helias, vnus legiſlator, qui in lege aduentū domini indicauit. Alter qui in fine venturus eſt, ſecūdū aduentū chriſti nunciaturus, & euāgelīū eius prædicaturꝰ. Vnde trāſſigurato domino in monte cum eo videntur. ¶ Tres vidit & vnū adorauit, ſaluatorem. ſoſtendens, cuius aduentū præſtolabatur. Vnde Abraham vidit diem meum & gauiſus eſt. Iohan. viij. g. Præuidit enim myſterium futuri ſacramenti. Vnde pedes eorum lauit, vt in fine mundi purificationem

lauacri

Nicola. de Ly.

Diuiſio.

APparuit autem ei dīs. Hic oſtēditur Ca. XVIII. quomodo Abraham vt proficiēs ſe habuit ad ꝓximū Et primò i operibꝰ charitatis corporalibꝰ hoſpitalitatē præbēdo. Secundò in ſpiritualibus ꝓ liberatione Lot, & aliorum orādo, in medio capituli, ibi: Dixitq; dominꝰ, celare nō potero. Circa primū ſciendū q aliter exponit à doctoribus catholicis, aliter ab hebræis, vtraq; tamē expoſitio cōſona eſt fidei noſtræ & ideo vtrāq; intēdo ponere, & primò expoſitionem hebraicam, reciſis tamē quibuſdā friuolis: quæ ab ipſis interſeruntur. Dicunt igit q deſcribitur hic duplex apparitio, prima eſt ipſius dei, cum dicit.

Apparitio duplex.

a ¶ Apparuit autem ei. i. Abrahæ. b ¶ Dominus in conualle mambre. nomen eſt hominis à quo denominat⁹ eſt illa vallis in qua manebat Abrahā. c ¶ Sedenti. Hic dicit quædā glo. Heb. q Abrahā voluit ſurgere ex reuerētia diuinæ apparitiōis, ſed dīs dixit ei: Sede: tu es em in ſignū filiis tuis. Futurū eſt em vt ſi in eui ſedeāt tanq; iudices in cōſilio, & ego ſtē. Que glo. fidei noſtræ eſt conſona

Cap. XVIII.

a APPARVIT autem ei do-

a ¶ Apparet deus humilibus.

b minus in cōual-

c le Mābre, ſedē-

a ¶ Fide per quam inerant in eccleſiam, quæ eſt taberna eius, quia in ea deo militatur.

d ti in oſtiō tabernaculi ſui, in ipo

e

a ¶ Affectu boni deſiderij.

f feruōre diei. Cumq; eleuaſſet

a ¶ Quia ita affectus manifeſtatur fidei trinitatis.

b oculos, apparuerunt ei tres uiri

NIC. DELYRA.

Nota. eſt cōſona, qa hoc fuit adimpletū, quādo ſaluator noſter verus deꝰ & verus homo ſtetit corā principibꝰ ſacerdotum, ſedentibus in concilio ad iudicandū iſm, vt deſcribūt quatuor euāgeliſtæ quod ſuſtinuit ꝓ ſalute electorū, q ſunt veri filij Abrahæ. Cōtingit em aliquādo cp præter intēctionē loquētis, diuina virtute hoc faciēte, aliquod verbū ſic ꝓferat, vt eſt cōſonū fidei catholicæ, licet ꝓnuncians illud y bū hoc nō intelligat, ſed aliud: Sicut Caiphas dixit de Chriſto: Expedit vobis vt vn⁹ moriat homo ꝓ populo &c̄. vt habet Iohā. xj. f. & euāgeliſta ſubdit: Hoc autē à ſemetipſo nō dixit &c̄. Intendebat enim Caiphas ſolūmō dicere, cp meli⁹ erat Chriſtū mori, licet nō haberet cauſa ſufficiēs cōtra eū q; cp occaſione populi credētis in eū, veniret romani & deſtrueret locū & gētē. Sed à deo factū eſt, vt hāc ſentētiā per talem modū loquēdi, ꝓferret Caiphas, vt illa locutio ſignificaret mortē Chriſti futurā pro redēptione generis hūani: quod Caiphas nō intelligebat, ſicut pleni⁹ dixi exponēs hoc verbū Caiphæ, ſcribēdo ſup Ioā. Sic dico i ꝓpoſito. Quid em intellexerit iſte gloſſator, neſcio: ſed manifeſtæ patet cp ſic gloſſam prædictā protulit vl ſcripſit, cp y ba gloſſæ prædictæ conſonant fidei noſtræ. d ¶ In hoſtio taberna. ad videdū ſi trāſirēt viatores, quos poſſet ad mēſam recipere, qa hoſpitalitatē diligebat. e ¶ In ipſo feruore diei. Cum em incipit dies feruēſcere, tunc eſt hora, qua viatores ſolent ad domū aliquā cauſa refectionis declinare. f ¶ Cumq; eleuaſſet &c. Cū em deus videret affectū eius ad opus hoſpitalitatis, & nō venirent aliqui

Moralis

Moraliter. a ¶ Apparuit aūt ei dīs. Hic prænūciatur ſarq; cōcept⁹ & ſodomorū interit⁹. Circa primū dicit: Apparuit aūt ei ſcilicet Abrahæ. b ¶ Domin⁹ in cōualle &c. Per hoc autē deſignat cp reuelatiōes diuinæ fiūt illis q ſunt in humilitatis cōuale. Mat. xj. d. Confitebor tibi pater dñe cœli & terræ: qa abſcondiſti hæc à ſapientibꝰ & prudētibꝰ & reuelaſti ea paruls. c ¶ Sedēti in oſtio &c. Vt tranſeuntes videret & eos ad prandium inuitaret: & ecce tres viri ideſt angeli in ſpecie hominum, per quos deſignantur prædicatores, fidem trinitatis annunciantes: & quia non ſolum ſunt ſuſcipiendi, ſed etiam deuotè inuitandi. Ideo ſubditur:

* Cucurrit in occur-

lauacri futuram monſtraret. Pedes enim nouiſſima ſignificant.

A Moralit.

a ¶ Quos cum vidiſſet. Grego. Moraliter. Abraham tribus angelis occurrit, quia vir & dominus domus ſcilicet ſpiritualis intellectꝰ, debet in cognitione trinitatis c lauſtra carnis excedere, & quaſi habitationis infimæ ianuam exire. Cura carnis, quam Sara ſignificat, foris ad iactantiam non appareat, ſed poſt tergum viri id eſt ſub diſcretiõe ſpiritus, ſolis neceſſariis intenta, neſciat procaciter detegi, ſed verecundè moderari.

¶ Grego. Abraham non potuiſſet angelos videre, hoſpitio ſuſcipere, & cibos adhibere, niſi corpꝰ ex aëre aſſumpſiſſent. Nõ enim apparerent, non cibos ſumerent niſi ſolidum corpus ex cœleſti elemento haberẽt. Nec mirum, q̃ modo angeli, modo dominus vocantur, quia angeli vocantur qui exterius miniſtrant, & dominus oſtenditur, qui eis exterius miniſtrant, & dñs oſtenditur, qui eis interius imperat. b ¶ Sed afferam. Ad hoſpitalitatis officia reuertitur, q̃ etiam angelis exhiberi poſſunt, cum ex elementis corpoream formã aſſumunt: q̃ Abraham intelligens, deitatẽ in vnitate adorabat, & diſpenſationi angelicæ in forma viſibili miniſtrabat. c ¶ Tria ſata. Hæc in typum eccleſiæ dicuntur, q̃ de tribus mundi partibus in vnitatem fidei congregata eſt, & quaſi panis ſine fermento igne Spiritusſancti decocta eſt. ¶ Stra. Satum genus eſt menſuræ: Tria ſata, tres filios Noë ſignificant, ex quibus omne genus hominũ diſſeminatum eſt. Significatur ergo eccleſia vel euangelica doctrinà per totum mundũ diſſeminanda, & in tribus mundi partibus, Aſia, Africa, & europa, multiplicanda.

¶ Tria ſata. de quibꝰ Sara ſubcinericios panes facit, tres filios ſignificant Noë, ex quibus omne genus hominum natum eſt: qui diuinæ trinitati credentes aqua baptiſmatis per Sarã, i. eccleſiã conſperſi ſunt, & in vnũ panem corporis Chriſti redacti. Hæc ſunt tria ſata farinę, quæ mulier in euangelio fermentauit: Azimi ſunt panes, quia ſine fermento malitiæ, & † languore nequitiæ & feruore peruerſæ doctrinæ oportet eſſe credẽtium vnitatem. d ¶ Subcinericios. Subcinericij ſunt vt per penitentiam delictorum ſpiritusſancti vapore decocti, eſca deo accœptabilis efficiantur. e ¶ Vitulum tenerrimũ. Vitulus tener & ſaginatus, Chriſti corpꝰ eſt † quod pro ſalute mũdi ad arborẽ Crucis † immolatum eſt. Hic eſt vitulus, qui prodigo filio occiditur.

Reg. 8. d.

Adorauit interpres noſter fert vbique ad orauit pro inclinauit vel incurua uit ſe ỹ tit. 1 Nunc.

Myſtice.

Satum.

Alias † rancore.

B

Alias † qui Alias † immolatus.

Amentũ boues.

Allegorice.

f ¶ Butyrum & lac cũ carne vituli apoſuit, quia lac veterem legem ſignat. vnde. j. Corin. xj. a. Lac potum dedi vobis, non eſcam &c. Tradiderat enim illis legis mandatum, quaſi Lac de vberibus duarum tabularum expreſſum, hoc eſt teſtamentum fidei, quia nondum poterãt euãgelicæ doctrinæ ſolidam eſcam ſumere. Butyrum vberrimum, & pinguiſſimum, euangelicum eſt teſtimonium, quod velut oleum fidelibus in ſignum datur. Vitulũ cum lacte & Butyro apposuit, quia nec corpus domini ſine lacte legis, nec hoc ſine euãgelio eſſe põt. Sub arbore aũt ſederũt i dominicæ paſſiõis ſignũcuꝰ prædicatores ſunt.

g ¶ Ecce in taber. &c. Stra. Abraham foris cũ angelis. Sara in tabernaculo

Nicolaus de Lyra.

rent aliqui homines, fecit tres angelos apparere in ſpecie virorum, vt eis exhiberet hoſpitalitatis beneficium. Dicunt etiam Hebræi, q̃ cum hoc alia de cauſa apparuerunt, quia vnus veniebat ad nunciandum Saræ conceptum, alius ad ſubuertendum Sodomam, & alias quatuor ciuitates: & tertius ad ſanandum Abraham qui de nouo erat circunciſus, & liberandum Lot de ſubuerſione Sodomorum. Dicunt etiam q̃ apparitio fuit tertiã die poſtq̃ fuerat Abraham circunciſus, & iſta apparitio angelorum eſt ſecundã.

Expoſitores

Expoſitores aũt catholici dicũt, q̃ à principio capituli vſq; adhuc, & in toto cap. ſequenti fuit vna apparitio tantum, ita q̃ dñs non apparuit in ſe, vel in aliqua ſimilitudine ipſum immediate repræſentãte: ſed tantũ in angelis, quos fecit apparere, quorũ vnꝰ poſtea locutus eſt in perſona ipſius dei: Sic igit exponũt literã à principio capituli Apparuit aũt ei dominꝰ, in hoc primo deſcribitur apparitio iſta in generali, & in ſequentibus deſcribitur modus apparitionis in ſpeciali. Et primò q̃tum ad locum, cum dicitur: In conualle Mambre. Secundo q̃tũ ad diſpoſitionem Abrahæ cui fiebat apparitio, cum dicitur: Sedenti in oſtio tabernaculi ſui. Tertiò q̃tum ad tempus, cum ſubditur: In ipſo feruore diei. Quarto q̃tũ ad perſonas apparẽtes authoritate dei cum dicitur: Apparuerũt ei tres viri ideſt angeli in ſpecie virorũ. Litera aũt exponatur ſicut in expoſitiõe prædicta, excepto principio, cũ dicit: Apparuit aũt ei dominus ſedẽti. ſ. per angelos quos fecit apparere. a ¶ Quos cũ vidiſſet &c. In quo oſtẽdit eius promptitudo ad hoſpitalitatis beneficiũ: & i hoc datur diuitibꝰ exemplũ. b ¶ Et adorauit: adoratione dulie, vt illos cõuenientius poſſet inuitare. c ¶ Et dixit: domine ſi inueni gratiam &c. Licet eſſent tres: tamẽ ſic apparebãt quaſi vnus eſſet principalis, & dominus inter illos, & ideo illũ allo quit credẽs, q̃ ſi ipſum inducat ad hoſpitiũ, alij duo ſequantur. Dicũt autẽ hebræi, q̃ iſti tres angeli fuerunt Michael, Gabriel, & Raphael. ita q̃ Michael erat in medio alij autem duo ad dextrã & ſiniſtram. Et hic erat modus ambulandi tunc, quãdo aliquis ſuperior erat duobus aliis, q̃ ille ambulabat in medio, & in hoc cognouit Abrahã quis erat ſuperior. & dicũt q̃ Michael hic erat in medio, & hic venerat ad denunciãdũ Saræ cõceptũ. quia hoc erat principale negotiũ, eo q̃ Meſſias id eſt Chriſtus erat inde naſciturus, & interpretatio noĩs conſonat Michael enim interpretat̃ qs vt deus: Gabriel autẽ venerat ad ſubuertẽdum Sodomã, & interpretatio cõſonat, interpretat̃ enim fortitudo dei. Raphel autẽ venerat ad ſanãdũ Abrahã, & ad ſaluãdũ Lot, & interpretatio conſonat, quia interpretatur medicina dei. d ¶ Sed afferam panis vt quæ &c. Homines enim tũc nõ ita ibãt equitando & calciati ſicut modo. e ¶ Et requieſcite ſub arbore. in vmbra & ad auram, ꝓpter æſtũ imminentẽ. f ¶ Ponam q̃ bucellã panis &c. Ex hoc manifeſtè patet, q̃ tunc credebat eos eſſe hoĩes, ſciebat enim q̃ angeli non indigebãt talib⁹. g ¶ Qui dixerunt &c. in quo apparet gratia hoſpitalitatis. h ¶ Feſtinauit Abraham. ne at tẽdiarent in nimia expectatiõe. i ¶ Et tulit &c. puero. i. coco. Hebræi autẽ dicũt, q̃ iſte puer fuit Iſmahel filiꝰ ſuꝰ cui tradidit cibũ parãdũ, vt eũ aſſueſaceret hoſpitalitatis opib⁹. k ¶ Ipſe vero &c. ad videndũ ne aliquid deficeret. Sequit. l ¶ Vbi eſt Sara vxor tua. Hoc petunt non ex ignorantia, ſed vt cõueniẽtius nũcieĩ eius cõceptus de propinquo futurus. m ¶ Ecce in tabernaculo eſt. Erat em̃ ſimplex & verecũda, & ideo ſe nõ exponebat aſpectibus hominum. n ¶ Cui dixit: ſcilicet ille angelus de tribus qui venerat ad nunciandum eius conceptum.

Tres angeli qui fuerũt &c.

aſs non habet † ſui aſs non habet † in terra.

† Actu. 16. cap.

Alias † ponam bucis. Alias † confortate.

1. Corũ. 7. c

Abraham lauat pedes peregrinorum & inſeruit mẽſę.

35. diſt. ſexto die &. 42. di. §. j.

Moralit.

↬ Reuertens

* a ¶ Cucurrit in occurſũ &c. ad eos deuotiſſimè inuitãdũ, ſicut patet in textu ſequẽti. & hoc modo ſuſceperunt galathæ Paulum. Vnde dicit Gal. iij. b. Sicut angelum dei ſuſcepiſtis me.

d ¶ Et lauentur pedes veſtri. ſcilicet per famulos meos Ecce humilitas. f ¶ Ponam q̃ bucellam pa. Ecce humanitas, quæ prædicatoribus eſt impendenda. g ¶ Qui dixerunt: fac vt locutus es. prędicatores enim gratanter accipere debẽt quę ſibi à ſuis hoſpitibus offeruntur. n ¶ Cui dixit re*

* uertens veniam

in tabernaculo eſt, quia fortium & doctorum eſt a parte prædicare,
E exemplis inſtruere. Infirmorum & inſipientium diſcere, & ſubdi-
tos eſſe. a ¶ Et habebit ſi. Promittit deus Saræ ſterili filiu m
†4.Regũ. 4.c. dicẽs: Circa hoc tẽpus veniã: non tẽpus, ſed qualitatẽ ſui aductus ſi-
Ro.9.b. gnificat: quoniam per filium repromiſſum fidelis populus erat na-
Infra.21.a. ſciturus. Vnde Eſa.liij.a. & Gal.iiij.d. Læta-
re ſterilis q̃ non parturis &c. b ¶ Quo
audito &c. Auguſt. Arguitur Sara, qa
riſit, & non Abrahã cum ſimiliter riſerit, qa
illius riſus admirationis fuit huius dubita-
tionis, quod diiudicare potuit qui corda
nouit. Negat Sara ſe riſiſſe cum deum
†Luce.1.b. non poſſit latere, ſed fortẽ homines putabat
alſ† exhibẽ Abrahã verò deũ intelligebat, ſed humani-
do. tatis officia † prebendo, que tãtum infirmæ
carni neceſſaria ſunt, mirum eſt, niſi homines
prius arbitratus eſt, ſed in quibus deum lo-
qui intelligeret, quibuſdã ſignis diuinæ ma-
ieſtatis apparentibus, ſicut in hominib⁹ deũ
apparuiſſe ſæpe ſcriptura teſtaꝛ, ſed poſtea
angelos fuiſſe cognouerunt. c ¶ Erant
autem &c. Seniorum ætas minor eſt, q̃
ſenum, & ſi ſenes appellẽtur ſeniores. Vnde
ſecundum medicos ſenior vir de muliere ſe
niore filios facere non poteſt etiam ſi adhuc
†1.Pe.3.a. muliebria fluant. ſecundũ hoc Abrahã mi-
Alſ † vxor tua. ratur dei potentiam de promiſſione filꝫ, &
hoc miraculum poſſuiſſe apoſtolum accipe-
re poſſumus. Emortuum enim corpus non
omnino ad generationem erat, ſi mulier iu-
alſ †nunqd paritura. uenilis ætatis fuiſſet. Sed de proiecta ætate
generare nõ poterat, de Cethura enim poſt
ea generauit, quia iuuencula fuit. Tradunt
enim medici: quia ſenex de fœmina proue-
ctioris ætatis (& ſi muliebria contingant ei)
generare non poſſit: de iuuẽcula autem poſ-
ſit. Rurſus mulier proiectæ ætatis, & ſi ad-
huc muliebria contingant ei, de ſeniore pa-
rere non poteſt, de iuuene poteſt. Miraculũ
F ergo fuit, quia vteraq; ſenex & proiectæ æta
tis, & deſierant muliebria Saræ.
Moraliter. d ¶ Voluptati operam dabo.
Grego. Moraliter. Cura carnis, cum
ſæpe dicitur, vt de ſeminime præſumat, &
totam ſe in diuinæ ſpei fiduciam tranſferat
deſpicit, & ceſſante ſtudio adeſſe ſibi vitæ
ſubſidia diffidit. Vnde Sara promiſſiones
dei audiens ridet, ſed ridens corripitur, cor-
repta protinus fœcundaꝛi, & quæ in iuuen-
tute vigens fœcundari non potuit, annis
Dei familiaritas & bonitas cũ Abraham. fracta ſenilibus concepit, quia cum cura car
nis ſui confidentiam habere deſiſtit, contra
ſpem ex diuina promiſſione accipit, quod
habituram ſe ex humana ratione dubitauit.
Vnde bene qui generatur riſus dicitur, quia
dum ſupernæ ſpei fiduciam concipit, quid
Chriſtus benedictio fidelium. mens noſtra aliud q̃ gaudium parit?
e ¶ Num celare pote. Bene dominus
Abrahæ ſecreta ſua committit, quem volũ-
tatis ſuæ & ſecretorum fidelem executorem
Abraham docet familiã ſuã viã dei. cognouit, de quo in carne naſciturus erat, in
quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ
abſcõditi. Co.ñ.a. Promittit quoq; Abrahæ
nõ ſolum præmia, ſed obediẽtiæ filiorũ eius
iuſtitiam, & circa eos promiſſa cõpleri. Rur
ſumq; promittitur Iſaac in gẽtem magnam
futurus, & q̃ in eo benedicentur omnes gen
tes terræ. Quibus verbis duo illi promit-
tuntur. Gens rudæorum ſecũdum carnem,
& omnes gentes per fidem. f ¶ Clamor
Sodomorum & Gomorrhæ &c.
Auguſt. Si hæc verba non dubitantis, ſed
iraſcentis & minantis accipiamus, nulla eſt
quæſtio. Humano enim more ad homines
alſ †gemor rhęorum. loquitur deus, & ira eius ſine perturbatione eſt, quia immutabilis
eſt. Sæpe autem ſic minando dicimus. Videamus ſi non tibi facio,
& ſi non potero tibi facere, vel ſciam, id eſt experiar vtrum nõ poſ
ſim. Sed perturbatio non cadit in deum. Mos autem humanæ lo-
cutionis eſt,

a ¶ Reuertens veniam ad te. In quo oſtenditur q̃ an g
geli ſunt ſoliciti de viſitatione iuſtorum. b ¶ Vita comite. Lo
quitur more humano, quia homo æſtimabatur ab his quibus lo-
quebatur. c ¶ Et habebit ſi. &c. Non adoptiuũ ſed naturalẽ.
d ¶ Quo audi. &c. Reputans illud dictũ friuolũ: & cauſa ſub
ditur. e ¶ Erant autẽ am. &c. Et ſic
erat vnum impedimentum generationis cõ
mune ambobus, & vnum ſpeciale in Sara,
quod notatur cum ſubditur. f ¶ Et de- Vita co
ſierant ſaræ fieri muliebra: Id eſt men- mite, ſpa
ſtrua, poſt quorum ceſſationem nõ eſt apta viuente,
mulier ad conceptionem. Sequitur. Chal. inter
g ¶ Poſtq̃ conſenui &c. quaſi dicat pro. q̃ vo
non decet, & ex hoc videtur, q̃ Sara conti- cerita vide
nuit ab actu coniugali, ex quo tranſiit tem-
pus ſuum concipiendi ſecundum naturam,
quouſq; fuit certificata de conceptu futuro *Epiſtem
diuina virtute: h ¶ Dixit autem do- ſubaudi
minus ad Abrahã. i. ille angel⁹ qui inter oſtium tem
tres apparebat vt ſuperior, & qui veterat à tergo ip
ad nunciandũ Saræ conceptum. i ¶ Nũ ſius ſibi
quid deo eſt quicq̃ difficile. Acſi di- Abrahæ.
cat, licet impoſſibile ſit naturæ dare tibi con Alij legũt
ceptum, non tamen deo eſt difficile, cætera ipſũ tãtũ
patent vſq; ibi. k ¶ Cũ ergo ſurrexiſ naculum
ſent inde viri: id eſt angeli in ſimilitudine Sarrai ex
virorum. l ¶ Direxerũt oculos &c. poſt tãtũ
Incipientes ire verſus partem illã. m ¶ Et naculum
Abrahã iſſr gradiebaꝛ. ſicut ſolet fieri ex Abraha.
curialitate humana, q̃ hoſpites p̃ aliqd̃ ſpa-
cium conducaꝛ. Abrahã enim adhuc ere- Deſierãt
debat eos eſſe homines itinerãtes. n ¶ Di Saræ fieri
xitq; dñs. Hic oſtendiꝛ pietas Abrahę orã muliebria
do p̃ proximo, & p̃mò ei⁹ oratio deſcribiꝛ, & deſierat ei
ſecũdò exauditio oſtẽdiꝛ. c. xix. Circa primũ ſic ipſi Saræ
ſic proceditur, quia primò ponitur reuela- cõſuetudo
tio Abrahę facta de Sodomorũ ſubuerſiõe. muliebris.
ſecũdò ponitꝛ oratio ei⁹ p̃ populi liberatione, Heb.
ibi: Abraham verò. Primum exponitur du- Occulte
pliciter. ſecundum enim expoſitionẽ hebrai- intra ſe.
cam in principio huius capituli poſitam, do
minus qui loquebatur non eſt aliquis de tri
bus angelis prędictis, ſed ipſe dominus qui
ſecundũ illam expoſitionem dicitꝛ apparuiſſe
Abrahæ in principio capituli. Secundũ autẽ
aliam expoſitionem iſte qui vocatur hic do- H
minus, eſt ille angelus qui denunciauit conce
ptum Saræ, vt prędictũ eſt. & ſecundũ hoc
dicendum q̃ licet Abrahã vſq; tunc credi-
derit illos angelos eſſe homines, tamen tunc
reuelauerunt ei quòd eſſent Angeli, & ex-
tunc ille principaliter Angelus loquebatur
in perſona dei. Litera autem ſequens in aliis
vniformiter exponitur ſecundum iſtam &
aliam expoſitionem. o ¶ Nunc celare
po. ab. &c. acſi diceret: Cum Abraham
ſit mihi familiaris amicus, non eſt decens q̃
ego celem ei vindictam quam facturus ſum
in ciuitatib⁹ Sodomorum, & maxime cum
illam terram promiſerim Abrahæ: & cauſa
amicitiæ, dei cum Abraham, ſubditur:
p ¶ Scio enim &c. Et ſequitur.
q ¶ Clamor Sodomorũ & Gomor
rhæ. Peccata enim eorum erant patentia
& manifeſta, ſecundũ q̃d dicitur Eſa.iij.b.
Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauc- Propter
runt nec abſconderunt: & propter hoc di- ſupe.
cuntur hic clamare. Et eſt hic conſiderandũ
q̃ tria genera peccatorum leguntur clamare
ad deũ. Primũ eſt occiſio innocentis, ſecũdũ
quod dicit dñs ad Cain Geñ.iiij.b. Vox ſan
guinis fratris tui Abel clamat ad me de terra
¶ Secundum eſt peccatum
*uertens veniam ad te. Sequitur. Moraliꝫ
c ¶ Et habebit filium Sara. Per hoc oſtenditur q̃ prędica-
tores non debent ſuis hoſpitibus dicere friuola ſed ædificatoria: ex
quib⁹ Sara per quã ratio ſignificatur, vt dictũ eſt ſupra, concipiat
dicitur: & pariat op⁹ bonum. Circa ſecũdũ. ſ. Sodomorum interitũ
*dicitur Deſcendam &

a ¶ Priuſquã reſecẽt vt homines in unitate deitatis, cuius bene-
ficio erant implenda uentura prædicunt.
xit: ¶ Reuertens ueniam ad te tẽ- a
a pore iſto, uita comite, & habe- b c
b bit filium Sara uxor tua. Quo d
a ¶ Hic Sara ſynagogam ſignificat, quę in umbra factamen
torum ſe abſcondit deus: Chriſtum uenuſſe non credit.
¶ Quia nondum filiũ cõcipit.
audito, Sera riſit poſt oſtium ta-
c bernaculi. * † Erant autẽ ambo c
a ¶ Præſbyteri tam ætate q̃ moribus. b ¶ Quibus de
ficientibus mulier parere definitur commendenr miraculum
ſi ſtentis patiat.
ſenẽs proiectæq; ætatis, & deſi- f
a ¶ Menſtrua. b ¶ Diſceptando de oraculo.
erant ſaræ fieri muliebria. Quę
a ¶ Naturalem conſequitur rationem.
riſit occulte, dicens: † Poſtq̃ cõ- g
d ſenui, & dominus meus uetulus h
eſt, uoluptati operam dabo? Di
xit aũt dominus ad Abraham:
¶ Diſceptando.
Quare riſit Sara † dicẽs: † Num
a ¶ Quaſi quare plus acquirit naturæ q̃ diuinæ potentiæ.
uere paritura ſum anus? Nun- i
quid deo eſt quicquam diffici-
a ¶ Quaſi ſicut dicit fiet.
le? Iuxtã cõdictum reuertar ad
a ¶ Anni futuri, quia præterito tempore umbræ ſuccedet
qui ſignabatur in umbra. b ¶ Auroroſpatio, ſicut cætera.
te hoc eodem tẽpore: uitã comi
te, & habebit Sara filium: Nega
a ¶ Quia ſolliciti timuit. b ¶ Adhuc fœminam incre-
dulitatem increpat.
uit Sara dicens: Nõ riſi, timore
perterrita. Dominus autẽ: Non
eſt (inquit) ita, ſed riſiſti. Cũ er- k
a ¶ Quia cum Abraham tractaurent de futura miſericor-
dia tam contra Sodomam iudicium intimatur.
go ſurrexiſſent inde uiri, direxe l
runt oculos contra Sodomam,
a ¶ Euentum futurorum ignorans. Sed dominus ſicut uult
pios ſcire premia noſtrorum, ſic non ignorare ſupplicia impiorũ.
& Abrahã ſimul gradiebatur, m
deducens eos. Dixitq; dominus: n o
e Num celare potero Abraham
quę geſturus ſum, cum futurus
ſit in gentem magnam, ac robu-
ſtiſſimam: & benedicendæ ſint
in illo omnes nationes terræ?
¶ Quaſi ideo monſtro ei iudicia mea: ut ſequacibus ſuis
nota faciat.
Scio enim q̃ præceperus ſit fi- p
¶ Non ſolum primas ſed etiam obedientiam iuſtitiq; filiorum
eius promiſit deus Abrahæ: ut circa eos etiam promiſſa
complentur.
liis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, ut
a ¶ Eo fine. b ¶ Præcepta. c ¶ Recedant a malo.
cuſtodiant uiam domini: & fa-
ciant iuſtitiam & iudicium, ut
adducat dominꝰ propter Abra-
ham omnia quæ locutus eſt ad
eum. Dixit itaq; dominus: Cla- q
Euidentia publicati flagitij, quæ accuſatore non eget.
mor Sodomorũ & Gomorrhæ

cutionis eſt, cui deus ſe coaptat, vt humanæ infirmitati conueniat.

A ¶ Grego. Moraliter. Peccatum verò cum voce, culpa eſt in actione. Peccatum verò cum clamore, culpa cum libertate.

a ¶ Deſcendã & vid. &c. Mala hominum non ante credamus q̃ probemus. Et ecce per angelos ad cognoſcenda mala deſcẽdit, & tãto crimine inuolutos inueniẽs, quaſi patientiam prętermiſit, & eos igne iudicij ante iudicij diem præuenit, qui cũ tranquillitate iudicat, vt maiora crimina tardè credãtur, & veraciter agnita citius puniantur.

Myſtice. Quinq̃genarius numer⁹ à quo vſq; ad decem deſcendit pœnitentiam ſignificat.

b ¶ Si fuerint q̃nquaginta iuſti &c. Iſi. Quinquagenarius numer⁹ à quo vſq; ad decem deſcendit pœnitentiam ſignificat. Vnde & quinquageſimus Pſal. pœnitẽtialis eſt. Si ergo conuerterentur, ſaluarentur. Sed cum deus aſpicit delinquentes nolle ad pœnitentiam cõuerti, illico ardorem immoderatæ luxuriæ igne iehẽnæ compeſcit: Vſq; ad decem iuſtos non perire Sodomam dixit, quia ſi in quolibet per decem prȩceptorum cuſtodiam Chriſti nomen inueniatur, non peribit. Denarij enim numeri figura & crucẽ Chriſti ſignificat.

c ¶ Loquar ad dominum &c. Greg. Myſtice. Sancti quanto magis diuinitatis interna proſpiciunt, tanto magis ſe nihil eſſe conſpiciũt. Nuſq; legitur Abraham ſe cinerem & puluerem profeſſum eſſe, niſi cum meruit dei locutionem habere. Et ait: Loquar ad dominum meum, cũ ſim puluis &c. ¶ Fortaſſe enim aliquid ſe eſſe crederet, ſi veram eſſentiam quæ ſup ipſum eſt non ſenſiſſet. Vnde & Dauid exclamat: Memento domine quoniam puluis ſum &c. Gregorius Moraliter. Quoſdam per tumorẽ ſenſus non deuat, ſed per miſericordiæ opera, Quidam dum ſe terrenis abundare conſpiciunt, veras diuitias nõ requirunt, & ✝ æternum regnum non amant, quia temporalia ſufficere putant. Nõ eſt ergo ſenſus in crimine, ſed affectus. Cuncta enim quę deus condidit bona ſunt. Sed qui bonis malè vtitur ✝ hic agit vt per edacitatis ingluuiẽ eo quo viuere debuit pane moriatur. Pauper ad requiem Lazar⁹ venerat, ſuperbum diuitẽ cruciabant tormẽta, Diues tamen Abrahã fuerat qui Lazarum in ſinu tenebat. Ait tũ: Loquar ad do. meũ cum ſim puluis & cinis & cætera. Quid diuitias ſuas æſtimabat, qui ſeipſum puluerem cineremq; putabat? Apertè cernim⁹ in quo loco ſe puerat, qui ſe puluerem, & cinerem etiam cũ deo loqueretur eſtimabat. Qua ergo pœna feriendi ſunt, qui ad ſumma non ꝓficiunt, & de minimis ſe extollunt.

d ¶ Quinq; fuerint. Quinq; ciuitates igneis imbribus combuſtæ. Omnes enim qui quinq; corporis ſenſ⁹ libidinoſè tractauerũt, futuro incendio ſunt cremãdi.

Pſal. 10. 2. c. Non eſt hoc tuũ q̃ iudicas oẽm terrã nec q̃; facies iudicium hoc.

Diuitiæ.

B als ✝ ęternã patriam.

als. ✝ hic. Nota.

Luce. 16. c.

✳ ibi.

☞ Quid ſi inquadrãginta ✳ inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non peutiam propter quadragita. Ne q̃ſo (inquit) indigneris, domĩe, ſi loquar. Quid ſi inuenti fuerint ibi triginta? Reſpondit: Non faſcilicet duo angeli qui apparebãt in ſpecie virorũ vt habet in principio ſequentis capituli. Tertius autẽ qui annunciauerat Saræ cõceptũ, & qui loquebatur in perſona domini, vt dictum eſt, adhuc remanſit ibi cum Abraham ſecundum iſtam expoſitionem. Secũdum verò expoſitionem hebraicã prętactã, ille angelus qui annunciauerat Saræ conceptum, quia perfecerat legationem ſuam, diſparuit & receſſit, quia duo tantum angeli mittebantur à deo Sodomã, vnus ad ſubuertendum patriã, alius ad liberandum Lot. Et ille qui vocatur hic communiter dominus cum quo Abraham loquebatur, eſt ipſe deus qui ſibi apparuit prout dictũ eſt in principio capituli. In aliis aũt litera vniformiter exponitur. Abraham verò adhuc ſtabat coram dño. Abrahã em̃ audita populi condemnatione, pietate motus cæpit rogare dominũ pro eius liberatione. Et ideo dicitur: Stabat coram dño, paratus ad populi adiutoriũ, & accipitur hic dño pro ipſo deo ſecundũ expoſitionẽ hebraicã. ſecũdũ aliam verò pro angelo loquẽte in ꝑſona dei.

e ¶ Et appropinquãs ait. Vt conuenientius orationem ſuam ꝓponeret.

f ¶ Nunq̃d perdes iuſtũ cũ impio? q.d. nõ. Et quia ſciebat Lot eſſe iuſtum, libe rationem eius habuit pro obtenta, & ideo conuertit ſe ad liberationem aliorum. dicẽs:

g ¶ Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate. id eſt in ciuitatibus, quia erãt quinq; ciuitates. In hebræo aĩt aliquando accipitur ſingulare pro plurali, ſicut Exod. viij. f. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum. Vel in ciuitate in ſingulari pro Sodomã, quia illa ciuitas principalis erat, & ſub illa intelliguntur aliæ quatuor q̃ erant ei ſubditę, propter qđ reges illarum iuerũt cum rege Sodomorũ ad pręliũ tãq; vaſalli ſui, vt habetur ſupra decimoquarto. Patet ergo qđ ꝓ q̃libet ciuitate accipiebat decem iuſtos, petens à domino liberationẽ cuiuslibet ciuitatis pro decem iuſtis in ea repertis ſecundum qđ exponunt hebræi. Sequitur:

h ¶ Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinq; fuerint. Ita q; cuilibet ciuitati aſſignẽt nouẽ iuſti, petit Abrahã quòd pro illis nouem parcatur cuilibet ciuitati, non enim auſus fuit ad minorem numerum deſcendere, quia conſiderabat, qđ octo perſonæ iuſtę fuerant in arca tempore diluuij, & tamen nullus alius fuit ſaluatus ꝓpter eorum iuſtitiam, & ideo q̃n Abraham quærit vltrà, ſi parceret propter quadraginta, intelligitur de liberatione quatuor ciuitatum tantum, & quando propter triginta, intelligitur de liberatione trium, & quando propter viginti, de liberatione duarum, & quando propter decem, de liberatione vnius, & ideo ibi ſtetit quia non erat vltra deſcẽſus. Expoſitores autem catholici dicunt, qđ à principio petitionis Abrahæ vſq; ad finem intelligitur facta pro liberatione totius populi quinq; ciuitatum, ſed procedit ſic deſcendendo vſq; ad decem iuſtos, tentãdo, obtẽta vna gratia, ſi poſſit maiorem impetrare. vltra verò decem, non deſcendit. Decem enim homines, & non pauciores faciunt populum. Quòd autem pro iuſtitia minoris populi, petatur liberatio populi maioris iniuſti, non videtur irrationabile petere, ſed quod pro iuſtitia tam paucorum, qui non poſſunt dici popu

✳ c ¶ Deſcendam & videbo vtrum clamorem q̃ venit ad me operẽ compleuerunt &c. Per hæc domini verba cuius oculis omnia ſunt nuda & aperta Heb. iij. d. oſtenditur nobis, q̃ ſententia contra aliquem non eſt citò, ſed poſt diligẽtem examinationem ferenda. Sequitur. ✝ ¶ Non delebo ſi inuero ibi quadraginta quinq;. Rurſumq; &c. Poſtea ſubditur:

Nicolaus de lyra.

✠ Secundum eſt peccatum contra naturã ſicut hic dicit. Tertiũ eſt defraudatio pauperum laborãtium de quo habetur Iacobi. v. a. Merces operariorũ veſtrorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis clamat, & clamor eorum in aures domini ſabaoth introiuit.

a ¶ Multiplicatus eſt. Addẽdo pęnã peccatis.

b ¶ Et peccatum eorum aggraua. &c. Hebræi dicunt, quod iſta aggrauatio fuit eo qđ quandam puellam occiderunt morte inſolita, eo qđ dederat alimentum pauperi. & hoc conſonat dicto Ezech. xvj. f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & otiũ. & manũ egeno & pauperi nõ porrigebant.

c ¶ Deſcendã & vi. &c. Hoc dicit nõ qa deus indigeat tali inueſtigatione, ſed vt doceantur per hoc iudices nõ ſententiare donec diligẽter inquiſierint veritatem.

d ¶ Conuerterũtq; &c.

multiplicatus eſt, & peccatum [a b]
a ¶ Confuſedine quaſi ſuperpoſito lapide.
[a] eorum aggrauatum eſt nimis.
a ¶ Vt à præcipitatione iudicij compeſceret mala. Sodomæ: prius voluit probare q̃ iudicare.
✝ Deſcendam & uidebo, utrum [c] clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita,
a ¶ Quia dominus in angelo loquitur: nec in eius perſona: nunc in angelorum ſilos alternatur.
ut ſciam. Conuerterũtq; ſe inde, [d] & abierunt Sodomam. Abrahã verò adhuc ſtabat coram domi [e] no, & appropinquãs ait: Num quid perdes iuſtũ cum impio? [f]
a ¶ Per iuſtitiam paucorum vult impetrare miſericordiam multorum. ¶ Aliqui remiſſione digni, quia quinquageſimus remiſſionis annus eſt.
[b] Si fuerint q̃nquaginta iuſti in [g] ciuitate, peribunt ſimul, & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerit in eo? Abſit à te, ut rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatq; iuſtus, ſicut impius. Non eſt hoc
a ¶ Vt innocens pereat.
a ¶ Falſe diſponis.
tuum qui iudicas omnem ter
a ¶ Orando hæc dicit, non murmurãdo.
ram: Nequaq; facies iudicium hoc. Dixitq; dñs ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos ĩ medio ciuitatis, dimittã omni loco propter eos. Reſpõdens Abraham ait: Quia ſemel
[c] coepi, loquar ad dominum meũ,
a ¶ Subditiuè promiſſionis ſperat ſubiectiõe humilitatis.
cum ſim puluis, & cinis. Quid ſi [h]
a ¶ Quinq; ſenſibus deeſt: & remiſſione indigni.
[d] minus quinquaginta iuſtis, quin
a ¶ Id eſt propter eos qui corpus quadragenaria abſtinentia domãt: & ſenſibus quinq; ordinate vtuntur nõ parces olbut.
q; fuerint, delebis propter quã dragintaq;nq; uniuerſam urbẽ?
a ¶ Parcam.
Et ait: Non dẽlebo, ſi inuenero ibi quadragintaquinq;. Rurſumq; locut⁹ eſt ad eum: Sinaũt
a ¶ Legis & euangelij præcepta ſeruantes, quater enim decem quadraginta ſunt.

Nicolaus de lyra.

propter quadragita. Ne q̃ſo (inquit) indigneris, domĩe, ſi loquar. Quid ſi inuenti fuerint ibi triginta? Reſpondit: Non fa
a ¶ Quis ui debatur dominum interrogans artare reſponſo, temperat præfatione quod quęrit.
✠ lus, pete

a ¶Quid ſi inuenti &c. Alchu. Non neceſſe eſt hoc de omni loco accipere. De Sodomis aũt potuit dici, quia ſciebat deus nec decem eſſe ibi, & ideo ſic reſpondebatur Abrahæ ad exaggerationẽ iniquitatis Sodomorũ. b ¶Decem. Denarius crucem Chriſti deſignat quia χ, littera qua denari⁹ exprimitur in figura crucis formatur. c ¶Dixit. Sciebat enim nec vnum ibi eſſe præter Lot, ad exaggerandam iniquitatẽ hoc dicitur, ſicut apud Hieremiã: Videte ſi inueniatis hominẽ faciẽtem iuſtitiã, quaſi: Inuenite vel vnũ, & parco eis.

Denari⁹ numer⁹ crucẽ xp̃i ſignificat. Hiere. 5. a.

a ¶Lege cum fide triniratis ſeruantes, ter enim decem triginta nunt.

ciam, ſi inuenero ibi trigintã. Quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad dominum meum: Quid ſi inuẽti fuerint ibi uiginti? Dixit: Nõ

a ¶Seruantes mandata cum dilectione Dei, & proximi propter denarium & binarium.

interficiam propter uiginti. Obſecro (inquit) ne iraſcaris domi-
b ne, ſi loquar adhuc ſemel: Quid

a ¶Decalogi mandata ſeruantes.

ſi inuenti fuerint ibi dẽcem? Dixit: Non delebo propter de-† cem. Abiit dominus, poſtquã ceſſauit loqui ad Abraham, & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

ADDITIO.

¶In capitulo. xvij. vbi dicitur in poſtilla: Expoſitores autẽ catholici dicũt q̃ ã̃ principio capituli.

ADDITIO I.

uit mulierẽ vel filiam, ſed q̃ nõ ſenſit. e ¶Qñ accubuit filia. i. qñ lectum intrauit cum eo. f ¶Nec qñ ſurrexit. i. qñ exiuit lectum iuxta eũ, qa ipſo dormiẽte intrauit, & poſt impregnationẽ p̃e iterũ dormiẽte exiuit. & eodẽmõ dicendũ eſt de alia filia. Et ſic patet lĩa vſq; ibi. g ¶Peperitq; m. &c. ex p̃e. Ex q̃ patet q̃ ipſa inuerecũda fuit, quia turpitudinẽ quã operata fuerat cũ patre, expoſuit & reuelauit in nomine ſi lñ oſtẽdẽs q̃ ex p̃re ſuo cõceperat. h ¶Minor quoq; peperit filiũ &c. Iſta fuit honeſtior, qa in nomine filñ ſui non exprimit̃ inceſt⁹ ei⁹, de populo eñ ſuo poterat mulier cõcipere licitè, ſicut patet de Sara q̃ cõcepit de Abrahã q erat auũcul⁹ eius.

* tio. Circa tertiũ .ſ. inceſtũ Lot, q̃ ſignificat hoĩem iuſtũ. ſciendũ q̃ licet hõ ſit iuſtus, aliq̃n tñ diabolo ꝓcurãte, & deo pmittẽte labi in pctñ, cuiꝰ modus ſubditur cũ dicit̃: c ¶Veni inebriem⁹ eum vino: dormiẽſq; cum eo. Per duas filias Lot intelligitur temporalium abundantia & caro, ꝓpria (ſicut dictũ eſt ſupra) hęc ꝓũt duo virtũ iuſtũ aliq̃n inebriant, ſicut .iñ. Reg. xi. a. legimus de Salomone qui per diuitias & libidinẽ carnis ad idolatriã declinauit. Igitur ille qui fuerat inſtus, ſic inebriat⁹ incurrit peccatum luxuriæ & auariciæ, qđ ſignificat̃ per generationẽ Moab & Ammõ. Propter qđ in huius figura dicitur Deut. xxiii. a. Ammonites & moabites poſt decimã generationẽ non intrabunt in eccleſiam dei, id eſt nunq; intrabunt, quia luxurioſi & cupidi non ſunt in eccleſia promouendi.

ADDITIO.

¶In. c. xix. vbi dicit̃ in poſtilla: Ex quo patet qđ ad ſimplicem &c.

ADDITIO I.

¶Notandum quòd angeli inuitati ab Abraham ad primam inuitationem acquieuerũt, vt patet ſuprà decimooctauo capitulo vbi ad primam petitionem Abrahæ, angeli dixerunt, fac vt locutus es, inuitati tamen à Lot non acquieuerunt niſi ad magnam inſtantiam, & quaſi compulſi, vnde dicit ibi: Compulit eos &c. Ex quo dicunt quidam hebræorum expoſitores, Et videtur rationabile, quòd ex hoc datur doctrina hominibus, vt cum inuitantur à viris magnæ authoritatis, non debent ſe retrahere, ſed acquieſcere ſtatim, propter eorum reuerentiam, ſicut angeli fecerunt Abrahæ, cum autem inuitentur ab hominibus mediocris ſeu modicæ authoritatis, non debent ſtatim acceptare inuitationem ſeu conuiuium, ſed aliqualiter ſe retrahere, ne leues videantur, ſicut angeli fecerunt eũ Lot.

¶In eodem capitulo decimonono vbi dicitur in poſtilla. Omnis populus ſimul. Hyperbolica eſt locutio & cætera.

ADDITIO II.

¶Iſte locus non videtur exponendus hyperbolicè: non enim dicitur hic ſolum, quod tota ciuitas ſeu viri ciuitatis vallauerunt domos Lot, ſed ſuper hoc addit à puero vſq; ad ſenem, & adhuc vltra dicit: Omnis populus ſil'. vnde datur intelligi quod omnes fuerant ibi propriè loquendo, nec debet pro non verſimili reputari, quòd populus valde numeroſus ſit circa vnam domum vel caſtrum, quia dato quòd non omnes ſint propè, ſed aliqui propè ſint, & aliqui remotè, omnes tamen ſint circa caſtrum qui longè vel propè circundant, & intendunt eũ vallare, quę qdem cõſyderatio nõ eſt in hoc loco ſine myſterio. Dixerat enim dominus Abrahę ſuprà .xviii. c. Deſcendam, & videbo vtrũ clamor &c. vbi deus loquens more humano, vt dictũ eſt, oſtendit qđ volebat ſe habere in hoc facto Sodomorũ ad modum volẽtis aliqđ expiri vel tentare, ſupra quod fuit conceſſum à deo, q̃ ſi inuenti fuiſſent decẽ iuſti q̃ nõ delerent ur, vt ibidẽ. Nec autem in proſecutõe ſacri ſcriptura nos docet, quod nõ ſolũ erãt ibi decem iuſti, ſed nec

Additio. Geneſis Cap. XX. Replica.

E vnus præter Lot: & ideo exprimit̃ in litera, qꝫ à puero vſq; ad ſenẽ omnis popul⁹ fuit in illo facinore, q. d. deus fideliter ſe habuit cum Abraham, quia nõ exercuit vltionẽ ſuam in Sodomitis, donec p angelos ſuos repertũ fuit, qꝫ oẽs ſimul à puero vſq; ad ſenẽ nullis iuſtis cõuertebant in crimine. vnde Ambr. in li. de Abraham. Audi ſcripturam teſtificantẽ: Circũdederũt domũ ab infante vſq; ad ſenem: totus populus penitus, nulla ætas erat culpæ immunis &c.

¶ In eodem ca. xix. vbi dicitur in poſtilla: Sed hoc dictum nõ videtur conſonum verbo ſaluatoris. Matth. xix. b. dicentis: Quòd ſi quis dimiſerit vxorem & aliam duxerit, mœchatur &c.

ADDITIO III.

¶ In additione ſuper Matth. xix. de hac materia tractatur ſatis plenè & etiam infra. in Deute. xxiiij. a. domino cõcedẽte tractabit̃. ibi em̃ ꝓprius eſt locus de hoc inquirẽdus: & ideo ad preſens relinquo.

REPLICA

Correctorij cõtra Burgen. In ca. xix. vbi poſtillator dicit eſſe hyp- bole cum dicit: Omnis populus circumibat domũ Lot &c. Burg. ſe opponit ſe opponit dicẽs propriè deberet intelligi: quia omnes propè erant ibi, ſicut participes in crimine, & ſolus Lot iuſtus ibi repertus eſt, ſed huius Burgẽ. expoſitio ſimpliciter eſt falſa. Pueris em̃ ꝑcepti nõ capacibus ſecundũ btm̃ Aug. xxj. de ciui. dei. c. xvj. illud facinus imputari nõ põt. Si em̃ propriè intelligi debet ſicut vult Burgen. mulieres ſunt de populo, & ſic oportuit omnes vtriuſq; ſexus adeſſe, immo vt vagientes in cunabulis, quia ſequitur in litera: ¶ Eos qui foris erant percuſſerunt cæcitate a minimo vſq; ad maximum. Eſt igitur hyperbole, & qꝫ dicitur à puero vſq; ad ſenem oportet accipi excluſiuè nõ incluſiuè propter prædicta. Nec valet argumẽtum Burgen. quia ſolus Lot fuit iuſtus, igitur omnes alij fuiſſent ibi in obſidione, & ſic filiæ Lot & vxor eius cũ aliis fuiſſent participes in crimine & ſocietate in obſidione, quod falſum eſt & contra literam. ſtat enim ibi neminem præter Lot iuſtum fuiſſe & tamen in illo crimine non participaſſe: & illud beati Ambr. per Burgenſem allegatum, qꝫ ibi nulla ætas erat culpæ immunis, intelligi debet de ætate præcepti capace ſecundum beatũ Aug. vt vbi ſuprà vel dicatur qꝫ loquitur de peccato originali quo etiam oẽs pueri vnius diei obnoxij fuerunt.

GLOS. ORDI.

CAP. XX.

Quæſtio. Peregrinat̃ Abrahã in geraris.

PRofectus inde a ¶ Cades. Fons iudicij. Sur. anguſtia qb⁹ figuratur patiẽtia. b ¶ Dixitq; de Sara &c. Auguſt. Quęri ſolet quõ in illa ætate Abrahã ꝓ Sarę pulchritudine periclitari timuerit. Sed formæ illius vis miranda eſt, q̃ adhuc amari poterat. ¶ Iſid. Dixitq; de Sa. &c. Tacuit vxorẽ, dixit ſororem ne ipſe occideret, & illa captiua ab alienigenis poſſideretur, cert⁹ qꝫ à deo inuiolata ſeruaret, ſicut apud Pharaonem. Vnde Abimelech ſomno cõmonitus intactã reddidit. Abrahã xp̃m Sara ſignificat eccleſiam, q̃ in hac pegrinatione inter alienigenas ſine macula viuit & ruga, in gloriam xp̃i viri ſui, cuius pulchritudo honor xp̃i, cuius pulchritudini reges offerunt munera ſicut Abimelech Sarę. Plus in ea admirans formę decus, qꝫ amare potuit, nõ violare. Eſt em̃ eccleſia xp̃i vxor in occulto, abſcõdito qppe ſecreto inhęret aĩa dei in ỹbo, vt ſint duo in carne vna, hic magni coniugij ſacramentũ in xp̃o & in eccleſia apoſtolus cõmẽdat. regnũ ỹ̃ terrenũ qꝫ reges ſignificãt q nõ ꝓmittunt violare Sarã, nõ expertũ eſt eccleſiam eſſe cõiugẽ xp̃i, nili cũ violare tentauit. Diuino em̃ teſtimonio p fidẽ martyrũ celſit, correptũq; in poſteriorib⁹ munere honorauit, quã i prioribꝰ corrũpere nõ valuit. Qꝫ em̃ in vno rege prius & poſteri⁹ figuratum eſt, hoc in iſto regno vno prioribus & poſteriorib⁹ regib⁹ impletũ ẽ. Cui⁹ vxor ſit eccleſia occultat alienigenis, non cuius ſoror: qa intellectu difficile eſt, quõ aĩa hũana ỹbo dei copulet̃ cũ ille ☞ ſit deus

Cap. XX.

PRofectus inde a ¶ Quę feruorem tribulationis ſignificat.

Abraham in tẽrram auſtralem, habitauit inter

a ¶ Vbi Moyſes prodixit de petra aquam contradictionis. ¶ Cades, fons iudicij. b ¶ Sur, anguſtia.

a cãdes & Sũr, & peregrinatus eſt

a ¶ Terra paleſtinorum.

b †in Geraris. † Dixitq; ✱ de Sa- b

¶ Dum habet homo quid faciat, non debet tentare deum.

c ra uxore ſua, ſoror mea eſt. Miſit ergo Abimelech rex Gerare,

¶ Ex priori Pharaonis correctione certus erat, quia violari non poterat.

a ¶ Quanus Abraham humana ratione vſus, tamen totum ſe deo commiſit.

d & tulit eam. Vẽnit autem deus ad Abimelech per ſomnium no

¶ Ad monendo dicit ut caueat non affirmando.

cte, & ait illi: En morieris propter mulierẽ quam tuliſti, habet enim uirũ. Abimelech uerò non tetigerat eam, & ait: Domine,

¶ Non putat ſe adulterium committere, uolens ſororẽ Abrahæ in coniugium ducere.

nũm gentem ignorantem iuſtam interficies? Nonne ipſe dixit mihi, ſoror mea eſt? & ipſa

Nicolaus de Lyra.

CAP. XX.

Diuiſio.

PRofect⁹ inde Abrahã. Hic cõſequẽter oñdit qualiter Abraham vt ꝓficiẽs ſe habuit ad ꝓximũ domũ, & priò reſpectu vxoris. Sedò reſpectu ꝓlis. xxj. ca. Circa primũ ſic ꝓcedit, qa circa vxorẽ Abrahę deſcribit culpa ſublatioñis. Sedò pœna correptionis, ibi: Venit aũt deus ad Abimelech. Tertiò ſatisfactio trãsgreſſionis, ibi: Statimq; de nocte conſurgẽs, & q̃rtò relatio punitionis ibi: Orãte aũt abrahã. Circa primũ ſic dicit. a ¶ Profect⁹ in de Abrahã. ſde loco manebat, nõ multũ lõgè à Sodoma. Et cã fuit (vt dicũt hebrei) qa diligebat multũ hoſpitalitatẽ. ſubuerſis aũt qnq; ciuitatib⁹, & oi ppło mortuo, null⁹ de illis ciuitatib⁹ remãſerat, q̃ tranſiret vltrà ad domũ Abrahæ, nec ex aliis locis veniebãt ad ꝑdictas ciuitates p domũ Abrahæ tranſeuntes, & ideo qa nõ poterat exercere hoſpitalitatẽ trãſtulit ſe ad aliũ locũ, vbi vię eſſent freq̃ntatę, & ſic poſſet hoſpites recipe. b ¶ Dixitq; de Sara &c. Cã huiꝰ inſtrã exponit. c ¶ Miſit ergo &c. vt acciperet eã ſibi vxorẽ: ſed hoc videt̃ abſurdũ qa reges nõ accipiũt vxorẽ alienigenã, niſi ꝓpter magnã pulchritudinem, vel aptitudinem ad prolem vel propter vtrumq;. Sara autem iam erat

NIC. DE LYRA.

iam erat nonagenaria & vetula, & deſierant in ea fieri muliebria, vt prædictum eſt capi. xvij. & ideo videbatur pulchra, nec concepti apta. Dicunt igitur hebræi, qꝫ vſq; ad finem vitæ ſuæ remãſit in ea teneritudo carnis, & viuacitas coloris. Et ſimile habetur de Moyſe Deut. vltimo. c. cũ eſſet centumuigiti annorum non caligauit oculus eius. In hebræo habetur: Non eſt obſcuratus color eius vel non emarcuit recentia eius, ſcilicet carnis & coloris eius. Et de Caleb dicitur Ioſue decimo quarto. c. quòd cum eſſet octogintaquinq; annorum Abrahã erat ita fortis ad bellandũ & gradiendũ, ſicut cũ fuerat quadragintaquinq; annorum. Et eodem modo põt hic dici de pulchritudine Sarai, & teneritudine carnis, qꝫ cõſeruatę ſũt à deo ꝓpter eiꝰ ſcitatẽ. Et licet hic exp̃lius in lra, tñ ꝓbabiliter põt trahi ex circũſtãtia literę, poſcilicet ex cõcupiſcẽtia regali ſup eã i tãta ætate. d ¶ Venit aũt de. Hic cõſeqũter nił pœna diuinę correptionis ſup Abimelech qa poſt ſublationẽ Sarę ſtatim ifirmat⁹ eſt, vt dicit Ioſephus, & deſperãtib⁹ medicis dñs apparuit ſibi in viſione, dicens, quod non erant niſi propter Saram: & qꝫ etiam moreretur niſi eam redderet viro ſuo. & pa ☞ tet litera

Moraliter. a ¶ Profect⁹ inde Abr. &c. Bon⁹ em̃ ꝓfat⁹ (q p Abrahã ſignificat̃ tẽdere debet ad ꝓfectionẽ charitatis, q̃ p auſtrũ deſignat̃: eo qꝫ inde ꝓcuerit feruor caloris. Iob. xxxvj. c. Nõne veſtimẽta tua ſunt calida, cũ ſuꝑflata fuerit terra auſtro. b ¶ Dixitq; de Sara vxore ſuaſo. mea. Vxor ꝓfati eſt ſua eccleſia bona verò alicuius ꝓ ipſo frequẽter accipiunt, ſicut dicitur de aliquo ralis deſtructus, eo qꝫ deſtructa ſunt bona eius, & ſic alicuius eccleſiæ bona poſſunt accipi ꝓ ipſa. Prælatus igit vxorẽ ſuam dicit eſſe ſuã ſororẽ. i. alteri nubilẽ, quando bona eccleſiæ ſuæ paratus eſt charitatiuè cõmunicare. Sed cõtingit aliquãdo qꝫ tyrannus eã rapit in iuſtè: qꝫ ſignificatur cum dicitur. † ¶ Miſit ergo Abimelech &c. Sed quia tyrannus ex hoc meretur pœnam ideo ſubdit̃ur. † ¶ En morieris. hoc enim dicit dominus tyranno per prędicatorem, vel p bonum confeſſorẽ, vel per ſyndęreſim remurmurantẽ malo. † ¶ Num gentem &c. Nam tyrannus propter cõſuetudinẽ malã dicit ſe innocentẽ, allegans cauſam aliquam apparentẽ: ſicut. i. Reg. xv. b. de præda Amalech male accepta, Saul excuſauit ſe per domini ſacrificia. Et in legẽda ſanctorum Iohannis & Pauli dicitur, qꝫ Iulian⁹ apoſtata auferẽs patrimonia Chriſtianis auariciam ſuã euãgelij teſtimonio colabora dicens: Chriſtus veſter dicit: Niſi quis renũciauerit omnibus quæ poſſidet, nõ poteſt me⁹ eſſe, diſcipulus. Sed quia tales aliquando reſtituunt, ſicut Conſtantinus qui fuerat eccleſię perſecutor. poſtea multa bona fecit eccleſię, ſicẽ. dicit in legenda beati Syluestri: qꝫ ſignificat̃ per hoc, qꝫ Abimelech magna dona dedit Abrahę & Sarę, nam aliqua data ſunt eccleſiis, & aliqua earum prælatis.

Pulchritudo Sarę.

✱ Abrahã

Ignorãs & iuſtũ eũ intẽtum. Moralit.

Iulian⁹ apoſtata.

Conſtantinus

✱ Orante aũt

☞ sit deus, hæc creatura. Secm hoc em spōsus
A & sponsa, vel vir & vxor. Qđ verō cognatōe fratres Christi sint oēs sancti, gratia diuina nō consanguinitate terrena, hoc est de patre, nō de matre, & affabili⁹ dicit. & capaci⁹ audit. Inter se em sancti oēs p eādē gratiā fratres sunt. Spōsus aūt cæterorū societate null⁹ illorū est. Dicit ecclia soror Christi, de patre nō de matre: nec ternena gnatio quę euacuatur, sed gr̄ę cœlestis q̄ æterna est cognatio cōmendat, qua accepta mortales nō erimus, sed filij dei. Neq; em hāc gr̄am de synagoga matre Christi secm carnē, sed de deo patre percipimus. vñ Math. xxiij. a. nolite vocare patrē sup terrā. vn⁹ est em pater vester q in cœlis est. a ¶ Dixitq; &c. Aug. Quod dicit Abimelech p Sarā. Et peperci tibi ne peccares in me. aduertēdū est deū fecisse, qñ admonuit vxorē esse Abrahæ, quā putabat sororē. Et notādū q̄ in deū peccat, cum talia cōmittunt quę putant hoies: vel nō esse peccata vel leuia haberi, tanq; in carne peccata.

†23.q.4.c. nemo.

Custodiui, prohibui.

In deū peccare.

b ¶ Alias aūt &c. Hiero. Quoniā in hebr̄o habet ‏גַּם אָחוֹת‎ ve gam id est etiā verē soror mea est, filia patris mei, sed nō filia matris meę, & sonat magis q̄ soror Abrahę fuerit. In excusatiōe dicimus, nondum tales nuptias lege ꝓhibitas. c ¶ Filia patris. Alia trāslatio aperti⁹ à patre & nō ex matre. erat enim filia Aran fratris Abrahæ soror Lot. e ¶ Tulit igit. Allego. Abrahā significat Christū. Sara ecclesiā. Abrahā honorat propter Saræ pulchritudinē, & Christus propter ecclesiā. vnde Psal. lxvij. d. Mirabilis deus in sanctis suis. Habebat Sara virum, sed latebat. Habet ecclesia Christū, qui in sæculo non videtur, in cœlo receptus.

Historice.

Allegorice.

d ¶ Postq; autem eduxit &c. Postq; sermo dei repulsus est à Iudea, omnes fideles sunt Christi fratres & sorores: vnde Matth. xij. d. Quicunq; fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis est ipse frater meus & soror & mater. f ¶ Vbicunq; itbi. &c. Qui aliquādo terrore principū credere distulerāt eisdē iubentib⁹ ad ecclesiā, quę Christi soror & vxor est, sese cōtulerūt: & p oēs mūdi partes gloriā Christi & ecclesię dilatauerunt. g ¶ Mille argenteos &c. Quasi iocando loquit. quia illa dixit fratrē suum esse qui marit⁹ erat, & hortat vt in posterū hoc meminerit, ne deiceps simile improperiū deprehensa incurrat. Mille argentei dant Christo, cū eloquio doctores mundi de gentili conuersatiōe ad fidē Christi tenendā, & prædicandā assumuntur Millenari⁹ em ex denario quadratus, stabilē & solidam designat euangelicę prędicatiōis doctrinā. h ¶ Orāte autē. Orante filio patrē sanat infœcūditas mundanorum & principum & subditorum populorum.

B

* Propter me.

* Mea.

Nicolaus de Lyra.

☞ tet lra vsq; ibi. a ¶ In simplici. &c. id est ignorās q̄ esset alligata viro. b ¶ Et mundicia &c. quia nō intendebā eam tāgere nisi affectu maritali. Sequit. c ¶ Et nō dimisi &c. affligendo te firmitate, sic vt nō posses eam tangere. d ¶ Nunc igitur red. vxo. vi. &c. ac si dicat: non formides eā reddere, timens q̄ ipse non recipiat eam, vel q̄ eā odio habeat, eo q̄ fuerit in domo tua, quia per spiritum prophetiæ scit eam esse mundam, & q̄ eam non tetigisti. e ¶ Et orabit pro te. quia sanctus est & deo acceptus. f ¶ Et vives. id est curaberis ab infirmitate. g ¶ Statimq; de nocte consurgēs. &c. Hic ponitur satisfactio culpæ in hoc, q̄ Abimelech deo obediuit Saram ipsi Abrahę reddendo, & cum hoc ei munera offerendo: eo q̄ Saram sibi acceperat. inon enim sufficienter inquisiuit si esset alligata viro vel non: ideo peccauit eam accipiendo, & patet litera vsq; ibi. h ¶ Quid vidisti vt hoc fa. id est quid mouit te ad dicendum de vxore tua q̄ esset tibi soror. i ¶ Respondit Abraham &c. Et ideo celauit q̄ esset vxor sua, quousq; sciret conditionem illius populi. timebat enim ne essent tales sicut ægypti: & ideo ex eadem causa quę dicta est ibi scilicet xij. ca. celauit Saram esse vxorem suam nec exposuit periculo ipsius castitatē. quia iam expertus fuerat in ægypto, q̄ ipsa habebat angelū suæ castitatis custodē. & iterum hic de nouo per spiritum propheticum sciuit eam nō esse tangendā, sicut dictum est Abimelech: Redde vxorem viro suo, quia propheta est. & consequenter excusat se de mendacio dicens. k ¶ Alias autem &c. filia matris. Erat enim filia Aram fratris sui & per consequens dicebatur filia Tharę patris Abrahæ quia filij filiorum dicuntur etiam filij auorum. Veruntamen, quia Abraham & Aram non erant de eadem matre, quia Thare habuit plures vxores, ideo dicitur q̄ non erat filia matris Abrahę attinebat enim ex parte patris sui, & non attinebat sibi ex parte matris. Vnde & Lot, qui in eodem gradu attinebat ipsi Abrahā, vocatur frater eius supra. xiij. ca. Sequitur. l ¶ In omni lo. ad quem ingre. qui mihi erit suspectus propter tuam pulchritudinem, & populi malitiam, dicens q̄ frater tuus sim. m ¶ Tulit igitur &c. vt honoraret eum & prouocaret ad orandum pro se Saræ autem dixit n ¶ Ecce mil. &c. i Abrahæ quē vocasti fratrem tuum. o ¶ Hoc erit &c. id est iste modus loquendi quo vocasti virū fratrem tuum, qui est quoddā velamē veritatis, debet tibi esse inter illos qui tecū sunt, q̄ cognoscūt q̄ ipse est virtu⁹: quia p talē modū loquēdi nō decipient credētes te solutā esse à viro: p ¶ Et quocūq; &c. inter extraneos. q ¶ Memētote &c. id est acceptā à me in vxorē, ꝓpter talē modū loquendi velatū, & ideo inter homines extraneos non debes vti tali modo loquēdi. Aliter tamē exponitur secūdum Hebr̄os qui habēt talem literā: Hoc tibi in velamen oculorum omnib⁹ qui tecū sunt, & omnibus argumentū vel probatio. & est sensus: Illud quōd dedi Abrahæ erit in velamētum oculorū omnibus qui tecū sunt, vt nō possint dicere quod ego fecdaui te, & posita reddidi te vacuā sicut solet fieri de leuib⁹ mulieribus, sed per dona prædicta ostēdi, q̄ ego compulsus sum à deo reddere te mundā viro tuo & istud etiam erit tibi argumentum vel probatio ad omnes alios qui malē vellēt loquidere, eo q̄ fueris in domo mea. r ¶ Orante &c. Hic ponitur relatio pœnæ quia orante Abraham pro Abimelech, sanatus est ab infirmitate, & vxor eius & ancillæ ab impossibilitate pariendi.

Hoc, hic vel ipse.

Velamē id est maritus tuus respōdere poterit oibus q̄ i tacta remanseris. vt non fuerit necesse te erubescere.

Ne peccet Abimelech seruat de⁹.

Propheta Abraham.

Abimelech obiurgat ipm Abraham.

D

Afs ꝓpiorans.

Sarai filia fratris Tharę soror Abrahæ adoptiua. supra. 12. c.

Abimelech cum donis reddit vxorem.

Orat Abraham pro Abimelech Reprehēsam.

Moralit.

* Orante autem &c. prælati nanq; ꝓ se & ꝑ subditos suos debent orare pro benefactoribus suis & ecclesiarum suarum.

ADDITIO.

¶ In ca. xx. dicit in po. Nunc redde vxorem viro suo quia propheta est.

ADDITIO I.

¶ Hæc expositio postillatoris cōfirmat illud quod dictū fuerat supra ca. xij. in additione tertia. Nam si p spiritū prophetiæ Abrahā

v cognoscebat

a ¶ Putans verum esse quod dicebatur. b ¶ Coniugij fidem conseruare volens, non concubitum quęrens.

a ¶ Peccantes in proximum in deum peccamus.

a ¶ Vt peruenires ad stigiuim. b ¶ Soleitur commissum cum restituitur amissum.

a ¶ Futurorū præscius. b ¶ Vt dimittat tibi illicita iniuria.

a ¶ Quia peccatum incorrectum non remanebit impunitum.

a ¶ Vitione perterritus.

a ¶ Ne temerē viderent repudiare coniugium.

a ¶ Quicquid hoc facto cōmiserim eā reflectit, qui veritatē suppedalit parū enim distat vtrū facimus cōmitias, an admittas.

¶ Quasi nolnit tentare deum.

a ¶ Sic Iudei Christum occiderunt propter ecclesiā quę est soror Christi, de patre cœlesti, non de patre terrestri.

a ¶ Quia principes terræ pulchritudinē ecclesiæ dilexerūt, omnia quę habebant in obsequium Christi dederunt.

E cognoscebat Saram esse mundā ab Abimelech, licet fuisset in domo sua, eodē spiritu potuisset cognoscere Saram nō fore contaminatam in domo Pharaonis, quod sufficit ad euacuandam quęstionem ibi motam, vt ibidem dictum fuit.
¶ In eo.ca.xx. vbi dicit in postilla. Aliter aūt exponit secm hebrǫs.

ADDITIO II.

¶ Multis aliis modis exponitur ille locus ab aliis doctoribus Hebræorū, eò q verba literæ sunt trūcata, quos causa breuitatis omitto, quia nō videt hic esse magna vis. Sed notandū, q in hoc loco nō est dictio quę sonet memēto, sicut in translatione nostra dicitur, nec est ibi dictio sonans illud quod est argumentū seu probatio, sed potius est ibi quędā dictio quę significat redargutionē seu reprehensionem verbaliter vel nominaliter, quod cōcordat cum prima expositione. Et est sensus q quocūq; prexeris. s. inter extraneos eris redarguta seu reprehensa, propter talē modū loquendi. s. vocādo virum tuum fratrē. Alia aūt expositio. s. secunda quę ponit hic secundum hebræos nō videt rōnabilis, ga licet per dona prædicta quæ Abimelech dedit Abrahæ, ostendat ipsum Abimelech fuisse à deo cōpulsum, nō tamē ex hoc ostēdit q vxor redderet munda viro, sed potuissent dicere obloquentes, q tanta dona fuissent data Abrahę ad satisfaciendum de iniuria adulterij. Potest etiam aliter exponi. s. q cū dicitur in hoc loco. Hoc tibi erit in velamē oculorum &c. li hoc refertur ad Abraham, de quo dixerat immediatè. Dedi fratri tuo. vt sit sensus: hoc frater tuus Abraham erit tibi in velamētū, nō quibuscūq; hoīb⁹ sed oīb⁹ qui tecū sunt, ga cū ipse sit, ppheta, & talis reputet apd suos. s. eos q tecū sunt illi nō possunt dicere q ego fœdaui te, vidētes q ipse propheta te acceptat tanq̄ mundā, sed quocūq; perrexeris scilicet inter extraneos eris reprehensa seu redarguta: eò q nō omnes habebant Abrahā tanq̄ prophetā, ex quo hortari intēdebat Sarā, ne vltra hoc modo loquendi vteret, sicut etiā increpauerat Abraham de hoc supra eodē ca.

GLOS. ORDI.

Cap. XXI.

Circūcisionis figura.

VIsitauit autem. Circumcisionis figura multiformis est. Signaculū enim est secūdū apostolum iustitiæ fidei Abrahæ & semini eius. Et iudiciū castigādi eos, q ad hoc semē & fidem pertinerēt. Et ꝓphetia nascituri de hoc semine saluatoris, q nos in præsenti per baptismū ab omni peccato mundaret, & in futuro post resurrectionē ab oī mortis corruptione liberaret. Octonarius autē resurrectiōis gloriæ conuenit. Dominꝰ enim octauo die id est post septimā sabbati resurrexit, & nos post sex ætates huiꝰ sęculi, & septimā sabbati idest quietē animarū, quę interim in alia vita geriť, quasi octauo tempore resurgemus ab omnibus carnalis concupiscentiæ corruptionibꝰ & vitiis (in quibus luxuria maxime regnat) expoliati.

† Heb.11.c.

Nascitur Isaac, supra 17.c.2.18.b Galat. 4.c. Heb.11.c. Mah.1.a. supra 17.d.

Mystice.

b ¶ Circuncidit &c. Strab. Circumcisio cū ob multas cās p̄cepta sit, specialiter figurā Christi prætēdit, q nos per baptismū veteri homine exiuit, & in futuro post resurrectionē circuncidet oēm mortalitatem & corruptionē. Quod aūt octauo die circuncisus est Isaac, designatur octaua sęculi ætas, quando generaliter resurrectio sanctorum celebrabit. c ¶ Creuit ig. &c. Crescit qui ascensiones in corde disponēs, ad solidū doctrinæ cibū peruenit. Vnde cresce & mādūcabis me. ¶ Augu. Creuit. &c. Nec in die natiuitatis nec in die circūcisionis filij sui sed i die ablactatiōis cōuiuiū fecit: qa debet agnū esse gaudiū spiritualis ætatis, qñ talē facīt est homo qui pascāt solido cibo, nec eis simile, quibꝰ dicit. 1. Corin. iij. a. Lac vobis potū dedi, non escā: d ¶ Cūq; vi. sa. Hiero. Dupliciter hoc exponitur: vel q idolis ludos fecerit. Iuxta illud Exod. xxxij. b. Sedit populꝰ manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Vel q aduersum Isaac quasi maioris ætatis ioco sibi primogenita vendi cauerit, quod Sara audiens non tulit.

Sarae pudor & castitas.

Conuiuiū in die ablactationis Isaac.

Exo.32.b.

c ¶ Eiice ancillam hanc & cętera. Quęritur cur antea Sara voluit de ancilla ☞ filium susc̄ipere

Nicolaus de Lyra.

Cap. XXI.

VIsitauit autem &c. Hic ostēdit cōsequēter quomō Abrahā se habuit respectu prolis. Et primò describitur liberæ parturitio. Et secūdò ancillę & filij eius ejectio, ibi. Cūq; vidisset Sara. Et tertiò eiicētis Abrahæ stabilitio, ibi: Eodē tpe dixit Abimelech. Circa primū describit nativitas Isaac de Sara, & patet litera ex prædictis. xvij. c. & xviij. vsq; ibi: b ¶ Dixitq; Sara risum. &c. id est materiā exaltationis in partu ꝓlis cōceptæ supra virtutē naturę c ¶ Quicunq; &c. id est gaudebit de dei bonitate. Et maxime hoc dicit quia de Isaac nata est btā virgo, quæ p filiuꝝ suū gaudiū attulit vniuerso mundo. d ¶ Quis au. &c. In ætate sic ꝓuecta, q̄si diceret null⁹: qa hoc factum est

† Gal.4.b.

Diuisio.

De Isaac. ꝓdiit virgo Maria.

NIC. DE LYRA.

Cap. XXI.

a ISITAVIT a ¶ Ecclesiā quę longo tempore sterilis fuerat.

autem † deus Sārā sicut promiserat et impleuit quę

a ¶ Per prophetas. b ¶ Nouissimis temporibus natus est de virgine Christus.

b locutus est. Concēpitq; & peperit ✻ filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei deꝰ. Vocauitq; Abraham nomen filij

a ¶ Gaudium: quia in natiuitate Christi gaudij sunt pastores & angeli.

sui, quem genuit ei Sara, Isaac,

a ¶ Quia post septimam sabbati omnis corruptionis & immortalitatis propago tollitur.

b & circūcidit eum ✻ octāuo die, sicut preceperat ei deus, cum cēt tum esset annorum. Hac quip̄pe ætate patris natus est Isaac. Dixitq; Sara: Risum fecit mihi

a ¶ Congaudebit.

deus: quicunq; audierit, cōrride-

¶ Verba exultantis de collato sibi beneficio.

a ¶ Vel auditorum.

bit mihi. Rursumq; āit: Quis auditurus crederet Abrahā, quòd

a ¶ Quod scilicet de corporibus senū iam exhaustis infans nasceret, & cōtra naturā lactaret annis. & est cōmēdatio gr̄ę.

Sarā lactaret filium, quem peperit ei iam seni? Creuit igitur, puer, & ablactatus est. Fecitq; Abraham grāde conuiuium in

a ¶ Non natiuitatis, quia quod ortum est occidit. Nec circūcisionis, hoc non est huius temporis, sed ablactationis. vbi intelligitur profectus mentis.

die ablactationis eius. † Cumq;

a ¶ Lubricum & lasciuū esse docebat, sicut ipse erat. ¶ Sic indęi tenebrarū filij illudunt Christianis deridentes mortem Christi, quod Sara id est ecclesia grauiter accipit, & legis linteam cū carnali populo literæ dedito in sortē sacrum nō recipit.

uidisset Sara filium Agar ægyptiæ ✻ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eiice ancillam hanc & filium eius, nō

G

Aliter dicti dominus.

† Iosue.24. Matha.2.

✻ Sara ipsi Abrahæ. Diuisio.

✻ Abrahā.

H Ludus ꝓmūl.

† 47.dist. quidam. † 32.q.2. nō oīs &.q. 4.c. reuertat &.c. ca.

✻ quę ꝓpter ipsū Abraham.

Moraliter.

Moralis

f tuum fratrē. Alia aūt expositio. s. secunda quę ponit hic secundum hebræos nō videt rōnabilis, ga licet per dona prædicta quæ Abimelech dedit Abrahæ, ostendat ipsum Abimelech fuisse à deo cōpulsum, nō tamē ex hoc ostēdit q vxor redderet munda viro, sed potuissent dicere obloquentes, q tanta dona fuissent data Abrahę ad satisfaciendum de iniuria adulterij. Potest etiam aliter exponi. s. q cū dicitur in hoc loco. Hoc tibi erit in velamē oculorum &c. li hoc refertur ad Abraham, de quo dixerat immediatè. Dedi fratri tuo. vt sit sensus: hoc frater tuus Abraham erit tibi in velamētū, nō quibuscūq; hoīb⁹ sed oīb⁹ qui tecū sunt, ga cū ipse sit, ppheta, & talis reputet apd suos. s. eos q tecū sunt illi nō possunt dicere q ego fœdaui te, vidētes q ipse propheta te acceptat tanq̄ mundā, sed quocūq; perrexeris scilicet inter extraneos eris reprehensa seu redarguta: eò q nō omnes habebant Abrahā tanq̄ prophetā, ex quo hortari intēdebat Sarā, ne vltra hoc modo loquendi vteret, sicut etiā increpauerat Abraham de hoc supra eodē ca.

NIC. DE LYRA.

Cap. XXI.

a ISITAVIT a ¶ Ecclesiā quę longo tempore sterilis fuerat.

autem † deus Sārā sicut promiserat et impleuit quę

a ¶ Per prophetas. b ¶ Nouissimis temporibus natus est de virgine Christus.

b locutus est. Concēpitq; & peperit ✻ filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei deꝰ. Vocauitq; Abraham nomen filij

a ¶ Gaudium: quia in natiuitate Christi gaudij sunt pastores & angeli.

sui, quem genuit ei Sara, Isaac,

a ¶ Quia post septimam sabbati omnis corruptionis & immortalitatis propago tollitur.

b & circūcidit eum ✻ octāuo die, sicut preceperat ei deus, cum cēt tum esset annorum. Hac quip̄pe ætate patris natus est Isaac. Dixitq; Sara: Risum fecit mihi

a ¶ Congaudebit.

deus: quicunq; audierit, cōrride-

¶ Verba exultantis de collato sibi beneficio.

a ¶ Vel auditorum.

bit mihi. Rursumq; āit: Quis auditurus crederet Abrahā, quòd

a ¶ Quod scilicet de corporibus senū iam exhaustis infans nasceret, & cōtra naturā lactaret annis. & est cōmēdatio gr̄ę.

Sarā lactaret filium, quem peperit ei iam seni? Creuit igitur, puer, & ablactatus est. Fecitq; Abraham grāde conuiuium in

a ¶ Non natiuitatis, quia quod ortum est occidit. Nec circūcisionis, hoc non est huius temporis, sed ablactationis. vbi intelligitur profectus mentis.

die ablactationis eius. † Cumq;

a ¶ Lubricum & lasciuū esse docebat, sicut ipse erat. ¶ Sic indęi tenebrarū filij illudunt Christianis deridentes mortem Christi, quod Sara id est ecclesia grauiter accipit, & legis linteam cū carnali populo literæ dedito in sortē sacrum nō recipit.

uidisset Sara filium Agar ægyptiæ ✻ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eiice ancillam hanc & filium eius, nō

G

Aliter dicti dominus.

† Iosue.24. Matha.2.

✻ Sara ipsi Abrahæ. Diuisio.

✻ Abrahā.

H Ludus ꝓmūl.

† 47.dist. quidam. † 32.q.2. nō oīs &.q. 4.c. reuertat &.c. ca.

✻ quę ꝓpter ipsū Abraham.

Moraliter.

Moralis

f factū est diuina ꝑtute supra naturā. In Heb. habet sic: Quis auditurꝰ crederet Abrahā, q̄ Sara lactaret filios. & ex hoc dicūt hebrei, q̄ vicinæ mulieres dicebant Isaac non esse filiū Saræ eo q̄ diu vixisset cū marito, absq; ꝓle, sed acceperat eū Sara occultè ab alia muliere pro p̄cio, & finxerat se eū genuisse. Et ad hāc opinionē tollēdā Abrahā fecit cōuiuiū grande in die ablactatiōis pueri, vt statim subdit in lra, & vicinæ mulieres vocatæ ad cōuiuiū apportauerūt pueros suos adhuc lactantes, & Sara lactauit eos, ad ꝓbādū q̄ habuerat puerū. Secūdū verò trāslationē nostrā quæ habet: Filiū. pōt dici q̄ in hebræo vbi dicit filios, accipit plurale pro singulari, sicut aliquādo econuerso singulare ponit ꝓ plurali, vt dictū est supra. xvij. ca. c ¶ Cūq; vidisset Sar. Hic describit ipsius Agar cū filio suo ejectio. Et primò dicta ejectorū cōsolatio subditur ibi: Exauditꝰ aūt dominꝰ. Circa primū ꝓmò ponit cā ejectiōis & subditur. Cūq; vidisset Sa. &c. Dicit enim aliq̄ q̄ Ismaēl q̄ erat antiquior & fortior ludēdo cū Isaac, & aliās ludendo, ipsum ledebat, q̄d Saræ displicuit, propter q̄d voluit Ismaēlē ejici, sed istud dictū ꝓcedit ex modo trāslationis nostræ. s. q̄ de textu sit illud totū q̄d p̄missum est. Ludētē cum Isaac filio suo. Sed in hebræo non habet nisi ludētē eū, & q̄d sequit nō est de textu: ideo aliē exponūt hebræi. vbi eū nos habemꝰ: Ludētē: hebrei habent, מְצַחֵק mezaele: & est dictio equiuoca i hebræo: ga significat ludētē, idolatrātē, occidētē & coeūtē, siue lasciuētē. vñ Exo. xxxj. b. vbi nos habemꝰ: Sedit populꝰ mādūcare & bibere, & surrexerūt ludere, hebrei dicūt idolatrare. ij. Reg. ij. c. vbi habemꝰ: Surgāt pueri & ludāt: hebræus dicit Et occidāt. & infra. xxvj. b. vbi habemus Vidit Abimelech Isaac iocātē cū Rebeca vxore sua. Hebrę⁹ dicit: coeūtē. & i oīb⁹ passib⁹ istis allegatis est sisē hebraicū prædictæ dictiōi mezaele, & sic patet equiuocatio prædicti nois secūdū hębreos. Et sīla istorū passuū prædictorū sensuū saltē apparentē, quā equocationē videt ignorasse trāslator noster vel eā nō reputasse, qa vbiq; trāstulit in vna significatiōe scilicet, put iportat ludū. Dicūt igit hebrei q̄ dictio prædicta mezael accipit hic in triplici significatiōe, ga Sara vidit Ismaēlē faciētē aliq̄ quæ ptinebāt ad idolatriā. Itē ꝓcepit q̄ quærebat cautè Isaac occidere, vt haberet hęreditatē: vñ & apostolus Gal. iij. c. dicit. Quod is qui erat secm carnē. d. Ismaēl ꝑsequebat eū qui tūc erat secm spiritū. s. Isaac. Item ꝓcepit, q̄ esset ꝓnus ad luxuriā, & timens ne ad similia inducerent filium suum Isaac, nūciauit ista Abrahæ, petens vt Ismaēlem ejiceret. d. f ¶ Eiice ancillam hanc & filiū &c. quia no poterat filius con-

☞ bonus

A filiũ suscipere,aut cur cum matre eũ nunc iubet expelli? Quod nõ facit zelo accensa,sed prophetię mysterio compulsa. Agar enim secundum Apostolum in seruitutem genuit carnalem populum .Sara verò spiritualem & liberũ, quia libertate Christus nos liberauit. Significabatur ergo hoc mysterio priorem populum in seruitute generatum nõ manere in domo Saræ id est ecclesiæ in æternum, nec esse hęredem vel consortem christianorum,nec cum filio nobili idest populo fideli regnum gloriæ possidere. a ¶ Dure accepit &c. Augu. Quæritur quare contristatus sit Abraham, cum hęc prophetia fuerit,quã ipse magis q̃ Sara noscere debuit: sed ex reuelatione hoc dixit Sara quod sibi priꝰ fuerat reuelatum. Ille verò paterno affectu commotus est, cui dominus postea reuelauit. Vel fortè ambo prius nescierunt quid esset, & per Saram ne scientem prophetizatum est, cum muliebri animo mota est propter ancillæ superbiam. b ¶ Quia semen tuum. Augusti. Nõ tandũ q̃ & Ismaël à deo semen Abrahæ dicitus est,quod apostolus ait Roma.ix.b. Nõ filꝫ carnis,sed filꝫ promissionis æstimabunt in semĩe. Sed hoc propriè ad Isaac pertinet: qui non filius carnis, sed promissionis,& semen spirituale ex promissione est non ex carne. c ¶ Tollens pa. &c. Alc. Cũ ergo Abraham eiiceret Agar tollens panem, ideo humeris imposuit: &.v.a. &c. Exiens Agar infantem humeris imposuit, quia pector populus insipiens ceruicem matris synagogę grauauit dicens Matth.xxvii.c. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Panes autẽ significant,q̃ vetus sacerdotium panes propositionis portaret secum, & vesceret. Vter verò aquæ q̃ deficit, iudaica purificatio defectura vel doctrina carnalis ĩ pelle mortua clausa id est in carne veteris hominis pręuaricationis sententia dãnata.quę nec refrigerat,nec satiat. sed ęstu tepida vomitũ facit. Errat Agar in solitudine cũ filio, & synagoga per orbem cum populo suo, expulsa à terra sua sine sacerdotio & sacrificio, & viam quę est Christus ignorat. Filius siti periit,ſ.populus,nullam spiritualẽ habẽs purificationem. Filiũ siti morientem sub arbore proiecit,& mõstrãte angelo fontem aspicit, qa quidam de populo sub vmbra ligni crucis refugium petituri sunt. ¶ Augusti. Sumpsit panẽ & v.a. Quæritur quomodo imposuit in humeris puerum tam grandẽ? Nam qui fuerat anteq̃ esset natus Isaac tredecim annorum circuncisus, cũ esset Abraham nonagintanouẽ,& natus sit Isaac centenario patre. Ludebat autẽ Ismaël cum Isaac, quãdo Sara commota est, vnde puero grãdiusculo,qui iam fuerat ablactat?, profectò plusq̃.xvi. annorũ fuit & q̃ cũ matre expulsus est. Sed vt hoc q̃ cũ paruulo lusit, p recapitulationẽ dictum accipiamus, anteq̃ ablactetur Isaac,etiã sic amplꝰ q̃ tredecim annorum puer humeris matris non potuit imponi,sed subaudiendum est, dedit puerũ suum &c. d ¶ Imposuit scapulę eius. Hiero. Quando Isaac natus est.xiij.annorũ erat Ismaël,& post ablactationem eius cum matre expellitur, apud hebræos varia opinio est,aliis asserentibus quinto anno ablactationis tempus eius statutum, aliis duodecimo. Nos igitur, vt breuiorem eligamus ætatem, post.x.&.viij. annos supputamus Ismaëlem eiectum cum matre, nec conuenire iam adolescentem matris sedisse ceruicibus. Verum est autem illud hebręę linguæ idioma, quòd omnis filius ad comparationem parentum infans vocetur & paruulꝰ. Romę quoq; vsq; hodie omnes filꝫ infantes vocantur. e ¶ Abiecit puerum &c. Hero. quod sequitur. Et proiecit puerum subter vnã abietem & abiens sedit contra longè quasi iactus sagittę. Dixit enim. Non videbo mortẽ paruuli mei & sedit contra eum. & statim iungitur. Ex

Quæstio.

Dure accepit hoc Abrahã pro filio suo, displicuit hoc Abrahæ propẽ filium suũ.

Videatur asperum, displiceat hoc.

Nota.

Allegorice.

Scapulę eius, Scapulæ Agar.

Historice

Quid agis, qd ubi est.

Infantes.

enim erit hęres filius ancillæ cũ
a ¶ Quia nesciebat hoc Saræ fuisse reuelatum.
a filio meo Isaac. Dure accepit a
¶ Sicut de minoribus reuelatum quid fuerit prior tacerat.
hoc Abraham pro filio suo. Cui
dixit deus: Non tibi uideatur b
asperũ super puero & super ancilla tua. Omnia quę dixerit tibi
Sara, audi uocem eius, quia in
a ¶ Spirituale. ¶ Quia populus Iudaicus ante aduentũ Christi & numerositate & temporali felicitate diu floruit.
Isaac uocabitur tibi semẽ. Sed c
& filium ancillæ faciam in gens
¶ Carnale.
b tem magnam, quia semẽ tuum
est. Surrexit itaq; Abraham ma
a ¶ Panes propositionum carnalia sacramenta Iudæorum.
b ¶ Insipiam intelligentiam literæ clausam mortua pelle, his oneratur synagoga seruilia implens mandata.
c ne, & tollens pãnem & utrẽm
a ¶ Sit hoc fatto. ¶ Matri commendauit.
d aquę, imposuit scapulæ eius, trã
didit q̃ puerũ & dimisit eã. Quę
¶ Seruus non manet in domo inæternum.
a ¶ Errant qui vnam quę Christus est, ignorant.
cum abiisset, errabat in solitudi
a ¶ Per anticipationem.
ne Bersabee. Cum q̃ cõsumpta
a ¶ Carnalis obseruantia. b ¶ Quando synagoga clamauit Sanguis eius super nos & super filios nostros. ¶ Ab animo & a cura sua.
e esset aqua in utre, abiecit puerũ
a ¶ Adhuc procul sedet dum sententias acuit, quas procul a ueritate fidei iacit.
subter unam arborem, quę ibi
a ¶ Adhuc procul sedet dum sententias acuit, quas procul a ueritate fidei iacit.
erat, & abiit. Sedit q̃ è regione
procul, quãtum potest arcus ia
a ¶ Mori crederet quos uerę fidei fabricii uideret.
cere. Dicit enim, Non uidebõ mo
a ¶ Studiose. b ¶ Fidem.
rientem puerum. Et sedens cõn
a ¶ Dolet amisso regno & sacerdotio.
trà, leuauit uocẽ suam, & fleuit.
a ¶ Vt non penitus occidãtur unde. Ne occidas eorum quãdo obliuiscantur populi mei. Psl. quinquagesimo octauo.
b ¶ Flente matre pro puero.
f Exaudiuit autem deus uocem d
a ¶ Sermo propheticus.
g pueri. Vocauit q̃ angelus do
a ¶ Scriptura.
mini Agar de cœlo dicens:
Quid agis Agar? Noli timere.
a ¶ Vt non occidatur.
Exaudiuit enim Deus uocem
a ¶ Iudaici populi in infidelitate manentes.
b ¶ Patet nõ omne fuisse matri, sed comitem, q̃ autem manu p aretis tenetur, sollicitus monstratur affectus.
pueri de loco in quo est. Sur e
a ¶ Sustenta ambulando cum eo. b ¶ Manus tenetur, dum opera carnis exercere permittitur.
ge, tolle puerum, & tẽne ma
a ¶ Vt etiam ex suis reges habeat.
num illius, quia in gẽtem ma

clamauit q̃ puer & fleuit,& audiuit dominꝰ vocem pueri de cœlo vbi erat,& dixit angelus ad Agar nullum moueat. In hebræo enim prius hoc scriptum est. Non videbo mortem pueri mei. Ita consequenter legit, q̃ Agar sederit contra puerum: & leuauerit vocẽ & fleuerit: & exaudiuit vocem paruuli. Flẽte enim matre & mortem filꝫ prestolãte, deus exaudiuit puerũ, quem pollicitus erat futurũ in gentem magnam. Mater eñ non suam mortem, sed filꝫ deplorat. ¶ Augu. Quæritur quomodo mater puerũ annorũ amplius.xv. sub arbore proiecerit? Videtur enĩ dici q̃ eum portauerit: sed intelligendum est ab animo proiectum esse tanq̃ moriturũ, secũdum illud Psal.xxx. g. Proiect⁹ sum à facie oculorum tuorum. Vsualiter quoq; aliquis proiici dicitur ab eo cum quo erat, ne ab illo videatur, aut cum illo maneat. Subaudiendum est autem matrem à filio discessisse,puero quo abierit ignorante, & ne filium deficientem videret in sylua latuisse. quid autem mirum puerũ in illa ætate,& diu nõ visa. & tanq̃ perdita matre,in tali loco fleuisse? Postea dicitur accipe puerum, non vt eum quasi iacentem de terra tolleret,sed vt ei se comitẽ iungeret, & manu teneret,sicut sæpe faciũt cuiuslibet ætatis ambulantes. f ¶ Exaudiuit aũr. Puer exclamat plorans,& deus exaudiuit, & monstrante angelo illa fontẽ aspicit,& pro illis dicitur,qui ad Christum conuertuntur, & deflentes peccata exaudiũtur, apertis oculis cordis vident fontem aquæ, id est Christũ, qui ait Ioã.vij.f. Qui sitit veniat ad me & bibat. Angelus Heliam significat,per quẽ populus crediturus est. Vnde Mala.iiij.b. Ecce ego mittam vobis Heliam,qui conuertat corda patrũ in filios g ¶ Angelus dñi. Isid. Quòd eũ q̃ loquit ad Agar priꝰ ang elũ,postea dñm scriptura p̃nũciat filiũ
☞ dei fuisse D

Nicolaus de Lyra.

✠ terat filius conuenienter emitti sine matre. Sequitur. a Dure acce. &c. quia nõ solum ibi displicuit eiectio,sed etiã eius indoles mala. b ¶ Cui dixit &c. Et causa subditur. c ¶ Quia in Isaac &c. in quo cõplebuntur prõmissa quæ tibi feci,& patet litera. d ¶ Exaudiuit autem deus. Hic consequenter ponitur electorum consolatio. Ismaël autem iam erat xx.annorum vel plus,quia iam.xiij. annorũ erat quando Isaac fuit natus, & ideo videns se in periculo mortis,de malis suis præteritis doluit, & dominum rogauit pro vita sua prolõgãda,& fuit exaudit⁹. Vnde sequitur verbum angeli. e ¶ Exaudiuit enim Deus vocẽ pueri de loco &c. acti di. Attẽdite deꝰ pniam quã nunc habet in quo iacet,nõ aũt maliciã quã exercuit ĩ aliis locis.

✠ Apparuit q̃ &c. ✳ bonus,qui per Abraham significatur habet in ecclesia sua vel diocesi aliquos filios bonos,qui per Isaac significãtur: & aliquos malos & discholos,qui significanẽ per Ismaëlem. Dictum est enim suprà de ipso.xvj.d Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes &c. Et isti suggerẽte Sara,per quam significatur ratio recta, per prælatum debent à bonis separari per excõicationem vel per corporalem separationẽ si potest benè fieri, exemplo Pauli apostoli: de quo habet Actu.xix.b. Cum autẽ quidam indurarent,& non crederẽt maledicẽtes viam domini coram multitudine,descendens ab eis segregauit discipulos. a ¶ Dure accepit hoc Ab. Per quod designat q̃ talis punitio subditorũ debet esse grauis prælato,q̃uis per rationem hoc facere cogatur. Consimili modo potest exponi de prelato religioso, qui subditos malos & rebelles debet ab aliis separare,per reclusionẽ vel electionẽ de ordine,ne alios inficiãt sicut ouis morbida separat à grege.durũ tũ debet esse plato,q̃uis hoc facere cogat ratiõe. Circa secũdũ dicit:

✳ Eodem tempore dixit

Hunc locũ Paul⁹ interpretat ad Gal.4.d. Quæstio.

Veri filij Abrahæ ex Isaac. Heb.11.d. †Ro.9.b.

Mystice.

Eiicitur Agar ancilla cũ filio suo Ismaël.

Pœnitẽtia Ismaël.

Moralit.

Angel⁹ cõsolatur ipsam Agar.

Ab Ismaële populus Turcarum magnus.

☞ dei fuisse credẽdũ est, qui per legem & prophetas locutus est, qui per obedientiam paternæ voluntatis angelus vocatur, secundũ naturam deus. a ¶ Eodem tempore. Aug. Quæri põt, quãdo cũ abimelech pactum fecit Abraham, & dictus est puteus quem fodit, puteus iurationis, quomodo cõgruat veritati? Agar enim de domo Abrahæ cum filio expulsa iuxta puteum iurationis (sicut dictum est) errabat, qui lõge post dicitur factus est Abrahã. Ibi enim Abimelech & Abrahã iurauerũt. Agar cũ filio prius expulsa. Fortè iam factum fuisse intelligendum est, sed per recapitulationem memoratum, quod egit Abraham cũ Abimelech, nisi fortè qui librum postea scripsit, ex puteo iurationis regionem appellauerit, in qua errabat, quasi errabat in illa regione in qua factus est puteus iuramenti, cuius postea factus sit. Longè tamen ante ætatem scriptoris sic dicebatur puteus, cum liber scribere/tur nomen tenens antiquum, quod imposuerat Abraham. Nec mouere debet quod puteum quem foderat Abraham nesciebat Agar, si antè est fossus quàm illa expulsa. Fieri enim potuit vt pecorum suorum causa longè à domo puteum foderet, quem illa ne sciret. b ¶ Iura ergo &c. Sæpe qui foris sunt, fidelium conuersatione inducti, eisdem desiderant sociari, & eorum exemplis ad melius informari, vt & sibi cõsulant & proximorum saluti. c ¶ Idcirco vocatus est &c. Duplex causa est cur appellat9 sit in hebræo Bersabee Vel quia septẽ agnas accepit abimelech de manu Abrahæ. Septem enim dicuntur Sabee. Vel quia ibi iurauerunt. שבע Sabaa enim significat iuramentum. Si autem hãc causam supra hoc nomen legimus, per prolepsim dictum est, sicut Bethel & Galgala, quæ antequam haberent hæc vocabula, aliter vocabantur. Notandum ex prioribus & præsenti loco, quòd Isaac non sit natus ad quercum mambre (Alon אלוני hebraicè, latinè quercus) vt in hebræo habetur, sed i geraris, vbi Bersabee vsq; hodie opidum est. quæ prouincia antè non grande tempus ex diuisione præsidum palestinæ salutaris dicta est. Vnde habituit Abraham in terra palestinorũ diebus multis. d ¶ Abraham vero &c. Augustinus. Abraham (sicut Stephanus dicit) non acceperat hæreditatem ibi, nec spacium pedis. Sed intelligenda est hæreditas quam deus gratis daturus erat, non pretio empta. Intelligitur autem spaciũ circa puteum ad illud emptionis spacium pertinere, in quo fuerant septem agnæ datę, quando Abimelech & Abraham sibi iurauerunt.

Quæstio.

Ismaël sagittarius.

Fœd9 Abimelech cũ Abraham.

Sabee septẽ & iuramentum.

Als† cõuersatus.

Moralit.

Abraham argut ipm Abimelech ob puteos amissos.

Bersabee.

F

Percutiunt fœd9 inter se.

Nota vbi natus est Isaac.

Nicolaus de Ly.

Bersabee.

✠ a ¶ Apparuitq; &c. Non quia nõ videret antè, sed ad videndum illud de quo non aduertebat, scilicet puteum cuius aqua erat necessaria pro sustẽtatione pueri & sua. Et patet litera vsq; ibi. b ¶ Factusq; est iu. &c. id est exercens artem venandi. Hebræi dicunt, exercens latrocinia, & prædas à transeuntibus, propter hoc dictum est supra. xvj. d. Manus eius contra omnes. licet enim pœnituerit in infirmitate, vt dictum est, tamen postea rediit ad vomitum, vt dicunt hebræi. c ¶ Et accepit il. &c. id est de terra in qua nata erat & nutrita.

Abraham plantat nemus. inuocat deum.

d ¶ Eodem tempore. Hic consequenter ponitur Abrahæ stabilitio. quia ẽm obe dierat

gnam faciam eum. Aperuitq; a
a ¶ Intelligens sacramentorum profunditatem credidit.
oculos eius deus. Quę uidens
puteum aquę, abiit & impleuit
a ¶ Cor mortale. b ¶ Intellectia scripturis omnia Israel salua fiet.
utrem, dẽditq; puero bibere. &
a ¶ Concordia legis & euangelij. b ¶ Ad priorẽ statum alligata reuocanda est. ¶ In multitudine nõ in merito.
fuit ✱ cũ eo. Qui creuit, & mo/
a ¶ In infidelitate.
ratus est in solitũdine, factusq;
a ¶ Acuens sententias ad impugnandam fidem.
est iuuenis sagittarius. Habita/ b
a ¶ Peruersi similium societate gaudent.
uitq; in deserto Pharam, & ácce c
pit illi mater sua uxorẽ de terra
ægypti. † Eodem tẽpore dixit d
Abimelech, & Phicol princeps
exercitus eius ad Abrahã: Deus e
b tecũ est ĩ uniuersis quę agis. Iura
ergo per deũ, ne noceas mihi &
posteris meis, stirpiq; meę: sed iu
xta misericordiam quã feci tibi,
a ¶ Palestinæ, quę nunc dicitur salutaris. Hæc est gerara.
facies mihi & tẽrræ, in qua †uer
satus es aduena. Dixitq; Abra/
a ¶ Abraham, quia inter fideles & eos qui foris sunt de prosumptione sacramentorum solet esse contentio.
ham: Ego iurabo. Et increpauit †
Abimelech propter puteũ aquę,
quem ui abstulerant serui illius.
a ¶ Nullius crimen maculat nescientem.
Respondit Abimelech: Nesciui
quis fecerit hanc rem, sed & tu
non indicasti mihi, & ego non
a ¶ Reddite omnibus debita: cui tributum &c. Ro. xiij. b. & Lu. xx. d. Reddite ergo quę sunt Cæsaris cæsari &c.
audiui præter hodie. Tulit itaq;
Abraham oues & boues, & de/
dit Abimelech. Percusseruntq;
ambo fœdus. Et statuit Abrahã
septem agnas gregis seorsum.
Cui dixit Abimelech: Quid sibi
uolunt septem agnæ istæ, quas
a ¶ Hæ sunt septẽ mulieres Esa. j. a. id est septem dona spiritus sancti, quę per manus impositionem episcoporum accipiunt in ecclesia Neophiti.
stare fecisti seorsum? At ille: Sẽ/
ptem (inquit) agnas accipies de
a ¶ Doctoribus qui hæc sacramẽta in scripturis scrutati sunt.
manu mea, ut sint in testimõniũ c
mihi, quoniam ego fodi puteũ
istum. Idcirco uocatus est locus f
a ¶ Putei septimꝰ appl. septẽ agnas ibi datas uel putei iuramẽti.
ille Bẽrsabee: quia ibi uterq; ius/ g
a ¶ Hoc iuxta fideles supra fontem baptismi.
rauit, & inierũt fœdus pro pu/
teo iuramenti. Surrexit aũt Abi
melech & Phicol princeps mili/
a ¶ Ecce eius.
tię eius: reuersiq; sunt in terram
Palestinorum. Abraham uerò
a ¶ Hæc est agricultura, quę diuini fontis imbribus irrigatur. ¶ Circa locum empti putei.
d plantauit nemus in Bersabee, h
¶ Quasi in hereditatem.
& inuocauit ibi nomen domini i
a ¶ Saluatorem quem expectabat. b ¶ Ecclesia, quę ex gentibus est congregata.
dei æterni, & fuit cõlons terræ k
a ¶ Vel Palestinorum.
I Philistinorum diebus multis.

dierat domino in electione filij & matris, cõ G
ueniens erat q9 domin9 ostẽderet ei aliquod
speciale beneficium: quod factum est cũ rex
terræ venit ad eum qui rens eius amicitiam
& fœdus dicens. c ¶ Deus tecum est.
Audierat enim, q9 quatuor reges fortissimos
cum dei adiutorio debellauerat, & viderat
q9 dominus in senectute supra virtutem na-
turæ filium ei dederat, & q9 propter eius
vxorem dominus eũ flagellauerat, ideo quę-
siuit amicitiam eius. Et patet litera vsq; ibi.
f ¶ Idcirco vocatus est &c. id est pute9
septem, propter septem agnas quas Abrahã
ibi statuit: vel puteus iuramenti, cuius causa
subditur. g ¶ Quia ibi vterq; iurauit. * Deus
scilicet Abrahã & Abimelech. Bersabee enim
vtroq; modo interpretat9. scilicet pute9 septẽ
& pute9 iuramẽti. Sequitur. h ¶ Abra-
ham vero plantauit &c. Hebræi dicunt
hortũ, in quo plantauit diuersas arbores ad
fructus ferendos: & hoc propter hospites
transeuntes recipiendos, vt amœnitate loci †Plantauit
recrearent, & fructibus reficerent. i ¶ Et
inuocauit ibi nomen &c. Quia post re
creationem acceptam inuitabat hospites ad
reddendum gratias deo de beneficiis suis.
k Et fuit colonus &c. Quia plus ibi mã
sit q; in hebron, vbi mansserat. xxij. annis. hic
autem mansit. xxv. annis.

✱ d ¶ Eodem tempore di. a. &c. Se- Moralit.
quitur. e ¶ Deus tecum est &c. Prin
cipes enim & potẽtes qui fuerãt ecclesiæ per- H
secutores, videntes eam dei adiutorio ꝓspe-
rari, quærierunt cũ prælatis ecclesiæ amicitia
fœderari, quod significatur per fœdus Abi-
melech regis cũ Abrahã patriarcha. & quia
prælati non debent hoc refugere, salua tamẽ
veritate. Ideo subditur. † Dixitq; Abra
ham: Ergo iurabo. scilicet tenere amicitiã
bonam. ¶ In ca. xxi. vbi dicit in postilla.
Aliter expouunt hebraei vbi enim habemus
ludentem &c.

ADDITIO.

¶ Dixit autem cre.&c Sed per imperatores romanos fuerunt multùm afflicti in fodiendo arenā & deportando pro thermis ædificandis,& hoc notatur cùm dicitur: g ¶Præposuit itaq; eis magistros operum,qui eos affligerent oneribus &cæt. Postea verò præceperunt Christianos in confessione Christi constanter perseuerantes occidi:pusillanimes autem Christum negantes in vita dimitti,quod notatur per hoc cùm dicitur.

¶ Præcepit ergo

G Diuisio

Nota mu tum re- gis ma- la.

† Actu.c

† exercita- gitur Tangit de eo,qđ ciuit tem de ip

Iniuria † tribuit

H † & ange- stijs affli- bantur pue- ros filios Israēl & re- uiuiscentes AEgypti- los lactan- tes necare

† agris

Allegori ce

A ☞ multi magistri malitiæ, quos præfecit Pharao qui imperant, exigunt, extorquent terrena opera. Ideo Christo veniente fecit alios doctores contra illos pugnantes, qui subijciētes oēs principatus eorum, & potestates, & virtutes, defendāt à violētia filios Israēl, & doceant Israēlitica opera, & mēte videre deū: relinq̄re opera Pharaōis, exire de terra Aegypti, Aegyptios mores & totū veterē hoīem cū actibus suis exuere, & induere nouum, qui secūm deum creatus est. ¶ Isid. Allego. Israēl populum Christianū, Pharao Zabulon significat, qui luti & lateris imponit grauissimum iugum, seruitutem scilicet terreni & lutulenti operis admistis paleis, id est leuibus & irrationabilibus factis, vt omnibus onere peccatorum oppressis, nemo sit qui regnum eius disperdat aut vincat. a ¶ Dixit autem &c. Orige. Allego. Hęc non solūm in mundo qui Aegyptus spiritualiter dicitur, sed in vno quoq; nostrum deprehendimus. Princeps huius mūdi nō vult viuificari masculos, sed fœminas. In fœmina caro & affectus carnis designat: vir aūt rōnabilis est sensus, & intellectualis est spūs, qui pōt cælestia capere, deū intelligere, q̄ sursum sunt, quęrere. hīc odit princeps Aegypti, & necari cupit, cupit aūt q̄ carnis sunt viuere, & quæ ad materiam ptinent corporalē: hęc nō solūm viuere, sed augeri & excoli. Vult enim vt omnes carnalia sapiant: tēporalia, & q̄ sunt super terrā, q̄rant: nemo leuet ad cælū oculos, nemo requirat, vñ huc venerit, nemo patriam paradisum recordetur. Cūm ergo videris homines in voluptatibus vitem ducere, luxu fluitare, conuiuijs & impudicitijs operam dare, scito quia in his rex Aegypti masculos necat, & viuificat fœminas. Si v̄ ò vnum de mille ad deum conuerti, oculos sursum erigere, æterna quærere, odisse delitias & luxuriam, amare cōtinentiam: istum quasi masculum necari cupit: Pharao persequitur, mille machinis oppugnat, odit tales, viuere in Aegypto non sinit. Inde est, q̄ in hoc mundo serui dei habentur contemptui, expositi contumelijs: inde in eos odia & persecutiones concitantur. b ¶ Obstetricibus Hebræorū, quarū &c. Orígenes. Istæ etiam obstetrices corrumpere nituntur, quarum vna vocabatur Sephora. i. passer, altera Phua, scilicet rubēs vel verecunda, per has necari mares & viuificari fœminas quęrit, sed & timebant obstetrices deum: & non sicut p̄cepit eis, fecerunt. Obstetrices docuerunt antè nos quandam rationabilis eruditionis formā tenere. Obstetrices enim medicæ sunt, & tam masculos nascentes q̄ fœminas fouēt. Eruditio ergo cōis est rōnabilis scięntia, & ad oēm penè puerit sensum, oēs instruit & fouet. Si quis in ea virilis animi fuerit, qui velit cælestia quęrere, diuina sectari, velut medicat⁹ & fortis, per has eruditiones ad diuinorū intelligentiam paratior veniet. Est enim vna velut passer, q̄ celsiora docet, & rationabis doctrinæ pennis in altum prouocat. Altera rubens vt verecūda moralis est, mores comporit, verecūdiam docet & honestatem. Mihi tamen (quia dicit scriptura de his q̄ timebant deum, & non fecerunt præceptum regis Aegypti) videnē vtriusq; testamenti figuram seruare, & Sephora, quæ passer interpretatur, legi quæ spiritualis est, conuenire. Phua verò quæ rubens vel verecunda indicare euangelia, quę Christi sanguine rubent, & per vniuersum mundum passionis cruore ruulant. Ab his ergo animæ quæ nascuntur in ecclesia, velut obstetricibus medicantur, quia de scripturis cuncta eruditionis medicamina conferuntur. Tentat tamen Pharao per has necare masculos, cūm studiosis in diuinis scripturis hæreses & prauа dogmata suggerit. Sed stat immobile fundamentum dei. Timent enim obstetrices deum, id est timorem dei docent, qui est initium sapientiæ. Sic competentius aptatur quod sequitur, quia timebant obstetrices deum, fecerunt sibi domos. Quod secundum literam, nullam consequentiam habet. Non enim propterea domus fit, quia timetur deus. Si autem videas quō scripturę noui & ve. testamēti timorem dei docētes domos ecclię facīt, & totū orbē domib⁹ oīonis impleāt, rōnabiliter scriptū videbitur. Sic ergo istę obstetrices, q̄a timēt deū, id est timorem dei docent, nō faciunt præceptū regis Aegypti, sed viuificant masculos, nec los, nec tamē dicit: quia paruerūt fœminas viuificantes. Ego autem confidenter dico, non viuificant fœminas. Neq; enim vitia aut luxuria in ecclesia docentur, aut peccata nutriuntur, quod vult Pharao, cūm viuificari fœminas iubet. Sed sola virtus excolit & nutrit. Verū hæc ad vnunquēq; referamus. Si times deū, non facias præceptum regis Aegypti: ille enim præcepit vt in delitijs viuas, p̄sentia concupiscas. Tu si times deum & exhibes officium obstetricis, animę tuæ si conferre cupis, viuificas masculos, id est interiorem hominem qui in te est medicaris & foues, & per actus & intellect⁹ bonos, vitā acquiris æternam. c ¶ Si masculus fuerit &c. Isido. Iubet Pharao masculos occidi, fœminas viuere, sic diabolus ne possit robur fidei prævalere, interfectis virtutibus vult vitia viuere, fortesq; & viriles animi sensus, quib⁹ diuina sapimus, id est rationem, prudentiam, constantiam, innocentiamq;, & fidem nititur occidere, & quòd fœmineum, imbecillū, fragile, & pronum est ad vitia, cupit superesse, id est ambitionem, vinolentiam, libidinem, iracundiā, & his similia, quę fœminarū figura sunt. d ¶ Quæ responderunt & cæte. Augu. Quæritur, vtrum talia mendacia approbata sint autoritate diuina, quia scriptū est, deum benefecisse obstetricibus. Sed vtrum pro misericordia ignoscebat mendacia, an etiam mendacium dignum præmio iudicabat deus, incertū est. Aliud enim faciebant obstetrices viuificando paruulos, aliud Pharaoni mentiendo. In viuificādo opus misericordiæ fuit. Mendacio verò pro se vtebantur, ne Pharao noceret illis, quod potuit non ad laudem, sed ad veniam ☞ pertinere

Nicolaus de Lyra.

✠a ¶ Dicit aūt rex &c. Videns eīm rex Aegypti, q̄d propter grauitatem operum non impediebantur, sed magis multiplicabantur deo hoc faciente, Hebræorum multiplicationem voluit impedire per obstetrices, eis præcipiendo, vt masculos interficerent in pariendo, & fingerēt esse aborsum. b ¶ Quarum vna voca. &c. Dicunt Hebręi quòd prima istarum fuit Iocabeth filia Leui, & secūm Maria soror Moysi, & fuerunt binomię vt dicunt, & secūm hoc exponūt quod sequitur infrà. & quia timuerunt obstetrices deum, ędificauit illis domos, scilicet domum sacerdotalem & regiam, quia prædicta Iocabeth fuit mater Aaron, vt dicunt, cui & posteris eius datum est sacerdotium: & Maria cōiuncta est Caleph in matrimonio: quæ altero nomine dicta est Ephrata, & ab ea denominata est ciuitas Bethleem, vt suprà dictum est, Genē. xxxv. & xlvij. de qua ciuitate natus est Dauid primus rex de tribu Iuda. Sed istud dictum contrariatur textui p̄cedēti & sequēti: q̄a dictū est pri⁹. c. isto. q. iā aūi mortuus erat Ioseph, & oēs fratres eius & oīs cognatio eī⁹, scilicet quantùm ad illos qui ingressi fuerāt Aegyptum cūm Iacob, inter quos Iocabeth filia Leui continetur, vt dictum est, Gene. xxxvj. & sic iam antè erat mortua. Item in sequentibus cap. istę obstetrices ad sui excusationem dixerunt: Non sunt Hebręæ sicut Aegytiæ mulieres. ipsæ enim habent obstetricandi scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt, quæ excusatio nulla esset nisi duæ obstetrices predictæ essent Aegyptiæ. Item non est verisimile, quòd volens occultè interficere masculos Hebræorum, hoc exequeretur per mulieres Hebræas, & ideo dicendum, quòd non fuerunt illæ duæ prænominatę, de quibus certum est, quòd fuerunt Hebręę, sed fuerunt Aegyptiæ mulieres, quas rex præfecit dicto operi nephario, vt suū propositum assequeretur. Tenendū est etiā quòd sub istis duabus, quæ non sufficerent pro tanto populo, fuerunt plures aliæ ad istud ministerium, sed de duabus principalibus tantùm fit hīc mentio, in quibus rex idem præceptum dedit alijs sibi subiectis. c ¶ Si fœmina, reseruate. Tum quia multiplicatio fœminarum non poterat rebellionē cōtra regē facere, tū quia rex volebat eis vti ad luxuriā Aegyptiorū, & ad aliqua opa, q̄ mulieres Aegyptię facere nesciebant. d ¶ Timuerūt aūt &c. Tū quia informatę fuerūt de contrario p̄ Hebræas mulieres, ostendēs eis offensam dei, tū q̄a horruerūt mortē fraudulētā inocētiū.

 ✠Et quia

Allegorice

Allegorice

† & videbitur super sellas, pbē sententiam reddidit in scripturis.

Moralit

Sephora Phua

Allegorice

☞ pertinere. Neq; hinc autoritas mentiendi data est eis, de quibus
E dicitur: Et nō est in ore eorū inuētū mēdaciū. Quorundā em̄ uita lō
Apo. 14. b gé inferior à pfessiōe sctōrū, si habeat ista mēdaciorū pcā, puctu
ipso & indole ferunt, præsertim si būficia nondū norunt expectare
cælestia, sed circa terrena occupātur. Quorū aūt iam cōuersatio in
cęlis est, nō eos ęstimo linguæ modum cir
ca veritatem fallitatēq; exēplo obstetricum
debere informare. a ¶ Bene ergo &c.

Greg. Sūmopere cauendū est mendacium
quāuis sit culpę leuioris, si quisquā menti-
Sap. 1. c. tur prę stādo beneficiū. Sed quia scriptū est:
Psal. 5 b. Os quod mētitur, occidit aiam: Et perdes
oēs qui loquūtur mēdaciū. Hoc quoq; per
fecti refugiūt, vt nec vita cuiuslibet p eorū
fallaciā defendatur, ne noceāt animę suę, dū
nituntur prodesse carni alienę quāq; hoc pec
† 22. q. 2. c. quælibet cati genꝰ facilē credimus relaxari. Nā si q̄lt
bet culpa sequēti pia operatione purgatur:
quanto magis hęc facilē abstergitur, quam
mater boni opis pietas comitat. Multi ve-
rō obstetricū fallacia conant̄ asserere hoc ge
nus mēdacij nō esse peccatū, quia ædificauit
eis dīs domos: i q̄ magis cōpēsatiōe nosc̄it
q̄d culpa mēdacij mereat. Nā benignitatis
earū merces q̄ potuit i ęterna vita retribui,
p culpa mēdacij in ętrenā cōpēsationē decli
nata est: vt in vita sua quā mentiendo tueri
voluerūt, q̄ fecerūt bona peperēt, & vlterꝰ
q; expectarēt, mercedis p̄miū nō haberent.
Nā & si subtiliter ppendat̄, amore p̄sentis vt
tę mētitę sunt, nō intētione mercedis. Parcē
do em̄ conatę sunt infantiū vitā tegere men
tiendo suā. ¶ Aug. in lib. de locutionib. Et quia timuerūt obste-
trices deū, ædificauit illis domos: Nunq̄d antea domos nō habebāt,
an ad diuitias hoc verbū ptinet, vel potꝰ ad aliquas rei familiaris ido
neas facultates? Simile em̄ videt̄ quod ait Iacob socero suo. Nūc er-
go q̄n faciā & ego mihi domū. Dixerat em̄ q; creuerāt pecora Labā
F sub illo, q̄d ipe Labā cōfessus est, dicēs: Būdixit mihi deꝰ in introitu
tuo. Subintelligit ergo sicut & tu: hoc em̄ videt̄ valere q̄d ait: Et e-
Moralit. go vt ad ipam domū faciēdā ptinere videat̄, q̄d cōsequēter à Labā
merces statuēda ppon̄it. b ¶ Præcepit &c. Orige. Moral.
AEgyptꝰ q̄b. hūc p̄cepit Pharao, fœminas tm̄ viuificāt, oderāt ma
sculos. Oderūt em̄ ꝯtutes, vitia nutrierūt. Nūc q̄q; insidiant̄ AEgy
ptę, si nascat̄ masculꝰ Hebrę is, vt stati iterficiāt, nisi caueāt, obseruēt
& occultēt. Refert scriptura q̄d de tribu Leui, aliqs genuit mascu
lū, & vidit ifantē esse elegātē, & occultauit eū. Ne ergo iustitiā nr̄am
faciamꝰ corā hoībꝰ, sed clauso ostio orem̄ p̄em nr̄m in occulto, &
nesciat sinistra q̄d faciat dextra, ne diripiat̄ ab AEgyptijs, inuadat̄, flu
ctibꝰ submergat̄. Si facio deemosynā q̄a est opꝰ dei, masculū genero,
sed si laudē ab hoībꝰ q̄ro, & nō occulto, rapit̄ ab AEgiptijs, in flu
mē mergit̄, & tāto labore, tāto; studio AEgyptijs masculū genui.

Nicolaus de Lyra.

Iniectio Moysi in aquis.

↝ a ¶ Et q̄a timuerūt &c. Parcēdo masculis dei timore & fa
cti horrore. b ¶ Ædificauit &c. Beatꝰ Greg. dic̄ domos s. tpa
les multiplicādo eis bona tpalia. Btūs aūt Hier. sup. Esa. dicit, domos
i. virtutes, p quibꝰ in cęlestib. reqescerēt, ppter q̄d dicēdū, q; vtro
q; mō debet intelligi, q̄a ppter pietatē erga innocētes & timorē dei,
dīs dedit eis gr̄am, p quā cōuersę fuerūt ad fidē vnⁱ deⁱ, & ritū He
brorū. & sic deꝰ ædificauit eis domos spūales. Nec hoc abstulit mē
daciū ip̄arū, q̄a fuit officiosum & veniale pctm̄, q̄d non aufert gra
tiā: sic nec mēdaciū Iudith abstulit eiꝰ meritū exponēdo se periculo p
liberatione ppli sui, licet aliq; mō diminuerit. Fuerūt etiā illę obstetri
ces in populo Iudęorū inter maiores p̄motę, & sic ædificauit eis do
mos tpales, sicut in libr. Iosue legit̄ factū de Raab, q̄ suscepit explora
tores, q; cōuersa ad fidē iūcta est in mr̄imonio. Salomō principi tri
bus Iudę, & in lib. Iudith de Achior quō cōuersus est ad fidē Iudęo
rū, & in illo populo p̄motꝰ. c ¶ Præcepit &c. Hic describit affli
ctio manifesta, videt̄ em̄ rex AEgyti, q; p obstetrices masculi Hebrę
orum nō occidebant occultę, voluit hoc facere manifestē. Vn̄ dicit:
Præcepit &c. i. AEgyptijs inter q̄s manebāt Hebræi. d ¶ Quic
q̄d masc. &c. Ipis Hebrgis. e ¶ In flumē &c. Nō em̄ dicit iugu
latę, q̄a p̄ctio intra flumē erat minus horrēda ad exequēdū AEgy
tijs, & citō poterat fieri, q̄a Nilus fluuiꝰ diuidit̄ in multis locis p ter-
ram AEgypti. f ¶ Quicquid fœmi. &c. Ex causa p̄cedenti.
Allego- rice Allegorice c ¶ Præcepit ergo &c. Quicquid masculini sexus
natum fuerit, in flumē, p̄icite: q̄equid aut̄ fœminei, reseruate. Per
masculos enim Christiani constātes intelliguntur, per fœminas ve-
rò inconstantes. ¶ Exodi in ca. j. vbi dicit̄ in postil. Causa
alia afflictionis populi fuit inuidia AEgyptiorum.

ADDITIO.

¶ Tanta multiplicatio filiorū Israēl nō vide
tur attribuēda naturalibꝰ causis tm̄, vtputa,
q̄a ordinatē viuebāt, & hmōi, put in postil
la, sed principaliꝰ attribuēda est voluntati di
uinę hoc miraculosē agenti, vt p̄missionē
adimpleret p̄ibus factā. Vn̄ Gen. xvij. dicit
Abrahæ: Multiplicabo semē tuū. Similiter
& alijs p̄ibus. Et hoc patet ex mō loquēdi
scripturę, cū dicit in hoc ca. Filij Israēl creue
rūt q̄si germinātes. Ex q̄ vr̄, q̄ multiplicatio
eorū erat tāta, q̄ assimilabat̄ germinatiōi ter
ræ nascētiū, q̄ ex paucis granis multū fructū
affert: & isto mō dicit̄ Ezech. xvj. a. Multipli
catā q̄si germē agri dedi te. Idē patet ex hoc
q̄d sequit̄ infrà eo. ca. Quāto opprimebāt
eos tāto magis multiplicabāt & crescebāt, q̄d
nō est secm̄ cursum cōem naturalē, vt ma
nifestū est. Vn̄ Deut. xx. a. legit̄: Ipe est deꝰ tuꝰ
q; fecit tibi hęc magnalia, & terribilia q̄ vide
rūt oculi tui. Et sequit̄: In septuaginta aiabus
descēderūt pres tui in AEgyptū, & ecce nūc
multiplicauit te dīs deꝰ tuꝰ sicut astra cęli.

REPLICA correctorij con-
tra Burgē. calū-
niatorē. Circa prīm Exodi postillator volēs
assignare causas odij AEgyptiorū ad filios
Israēl, dicit vnā fuisse, q̄a filij Israēl ordinatē
viuentes erāt fortiores corpore, & abūdātiores in ple &c. Inde tra
xit Burg. imponēs postil. q; p hoc voluit multiplicatiōis Israēl cām
assignare solū naturalē, q̄d tn̄ falsum est, q̄d Burg. patere potuit, si
plenē postillatorē vidisset: sed more tētātiū eiꝰ dicta trūcatim vide-
re voluit, & sic sępe occasionē cōtradicēdi sumpsit. Postillator em̄
infrà. e. c. reprobās malitiā AEgyptiorū impedire volētū multipli
cationē filiorū Israēl. Dicit: Nō est cōsiliū cōtra dīm. Vn̄ patet eum H
sentire, q; opꝰ dīi fuit tāta multiplicatio. Et infrà. c. c. dicit: Videns
rex AEgypti, q; ppter grauitatē operū non impediebāt, sed magis
multiplicabant, deo hoc faciēte, quo nihil manifestius dici pōt, quā
q; illa multiplicatio fuit per deum naturam adiuuante.

Thermi in Phara one.

GLO. ORDI. CAP. II.

EGressus est &c. Ra. Hinc Iosephus ait. Metuēs autē
Amram ne captus regię irę succūberet, & ipse cū puero
deperiret, & dei puidētiā excluderet, deliberauit potius
hoc modo pueri cōsulere saluti, puidētiaq; lātēi hanc
esse iudicauit. Vas rotūdū ex vimine complicitū velut alueoli ma
gnitudine p̄parauit, q̄d sufficeret vt infans ibi spatiosē iaceret. Dein
de vnxerūt illud bitumine. Natura nāq; bituminis est, vt in viminali
bus vasculis accessum possit aquę coērcere. Illic ergo mittēs infan
tem, & circa fluuiū ponēs, ei⁹ salutē deo reliquerūt. Theamut igit
erat filia regis: hæc dū luderet circa littus fluminis, portari à fluuio
illud vas conspiciens, præcepit, vt ad se ille alueus portaretur, venti
entibus autem qui ad hoc fuerant destinati cum alueo, videns in-
fantem, valde gauisa est, ppter magnitudinem & speciē eius. Tan-

NICO. DE LY. ☞ tò enim

CAP. II.

EGressus est &c. Hic cōsequēter ponit̄ ducis liberātis
puisio: Vbi priò ei⁹ cōditio describit̄. Secḍ ad liberan
dū populū mittit̄. ij⁹. ca. Adhuc priò describit̄ conditio
Moysi tpe p̄speritatis. Secḍ tpe aduersitatis, ibi: Au di
uitq; Pha. Circa primū describit̄ natiuitas Moysi. Secḍ educatio na
ti, ibi: Ecce autē descende. Tertiò inclinatio adulti, ibi: In diebus illis.
Natiuitas autē Moysi priò describit̄ ex tribu, cū dicit. a ¶ Egres.
est post hæc vir. de tri. le. Et istę fuit Amram filius Caath. Et
accepit vxorem, ista acceptio non potest intelligi de acceptione in
↝ matrimonio Allego
Allego. g ¶ Egressus est &c. Per virū q̄ dicit̄ à ꝯtute pōt in-
telligi spūssctūs, q̄ Sap. vij. c. dicitur: Oim artifex oēm hūs virtutē.
† h ¶ Et acce. vx. &c. i. ꝯginē Mariā quā sibi despōsauit p fidē.
↝ Quę cōcepit
Moral. g ¶ Egres. e. p. &c. Per quē intelligit̄ spūssctus rōne pdi Mora
ēta, cuius vxor dicit̄ mēs bona, sibi p fidē & deuotionē cōiūcta, q̄
cōcepit filiū. i. boni opis, ppositū, & parit, deducēdo ad effectū, sed
in principio debet occultari, ne per inanē gloriam valeat frustrari.

☞ to eñ deus studio circa Moysen vsus est, vt ab ipsis, qui ꝓpter eius
A natiuitatẽ decreuerunt interimere oẽ genus Hebræorũ, alimento &
cura dignus haberet: iussitq; mulierem adduci Thermut regis filia:
quæ daret infanti mamillam. Quo nõ accedẽte ad illius vbera, sed
euitante, & hoc in multis mulieribus faciẽte, Maria assistens his, quæ
fiebant, vt quasi videret ex operib⁹ ei inter
alias astare, ait: Frustra ô regia has mulieres
ad nutrimentum infantis vocas, quæ nullã
ad eum cognationem habẽt. Si verò quan-
dam Hebraicarũ mulierũ adduci ꝑceperis,
puto tãꝫ cõtribulis suę poterit vbera exci
pere. cũq; putaret bene dixisse, iussit hanc ire
vt aliquã, quę eũ lactare posset, adduceret.
Illa verò accepta hmõi potestate, reuersa est
agens matrem nulli cognitam. Infansq; gra-
tẽ quodãmodo eius accessit ad vbera, & sup
plicante regina, commissum est ei cum omni
diligentia pueri nutrimentum. Cui secundũ
rerũ euentũ nomẽ Moysi est impositũ, eò q
de flumine sit extractus. Moyses eñ Hebrai-
Allego- cè dicitur משה Mose, à verbo משה
rice masa, quod extrahere significat siue educere,
vt est Moses de flumine eductus. ¶ Alle.
Parentes Moysi, quorum fidẽ & opera lex n⁹turalis decorabat, pa-
triarchę sunt, à quibus ipse Moyses & illi, qui legem literę acceperũt,
nati sunt. Tribus ergo mensibus Moyses in domo parentum nat⁹
occultatur, cùm lex vetus tribus temporibus in Iudaica plebe ans
te aduentum Christi laterer, hoc est sub iudicibus, sub regibus, sub
sacerdotibus, donec venit ipse, qui legem dedit, & per totam mun-
di latitudinem spiritualiter eã obseruandã gentibus tradidit. Filia
autem Pharaonis, ecclesia est de gentibus cõgregata, quę quamuis
nunc vero gaudeat parente, hoc est deo patre, tamen antè alium
quando idolis seruiebant, secuta est patrem. De qua ꝑ diuinã vocẽ
in psalmo ad ipsam dictũ est, Psal. xliiij. c. Audi filia & vide, & inclі-
na aurẽ tuã, & obliuiscere &c. Hęc ergo exiuit de domo patris, &
venit ad aquas baptismi, vt lauaret à peccatis q̃ cõtraxerat in domo
B patris sui, veniẽsq; ad baptismũ, susceptit legẽ, q̃ ler tunc intra fiscellã
erat scirpeã ex multis virgultis, siue ex papyro cõtextã ac linitã pi-
ce & bitumine, qa vilib⁹ vtiq; & terrestrib⁹ Iudęorũ sordebat septa
traditionibus, vsq; quo ecclia sumpsit illã de palustribus & luteis
loculis carnalium sensuum, & intra sapiẽtię veręaulas & regalia te-
cta hîc infantiam suam apud suos transegit, apud illos. s. qui spiri-
tualiter eam intelligere nesciebant paruula & lactantium cibus. cùm
verò ad ecclesiam venit, & per eam rite intellecta est, fortior efficі-
tur. Quid igit̃ est, q̃ mercedem accepit illa, quę puerum nutriebat à
filia Pharaonis, nisi quòd synagoga apud quam lex nata & nutrita
erat ab ecclesia istam mercedem accepit, vt vltra idola non cole-
ret, videns eos qui ex gentibus crediderant ita conuersos ad domi
Allego- num, vt penitus respuerent simulacra, & vltrà non colerent, ipsa
rice quoq; docetur erubescere idola cole. c. a ¶ Et videns &c.
Origeñ. Allego. Pharaonis filia est ecclesia de gentibus congrega
ta, cui per prophetam dicitur. Psal. xliiij. c. Obliuiscere pplm tuũ &
domũ pris tui, qa cõcu. rex spe. tuã. Hęc est ergo, q̃ exiuit de domo
pris, & venit ad aq̃s vt lauaret à pctis, q̃ cõtraxerat in domo pris. &
☞ statim viscera

Nicolaus de Lyra.

☞ matrimonio: quia dicit hîc: Post hæc. i. postq; ꝑceptũ regis
de mas, culis Hebræorũ submergẽdis, & tam ante vxor Amram pe
pererat ei Aaron, q̃ natus fuit trib⁹ annis ante Moysen, vt habetur
infrà. vij. c. vbi dicit: Erat aũt Moyses octoginta annorũ, & Aaron
octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Similiter & Ma
riam filiam suã, quę in natiuitate Moysi erat iam iuuencula ita ma
gna, q̃ poterat intelligere & alloqui hoies, vt consequenter dicetur.
& ideo dicit Iosephus & doctores cõiter, q̃ ista acceptio intelligitur
de copula carnali, quia propter edictũ regis separauerat se ab vxo-
re quantùm ad carnalẽ copulã, magis eligens nõ generare, q̃ q̃ filiі
statim submergerentur in flumine, & intent⁹ erat orationib⁹ erga
deũ, vt vellet respicere populũ suũ tã crudeliter afflictũ: & domin⁹
in somnis eũ admonuit, q̃ securè ad vxorem suã accederet, & quòd
ex illa generaret filiũ, qui populum liberaret, & sic eã accepit. i. ma-
trimonialiter eam cognouit. a ¶ Stirpis suę. In Hebręo ha-
bet: Filiam Leui. Ex hoc dicunt Hebręi, q̃ ista fuit Iochabeth, quam
Leui genuit. Itẽ hoc videt per quãdam glo. quę dicit q̃ Amram ac
cepit Amitã suã. s. sororẽ patris sui Chaath, & ꝑ cõsequens filiã Le
ui. Sed hoc videt falsum, qa dictũ est ca. ꝓcedẽti, q̃ ꝑ longę, q̃ ingres
sę sunt Aegyptũ cũ Iacob, mortuę erant ante istã afflictionem po-
puli: inter quas cõputat Iochabeth, etiã scm opinionem Hebręo-
rum, vt dictum

a ¶Sensualitatem rationi conuenientem.
b ¶Quia parruletã amita ipsius.

uxórem stirpis súæ: Quæ a
a ¶De ratione b ¶Opus bonum.
cóncepit & peperit filiũm: & b
a ¶ Quia datum dei optimum.
b ¶Propter Ægyptios. ¶Nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua. Matth. vj. d.
uidens eum élegantem, ábscon b
a ¶In mensura fidei sanctæ trinitatis.
dit tribus ménsibus. Cumq; c
iam célare non posset, sum⁹ d
a ¶Fisco. i. sacco.
psit fiscéllam scirpeam, & líni⁹ e
a ¶Vili & terreo sensu Iudæorum.
uit eam bitúmine ac pice, po⁹ f

rum, vt dictum fuit suprà Genẽ. xlvj. Itẽ dato q̃ adhuc viueret, opor C
tet dicere secundũ dicta Hebræorũ, q̃ in natiuitate Moysi ipsa esset
centũ triginta annorũ: Q̃d probat sic: quia à natiuitate Isaac vsq; ad
exitum filiorum Israël de Aegypto fluxerunt anni quadringẽti: vt
dictũ est Genẽ. xv. c. sup illud verbũ: Et affligẽt eos annis quadringen
tis. Item à natiuitate Isaac vsq; ad natiuitatẽ
Iacob fluxerunt sexaginta anni, vt dictũ est,
Genẽ. xv. c. vbi dicit: Sexagenarius erat Isaac
&c. Item à natiuitate Iacob vsq; ad descen-
sum eius in Aegyptũ fluxerũt anni centum
triginta, vt ipse dicit Genẽ. xlvj. b. Dies vi-
tæ meę centum triginta annorũ sunt. Et sic ꝙ. 6. c. Nũe.
patet q̃ à natiuitate Isaac vsq; ad descensum 23. g.
in Aegyptũ fluxerũt centum nonaginta an 1. Para. 23. b.
ni: & sic de quadringentis annis prędictis re
manent ducenti decem anni: à q̃bus si sub-
trahant octoginta anni quos habebat Moy
ses in exitu de Aegypto, vt ꝑdictũ est, rema
nent centũ triginta anni, q̃ fluxerũt à descen
su Iacob in Aegyptum vsq; ad natiuitatem
Moysi. Ex quo sequitur q̃ Iochabeth filia Sap. 18. b.
Leui, quę cõputat inter descẽdẽtes in Aegy Act. 7. c.
ptum cũ Iacob in natiuitate Moysi si viue- Heb. 11. d.
bat, erat centum triginta annorum, & sic transierat in ea tempus
concipiendi, quod & concedunt Hebręi, sed dicunt q̃ miraculosè
factum est, q̃ conciperet Moysen: sicut diuina reuelatione conce-
ptus est, sed hoc nõ valet, quia nõ solùm de Moyse oportebat eos
dicere miraculũ esse factũ, sed etiã de cõceptu Aaron & Marię, qa
Aaron tribus annis tantùm natus fuit añ Moysen, vt ꝑdictũ est, &
sic Iochabeth mater eius, erat centũ vigintiseptẽ annorũ q̃i peperit
Aaron. Maria etiam soror Moysi in natiuitate eius erat iuuencula,
vt dicitur in textu, & sic ad plus habebat quindecim annos vel cir
citer: & sic Iochabeth mater eius erat centũ quindecim annorũ quã
do eã pepit scdm istos. Ex quo patet, q̃ in omnib⁹ istis transierat
tempus cõcipiendi, maximè quia Genẽ. xvij. dicit de Sara, q̃ cũ esset
nonagenaria, delierant in ea fieri muliebria, nec poterat per natu-
ram concipere in tali ætate, & multò fortius idẽ est dicendũ de Io-
chabeth filia Leui, quę fuit ꝑ magnũ tẽpus postea, & ideo cõplexio
mulierum debilitata erat, & ætas breuiata erat. Propter prędicta D
dicendum est, q̃ vxor Amram nõ erat Iochabeth de qua ꝑdictum
est, sed alia eiusdẽ nois, dicitur tamen filia Leui in Hebręo. i. de tri-
bu eius, sicut Helisabet mater Iohannis baptistæ dicitur de filiabus
Aaron. Luc. j. a. de qua tamẽ certũ est, q̃ eam Aaron non genuit.
De glo. aũt quę inducta est ad contrariũ, nõ est curandũ, qa contra-
riatur textui manifestè. Dicit eñ infrà. vj. ca. q̃ Amram accepit vxo
rem Iochabeth patruelẽ suam. Patruelis autem alicui⁹ dicitur filius
vel filia auunculi sui. Patruelis enim est communis generis, & sic
patet, quòd non fuit filia Leui, sed filia vnius filiorum suorum, &
cognata ipsius Amram. Item matrimonium cum Amita erat illi-
citum secundum quod dicitur Leuit. xx. cap. Turpitudinem Amі-
tæ tuæ non discooperies. & si dicatur quòd lex illa adhuc non erat
data: Dicendum quòd ante legem multa quæ pertinent ad ma-
trimonium, fuerunt obseruata, sicut Genẽ. xxxviij. b. dicitur, quòd
Iudas coniunxit Onan vxoris fratris sui defuncti vt suscitaret ei
semen: & magis verisimile est quòd tempore Amram vitabatur
matrimoniũ cum Amita, & per consequens Amram, qui sanctus
homo erat, tale matrimonium non contraxit. b ¶ Abscondit
tribus mensibus. Aliquæ enim mulieres sunt, quarum impræ-
gnatio non multùm apparet, nec partus earum per clamorem,
maximè cùm volunt celare sicut fuit in proposito: & ideo po-
tuit puerum in abscondito seruare. c ¶ Cumq; iam
cælare non posset. Contrarium videtur: quia ex quo seruа-
uerat eum tribus mensibus, videtur quòd eadem ratione posset
eum vltrà seruare. Dicendum quòd rex fecerat fieri tum, quòd
in tribus mensibus semel scrutarentur Aegyptij domos Hebræo-
rum, ne pueri essent ibi absconditi, & ideo non poterat celare vl-
trà. Sed quęrit vlterius, quõ saluauit Aaron, q̃ natus fuerat añ trib⁹
annis. Dicendũ q̃d adhuc nõ erat factũ edictum regis, q̃i natus fuit
Aaron. d ¶ Sũpsit fiscellam. id est vasculum rotũdum
ad modum fiscellæ factum. e ¶ Scirpeam. id est de iunco, q̃
scirpus vocatur: erat enim de materia Leui, vt supra aquam fluita
ret. f ¶ Et liniuit eam bitumine. ne aqua ingredi posset.
☞ Et exposuit

☞ a ¶ Quæ concepit & peperit filium. scilicet Iesum Chri Allego-
stum autorem euangelij, qui bene significatur per hunc filium qui rice
fuit lator veteris testamenti. b ¶ Abscondit tribus mensi-
bus. propter persecutionem Pharaonis. Et similiter Iesus Chri-
stus in Aegypto latuit propter persecutionem Herodis. Matt. ij. c.
☞ In diebus illis

statim viscera misericordiæ suscepit, & misera est infantis. hæc E veniens in paludem, inuenit Moysen iacentem expositum à suis, & fecit eum nutriri. Nutritur apud suos, ibi agit infantiam, fortior factus ducitur ad eam, adoptatur in filium. Moyses, legem significat. Veniẽs ergo ecclesia ad aquas baptismi, suscepit legem intra tibin conclusam, & bitumine linitam. Tibin ergo est tegminis genꝰ ex papyro contextum & virgis, vel ex cortice arborum formatum. Iacebat ergo lex clausa intra huiusmodi tegmina pice & bitumine linita, vilibus scilicet & tetris Iudæorum sensibus sordebat oblita vsq; quo ecclesia veniret ex gentibus, & assumeret eam de luteis & palustribus locis intra sapientiæ aulas & regalia tecta. Infantiam tamen apud suos transigit, apud illos enim, qui eam spiritualiter non intelligunt, paruula est: & infans & lactantium habens cibos, cùm ad ecclesiam venit, fortior est Moyses & validior, amoto eñ velamine literæ, perfectus in lectione eius cibus inuenitur. Mercedem nutrimentorum accipit à filia Pharaonis, apud quam lex nascitur & nutritur. Sed quid est, quòd synagoga accipit ab ecclesia? puto illud quod Moyses dicit: Ego in non gentem in æmulationem vos inducam: in gentem insipientem, in iram vos concitabo. Synagoga ergo de ecclesia, hanc mercedem accipit: vt vltra idola non colat. videns enim Gentiles ita a deum conuersos, vt vltra idola nesciant, erubescit vltrà idola colere. Nos quoq; si Pharaonem habuimus patrem, si nos in operibus malis genuit, cùm venerimus ad aquas assumamus legem dei: non nobis F sordeant literæ velut tegmen obscurum, quæ parua eius sunt & lactantia comedamus, quæ perfecta sumamus & intra cor dis tecta regalia collocemus, grandem & validum habemus Moysen: nihil de eo paruum, nihil vile sentiamus, sed totum magnificum, totum egregium, totum elegans. Totum enim magnum est qđ spirituale est, & sublimis intelligentiæ.

Mystice a ¶ Cernensq; in ea paruulum &c. Isido. Moyses id est Christus ad flumen lauacri & aquam baptismi à fidelibus inuenitur. Moyses plorabat, & Christus veteris hominis quem induerat, peccata deflebat. Vnde resuscitando Lazarum flevit, Iudæorum deplorans perfidiam vel miseriam. Filia Pharaonis descedens ad lauacrum fluminis collegit infantem, quia de gentibus ecclesia lauacri salutaris sanctificationem desiderans, excepit à synagoga matre carnali Christum expulsum quasi infantem, qui tunc paruulus videbatur, cùm in homine cerneretur.

Historice Inuenit illa Moysen clausum in vasculo, multis agrestibus, virgultisq; contexto, & ecclesia Christum reconditum in cordibus sanctorum, qui in vnitate contexti, ex multis personis omnes in Christo vnum corpus efficiuntur, & eum religiosa obseruatione suscipientes tuentur. b ¶ Adultũq; tradidit &c. Ra. Refert Iosephus, q filia Pharaonis adultum Moysen ad patrem suum adduxit, cui ille coronam suam imposuit, quam statim Moyses proiecit, quoniam ibi sculptum simulacrũ vidit. Vñ sacerdos q ibi aderat, voluit interficere eũ, dicẽs, qa AEgyptꝰ esset subuertẽda per ipm, sicut ex oraculo dæmonũ acceperat. Sed Pharaõis filia liberauit eũ. Cũ aũt pfectę esset ętatis, missus est à Pharaõe cõtra AEthiopes. Cũq; sciret p deserta serpentib⁹ plena se profecturum tulit ibidos. i. ciconias AEgyptiacas, castraq; metat⁹, pferebat eas, vt serpẽtes deuorarẽt & fugarẽt: sicq; exercitus

Nicolaus de Lyra.

securus transige

a ¶ Et exposuit eum &c. Nomen est loci in quo carices crescunt & sunt herbę factæ ad modum gladij, & manum secant G tangentis. b ¶ Stante procul &c. id est maria. Sed videtur quòd hîc fuerit tentatio diuina. Dicendum q; non, quia homo in periculo constitutus, si non omittat ea, quæ potest facere secundum humanam prouidentiam, nõ tentat deum, nec peccat, re siduum diuinę prouidentię committendo: sicut dictum fuit de Abraham Gen. xxj. cap. Amram verò & vxor eius de conseruatione Moysi fecerant, qđ poterant via humana, & seruando vltrà exposuissent periculo mortis, nõ solùm puerum, sed etiam seipsos, & ideo eligentes minus malum, conuenienter exposuerunt eum prędicto modo, bene confidentes de diuina prouidentia circa puerum, quem deus prędixerat populum Israël liberaturum. c ¶ Ecce autem descendebat. Hîc consequenter describitur pueri nati educatio, & valde mirabilis à filia eius, qui mortem illius & omnium aliorum masculorum quęrebat, cùm dicitur, Ecce autem descendebat de domo regia, quę erat in alio respectu fluminis. d ¶ Et puellę eius &c. id est per ripam fluminis. Et dicitur à crepo as, quia propter percussionem aquæ solent ibi fieri cõcauitates & fissuræ. e ¶ In papyrione. Nomen est loci vbi crescit qđ iuncus, qui vocatur papyr⁹. f ¶ Vagiẽtem. id est plorantem. g ¶ De infantibus Hebræorum est hic: Quia sciebat patris edictũ de ipsis submergẽdis. h ¶ Vis inquit vt vadam & vocem tibi Hebræam mulierem, quæ nutrire possit infantu. & cætera. Ex prędictis patet, q; puer erat elegantis formę, imò vt dicit Iosephus, erat ita gratiosus, quòd omnis aspiciens eum afficiebatur ad ipsum, & ideo filia regis voluit eum nutrire, vt sibi eum in filium adoptaret: vt patet p sequentia. & ideo primò fecit sibi porrigi mamillas plurium H mulierũ AEgyptiarum, sed ipe renuebat, & tunc soror pueri, q̃ astabat, dixit, q; si mulier Hebræa mamillam sibi porrigeret, forsitan ipse acciperet, tanquam de muliere Hebræa natus, cui dicto tanq; rationabili filia regis assensit, & tunc soror pueri ad quærendum se obtulit, & vocauit matrem pueri tanquã extraneã. Cætera patẽt vsq; ibi: i ¶ Quę illa adoptauit in locum filij. Quia naturalem filium non habebat. k ¶ Vocauitq; nomen eius Moysen. In lingua eñ AEgyptiaca Moys aquam significa, ys saluatũ. Ideo subditur ratio nominis cùm dicitur, l ¶ Quia de aqua tuli eum. In Hebræo habetur, vocatur Mosse, & significat extractum vel eductum & subintelligit de aqua. m ¶ In diebus illis. Hîc describitur inclinatio adulti. Sicut enim suprà dictum est, ex dei prouidentia ordinatus erat ad liberandum populum Israël: & ideo erat inclinatus ad eos visitandum, & pro posse suo adiuuandum & hoc est quod dicitur. n ¶ Vidit afflictionem eorum. Non solùm oculo corporis, sed etiam mentis per compassionem, quod patet per effectum. Vnde & subditur. o ¶ Et virum AEgyptium. Iste erat vnus de põpositis AEgyptijs super filios Israël, ad compellendum eos ad afflictionem laboris.

Percutientem

* m ¶ In diebus illis postquam creuerat Moyses egressus est ad fratres suos. Quia Christ⁹ anno tricesimo suæ ętatis exiuit ad prædicandum Iudæis, qui dicuntur eius fratres, eò q; secũdum carnẽ de Iudęis fuit natus. Et in eius persona dicit Psal. xxj. e. Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Quod adimpleuit, prædicando Iudęis. n ¶ Vidit &c. virũ AEgyptium percutientem quendã de Hebręis fratrib⁹ suis. Per AEgyptium, qui tenebrosus interpretatur, diabolus intelligitur, qui iugo peccati mortalis percutere populum Christianum nititur.

* Percutiens AEgy⁹

securus transigebat noctem. Cùm ergo venisset ad ciuitatem, quam A expugnaturus erat, adamauit eum A Ethiopū regina, & secundum condictum, ciuitatem ei tradidit & nupsit: Inde est quòd Aaron & Maria iurgati sunt aduersus Moysen, ꝓpter A Ethiopissam vxorem. a ¶ Cumq; circumspexisset huc atq; illuc. Augu. De hoc facto Moysi satis disputauimus in illo opere, qđ de vita patriarcharū aduersus Faustū scꝛiptum⁹, vtrū indoles in eo laudabilis fuerit qua hoc peccatum admiserit, sicut vber terra ante vrtilia semina quædā herbarum inutilium ferocitate laudatur: an ipsum factum iustificandū sit: Qđ ideo non videtur, quia nullā adhuc legitimā potestatem gerebat, nec diuinitus acceptam, nec humana societate ordinatā: & tamē sicut Stephan⁹ ait, vt in Actib⁹ apostolorū, putabat intelligere fratres suos: quyd per eum deus daret salutem illis, vt per hoc testimonium videatur Moyses iam diuinitus admonit⁹ (qđ scriptura eo loco tacet) hoc audere potuisse. ¶ Isid. Alleg. Moyses, id est Christus, A Egytum id est diabolum nobis in hac pegrinatione iniuriosum nos defendendo occidit: & in arena obruit occisum. Latet enim in eos qui stabile non habent fundamentum. Ecclesiam ꝙ ò in petram ædificat, & eos qui verbum eius audiunt & faciunt prudēti viro comparat, q ædificauit domū suā supra firmā petrā. A. lios verò stulto cōparat, q suprā arenā ædificat. b ¶ Et egressus die alte. In hoc Moyses figuram Christi gessit, qui duorū populorū discordiam in se angulari lapide pacificare studuit, qui iniuriam facit & reconciliatorem contempsit, Iudaicus est q ꝓdicationē Christi recōciliantis repulit, & credentis populi hostis pstitit. Vnde Ioh. B ix. f. Tu discipulus illius sis, nos discipuli Moysi. c ¶ Timuit Moyses & cæ. Augu. Si sic diuulgatum est verbum hoc. Duo sunt in hac locutione attendenda, qa pendet scilicet sententia, & sic dimissa est: Deinde quia verbum pro facto posuit.

Nicolaus de Lyra. ☞ Quæ pepe

✠ a ¶ Percutientē quendam de Hebræis. Dicunt Hebrei, ꝙ iste fuit maritus Solomith, quæ erat pulchra valde, de qua habetur inferius, & ideo iste A Egyti⁹ in aurora fecerat surgere maritū eius occupando eū in labore, & tunc rediit ad vxorem eius, q̄ recepit eū credens esse maritum suum, & cùm maritus postea cognouisset rem gestam, arguebat inde A Egyptiū, ꝓpter qđ A Egyptius petiebat eū, & grauꝫ affligebat. b ¶ Cumq; circūspexisset &c. in quo apparet prudentia Moysi. c ¶ Percussum A Egyptiū. id est interfectū. d ¶ Abscondit sabulo. quod de facili potest fieri in terra sabulosa. Sed quæritur hīc quomodo Moyses hoc fecit, cùm non esset constitutus iudex eorum. Item dato quòd esset iudex, videtur pœnā iniustam intulisse, vtpote pro percussione simplici mortem, cùm tamen sola repercussio deberetur secundum legem talionis in qua dicitur, dentē pro dente, vulnus pro vulnere. Ad primum dicēdum, quòd Moyses ex diuina electione ad liberationem Hebræorum habebat autoritatem vindicandi iniurias eis factas, & hoc sciebat per reuelationem diuinam. Et hoc est qđ dicitur Act. vij. cap. Existimabat autem cognoscere fratres, quòd per manum ipsius deus daret salutem illis. Ad secundum dicendum quòd interfecit A Egyptium nō solùm propter recussione Hebræi, Moysi ad sacerdotē Madian intelligit ascēsio Christi ad patrē, qui sed etiā ꝓ adulterio cōmisso fraudulenter, vt prædictū est, qđ fuit uotū Moysi ꝓhoc ꝙ audiuit cām pcutionis in contentiōe ꝓ dicto adulterio. Notandum ꝙ Iosephus. ij. lib. antiquitatum dicit, quòd Moyses duxit exercitum A Egypti contra A Ethiopes. & ibi accepit vxorem filiam regis, de quo plenius dicetur super librum Nūe. xij. e ¶ Cōspexit du. &c. Hebræi dicunt, ꝙ isti duo fuerunt Dathan & Abiron. f ¶ Quis te constituit principē pro bono pacis, ad quod illos inducebat, reddidit verbum pungituū, g ¶ Nū occime tu vis. ac si dicat. bene apparet, ꝙ tu es vnus homicida & malus hō. h ¶ Audiuitq; Pharao. Hīc consequenter describitur conditio Moysi tempore aduersitatis, vbi primò describitur ei⁹ persecutio. Secundò diuina consolatio, ibi: Erant autem. Circa primū dicit. Audiuitq; Phasei. hūc. videlicet ꝙ Moyses vnum occiderat de prepositis regis, ad vindicandum vnum ex Hebreis quos exosos habebant. i ¶ Et q̄rebat occ. Moy. Tum qa interfecerat ꝓpositū eius, qđ redūdabat in iniuriā regis. Tum quia secundū qđ dicit Iosephus circa tps quo nat⁹ fuit Moyses, quidam sacerdos A Egyptiorū diuinationibus intentus, dixerat regi ꝙ circa pueros Hebræorū attenderet, ꝙ vnus nasci debebat de Hebræis, q populū Israēl de A Egypto educeret, & regnū A Egypti humiliaret, & ideo cū audiuit factū Moysi eqlātis trīs pro Hebreis etiam in iniuriā regis: existimauit quæd esset ille de quo ille sacerdos dixerat. k ¶ Qui fugiens &c. Dicunt Hebrei quòd Moyses fuit captus & adductus coram rege vt decapitaretur, sed euasit miraculosē, vt plenius dicetur infrà. xiij. capitu. l ¶ Erant autem. Hīc describitur Moysi fugientis consolatio, & priò ex susceptiōe eius curiali. Secundò ex morte sui aduersarij, ibi: Post multum. Circa primū dicitur: Erant aūt sacerdoti Madiā secūm Hebgos, Sacerdos hīc accipitur pro maiore vt magnate, sicut dicitur. ij. Reg. viij. Filij Dauid sacerdotes erant. m ¶ Septem filiæ: nec mirandum, si filiæ magnorum habebāt curam de gregibus alēdis, quia iste erant diuitiæ antiqꝝ. n ¶ Et impletis Cana. Per adiutoriū Moysi, vt infrà dicitur: o ¶ Supue-pa. &c. quia forsitan erat cōsuetudo, ꝙ prius congregarentur greges oēs anteq; biberent, sicut dicit Gen. xxix. c. sed per adiutoriū Moysi puenerant horam hauriendi aquā, & ideo eas defendit à pastoribus. p ¶ Quæ cū reuertissent &c. ad est auū, vt dicūt aliqui. Melius tamē videt dicendum cū alijs, ꝙ fuerit pater qui vocatus sit pluribus nominibus, scilicet Raguel & Iethro, Cyneus, & Obab. Et dicūt Hebræi, ꝙ vocatus est Iethro, qđ significat adiectiōs, quia addidit legi vnum capitulum scilicet de ordinatione populi per tribunos & centuriones, quinquagenarios & decanos, vt habeur infrà. xviij. Vocatur autem Obab vt dicunt. i. diligēs, quia dilexit legē, & conuersus fuit ad Iudaismum, vt habetur ibidem. xviij. ca. Et patet litera vsq; ibi:

✠ Iurauit ergo

✳ c Percussum A Egy. &c. Christus em̄ diabolū pcutit, virtute eius reprimēdo & aliquādo in inferno retrudēdo. Vñ Lu. viij. c. dicit, ꝙ dęmones rogabant eum ne mitteret eos in abyssum. d ¶ Egressus die &c. faciebāt iniurtā. De mutuis em̄ iniurijs legitur Christus frequenter Iudęos in suis sermonibu increpasse. e ¶ Audiuitq; Pharao sermonem &c. Per quod designatur, ꝙ diabolus per Iudęos quæsiuit Christi mortem. f ¶ Qui fugiens &c. Per fugam

ptium percutientem quendam [a]
a ¶Qui festinanter transeunt viam huius seculi. b ¶Omnes in Christo fratres sumus vnum patrem deum habemus.
[a] de Hebręis fratribus suis, †Cùm [b]
¶Discrete omnia prospiciendo, quia in sapientia vicit superbum, non potentia.
que circumspexisset huc atque illuc: & nullum adesse uidisset:
a ¶Morte sua.
b ¶Diabolum.
[c] percussum Ægyptium abscon-
¶In fluxis & aridis membris.
[b] dit sabulo. † Et egressus die altero, conspexit duos Hebræos ri- [d]
[c] xantes, dixitq; ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis te constituit †principem & [f]
[g] iudicem super nos? Num occidere me tuus, sicut heri occidisti
c Ægyptium? Timuit Moyses, & ait: † Quomodo palā factum [h]
est uerbum istud? Audiuitq;
¶Diabolus.
Pharao sermonē hunc, & q̄rebat [i]
a ¶In membris.
b ¶Christum.
c ¶In apostolis ad gentes.
occidere Moysen. Qui fugiēns [k]
a ¶Iudaico populo. i. spirituali Ægypto.
de conspectu eius, moratus est
a ¶Quæ contradictio vel responsio interpretatur. gentes enim prius contradixerunt postea pie respondentes obedierunt.
in terrā Madian, & sedit iuxta
a ¶Diabolo.
puteum. Erant autem sacerdoti [l]
a ¶Quia ante Gentilium superstitioni subiectæ.
b ¶Faciem de gentibus septiformi spiritu illustratæ.
Mādian septem filiæ, quæ uene- [m]
a ¶Baptismi vel doctrinæ ecclesiis.
rant ad hauriendam aquam: &
a ¶Legis scientiam vel mundanam.
implētis canalibus adaq̄re cupie [n]
a ¶Populos.
bāt greges patris sui. Superuene [o]
a ¶Philosophi gentium Scribæ & Pharisæi Iudæorum vel sacerdotes idolorum.
¶Locutione
b ¶A morte.
re pastores: & †eiecerunt eas. Cur
a Christus.
rexitq; Moyses: & defensis puel- [p]
a ¶Aqua sapientiæ b ¶Simplices animas.
lis adaquauit oues earum. Quę
a ¶Qui & Raguel & Cineus dicitur.
¶Raguel passio dei vel amicus eius deus
cùm reuertissent ad †Iethro pa-
a ¶Mirantur diabolus gentes ad deum conuerti cuius qđ ad se cum quo fuerant diu.
trem suū dixit ad eas: Cur uelociter uenistis solito? Respōderūt: Vir Ægyptius liberauit nos de manu pastorū, Insup & hausit aquā nobisq; potumq; dedit ouibus.

quæsiuit Christi mortem. f ¶ Qui fugiens &c. Per fugam Moysi ad sacerdotē Madian intelligit ascēsio Christi ad patrē, qui nomine sacerdotis intelligitur; eò ꝙ sacra dans etymologizatur.

C

† 23. q. 3. c. nō inferēda & de peni. dist. 2. c. vt cognouerunt. ¶. opponi.

D

† Ragueł Moralit

† gregꝫ

Exod. 21. c.

† deputet eos subaudi greges

Quæstio.

✠ a

b

c

d

e

f

g

h

i

k

l

m

n

o

p

q

☞ a ¶ Quæ peperit &c. Aug. Christus ecclesiam de gentibus sibi copulauit, quæ munere spiritus septiformis vna est in fide catholica. Vnde: Vna est columba mea, quæ genuit filium qui vocat aduenam, & alterū qui dei adiutorium. Aduenæ enim sunt sancti super terram, sed dei adiutorio nūquam carent. b ¶ Post multū vero tpis &c. Alle. Postquā Moyses in terra Madiā duxit vxorem, mortus est rex Ægypti, quia cū Christo in orbe terrarum gētes ad fidē conuertit, destructus est principatus diaboli. c ¶ Ingemiscētes. Moraliter Nisi moriatur in te rex Ægypti, nō cognoscis te opprimi seruitute Ægypti, & operibus luti & lateris, nec corde ingemiscis, nec vociferaris ad dominum vt liberet te.

Allegorice Can. 6. b.

Allegorice

Moralit

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶ Iurauit ergo Moyses &c. Post multa verba q̄ fuerunt inter Iethro & Moysen fecit pactū cū Iethro de remanēdo cū eo, & illud pactum iuramento firmauit. b ¶ Accepitq; Sephorā. Vidēs em cū Iethro virū valentē & industriū, dedit ei filiā suā. c ¶ Quē vocauit Gersam. Gersā Hebraicè, idem est qđ aduena vel peregrinus latinè. Et causa nominis subditur:

Aduena fui

ADDITIO.

¶ In ca. ij. vbi dicit in postil. Filiā Leui,

ADDITIO I.

¶ Secm Hebraicę literę veritatē oportet dicere, q̄ Iochabeth mater Moysi fuit filia Leui: Tū quia infrā, vj. ca. vbi trāslatio nostra habet: Amram accepit vxorē Iochabeth patruelem suā, Hebraica lingua habet: Accepit Amram Iochabeth autā suā in vxorem. Vñ glo. quā reprobat postillator verissima est, nō obstantibus obiectionibus postillatoris. Nam qđ prīo obiicit, ex eo qđ Iochabeth fuit mortua ante afflictionē populi, nullam habet necessitatem ex litera. In vera em̄ computatione aiarū, quę ingressę sunt cū Iacob in Ægyptū, quā approbat postillator sup Gen. xlvj. nō cōputabaī Iochabeth, licet quidā Hebręi hoc voluerint dicere sine fundamento, vt suprā patet in postilla in dicto cap. Qđ aūt obiicit secō dicit, q̄ dato, q̄ adhuc viueret, oporteret dicere, q̄ ipsa Iochabeth esset in natiuitate Moysi centum triginta annorū, put largę deducit in postilla, nō est verū, nisi pīsupposito q̄ Iochabeth cōputaretur inter psonas, q̄ ingressę sunt Ægyptū cū Iacob, qđ quidē pīsuppositū in litera nullū habet fundamentū, vt dictum est. Vnde ad hanc obiectionem postillatoris tollendā, potest dici q̄ Leui genuit Iochabeth, p magnū tp̄s post suū ingressum in Ægyptum, vt puta p sexaginta annos fere, q̄bus subtractis à numero ducentorū decē annorū, q̄bus fuerunt in Ægypto, put deducitur in postilla, remanēt centū quinquaginta, à quib⁹ si retrahant octoginta anni, quos habebat Moyses in exitu de Ægypto, put infra. vij. ca. remanēt septuaginta anni, in qua ętate erat Iochabeth, cū genuit Moysen, qđ non esset ad miraculū cōputādum, cū Leui pater ipsi⁹ Iochabeth vixit cētū triginta septē annis, & totidē fere Chaath frater ipsius Iochabeth. Similiter & Amram vir eius, vt patet infra vj. ca. Cū igit tunc tp̄s homines illi⁹ cōgregatiōis, ipsius Leui attingebant cōiter ętatē centū triginta septē annorū. Nimirū si fœmina illius cognationis cōcepisset cū esset septuagenaria, & multò minus mirādū de cōceptiōe Aaron & Marię, q̄ fuerant cōcepti antequā Moyses, & p cōsequēs in minori ętate. Sara aūt erat nonagenaria, & desierant ei fieri muliebria, vt suprā Gen. xviij. & ideo nō est accipiēda in argumentū cōtra p̄dicta. ¶ Dicēdum est igitur, q̄ vxor Amram fuit Iochabeth soror Chaath, put dicitur in glo. prędicta. Et idē dicit in translatiōe Chaldaica: cui litera Hebraica (vt dictum est) cōsonat, licet nō idē dicat trāslatio nostra. Nec pōt cōtra p̄dicta obiici, p hoc q̄ Leui nō esset in ętate generandi in anno sexagesimo post ingressum Ægypti. Nam Leui in ingressu Ægypti erat quadragintaquinq; annorū ferè. Qđ sic patet. Nā Iacob stetit in domo Labā p spatiū viginti annorū, vt suprā Gen. xxxj. ca. a. q⁹ bus si subtrahant septem anni quib⁹ seruiuit Iacob antęq; acciperet Liam, & tres anni fere, quib⁹ nati sunt Ruben, Symeon, & Leui succesiue, vt suprā Gen. xxix. remanēt decē anni ferè à natiuitate Leui vsq; ad finē viginti annorū p̄dictorū, à quib, si subtrahant sex anni quibus seruiuit Aduena fui in terra &c. d ¶ Alterum vero pe. quē vocauit Eliezer. qđ interpretatur dei mei adiutorium, in hoc recognoscens diuinū bñficium in liberatione ipsius de manu Pharaonis, & in profectu ipsius in terra aliena. e ¶ Post mul. Hīc ponē Moysi consolatio ex morte aduersarij, cū dicitur: f ¶ Mortuus est &c. qui persequebaī Moysen, & mortuo fuit reuelata Moysi à deo in terra Madian, vt habet. iij. c. ad ei⁹ cōsolationem. g ¶ Et ingemiscētes fi. Israēl. Quia veritē rege illo, non audebant ostendere palam animositatē animi, ne grauius tractarent. Et audiuit gemitū eorum, loquit scriptura de deo, secūdum modū humanum. Tūc enim dicitur aliquis clamorē alicui⁹ audire, cū incipit eī adiuuare. h ¶ Ac recor. est. Non quia obliuio cadat in deo, sed quia ad modū recordantis se habuit, prębendo filijs Israēl auxiliū, ppter merita patrū. i ¶ Et respe. do. fi. &c. oculo misericordię. k ¶ Et cognouit eos. i. ad modū cognoscentis se habuit ostēdendo dilectionem circa eos.

ADDITIO.

Moralit. Moraliter. Iter tridui de AEgypto proficiscimur, si ita nos ab omni inquinamento animę & corporis ac spiritus conseruemus, vt integer spiritus noster, & anima, & corpus, in diem Christi seruetur. ¶Orige. Tridui iter proficiscimur de AEgypto, si rationabilem, moralem, naturalem sapientiam de rebus mundialibus auferentes, ad instituta diuina conuertimus. Tridui iter de AEgypto proficiscimur, si purificantes in nobis dicta, facta, vel cogitata (Tria sunt enim hīc per quę homines peccare possunt) efficiamur mundi corde, vt deum videre possimus. Princeps verò AEgypti vbi videt se vehementius vrgeri, vt dimittat populum dei, secundo loco cupit impetrare vt non longius abeant, ne totum triduum proficiscantur, dicens: Nō longe abeatis. Non vult longe à se fieri populum dei. Vult enim si non in facto, vel in sermone peccare, si non in sermone, vel in cogitatione. Non vult vt totum triduum à se proficiscantur. Vult in nobis vel vnum diem vi in alijs duos. In alijs totū triduū possidere. Beati illi qui ab eo totum triduum recedunt. d ¶Viam trium dierum in solitudinem & sacrificemus deo &c. Isid. Viam trium dierum ambulamus exeuntes de AEgypto, vt ad locum perueniamꝰ, vbi immolare debemus dño. Hęc via Christus est, qui ait Ioh. xiiij. a. Ego sum via veritas & vita. Qui enim confessus fuerit Christum ore, & crediderit corde, quòd deus illum suscitauit tertia die, saluus erit, perueniens ad locum in quo immoletur sacrificium laudis. ¶Strabus Viam triū dierū in so. &c. Tertia mensione, postquā transierunt mare rubrum, peruenerunt Ethan, qui locus etiam

Mara vocatur

Mara vocatur propter amaras aquas. Vel trium dierū, id est triū C mensiū, quia

NICO. DE LYRA.

CAP. V.

POst hæc. Postquam descripta est prouisio ducis populum Israēl de AEgypto educentis, hīc consequenter describitur flagellatio regis populū detinentis: & quia illa punitio iudiciaria est, ideo prę mittit monitio ex verbis. secundò monitio cum signis additis in principio. vij. ca. & tertiò subditur punitio in decem plagis, circa medium eiusdem cap. ibi: Dixit autem dominus ad Moysen: ingrauatum est &c. Circa primū. primò ponitur monitio, & regis dura responsio, & secundò populi aggrauatio. ibi: Dixitq; Pharao. Circa primū dicitur sic: a ¶Post hęc. id est posteaq; populus Israēl crediderat Moysi de eius liberatione, vt dictum est in fine precedentis cap. b ¶Ingressi sunt Moyses & Aaron &c. Sed quęrit hīc, vbi erant senes populi Israēl, de quibus dixerat dominus qꝰ ingrederentur cum Moyse ad regem AEgypti, vt dictum est. ij. cap. Dicunt Hebrei, qꝰ remanserunt ducti timore regis, & propter hoc impediti sunt accedere ad dominū cum Moyse, vt habetur infrà. xxiij. cap. Sed hoc videtur falsum, quia Aaron qui hīc ingressus est cum Moyse, eodem modo tūc impeditus fuit: qa solꝰ Moyses accedere iussus est, vt ibidē dicit: & ideo meliꝰ dicitur ab alijs, qꝰ senes ingressi sunt ad regem sicut dixerat dominus, sed solùm scriptura facit mentiōem de Moyse & Aaron, quia erant principales. & quia eis erat commissum negotium. c ¶Hęc dicit dominus. in sua munitione autoritatem domini p̄mittunt, vt sit efficacior ad regem inclinandū: sed rex cōtrario rīdit cōtęptibiliter dicēs: d ¶Quis est dominus vt &c. ac si diceret: non est tantę autoritatis, qꝰ debeā ei obedire. Respondit etiam infideliter dicens: e ¶Nescio dīm. licet em̄ deum esse (secundum Anselmum) sit p se notū, & p cōsequēs eius notitia inserta est naturaliter mēti humanę, hoc tm̄ est inquantū mens humana deū esse cogitat, id qđ est maxime tū in entibus, sed sub ista determinatione, qꝰ sit deus populi Israēl p fidē & cultū specialē, put sonabāt verba Moysi, deū esse nō est naturaliter notū, & sic respondet rex: Nescio dīm, qa AEgyptij infideles & idolatrę existētes, colebāt alia tūc deos. Respōdit etiā inobedienter dicēs: Et Israēl nō dimittā. f ¶¶Dixerunt exponētes causam p̄dictę monitionis. g ¶Deus Hebræorū vocauit nos: cui tenemur obedire. h ¶Vt eamus viam triū. Istud est. ij. expositum. iij. ca. Addūt tū alij, qꝰ p tres dies intelligūtur tres mēses. qa in tertio mēse ab exitu de AEgypto venerūt ad mōtē Sinai, vt habet. j. xix. ca. et ibi sacrificauerūt dño. in sacra enim scriptura aliqū accipit dies p anno: vt Ezech. iiij. & eodē modo dicūt, qꝰ accipit hīc p mēse. i ¶Ne fortè accidat no. &c. q̄ puenit ex corruptiōe aeris. k ¶Aut gladius. q puenit ex inuasiōe hostis. l ¶Ait ad eos rex. sicut durè respōderat loquēdo cōtra dīm, ita durè rīdet loquēdo cōtra Moysen & Aarō dicens:

Quare Moyses

Diuisio

Quęsito

D

Moraliter a ¶Post hæc ingressi sunt Moyses & Aarō. & dixerunt Pharaoni. Per Moysen qui interpretatur extractus de aquis, c onuenienter potest intelligi status religionis extractus de delictis mūdanis. Per Aaron Pontificem intelligitur status clericalis. existentes autem in hoc duplici statu à domino destinātur vt p eorū vitā, doctrinā, & orationē populus à seruitute diaboli liberet. h ¶Vt eamus viā triū dierū in solitudinem: & sacrificemus domino. Per hoc autē intelligūtur contritio, cōfessio & satisfactio, & sic offerri deo sacrificiū acceptum: seruitus autē diaboli consistit in luto, per quod intelligit concupiscentia carnis, & fornace laterum: per quā intelligitur concupiscentia oculorū. Vñ dicit Boetius ij. de cōso. Sęuior igniꝰ Ethnę, ardet amor habendi. & palea, per quam intelligitur superbia vitę, eò qꝰ rapiatur ꝑvēto.

Moralit.

* Nequaq; vltrā

E ☞ mensiũ, qa tertio mense posteq̃ de AEgypto exierunt pueneruntSina vbi sacrificauerunt & legẽ acceperunt, vbi erectũ ẽ & tabernaculũ. ¶ Orige. Nũc quoq; Moyses, quẽ habemus nobiscũ: habemus eñ Moysen & ꝓphetas. i. lex dei vult te educere de AEgypto, si audias eũ, vult te longẽ facere à Pharaone, eruere de opeluti & palearum: si tamen audias & spiritaliter intelligas. non vult te in carnis & tenebrarum actibus pmanere, sed exire ad Heremum, ad locũ s. perturbationibus & fluctibus seculi vacuum, & ad quietẽ silentiũ. Verba enim sapientię in silentio & quiete discuntur. In hoc loco poteris domino immolare legem dei & virtutẽ diuinę vocis agnoscere. Ideo cupit Moyses te ejcere de fluctibus negotiorum & strepitu populorum,

Moralit. & de AEgypto. i. de tenebris ignorantię, vt legem dei audias, & lucem scientię capias. a ¶ Quare Moyses & Aaron sollici. &c. Orige. Dũ secum est populus & lutũ aut laterẽ operaf, dũ in paleis occupaf, nõ putat esse puersum, sed rectẽ incedere. Si verò dicat, volo ire dierũ triũ viam & seruire domino, puerti populum dicit per Moysen & Aaron. Hodie quoq; si Moyses et Aaron .i. propheticus & sacerdotalis sermo animam sollicitet ad seruitutem dei, exire de seculo: renuntiare omnibus quę possidet, attendere legi & verbo dei: continuò audies vnanimes & amicos Pharaonis dicentes: Videte

F quomodo seducuntur homines, & peruertuntur adolescentes, ne laborent, ne militent, ne agant aliquid ꝙ prosit, relictis rebus necessarijs ineptias sectani et otium. Quid est seruire deo laborare nolunt, & otij occasiones quęrunt: hęc erant tunc verba Pharaonis. hęc & nunc amici eꝰ loquuntur. nec solùm verbis: sed & verberibus persequuntur: flagellari iubet scribas Hebręorum, paleas non dari, opus exigi, hęc pallì sunt patres & nunc dei populus patitur. Qui se ex integro principi huius mũdi tradiderũt, prosperè agũt, omnia, vt putant feliciter euentunt. Seruis autem dei, etiam victus paruus & humilis non succedit. Hę sunt enim paleę, quę dabantur à Pharaone. vñ quidam fatigati dicunt ad Pharaonem, quid tu affligis populum tuũ? Superati enim verberibus à fide cadunt & confitentur. se esse Pharaonis populum. non enim omnis qui

Mystice. ex Israël, hi sunt Israëlitę. b ¶ Opprimantur operibus & expleãt ea etc. Ex quo loqui cœpit Moyses ad Pharaonem, magis affligitur populus dei, ex quo in animam sermo dei peruenit. Diabolus acrius insurgit, & maiora vitia immittit. Prius enim quàm sermo dei veniret qui argueret vitia, in pace durabant. At vbi venit, turbatio magna consurgit. c ¶ Flagellatiq̃ sunt ꝙ etc. Filij Israel grauius attriti sunt, postquam de AEgypto egredi statuerunt, quia qui mundo & prauis operibus renuntiare volunt, sęuonibus tentationibus à diabolo impugnantur.

b ¶Propheticus & sacerdotalis sermo.

a Ægypti: Quare Mŏyses & Aaron †sol a
¶Mundanis.
licitatis populum ab operibus suis? Ite ad b
a ¶Terrent laboris. b ¶Inuidet diabolus, quia crescit dei populus.
onera uestra. Dixitq̃ Pharao: *Multus est c d
populus terræ: † Videtis quòd turba suc- e
creuerit, quantò magis si †dederimus eis re
a ¶Vt non exerceatis eos in operibus terrenis.
quiẽ ab operibus? Præcepit ergo in die f
a ¶Dęmonibus qui præsunt diuersis vitiis. Quia vi sæpe mala facere compellunt si blanditiis nequeunt.
illo præfectis operum, & exactoribus po-
a ¶Paleæ dabantur, vt admistione earum tenacius fieret opus, vel vt ex eis lateres coquerentur, ideo autem maxime in AEgypto lateres fiebãt vt inde ciuitates fierent, quia ibi lapides non abundant.
¶Vilem & paruum victum g
puli dicens: Nequaquam ultrà dabitis pa-
a ¶Fidelium. b ¶Opera luti & carnis.
leas populo ad conficiendos lateres sicut
¶Vt undecunq; acquirant victum. ¶Quasi opera mala non minus faciant.
prius, sed ipsi uadant & colligant † stipu- h
lam, & mensurã laterum, quam prius fa-
¶Vt operibus suis opprimantur
ciebant, imponetis super eos, nec minue-
a ¶Gratis habentes victualia.
tis quicquam. Vacant enim, & idcirco uo-
a ¶Recedendo a diabolo. Non enim possunt deo seruire & mammonæ. Matt. vj. d.
cifer antur dicentes: Eãmus sacrificemus
¶Vt obtrectantur deum suum.
b deo nostro. Opprimantur operibus & ex-
a ¶Princeps AEgypti quicquid contra se dicitur mendacium dicit.
pleant ea, ut non acquiescãt uerbis mendã
a ¶Ad tentandum. c ¶Aut iris præceptis magistri.
cibus. Igitur egrẽssi præfecti operum & ex-
a ¶Dæmones vel iniqui homines. b ¶Latenter suggerendo.
actores ad populum, dixerunt: Sic dicit
a ¶Ipso nomine terrent. b ¶Non in gratis amplius beneficium.
Pharaõ: Non dõ uobis paleas: Ite & colli-
gite, sicubi inuenire poteritis, nec minuetur
¶Etiam inuiti de more seruientis mihi.
quicquam de opere uestro. Dispersusq; est
populus per omnem terram Ægypti, ad
colligendas †paleas. Præfecti quoque ope-
¶Quasi ex debito vrgent pro consuetudine.
rum instabant dicentes: Complete opus ue
¶Difficile est a consuetudine recedere.
strum quotidie, ut prius facere solebatis,
a ¶Diuersis persecutionibus & olim & nunc præpositi populi dei affligi sunt.
c quando dabantur uobis paleæ. Flagella- i
tiq; sunt, qui præerant operibus filiorum
a ¶Dæmonibus vel iniquis hominibus.
Israel †ab exactoribus Pharaonis dicenti-
bus: Quare non impletis mensuram la-
terum sicut prius, nec heri, nec hodie? Ve-
neruntq; præpositi filiorũ Israel, & uocife- k

videat dominus &c.

Nicolaus de lyra.

a ¶Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum? Imponẽs eis ꝙ velint mouere seditionẽ, & sic agere contra regiũ maiestatem. b ¶Ite ad onera vestra. Ex quo patet ꝙ erat eius intentio, vt affligerentur oneribus, sicut & alij: sed populus eis & alijs senibus parcebat de labore manuali. Numerus enim determinatus laterum imponebatur populo per singulos dies vt patet ex sequentibus, & communis populus maiori labori se supponebat, ad reddendum numerum prędictum, vt Moyses & alij prędicti essent à tali labore liberi. c ¶Dixitq; Pharao. Hìc describitur aggrauatio regis: & primò super populum in generali. secundò ex hoc consequenter ostenditur afflictio Moysi, ibi: Occurreruntq;. Circa primum tangitur causa aggrauationis, cùm dicitur. d ¶Multus est populus terræ. s. filiorum Israël. e ¶Videtis ꝙ turba succreuerit. Sed quæritur quomodo hoc potest esse, quia edictum fuit à rege de masculis submergendis: vt prędictum est. j. cap. Dicendum, ꝙ illud edictum tanquam nimis crudele fuerat reuocatum. e ¶Quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus. Acsi dicerent: ex hoc lucidè patet, quòd sunt magis operibus affligendi, vt sic minus possint vacare generationi. f ¶Præcepit ergo in die illo præfectis operum et exactoribus populi dicens. Hìc dicit Andreas, quòd exactores & pfecti erãt idẽ homines & idem officium habentes: sed hoc patet falsum ex hoc quod sequitur positea: Flagellatiq; sunt qui præerant operibus filiorum Israël ab exactoribus Pharaonis. Non est veris simile, quòd flagellarentur ab AEgyptijs, si essent AEgyptij. & ideo dicendum, quòd prefecti erant de filijs Israël, & erant constituti vt populum ad laborem inducerent, vt numerum laterum exactoribus redderent qui erant AEgyptij. g ¶Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres. De sumptu regis sicut prius ad conficiendos lateres. Paleę enim dicuntur quicquid remanet de messe excusso grano, & talia commiscebãtur cum luto, vt lateres fortiores essent. ex talibus autem fiebant ędificia in AEgypto, quia rari lapides sunt ibi. h ¶Nec minuetis quicq; De magnitudine laterum nec multitudine, prius imposita. i ¶Flagellatiq; sunt qui præerãt operib⁹, qa non poterant reddere nũerũ consuetum exactorib⁹. k ¶Vociferati sũt. Cũ clamore magno & miserabili, vt regẽ flecterũt ad pietatẽ. Et inuisẽ

* g ¶Nequaquam vltrà dabitis paleas etc. Diabolus enim exasperatus contra volentes exire de seruitute eius, aliquando subtrahit paleam .i. vanam gloriã, vt per hoc aggrauet suam seruitutem s. inquantũ hęc gloria impedit aliquando graue peccatum, sicut gloria de fama honestatis impedit vitiũ fornicationis, vt habetur in collationibus patrũ collatiõe Serapionis abbatis. & ideo subtracta dicta gla, per hoc ꝙ hõ nõ curat de fama honestatis vel eã parũ reputat, labi in peccatũ fornicatiõis vel adulterij ꝙd ꝑ infamiã facit odorẽ fœtidũ. ideo post subtractionẽ palearũ subdit: Fœtere fecistis odorem nim-

A Mora lit. ☞ ℂ a Videat do. &c. Greg. Mo. Cū lux diuina cor humanum illustrat, mox à diabolo sucrescunt tentamenta, vt plus tentationibus se vrgeri sentiat, q̄s cùm lucis interne radios nesciebat, vnde Israëlitę postquam vocati sunt contra Moysen decrescente labore conquerunt dicentes: Videat dñs &c. Volentibus em̄ ex AEgypto discedere paleas Pharao subtraxerat, & eiusdem mensurę opera requirebat. Quasi ergo contra legem mēs submurmurat, post cuius cognitionem tentationum stimulos acriores portat. & in eo q̄ aduersario displicet, videns sibi crescere labores, quasi foetere se in oculis Pharaonis dolet. b ℂ Quoniam foetere &c. Orig. Verum dicunt, q̄uis nesciant; Sicut Cayphas qui ait: Expedit vt vnus moriatur pro populo, quid diceret, nesciebat. Sicut em̄ apostol⁹ ait: Christi bonus odor sumus, alīs in vitam alīs in mortem. Ita prophetic⁹ sermo suauis odor est credentibus, dubīs verò & incredulis, et qui fatentur se populum Pharaonis, odor execrabilis efficitur. Ipse quoq; Moyses dicit domino. Ex quo locutus sum cum Pharaone, afflixisti populum tuum, quia antec̄ sermo dei audiat̄, non est tribulatio vel tētatio, sed vbi signum belli tuba p̄dicationis ostēderit, tribulationum pugna consurgit. Ex quo ergo loqui cœpit Moyses & Aaron ad Pharaonē, afflictus est pp̄ls dei. Ex quo in animam tuā sermo dei, platuesit: certamē intra te virtutibus cōtra vitia suscitat̄, q̄ę prius intra te in pace durabāt. Sed, vbi facere cœpit sermo dei cuiusq; discrimen, turbatio magna consurgit, & sine foedere nascitur bellum: quia iniustitia iustitię non conuenit, nec sobrietati ebrietas, velveritati mēdacium. Ideo non turbemur, si videmur odor execrabilis Pharaoni. Execratio enim vitij dicitur virtus. Sed sicut steut Moyses ante Pharaonē, stem⁹ & nos nō flectamur: succincti lumbos in veritate, & calciati pedes in p̄parationeeuangelij pacis. Stamus autem confidenter si dominum deprecamur, vt statuat pedes nostros suprà firmā petram, ne moueantur pedes nostri. Stemus autem. i. obsistamus, secundum illud. j. Petr. v. c. Cui resistite fortes in fide: vt citò conteratur Sathanas sub pedibus nostris. Quantò enim nos constanter & fortiter stamus, tantò Pharao infirmius. Si autem infirmi vel dubij esse cœperim⁹ validiores fiet. Cùm enim eleuaret Moyses manus, vincebatur Amalech, cùm quasi lassas deponeret, inualescebat. Nos ergo in virtute crucis Christi extollamus brachia, & leuemus in oratione sanctas manus, vt dei auxilium mereamur. Hinc Iacobus ait. Iacob. iiij. Resistite diabolo & fugiet à vobis. Agam⁹ ergo vt non solùm fugiat, sed conteratur sub pedibus nostris extinctus in profundo abyssi. Nos autem si recedamus de AEgypto vitiorum, fluctus seculi, tanq̄ iter solidum euadimus per Iesum Christum. c ℂ Domine cur afflixisti populum istum? Auguſt. Non sunt hęc verba contumacię vel indignationis, sed inquisitionis & orationis, sicut ex his apparet, quę dominus respondit. Non enim arguit infidelitatē ei⁹, sed quid sit facturus, aperuit.

B Ephe. 6. ✻ super nos

Exo. 17. c.

Nicolaus de Lyra.

Diuisio

☞tē a ℂ Et iniustè agitur contra populum tuum. Non dixerunt iniustè agis, ne regem offenderent, vel honori regio detraherent, sed dicunt: Iniustè agitur: scilicet ab actoribus tuis, & contra intentionem tuam, sed per hoc non inuenerunt aliquam gratiam, & patet litera. b ℂ Occurreruntq; Moysi. Hīc consequenter ostenditur afflictio Moysi & Aaron in speciali. & primò ponitur dicta afflictio. Secundò diuina consolatio, in principio. vj. ca. Afflictio aūt, Moysi ostēditur consequēter ex afflictiōe populi, cùm dicitur: Occurrerūtq; Moysi. scilicet p̄positi filiorum Israël. c ℂ Qui stabant ex aduerso &c. Dicunt aliqui, q̄ postq̄ Moyses & Aaron fecerūt monitionē p̄dictam egrediebantur à Pharaone, & Pharaone, et p̄positi tūc ingrediebantur. & sic ex aduerso veniebant isti obuiam illis & sic ly egredientes à Pharaone, refertur ad Moysen & Aaron, sed hoc videtur falsum: quia post monitionem factam à Moyse Pharao aggrauauit iugū populi; et flagellati fuerūt p̄positi p̄dicti eò q̄ nō reddebāt numerū impositū, ꝓpter quod iuerunt ad clamandum cum Pharaone, vbi durum responsum habuerunt, ex quibus patet, q̄ inter monitionem factā p̄ Moysen & Aaron, & accessum p̄positorū ad clamandum corā Pharaone fluxerunt plures dies. & ideo li egredientes à Pharaone, non refertur ad Moysen & Aaron, sed ad p̄positos p̄dictos, quorū egressum à Pharaone Moyses & Aaron expectabant, stantes extra domum regis, vt scirent quale responsum habuissent, tanq̄ curam habentes de bono populi. & ideo quando sciuerunt, q̄ p̄positi filiorum Israël iuerunt ad Pharaonem, ipsi secuti sunt eos expectantes extra domum regis exitum illorum, vt scirent regis responsum. d ℂ Videat dominꝰ & iudicet. id est puniat malum, qd̄ fecistis nobis. e ℂ Quoniam foetere fecistis odorem nostrū. &cæt. id est nos abominabiles & odiosos reddidistis. f ℂ Et p̄buistis ei gladium, id est occasionē affligendi nos laboribus vsq; ad mortem. g ℂ Reuersusq; Moy. &c. Vbi apparet patientia Moysi, qui q̄uis esset superior dictis p̄positis, tamen verba eorum dura & pungitiua patienter sustinuit, quia videbat eos in passione positos, ex quo habent superiores exemplum cessandi à correctione subditorum in passione positorum, donec transeat passio, nisi periculum in mora probabiliter timeatur. h ℂ Domine cur afflixisti, id est, affligere permisisti. i ℂ Populum istum. Ex quo apparet charitas Moysi, quia non solum pungentibus eum non respondit, sed etiam pro eis orauit: k ℂ Quare misisti me? Quasi diceret, ad liberandum eos me misisti, & ipsi econtrario magis q̄ prius, sunt afflicti.

Nota, dum furor incurſu est currē ti cede furori.

D

ADDITIO

ℂ In ca. v. vbi dicitur in postilla: Hęc dicit dominus, in sua monitione autoritatem domini p̄mittunt.

ADDITIO

† tuum

Verba Pharaōis dicētis: Quis est dominꝰ? Ab expositoribus Hebręorum non intelliguntur contemptibiliter, sed solùm interrogatiuè dicta, & est ratio. Nam ipsi proposuerunt Pharaoni nomen domini. Tetragrammaton, vbi em̄ dicitur: Hęc dicit dñs, ponitur illud nomē. Pharaoni verò p̄dictū nomen erat penit⁹ ignotū: cū etiam ipsi Moysi fuerat nouiter reuelatū, vt dictū est: vnde dicit: Nescio dīm nec Israēl dimittā, quasi diceret: Loquimini mihi ex parte cuiusdam ignoti: vnde & nō faciā quę petitis. Ipsi verò respondentes proponentes, non primum nomē, sibi ignotū, sed aliud nomē qd̄ sibi innotescebat: & hoc cùm dicit: Deus Hebręorū vocauit nos. gen⁹ enim Hebręorū notū erat apud AEgyptios. Dicebat enim filia Pharaonis de pueris Hebręorū: De infantibus Hebręorū est hīc, suprà. ij. ca. & sic sciebat etiam eos habere ritum circuncisionis, & per consequens habere deum separatum à dīs AEgyptiorum, qui colebāt animalia tanq̄ deos: & ideo cum Pharao rationabiliter quęsiuisset: Quis est dominus? ignorans penitus hoc nomen: ipsi congruè satisfaciebant ei dicentes: Deus Hebręorum vocauit nos, quasi diceret, licet non cognoscas deum sub primo nomine, saltem cognoscas sub secundo scilicet deus Hebręorum: sed doctores nostri communiter exponunt p̄dicta verba Pharaonis contemptibiliter dicta & inobedienter, quod magis consonat literę. Nam post secundam propositionem, in qua nomen sibi quodammodo notum proposuerunt, magis & magis induratus est aggrauans populo onera: vt infrà continetur.

Caput. VI.

E Dixit dñs ad Moysen: a ¶ Nō indicaui eis. Sicut tibi. p̄ successiones em̄ ętatū creuit diuinę cognitiōis autgmētū. Apparuit dñs Abrahæ, locut⁹ est facie ad faciē cū Moyse. Dauid verò ait. Psalm. cxviij. n. Super senes intellexi & cætera. Apostoli dei filium præsentem cernebant, & quicquid volebant interrogabant, quibus etiam dicitur Lucæ. x. d. Multi reges & prophetæ & cætera.

☞ De ergastulo

NICO. DE LY.

Caput. VI.

Dixit dñs ad Moysen. Hīc cō sequēter describit ipse Moysicō solatio. Et primò circa eū ostēdit dei cōsolatio benigna. Secundò describitur ipsius Moysi genealogia, ibi: Isti sunt principes domorum. Adhuc circa primū primò p̄mittit diuina consolatio. Secundò eiusdē cōsolationis relatio, ibi: Narrauit ergo Moyses. Circa primum considerandū q̄ dñs videns Moysen afflictum, tum ex gravamine populi: tum ex eo q̄d imponebat sibi, consolatur eum dicens: b ¶ Nunc videbis. i. citò. c ¶ Quę factur⁹ sum Phar. s. mirabilia alias inaudita. d ¶ Per manum enim fortem, id est per potentiam meam: eum fortiter flagellantē. e ¶ Dimittet eos. s. filios Israël, quos nunc fortiter retinet, & violenter, & nō solūm dimittet, sed etiā ejciet eos de terra sua. q̄a Aegyptij de morte primogeniti territi cogebant filios Israël exire, vt habetur. j. xij. ca. f ¶ Ego dñs qui apparui Abra. &c. nō indicaui eis, quia dñs volebat consolari Moysen, vt dictū est, insinuat ei q̄ sit ei datur⁹ clariorē sui cognitionē, q̄ patribus p̄teritis. Istud tñ variè exponit à doctoribus catholicis & Hebręis. Dicunt igit aliqui doctores catholici, q̄ hoc nomē Adonai, significat generale dominium: licet aūt patribus p̄cedentibus Moysen ostenderit se dominū totius creaturę, nōtñ ita p̄fectè sicut Moysi p trāsmutationē creaturarū, vt virgę in serpentem & econuerso, & fluminis in sanguinem, & alijs signis mirabilib⁹, in quibus ostenditur dñium dei super creaturas obedientes ei ad nutū contra naturę cursum: sed hoc non videt sufficienter dictum, quia ipsi Abrahę ostendit similia conuertēdo vxorem Lot in statuam salis, & in descensione ignis contra naturā super Sodomam & Gomorrā: vt habetur Gen. xix. f. & in multiplicatiōe aquarum. xv. cubitis vltra cacumina montium tēpore diluuij, & in creatione mūdi de nihilo: quę omnia notificata fuerunt Abrahæ ab ipō deo. Item hoc nomē Adonai, q̄d significat generale dñium, nō ponitur hic in Hebræo, cū dicitur: Nomē meum magnū &c. sed ibi est nomen dñi tetragrammaton. Veruntamen, quia istud nomē apud Hebręos tantę sanctitatis reputat, q̄ nō debeat nominari nisi à summo sacerdote, & solū in benedictiōibus fiendis in templo. ideo loco illi⁹ nois pronuntiat hoc nomē Adonai, sicut si apud nos hoc nomē de⁹, ppter sui sanctitatē: nō esset licitū nominare: & loco illius vbicūq; inueniret scriptū, p̄nūtiaret hoc nomē dñs. & hoc modo trāslatio nostra hīc habet hoc nomen Adonai, loco nominis domini tetragrāmatoni. nomē autē domini tetragrāmaton nō significat dominium, vt videbitur: & ideo p̄dictus modus dicendi, p̄cedit ex ignorātia idiomatis Hebręi, quia accipit nomen, q̄d pronuntiatur loco illius quod scribitur. Sciendum igitur, quòd ad videndum quid dicendum sit de significatione nominum Hebraicorum: videtur recurrendum ad doctores Hebræos antiquos. Dicit enim Ra. Moyses loquēs de diuinis noib⁹, q̄ in veteri testamēto cōtinent, q̄ alij noīa de deo dicunt p respectū ad creaturas: vt creator dominus & similia. Alia aūt dicunt de deo per modū qualitatum circa diuinā essentiā, vt sapiens, bonus, omnipotens, & silia, & alia p modum quātitatū, vt immēsus, incircūscript⁹, & per modū alarū proprietatū, licet transeant in diuinā substantiā, quantū ad rem significatam, sed nomē dñi tetragrāmaton significat diuinā essentiam purā & nudam, prout in se existit, circumscripto omni alio, & ideo est nomen incōmunicabile appropriatum soli deo, quia significat veritatem diuinę essentię in se. Hoc igitur suppositō dicit Ra. Sa. Hebrę⁹, quòd hoc nomen significat veritatem diuinę naturę, ad veritatem autem pertinet impletio dicti sui vel, p̄missi. ideo dicitur hīc: Nomen meum magnū, scilicet tetragrāmaton, q̄d veritatē importat, non indicaui eis: quia in diebus eorū nō impleui, p̄missum, q̄d eis feci de terra Chanaan ab eis possidēda, quia nō habitauerunt in ea, nisi tāq̄ peregrini: sed nunc ad hoc te misi, vt impleā illud promissum, et sic ostendam me esse veracem in promissis implendis. & litera sequēs huic expositioni cōcordat, quę facit mentionē de dicto promisso & de eductiōe populi Israël de Aegypto. & introductione ipsius in terram patribus promissam: vt patet literam intuenti. Sed ista expositio adhuc non videtur sufficiēs, quia veritas prout importat impletionem diuini promissi non significat diuinā naturā in se: sed magis secundū respectū ad creaturā. vnde sic accipit pro fidelitate ad aliū, inquātū implet promissum ei factum: & ista expositio non accipit significationē nominis dei tetragrammaton, prout Ra. Moyses eā exponit. Itē dictum promissum patribus factū de terra Chanaan possidenda à filijs Israël, non fuit impletum tempore Moysi, quia illā non intrauit morte præuentus, vt patet Deut. vlti. b. & ideo aliter dicit alij, q̄ dominus apparēs patribus p̄cedētibus Moysen, nō nominauit se eis sub noīe diū tetragrāmatō, sed hoc patet falsum Ge. xv. b. vbi dominus apparens Abrahę dixit ei: Ego sum dñs qui eduxi te de Hur Chaldeorū. In Hebręo loco huius nominis dñs, habetur nomē dñi tetragrāmatō. Propter q̄d aliter dicendū. Supposita ergo significatione nominis dñi tetragrāmaton p̄dicta, dicē dū q̄ deus indicauit hoc nomē Moysi, non solū quantùm ad vocē, sed etiā quantū ad significatū, q̄d est, ppriè idicare nomē aliq̄d: & hoc primò indicauit Moysi, quādo dixit ei: Ego sum, q̄ sum, vt dictū est supra. xij. ca. q̄a p hoc nomē significat necessitas & stabilitas essendi & plenitudo ipsius esse, q̄a per hoc importat quoddā pelagus substantię infinitū, vt dicit Damascen⁹. & hoc est, ppriū diuinę essentię, & cōpetit ei circūscripto oi alio: nec significatur per modum cuiusdam dispositionis diuinę essentię, sicut sapientia & potentia & similia. Secundo ostendit ei clarius, quando in raptu ei concessum est videre diuinā essentiā nudè & clarè, sēm q̄d dicit Aug. xij. sup. Ge. & ad Paulinū in li. de videndo deū. Hoc etiā videt p̄ hoc q̄d dicit Num. xij. b. de Moyse, palam & nō per ęnigmata & figuras deū videt. Neutro autē p̄dictorū modorū legit de⁹ loquēs patrib⁹ p̄cedentib⁹ Moysen, significatū nominis dñi tetragrāmaton sic indicasse, sed vsus est nomine vel potius significato nois importāte respectū ad creaturam, sicut Gene. xlvj. a. dixit Iacob: Ego sum fortissimus deus patris tui. & Gene. xv. a. dixit Abrahæ: Ego dominus omnipotens ambula coram me. &c. vnde & Gen. xv. b. q̄n loquendo Abrahæ vsus est nomine dñi tetragrāmaton, vt p̄dictū est, nō tñ significatū propriū explicit, sed magis p̄ nomē importās respectū ad creaturā determinauit dicēs: Ego dominus q̄ eduxi te de Hur Chaldęorum. Similiter nulli eorū ostendit essentiā suā clarè sicut Moysi. & ideo bene dicit hīc. Apparui eis in deo omnipotente. i. indicaui me eis sub nomine importāte respectū ad creaturā. Et nomē meū Adonai. i. tetragrāmatō, non indicaui eis sicut Moysi, modis p̄dictis. g ¶ Ego audiui ge. &c. oppresserunt eos id est cōsideraui afflictionem, qua Aegyptij fecerunt eos gemere. h ¶ Et recor. sum pacti mei. id est ad modum recordantis me habui: quia obliuio non cadit in deo nec recordatio, sed modus obliuiscentis fuit in eo. antęq̄ iuuaret eos: & modus recordantis, quando cœpit eos adiuuare.

Rabi Moyses loquens de diuinis nominibus

Diuisio

Adonai

F

Adonai nō significat dominium

G

* eam H

Cap. VI.

a Dixit dominus ad Moysen: Nunc b uidebis quæ facturus sum Pha- c raoni. Per manum enim fortem d dimittet eos, & in manu robusta e eiciet illos de terra sua. Locutúsque est dominus ad Moysen di- † cens: Ego dominus, qui apparui f Abraham, Isaac, & Iacob in deo omnipotente: & nomen meum † Adonai non indicaui eis. Pepigi & cum eis fœdus: ut darem illis terram Chanaan, terram peregrinationis eorū: in qua fuerūt aduenę. Ego * audiui gemitū filiorū g Israël, q̄ Ægyptij opprimunt eos, h & recordat⁹ sum pacti mei. Ideo

a ¶ Mirabilia.

a ¶ Potentiam diuinam. s. filiū q est virtus & sapientia patris.

a ¶ Quia nulla conuentio iustitiæ cum iniquitate.

¶ Per sequendo de ciuitate in ciuitatem.

a ¶ Antiquæ promissionis facit mentionem tanquam in proximo completurus.

a ¶ Terram viuentium, sc. illam quam significat terra Chanaan.

a ¶ Et audiui.

a ¶ Id est dæmones.

¶ Redores tenebrarum harum vel iniqui homines.

b ¶ Promissionis.

Moraliter. Dixit dñs ad Moysen. † ¶ Locutus. q̄ est dominus &c. per quem figuratur prædicator euangelij. Nam sicut lex vetus fuit figura noui test. j. Corin. x. c. Omnia in figura contingebant illis. ita Moyses legislator prædicatorem euangelij figurauit. f ¶ Ego do. qui appar. &c. Sequitur: † ¶ Et nomen meū &c. Per q̄d designatur q̄ deus clariorē sui cognitionē dedit apostolis, qui fuerunt prędicatores euāgelij, q̄ patrib⁹ vet. testa. Luc. x. d. Multi reges & prophetę voluerunt videre quę vos &c. Nā mysterium incarnationis & redemptionis ab antiquis patribus fuit multùm desideratum, sed apostolorū tempore fuit impletū. Sequit

Moralis

† Educam vos de

† Ego dñs qui

☞ A Ergastulū

Nota † eorum

† seruitute

† Abiod

Virgil⁹ in bucol.

B

† seruitute

C

Incrucis. ius.

* eorum

† Promittit deus liberationē, & terrā Chanaā.

* vos

D

† 2. Par. 23. Mumer. 3. & Nu. 26. g

† 2. Par. 23. a. & 2. Par. 24. a. 1. Par. 5. a. 1. Par. 4.

† Abiod

a ¶Ea De ergastulo. Ergastulū & ergasterium idē est opatoriū. i. vbi rei ad opera faciēda religabant. b ¶Nō acquieuerūt &c. Nota dei clemētiā, nō creditur à filijs Israēl, & tū mouere nō cessat. Cōtēnit à Pharaōe, & lōganimiter expectat. c ¶Ecce filij &c. Aug. hic. Ecce ego gracili voce sum: & quomodo exaudiet me Pharao. Nō videt tū ꝓpter multitudinē populi excusare se de vocis gracilitate, sed etiā ꝓpter vnū hominē. Mirū si tam gracilis vocis fuit, vt nec ab imo posset audiri. An forte regi⁹ fastus nō permittebat eos de proximo loq. d ¶Isti sunt principes. &c. Aug. Volens scriptura originē Moysi demōstrare, quod eius actio expetebat, à primogenito Iacob. i. Ruben cœpit, inde ad Simeon, inde ad Leui vltrà progressum non est, quia ex Leui Moyses. Hi autem cōmemorantur, qui fam memorati fuerant in illis. hex. v. in quibus Israēl intrauerit in Aegyptum. Nō enim prima vel secundam, sed tertiam tribū. i. Leuiticam voluit de⁹ esse sacerdotalem. ¶Gilbert⁹. Nō primā tribū vel secūdam, sed tertiam elegit deus in sacerdotium: quia in nomine sanctę trinitatis cō sacrati sunt sacerdotes: vt fidē trinitatis in se seruare & alios studeant docere: & quia numero deus impari gaudet.

c ¶Amram. Stra. Amram interpretatur pater excelsus, qui significat Christum. Iochabet dei gratia, quę significat ecclesiam. Ex Christo & ecclesia nascitur Moyses. i. lex spiritualis, & Aaron scilicet verum sacerdotiū.

☞ Accepit autem

Nicolaus de Lyra.

a ¶Educam vos de ergastulo. Ergastulum locus est, vbi coguntur capaui operari & laborare; & dicitur ab ἐργάζεσθαι, quod est operor, & ad similitudinē huius, locus vbi filij Israēl cogebantur laborare in luto & in latere vocabatur ergastulum. b ¶Ac redimam in brachio excelso. Ac si diceret, non in pecunia pro redemptione vestra data, sed per signa virtutis meę ostensiua.

c ¶Et iudicijs magnis: id est plagis iusto iudicio meo Aegyptijs infligendis. d ¶Et assumam vos mihi in populum, & ero vester deus. Quod factum fuit, quando dedit eis legem & ipsi receperunt eam. e ¶Et scietis. Per experientiam beneficiorum meorum. f ¶Qui eduxerim vos de ergastulo Aeg. &cæte. Et induxerim vos in terram super quam leuaui manum meam. id est iurauig ¶Vt darem eam Abraham. De quo iuramento habetur Gene. xxij. c. vbi dicitur Abrahæ, Per memetipsum iurauī, dicit dominus &cætera. h ¶Narrauit. Hīc ponitur dictę consolationis diuinę relatio, cū dicitur: Narrauit ergo Moyses omnia prædicta domini verba.

i ¶Filij Israel. Ad eorum consolationem. k ¶Qui non acquieuerunt ei. Hoc non est intelligendum de seruilibus populi, sed de populo communi, qui magis attendebat afflictionem laboris præsentis ꝙ verba Moysi consolatiua. l ¶Ecce filij Israēl non me audiunt &cætera. Locus est à maiore regendo. m ¶Præsertim cùm

a ¶Spiritualiter vel ad literam.

dic filijs Israēl: Ego dominus, qui ēdua

a ¶A tentationibus mundi, in quibus tribulantur sancti.

b ¶Vtendo vel corpore humano, quod cum ipso animæ ergastulum est.

cam uos de † ergastulo Ægyptiō,

a ¶Corporali vel spirituali.

b ¶Pretioso sanguine filij.

rum, & eruam de seruitute*: ac rēdib

a ¶Potentia manifesta incarnato filio.

b ¶Alias extento.

mam in brachio excelso, & iudicijs c

¶Dato pretio.

magnis, & assumam uos mihi in poda

a ¶Fidelem obedientem.

b ¶Iustus misericors.

c ¶Experimento cognoscetis.

pulum, & ero uester deus. Et scieb

tis, quòd ego sum dominus deus uester, qui eduxerim uos de ergastulo f

¶Viuentium.

Ægyptiorum: & induxerim* in ter† a

a ¶Leuatam ostendi. Exaltaui in cruce filium.

b ¶Potentiam.

ram, super quam leuaui mānū meam:

c ¶Iurando patribus. b ¶Fidelibus Abrahæ imitatoribus. c ¶Rectam spem tenentibus: quam significat Isaac. d ¶Charitatem amplectentibus, quæ in Iacob significatur.

ut dārem eam Abrahām, Isaāc, & Iacōg

a ¶Gratis b ¶In æternum.

cob: dabōq; illam uobis possidendam

a ¶Quasi facere possum, quod promitto.

b ¶Medius inter deum & populum.

ego dominus. Narrauit ergo Moyses h

a ¶Nihil de mandatis dei prætermittendum est.

b omnia filijs Israēl, qui non acquieue i k

a ¶Bellum vitiorum significat.

runt ei propter āngustiam spiritus, &

a Nihil durius ꝙ dæmonibus in operibus carnis seruire.

† ōpus durissimum. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægy

a ¶Deum videntes b ¶Carne vitiis dedita, vel conuersatione mundana.

pti: ut dimittat filiōs Israēl de terra

¶Sancti coram domino loquuntur, alij retro, quia non audiuntur.

sua. Respondit Moyses corā domia

a ¶Qui debent tanq; filij dei.

b ¶Auribus cordis.

c no: Ecce filij Israēl non me audiunt: l

a ¶Qui semper aduersatur.

& quomodo audiet Phārao, præsem

a ¶Circumcisio spiritualis omnium membrorum vitia abscindit.

tim cùm sim incircūcisus labijs? Locun

a ¶Per eos. Lex enim & prophetæ docent populum quæ facienda vel fugienda sunt & increpant diabolum.

tusq; est dominus ad Moysen & Aarō: & dedit mandatum ad filios Israēl, & o p

ad Pharaonem regem Ægypti, ut educerent filios Israēl de terra Ægyd pti. Isti sunt principes domorum per q

familias suas. † Filij Ruben primoge r

niti Israēl: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi. Hæ cognationes Ruben. Filij Simeō, Iamuel, & Iamin, et† Ahod

¶Ab Saber ¶id est Chananæi.

& Iachī, & Sohar, & Saul filiꝰ Chanaanitidis. Hæ progenies Simeō. Et hæc noīa filiorū Leui per cognatiōes suas, Gerson, & Caath, & Merari. Anni aūt uitę Leui fuerūt cētū trigintaseptē. Filij Gersō: Lobni, & Semei ꝑ cognatiōes suas. † Filij Caath: Amrā, & Isaar, & Hebrō, & Oziel. Anni q̄q; uitę Caath cētū trigintatres. Filij Merari: Mooli,

cùm sim incircuncisus labijs &c. Incircuncisus labijs proprie dicitur q verbis superfluis vtitur, quod non est credendum de Moyse, sed largè accipiēdo trahitur ad designandum quemlibet defectum eloquentiæ, & sic dicitur de Moyse ex vocis gracilitate, vt suprà dictum est iij. capitulo. n ¶Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron &cætera. Vt non desisterent à negotio incepto ex hoc quòd populus Israēl non acquiescebat eis. o ¶Et dedit mandatum ad filios Israēl &cætera. de monendo & consolando eos, quia bonus prælatus non debet talia omittere circa subditos, si in principio non audiunt eum. Vnde dicit Paulus. ij. ad Titum. iij. a. Prædica verbum, insta oportunè, importunè. p ¶Et ad Pharaonem regem AEgypti &cætera. Comminando pœnas & infligendo, si staret in rebellione.

q ¶Isti sunt principes &c. Hīc describitur Moysi & Aaron genealogia, vt sciretur in posterum, qui & quales fuerunt, & ne per identitatem nominis facta sequentia alijs attribuerentur:

r ¶Filij Ruben primogeniti Israēl: Henoch &cætera. Incipit autem genealogiam istam describere à Ruben, tum quia erat primogenitus respectu Leui, de cuius tribu fuerūt Moyses & Aaron, tum quia Iacob qui eum genuit, Gene. xlix. ca. dixerat mala de Ruben, Simeon, & Leui, vt patet ibidē literam intuenti, ideo hīc describit genealogiam eorum breuiter repetendo, ne viderentur à deo reprobati, nec processit in genealogia vltra tribum Leui, tum quia de alijs tribubus sequentibus mala non dixerat, saltem talia vel tanta sicut de istis. tum quia ista genealogiæ narratio fit hīc propter Moysen & Aaron, qui erant de tribu Leui, & ideo ibi stetit: non vltrà ꝓgressurus.

☞ Accepit autem

* a ¶Ego dominus qui eduMorali ter. cam vos de ergastulo AEgyptorum &cætera. Per quod designatur infernus. Nam ergastulum dicitur abergere, quod est labor: & stolon, quod est millio: & significat locum ad quem mittebantur damnati ad laborandum.

b ¶Ac redimam in brachio extento &cætera. id est in brachijs extentis accipiendo singulare pro plurali, quod frequenter fit in scriptura. Exo. vij. f. Venit musca grauissima, id est multitudo muscarum. Christus enim per extensionem brachiorum suorum in cruce redemit nos a diaboli seruitute. d ¶Et assumam vos mihi in populum &cætera. Per sacramentum baptismi, quod virtutem habet à passione Christi: & induxerim in terram scilicet viuētium. h ¶Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israēl. Nam ista pēr prædicatorem euāgelij sunt fidelibus prædicanda.

k ¶Qui non acquieuerunt &c. Nam pauci fidelium comparatiuè recipiunt prędicationem verbi dei cum effectu melioratiōnis vitę. l ¶Ecce filij Israēl nō me audiunt &c. Per quem intelligit infidelis. hoc ēm posset dicere ille, qui mittitur ad prędicandum infidelibus: eò ꝙ pauci fideles per prædicationem emendantur.

E ☞ ¶a Accepit aũt &c. Hęc de tribu Iuda fuit soror Naason, qui fuit prĩceps tribꝰ Iudę in deserto. nõdũ em̃ pœptũ erat, vt qsq; de tribu sua vxorẽ acciperet. Ideo aũt hę tribꝰ, i. leuitica & regalis iam tũc cõiungebant, vt intelligeret xp̃s rex & sacerdos futurus ex eis.

Quæstio. † 3.2.a. & Nu. 26.g. b ¶Filij quoq; &c. Quęrit cur Core quẽ p iniqtate terra viuũ absorbuit, in genealogia iustorũ scriptꝰ sit? Sed hęreticos cum catholicis in eccle sia significat futuros. c ¶Iste est Moyses. Stra. Hoc ex suo addit Esdras qui omnem Bibliothecam post captiui tatem Babylonicam, cunctis libris à Na buchodonosor successis, eparauit, vel ipse Moyses de se tanq̃ de alio loquit.

Nota de reparatione Bibliæ.

ADDITIO

¶In ca. vj. vbi dicitur in postilla: Apparui Abraham Isaac & Iacob.

ADDITIO I.

Expositio postillatoris de hoc qđ dicit: Nomen meum Adonai nõ indicaui eis, nõ videt cõsona ratiõi, nã ad suam rationem confirmandam assignat duas rationes minus sufficientes. Quarum prima est, q̃ nomẽ tetragrammaton fuit patribus ostensum, quantũm ad vocem tantũm; non autem quãtũm ad significatũ. Moysi verò non fuit solũm ostensum quantum ad vocem, sed etiam quantũm ad significatũ, quod videtur incõuenienter dictũ: nam indicare nomen sec̃m vocem tm̃ & nõ significatũ modicę seu nullius vtilitatis est, cũ nomina ad significandum ordinantur, & sic secundũ eos patres inutiliter cognouissent hoc nomen. Ratio autem secunda quam assignat ad hoc dicens, quòd hoc nomen tetragrãmaton fuit ostensum Moysi & nõ patribus, ex hoc q̃ fuit ei concessum videre diuinam essentiam nudè & clarè, non autẽ patribus, nõ videtur facere ad propositum: Tum quia aliud est cognoscere nomen proprium dei, & aliud videre diuinam essentiam. potest enim quodlibet illorum sine alio haberi, vt patet: tũ quia Moyses quando fuit sibi dictum: Apparui Abraham &c. nõdum fuerat sibi concessa visio diuinę essentię. nam infrà. xxxiij. ca. hoc petebat à deo dicẽs: Ostende mihi gloriam tuam. Vnde circa hoc videtur aliter dicendum. Ad cuius declarationem sunt quędam pręmittenda: Primum scilicet quòd secundum Thomam tertia parte. questio. xliij. articulo. j. in cor. q. diuinitus conceditur homini miracula facere, principaliter ad confirmandam veritatem quam aliquis docet: vt dum aliquis facit opera, quę solus deus posset facere, credatur ei quòd ea quę facit vel docet sint à deo, vt suprà. xiij. ca. Si nõ crediderint, inquit, tibi, neq; audierint fermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis & Iohan. x. g. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Secundum, quia licet ante tempus Moysi deus fecerit aliqua supernaturalia, scilicet non secundum cursum communem naturę, vt de conuersione vxoris Lot in statuam salis, & in subuersione Sodomorum, & huiusmodi, nunq̃ fuit tamen concessum alicui antiquorum, qđ posset miracula facere in noie diuino, vt crederet ei in dicendis, sicut Moyses cui hoc fuit concessum à deo, vt in hoc ca. & in ꝯplurimis sequentibus. vnde licet sancti patriarchę cognouissent omnipotentiam diuinam, eò quòd multa à deo facta supra cursum naturę viderant visibiliter, vel saltem per fidem cognouerant, de quo dnit, Apparui Abraham, Isaac, & Iacob in deo omnipotẽte. id est nota fuit sibi omnipotentia mea, non tamen deus eis notificauit hoc nomen Adonai, scilicet concedendo eis potestatem mirabilia facere in hoc nomine sicut Moysi. Ratio autem huius distrẽtię talis est: Nã per Moysen ex diuina ordinatione lex dei erat dãda: vnde Iohan. i. b. Lex per Moysen data est. Ad cuius confirmationem ostendit miracula facienda, vt crederetur legislatori: vnde infra Exod. xiij. g. Viso miraculo facto in mari rubro legitur. Vidit querebaꝫ em̃ Moyses deo de hoc q̃ Pharao petius se habebat circa populum post eius missionem q̃ antea. & hoc cum dicitur in fine prędcentis ca. Ex eo em̃ quo ingressus sum ad Pharonem, vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum &c. ad qđ deus respõdit: Nũc videbis quę facturus sum Pharaoni. Per manum enim fortem dimittet eos. q.d. Obduratio Pharaonis & eius rebellio, de quaru molestaris erit occasio, q̃ ego non simpliciter per viam quasi naturalẽ, sed potius per potentiam meam potentem, miraculosẽq̃ operanẽ eos educam: intantum q̃ ipsemet ejciet eos de terra sua, quapropter indicaui tibi nomen meum, sub quo pertinet ad me miracula facere, quod non feci patribus, quę quidem eductio miraculosẽ erat à deo intenta: vt sic populum informaret de potentia & prouidentia diuina, vt essent apti ad hoc, vt assumerentur in populum dei, & hoc est qđ dicit paucis interpositis in eodem contextu, ideo dic de filijs Israël: Ego dñs qui educã vos de ergastulo Aegyptiorum in brachio extento & iudicijs magnis, & assumã vos mihi in populum, & ero vester deus, scietisq̃ q̃ ego sum dñs de⁹ vester. Ex quibus patet q̃ de⁹ q̃ sec̃m Aug. est adeo bonꝰ q̃ etiã ex malis eliciat bona. ex pteritis em̃ & obstinatiõe Pharaonis hoc bonũ elicuit: scilicet vt ex hoc eliceret q̃ de⁹ magna miracula faciẽs ostenderet in liberatiõe populi. & ex hoc populꝰ cognosceret deũ, & assumeret sibi in populũ. & p hũc modũ deꝰ satisfecit quęstionibꝰ ipsiꝰ Moysi. Quòd autem obduratio

Facere miracula

F

a ¶Accepit aũt Amram &c. id est filiam patrui sui: vt supra dictum est. n. c. b ¶Accepit autem Aaron vxorem Elizabeth filiam Aminadab sororem Naason. quę erat de tribu regia, quia propter dignitatem sacerdotalem tribus regia & sacerdotalis fuerunt commixtę. c ¶At verò Eleazar filius Aaron &c. iste fuit Iethro vt dicit Hebræi. d ¶Iste est Aaron & Moyses &c. quãdo cõbinantur, aliquando Aaron prępon̄it, vt hîc: tum ratione primogeniture, tum quia deus pręuiderat & elegerat eum in summum sacerdotem. Aliquando econuerso Moyses prępon̄itur: tum quia sibi commissum est principaliter educere filios Israël de Aegypto: Tum quia verba domini immediatè recipiebat' ab eo, & per Aaron tãq̃ per interpretem tradebat populo, e ¶Et ait Moyses &c. Postq̃ genealogiam Moysi & Aarõ interposuerat, hîc redit scriptura ad id quod suprà dixerat ante dictam genealogiam.

† Vterq; p Aaron & Moyse

ADDITIO

dit Israël manum magnam, & sequit: Et crediderunt domino, sed constat q̃ deo secundũ significationẽ huius nominis, s. tetragrãmatõ principaliter pertinet miracula facere, vt patet ex dictis in additione suprà ca. iij. in arti. vij. Similiter sub eodem nomine pertinet populum sub lege à deo data applicari cultui diuino: vt patet in eadem additione articu. ix. & ideo Moysi fuit concessum facere miracula modo prędicto, nõ autem patribꝰ. & sic intelligendum est qđ dicitur: Nomen meum, Adonai non indicaui eis, scilicet concedendo eis miracula facere, q̃ ad deum pertinet secundum significationem huius nominis, sicut & tibi concessi: nec etiam inconuenienter diceretur, q̃ nomen tetragrammaton etiam secundum vocem non fuit patribus reuelatũ. * d

H

Quod autem obiũcit à postillatore de hoc qđ habetur Gen. c. v. b. vbi dicitur: Ego sum dñs qui eduxi te de Hur Chaldęorum: vbi in Hebrẽo loco huius nominis dominus ponitur tetragrãmatõ, non valet. Nam illa sunt verba Moysi scribentis ea que transierunt inter deũ & Abrahã, quẽ deũ Moyses cognoscebat sub nomine tetragrãmaton, & ideo sic eũ nominabat, nõ aũt Abraham sub nomine dei qui eũ eduxerat de Hur Chaldęorũ, Cõtinuant aũt hęc verba. i. Apparui Abrahã &c. & nomẽ meũ Adonai nõ indicaui eis, cũ prędentibus & sequentibus sec̃m hãc expositionẽ sic: Con

a Diabolum. b Principem tenebrarum harum.

Deum videntes.

a Tenebris mundi.

b Sermo propheticus. c Sacerdotalis.

Cuius dicere facere est, cui nemo resistere potest.

Aliq; gracili voce.

aũt obduratio Pharaonis esset rõ, vt magna signa diuia fierẽt cõtra
A AEgyptios ira vt ex hoc seq̃rẽt q̃ ppl's Israelitic' ãpli' cognosceret
deũ, patet i multis locis, spẽal'r. j. x. c. vbi dr: Ingredere ad Pharaonẽ,
ego eñ indurau cor eius & seruorũ illi': vt faciã signa magna: hec
narres in auribus filꝝ tui, & nepotũ tuorũ q̃ties cõtriuerim AEgy-
ptios, & signa fecerim in eis, & sciatis qa ego dñs, ex qb' verbis ex-
presse hr intẽtũ. Qualr aũt dicaf de' induraſſe cor Pharaonis, põt
dupl'r intelligi, vel p subtractiõem gr̃e in pœnã pctõrũ p̃cedẽtiũ: vel
secũdũ glo. or. obstinatior fiebat mal' anim', p eo q̃ de' patiẽter eũ
subsinebat. ¶ In. c. c. vj. vbi dicit i pos. Et recordat' sũ pacti mei &c.

ADDITIO II.

Sicut obliuio & recordatio nõ cadũt in deo, sic eadẽ r̃one nõ videf
dicẽdũ q̃ ista sillitudo referaf ad effect' à deo, p̃cedẽtes rm. s. q̃ de' p
dixit erga filios Isrl effect' sil̃es effectib' recordãtis, et hoc q̃n coepit
eos adiuuare post̃ lõgo tpe eos nõ adiuuerat. & de hoc vr. g. Geñ.
vj. in add. iiij. ¶ In. c. c. vj. vbi dr in pos. Et icircũcisus sum labiis &c.

ADDITIO III.

Incircuncisus labiis magis, ppriẽ videf dicẽdus, q̃ habet in labr̃is ali-
quod impedimẽtum corporale vt puta aliquã carnis superfluitatem
& huiusmodi: quia prolatio verborũ, q̃ labr̃is p̃fertur impedif. vñ
sicut. g. c. iiij. cõquerebaf Moyses de impedimẽto locutionis ex pte
oris & linguę: nũc etiã addit ex parte labiorũ: vt sic oñderet, q̃ orga
na corpea, q̃b' verba, p̃feruñ erãt in eo inepta ad loquẽdũ: & ex hoc
nõ erat vir eloquẽs. vt. g. dixit. De vocis aũt gracilitate seu tenuitate
nulla fit mẽtio in litera, nec oportet fingere p̃sertim cùm in vltima
senectute sua legatur: q̃ loquebatur omnib' filꝝ Israẽl simul, vt pa-
tet Deu. j. &. xxxj. quod non possit esse cum tenuitate vocis.

REPLICA Correctorꝝ cõtra Bur. fabulã. In. c. vj.
postillator exponẽs illũ passum: Et no-
me. ma. i. tetragrãmatõ nõ idicaui eis: dicit iter cętera q̃ illud nomẽ te
tragrãmatõ idicauit Abrahę, p̃bãs p illud Gene. xv. b. Ego dñs qui
edu. &c. & p alios ter. sed vt ostẽdat postil. veritatẽ p̃sentis loci, di-
cit q̃ q̃uis indicauit patrib' ante Moysen hoc nomẽ, nõ tñ secundũ
eius significatum propriũ sicut Moysi. Illud bene dictum ęgreferens
Burgen. dicit irrationabile, volẽs q̃ Abrahę nomẽ tetragrãmaton
non sit
nõ sit reuelatũ, dicens illud Geñ. allegatiũ esse ỹ bũ Moysi scribentis, C
nõ dei loquẽtis, sed si Bur. fuisset memor dictorũ suorũ in additiõe
penul. Gen. vj. c. nõ improbaret hic cõclusionẽ postillatoris. niteba
tur eñ ibi ostẽdere q̃ Abrahæ factę sunt plures reuelatiões q̃ patri
bus posteriorib', allegãs ad hoc illud Gen. xvij. c. Nũ cęlare pote-
ro Abrahę quę gestur' sum. Habuit enim ibi pro incõuenienti, q̃
Iacob in illustrationib' supra Abrahã abundasset. Quid mirũ igit̃
si deus nomen tetragrãmaton Abrahæ reuelasset secundũ suã con-
clusionẽ ibi intentã, & hic pro incõueniẽti reputatã. Sed & nota, q̃
Bur. postillatorẽ malẽ reportauit, q̃si voluisset taliẽ rationẽ differẽ-
tię iter reuelationẽ Abrahę & Moysi, q̃ Abrahę reuelatũ esset solũ
nomẽ nõ significatiũ nois: quia hoc postillator nõ dicit, vt patet in-
tuẽti scripta sua, nec postillator dicit q̃ pro secũda ratione eidẽ im-
ponit, nec videf inutile quẽadmodum Bur. arguit primũ aliquẽ in
strui in noie, & post i nominis quiditate: imõ est ver' ordo docẽdi
nec absonũ q̃ vn' doceaf cognoscere herbas & lapides p̃tiosos: &
alter cũ tali cognitiõe doceaf cognoscere vires earũdẽ: nec bene sol-
uit Bur. motiuũ postillatoris dicẽs tetragrãmatõ à Moyse ibi scri-
ptũ. nõ à deo dictũ: nam si Moyses verè refert verbũ & factũ domi
ni habetur, p̃positũ, si aũt Abrahę nomen tetragrãmatõ nõ expres-
sit, falsẽ refert Moyses & scribit, q̃d nõ est dicendũ. vnde Bur. aliter
exponẽdo inuoluit se. g. correctis, iij. ca. huius quomodo sub nomi
ne illo fiunt mirabilia &c. q̃q̃ vera sint & vtilia patet ibidẽ. ¶ In
Moraliter. a ¶ Dixit quoq; dominus ad Moysen. Hīc agitur de tribus plagis Aegypti. Prima est plaga ranarum, de qua dicitur. b ¶ Ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. Per ranas verò quæ morantur in aquis immundis, scilicet in paludibus & fossatis, & sua crocitatione inquietāt, significant & aduocati in deliciis carnis immundè viuentes, & sua loquacitate prolongando causas, mundum qui per Aegyptum significatur inquietant multipliciter & perturbant, & exemplo suę immunditiæ multos fœdāt, sed per Moysen ducem & per Aaron pontificem restringuntur, q̄d notat̄ cū subdit. Cōstitue mihi q̄n deprecer &c. Sequitur. † Vt abigantur ranę a te & a domo tua & a seruis tuis &c. Per q̄d designatur, q̄ principes & plati in suis curijs debent restringere aduocatorū loquacitatē. Secūda plaga est significū, q̄, ꝓpter sui subtilitatē vix videri pñt, & tñ acriter pñgūt, & significāt dem̄ actores, q̄ vix pñt cognosci, eò q̄ in pñtia vngūt, & in absentia grauiter pūgūt. Per ipsos aūt affligitur Aegypt⁹. iamūd⁹ qa, puocāt odia, rixas, & bella. Eccl. xxviij. b. Susurro & bilinguis maledict⁹, multos em̄ turbauit pacē habētes. Tertia plaga est muscarū diuersi generis, de qua dicitur:

Marāb

† ad Phar one

– & de uis nus à ppō sal

☞ Ecce ego

Sed similis quæstio est. Vnde aquā in sanguinem verterint, sitā tota aqua Aegypti in sanguinē versa fuerat. Sed intelligendū est regionem, vbi filij Israēl habitabant talibus plagis non fuisse percussam, & inde potuerūt incantatores haurire aquam, quā in sanguinē verterent, vel ranas educere ad ostentationē magicæ potentiæ, quāquā

a ¶In fluxu. scorna mundi.

tuo, & tantùm in flùmine remaneant. Qui respondit. Cras. At ille: Iuxta uerbum tuum, inquit, faciam: ut scias †, quia non est sicut dominus deus noster: & recedēt ranæ à te & à domo tua, & à pueris tuis, & à populo tuo, & tantùm in flumine remanebunt. Egressiq; sunt Moyses & Aaron à Pharaone, & clamauit Moyses ad dominum †, p responsione

¶Pepigerat.

ranarum, quam condixerat Pharaoni. Fecitq; dominus iuxta uerbum Moysi, & mortuæ sunt ranę de domibus, & de uillis, & de agris. Congregaueruntq; eas

¶Delecta poetarum figmenta.

in immensos aggeres, & † computruit terra. Videns autē Pharaō, quòd data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut †præceperat dominus. Dixitq; dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron: Extende uirgam tuam, & percute pulueres terræ, & sint † ciniphes in uniuersa terra Ægypti. Fecerunt q; ita. Et extendit Aaron manum, uirgam tenens: percussitq; puluerem terræ, & facti sunt cinyphes in hominibus & iumentis. Omnis puluis terræ uersus est in ciniphes per totam terram Ægy

¶Dyaleticæ argutiæ, vel hæretici qui dyaleticis syllogismis indoctos decipiunt.

pti. Fecerunt q; similiter malefici incantationibus suis, ut educerent ciniphes, & non potuerunt. Erātq; ciniphes tam in hominibus q; in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus dei est hic. † Indurātumq; est

a ¶Operatio. ¶Spiritus qui dat diuisiones gratiarum. b¶Praua qualitate infectum. ¶Non emendatū ¶Quibus deficiant magi.

cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat dominus deo suo.

a ¶Videsne autem &c. Augu. Hic apparet nō ideo trīs Pharaonem obduratū, q; incātatores similia fecerunt, sed etiā propter ipsam dei patiētiā qua parcebat, quę secundū corda hominū quibusdam utilis est ad pœnitēdū, quibusdā inutilis ad resistēdum deo, & in malo p̄seuerandum, nō trī per seipsam inutilis est, sed secm cor malū, secm illud Ro. ix. a. Ignoras q; patientia dei ad pœnitentiā te adducit: Secm aūt duritiam cordis tui & cor impœnitēs thesaurizas tibi iram &c. Nam cū apostolus diceret. ix. Corin. ix. d. Christi

† propter ranas quas posuerat

bonus odor sumus in omni loco, adiunxit in his q̄ salui fiunt, & in his qui pereūt. Nō dixit Christi bonū odorē se esse his qui salui fiūt, malum aūt his q̄ pereūt, sed trī bonum odorē se dixit. Illi verò tales sunt, qui bono odore pereunt secm cordis sui qualitatē, q̄ mutāda est bona voluntate in dei gratia, vt incipiāt ei, p̄desse iudicia dei, quę malis cordibus nocent. Vnde ille mutato corde in melꝰ cantabat: Psal. cxviij. y. Viuet anima mea & laudabit ad. me. non dixit munera vel præmia, sed iustitia tua.

Mystice

b ¶Extende virgā &c. Moyses virga castigās Aegyptū, legē significat, q̄ mundū decē plagis mādatorū corripit. Virga q̄q; per quā Aegyptꝰ corrigit, & Pharao superatur, crux Christi est, per quā mūdus vincitur: & diabolus superaſ vt triumphaſ. Virga p̄cepta fit serpēs, qui sapientiā significat secundū illud Matth. x. b. Estote prudentes sicut serpentes &c. Virga serpētes magorū deuorauit, & crux Christi, cuius prędicatio videt stultitia, oēm sapientiā mūdi superat.

† locutus fuerat

Vnde, de me em̄ ille scripsit: Virga in terrā p̄cepta versa est in serpentē, quia cū mysterium crucis ad fidem hoīm venit, sapiētiā mundi stultā fecit.

Iohā.

c ¶Et sint cini. &c. Orige. Hoc animal pennis suspendit per æra volatūs, sed ita subtile & minutum, vt oculi visum nisi acutè cernētis effugiat. Corpꝰ tamē cū insederit, acerbissimo terebrat stimulo, vt quē volantē videre q̄s nō valeat, sentiat stimulantē. Hoc ergo animal arti Dilectię cōparat, q̄ minutis & subtilibꝰ verborū stimulis alias terebrat, & tanta calliditate circūuenit, vt deceptꝰ nec videat

Moraliſ

nec intelligat, vñ decipiatur. ¶Raba. Tertium p̄ceptū. Memēto diē sabbati sanctificare. Quo insinuaſ vacatio & tranquillitas mentis, quam bona cōscientia facit. Ibi sanctificatio, q̄a ibi spūs dei. Vñ super quē requieſcet spiritus meus nisi su. hu. & quie. &c. Inquieti ergo à spiritu sancto resiliunt, prouocatores rixarum, amatores calumniarum, nec admittunt quietem sabbati spiritualis. Esto ergo mansuetus, non sit tumultus in corde tuo volitantibꝰ per corruptionē fantasmatibꝰ & pūgēntibꝰ te. Audi deū dicētē Psal. xlv. b. Vacate, & videte quoniam ego sum deus. Tu per inquietudinem vacare non vis, & cæcatus exigis videre, qđ non potes. Attende enim contrariam plagam ciniphes: nati sunt in terra Aegypti de limo muscæ scilicet minutissimæ, inquietissimæ, inordinatæ volantes, in oculos ruentes, & negantes hominibus requiem, dum abiguntur redeunt, sic fantasmata inquietorum. Præceptum tene, plagam caue. d ¶Erantq; ciniphes. Sanguis est doctrina philosophorum. Ranæ figmenta poetarum. Ciniphes sophismata Dialecticorum, quæ omnia mundum deceperūt. ¶Digitus dei & cætera. Isido. In tertio signo magi deficiunt dicentes digitus

Quæstio

Quæstio

† quoniā

† à seruis

Quæstio

† in aceruos, per aceruos, siue aceruatim

† fœtuit

D

† pediculi

† hoc

† j. 9. c.

dei esse hic. Sed quia dicti magi non cessauerunt propter hoc resistere Moysi & altare Pharaoni, vt habetur sequenti cap. ideo posset aliter exponi sine præiudicio tamen, q̄ non contenti cap. ideo posset aliter exponi sine præiudicio tamen, q̄ non contenti sunt virtutem

biliter dictum. quod enim habet potestatem super maius, habet potestatem super minus, sed nō econuerso: & ideo causa huius est, quia dæmones nihil possunt, nisi quantùm permittit voluntas diuina. in hoc autem à deo fuerūt impediti, vt magi qui Moysi resistebant, essent magis confusi in hoc, quòd rem minimam facere non potuerunt: vnde & dixerunt. I ¶Digitus dei est hic. Id est virtus diuina nos impediens: vnde coacti sunt recognoscere diuinam virtutem, & hæc expositio est communis apud catholicos & Hebræos. Sed quia dicti magi non cessauerunt propter hoc resistere Moysi & altare Pharaoni, vt habetur sequenti cap. ideo posset aliter exponi sine præiudicio tamen, q̄ non contenti sunt virtutem

centes: digit⁹ dei est: q typum hęreticorum & aĩositatem habuerũt.
E vnde, Sicut Jannes et mambres restiterũt Moysi: ita & hi resistũt veritati, homines mente corrupti: reprobi circa fidẽ &c. Hi aũt qui per
2. Tim. 3. b. mentis corruptionem inquieti fuerũt in tertio signo defecerunt, fatentes sibi aduersum spiritum sanctũ, qui erat in Moyse. Tertio enim ponitur loco spiritus, qui est digitus dei qui sicut placatus requiem præstat mitibus & humilibus corde, ita iratus immites & superbos per inquietudinem exagitat, quam muscæ grauissimæ significauerunt, sub quibus magi defecerunt, dicentes: Digitus dei est hic, ne intelligant. Vñ decipiantur. ¶ Strab. Notandum, quia tertio signo victi sunt magi, quia omnis perfidia & mundana sapientia vel philosophia fide trinitatis vincitur. Cùm enim philosophiam inuenerint & de machina totius mundi disputauerint, ad cognitionem trinitatis peruenire nequiuerunt, per digitum spiritus sanctus intelligitur, non q̃ minor sit patre & filio, sed quia in digito plurimę diuisiones sunt, & per spiritũ sanctũ datur diuisio gratiarum. Augustꝰ. Quod dixerunt magi ad Pharaonem: Digitus dei est hic.
Historice
Quia non potuerunt educere Ciniphes sen
Luc. 11. c. serunt (cùm artium nepharíarum scirent potentiam) non talibus artibus tanquam potentiõr esset in eis Moyses se fuisse frustrato, sed digito dei, qui operabatur per Moysen, qui est spiritus sanctus. Quòd ẽm alius euangelista ait: In digito dei alius ex
† Et separabo posuit dicens, in spiritu dei. Cùm ergo magi faterentur (in quorum potentiã Pharao confidebat) digitũ dei esse in Moyse, in quo superantur eorum venefitia, induratum est tamen cor Pharaonis. Cur autem in tertia plaga magi defecerunt, sentire & explicare difficile est. Poterant enim in primo
F signo deficere, vbi virga versa est in serpẽtem, & in prima plaga vbi aqua versa in
Quęstio. sanguinem, & in secunda de ranis, si hoc voluisset digitus, id est spiritus dei. Quis enim dixerit digito dei in hoc signo potuisse magos impediri, & non in superioribus? Certa est ergo causa, quare hucusq; facere permissi sunt. Commẽdatur enim fortasse trinitas, & quod verum est, summi philoso-
Sap. 16. b. phi gentium quantùm in eorum literis indagatur, sine spiritu sancto philosophati sunt, quamuis de patre & filio non tacuerunt. a ¶ Hæc dicit do &c. Raba. Quartum præceptum: Honora patrem tuum & matrem tuam. Huic contraria est quarta plaga scilicet cynomia id est canina musca, canimum est parentes non agnoscere. Vnde catuli eorum cæci nascuntur. b ¶ Omne genus.
Musca Mistice Isido. Quarto loco Aegyptus muscis percutitur. Musca autem insolens & inquietum animal est in qua insolentes curę carnalium desideriorum figurantur. Aegyptus verò muscis percutitur, quia corda eorum, qui seculum diligunt, desideriorum inquietudinibus feriuntur. Lxx. cynomiam id est muscam caninam posuerunt. Per quam canini mores significantur, in quibus humanæ mentis voluptas & libido carnis arguitur. Potest etiam forensis eloquentia hominum significari per muscam caninam, qui velut canes alterutrũ se lacerent. ¶ Orige. Cynomia hæreticorũ secta, q ad reliquias deceptiõis improbitates voluptatem & libidinẽ summum p̃dicant bonum. Qm igitur p hęc singula prius deceptꝰ est mũdus, merito aduenies sermo & lex dei hmõi correptionibꝰ arguit, vt ex qualitate pœnarũ qualitates ꝓprij cognoscant erroris. c ¶ Faciamq; mirabilẽ &c. Aug. Hoc in prioribus signis intelligendũ est factũ esse, vt terra in qua habitabat populus dei nullis talibus plagis vexaretur. Oportunum autem fuit, vbi hoc apertè poneretur. Vnde iam incipiunt signa, quibus magi similia non conati sunt facere. Pro certo est enim, quia vbiq; fuerant ciniphes in regno Paraonis, non autem fuerant in terra Gesen vel Gesen: Ibi conati sunt magi similia facere nec potuerunt, quouscq; ergo deficerent, nihil de illius terræ separatione dictum est. Sed ex quo cœperunt ea fieri, quæ illi nec auderent conari. d ¶ Et venit musca grauissima &c. Aug. Musca pro multitudine muscarum posita. Nescio eñ quõ per loquendi cõsuetudinẽ imbutis sensibꝰ hoim sępe plus videtur qđ singulariter quod singulariꝰ cę quod pluraliꝰ, dicitur (verbi gr̃a) Est illic miles G
cę sunt milites illic, est illic piscis plus significat quã sunt illic pisces.
Nicolaus de Lyra. ☞ Abominationes,

✠ festi sunt virtutẽ diuinã dicentes: Digitus dei est hic, sed virtutem alicuius dæmonis superioris impedientis per artem magicam operationem inferioris, sicut Pharisęi imponebant Christo expulsionem dæmonum per principem eorum dicentes: In Beelzebub principe dęmoniorum ejcit dæmonia. Luce. xi. c. & sic non confitebantur Moysen dei seruum, sed magũ. Et sedm ꝓcessum textus videtur ad hoc tendere intentio ipsorum & Pharaõis, q̃ crederetur Moyses facere signa artibus magicis quæ faciebat. a ¶ Dixit quoq; dominꝰ &c. Hîc ponitur quarta plaga, cuius p̃mittitur comminatio, & subditur infictio, ibi: Et venit musca. Circa primum dicitur Moysi. b ¶ Consurge diluculo. In quo notatur q̃ homo debet esse sollicitus de implendo mandatum dei. † ferax
c ¶ Et sta coram &c. Constanter & intrepidè. d ¶ Egredietur enim &c. Et sic de facili poteris ad eam accedere. Quæritur hîc, quare ita frequenter Pharao egrediebatur ad aquas hora matutina? dicunt aliqui q̃ erat causa spatiandi. Hebrei autem dicunt, quòd erat causa idolatrãdi: quia Nilus fluuius fœcundabat suã irrigatione terram Aegyptiꝰ ideo ipsum colebat et reuerentiam exhibendo. Alij autem dicũt, quòd hoc erat causa idolatrię, sed aliter. s. Apim q̃ Apis quod apud Aegyptios maximum numen reputabatur, aliquando ibi apparebat in specie tauri de flumine consurgentis. Aliter autem potest dici, quòd erat causa purgationis. credebat enim fortè quòd sic aqua purgat fœces corporales, ita & mentales. Vnde & de filia Pharaonis dictum fuit, ij. cap. quòd descendebat vt lauaretur in flumine: cuius causa potuit esse eadem. Ad hoc autem est argumentum, quia Sarraceni, qui modò terram Aegypti inhabitant, talibus ablutionibus vtuntur ad emundationẽ peccatorum: & fortè tenẽt hoc ex ritu antiquo Aegyptiorũ, sicut & aliqui Christiani inclinant in ortu solis se versus illam partem, retinentes in hoc modum paganorum, qui
eos in eadem terra præcesserunt, secundum quod dicit Leo papa. e ¶ Ecce ego immitam &c. Principaliter qui rebellas mihi. f Et in ser. &c. Qui assistunt tibi. g ¶ Et in &c. Tũ quia tibi assentiũt, tum q̃ propter peccatum principis bene punitur populus. h ¶ Omne genus musca. &c. Quarum aliqui habebant aculeos venenosos. In Hebræo habetur: Commistionem. Et dicunt Hebræi & Iosephus, quòd per istam commistionem non intelligitur multitudo muscarum, sed multitudo animalium diuersorum generum, quæ erant terribilia aspectu & nociua morsu, ita quòd homines & animalia domestica interficiebant, & secundum hoc ista plaga fuit ex elemento terræ, quia talia animalia de cauernis terræ exibant, sedm aũt primã expositionẽ fuit ex elemento aeris ex cuiꝰ corruptiõe generanẽ muscę diuersi generis & respõdet ista plaga ex multitudine diuersarũ muscarũ, vel diuersorũ aialiũ. Culpæ Aegyptiorũ, qua afflixerãt Hebręos in multis modis seruitiorũ vilium, q̃ nõ solũ afflixerũt eos in lateribus faciẽdis, sed etiã in immũditijs extra villas deportãdis, & in fossatis fiẽdis circa villas, ne fluuiꝰ inũdans subintraret, & vt essent fortiores cõtra aduersarios inuadẽtes. i ¶ Faciãtq; mi. &c. Quia Aegyptij habitãtes ibi cũ Hebræis fuerũt afflicti dicta plaga, non aũt Hebræi. ideo sequitur. k ¶ Ponãtq; di. &c. Dicũt Hebrei, q̃ nõ solũ determinauit ei diẽ sed etiã horã diei, ad oñdẽdũ certitudinẽ ꝑ hi dei. l ¶ Et ve. &c. Hîc ponit plagę iflictio eo mõ, sq̃ p̃dicta est. In Hebræo aũt habet, Et venit cõmistio grauissima, & exponit sicut priꝰ sedm Hebræos.
✠ Corruptaq; est
* e ¶ Ecce ego immit. in te & in ser. te &c. Per quas significanẽ cõuẽticula infidelium & hęreticorũ & sedm Hebręos inter istas muscas aliquę erãt venenosę, q̃ quas significanẽ hęresiarchę, q venenũ sui hęresis studeant effundere in simplices ignorantiæ tenebris inuolutos, propter quod per Aegyptios designantur.

☞ a ℂ Abominationes. peruersi abominantur bona: AEgyptij, id est ciues huius seculi abominantur oues, id est simplicitatē bonorum. Sicut enim boni abominantur mala, ita mali bona. Vnde abominantur boni virū impiū, & impij eos, qui in recta sunt via. Aug. Oues AEgyptij edere dedignantur, sed qđ abominant AEgyptij, hoc Israelitę deo offerunt: quia simplicitatem conscientię, quā iniusti velut infimam abiectamq; despiciunt, iusti in virtutis sacrificium vertunt: & excolentes recti puritatem ac mansuetudinem deo immolant, quam abominantes reprobi fatuitatem putant. ℂ Aug. In eremum dicebat Moyses se velle ire, vbi AEgyptij non viderent abominationes suas. Hoc autem intelligendum est mystice significari, quod de pastoribus diximus, qui erant AEgyptijs abominabiles: & ideo separatam terram Israelitæ receperunt in AEgypto. Sic enim sacrificia Israelitarum abominationes [1] sunt AEgyptijs, sicut iniquis vita iustorum.

A Historię

† est retinendum vt faciam⁹ sic

Historicē † abominationes AEgypti

ℂ Stra. AEgyptij abominantur oues, & eas adorant propter Iouem Hammonē, qui cum capite arietino pingitur. Idē: bouem colunt AEgyptij, qui consecratus est Api, sicut vacca Isidi. Apis enim erat maximum numen AEgyptiorum, qui semel in anno certo tempore apparebat sacerdotibus eorum. Illi verò cum hymnis & laudibus eum prosequentes, quasi lymphatici, prophetabant. ℂ Gregorius. AEgyptus muscis percutitur. Nihil laboriosius, quā terrenis desideriis æstuare. Nihil quietius, quàm in seculo nihil appetere. Ideo Israel custodiam sabbati accipit in munere.

Moralit̄ † à populo suo

† omne ferarum genus

AEgyptus percutitur muscarum multitudine. Qui enim deum sequitur, accipit sabbatum, id est requiem mentis, vt non fatigetur appetitu carnalis desiderij. AEgyptus verò, id est mundus muscis percutitur: id est desideriorum curis insolentibus, Eccl. xa. Vnde muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti, quia cogitationes superfluæ, quæ assiduè in animo carnalia cogitante nascuntur & deficiunt, suauitatem, qua quisque intus per spiritum vnctus est, perdunt, quia integritate eius frui non sinunt. Vnde cùm ejecta esset turba, intrauit & tenuit manū eius, & surrexit

B

Nazad.

puella. Foras ergo turba ejicitur, vt puella suscitetur, quia prius secreti cordis expellitur multitudo curarum, & sic anima quæ intrinsecus iacet mortua, surget. Dum enim se per innumeras quisq; desideriorum cogitationes spargit, ad cognitionem sui non colligit se, nullus enim sapientiam quæ deus est, plenè recipit. nisi qui ab omni se carnalium cogitationum fluctuatione retrahit. Vnde Eccl. xxxviij. cap. Sapientiam scribe in tempore otij, & qui minoratur actu, percipit eam. Et Psal. xlv. b. Vacate & videte, quoniā ego sum deꝰ.

C

b ℂ Et ingrauatum est &c. Augu. Cùm oblata esset locusta, dictum est de Pharaone. Alia litera: Ingrauauit Pharao cor suum etiam in hoc tempore, & noluit dimittere populum. Certè nunc non dictum est, ingrauatum est cor Pharaonis, sed ingrauauit Pharao cor suū. Sicut vtiq; in omnibus plagis à voluntate hominis est origo vitiorum. Mouētur ergo causis corda hominum, alia sic, alia verò sic, etiam nō diuersis causis, sæpe diuerso modo secundum proprias qualitas, quæ ex voluntatibus veniunt.

Nicolaus de Lyra.

☞ a ℂ Corruptaq; est terra &c. id est habitantes in ea. b ℂ Vocauitq; Pharao Moysen & Aaron. Hîc ponitur dictæ plagæ ablatio ad regis petitionē dicentis: c ℂ Ite, sacrificate deo vestro in terra. Sed Moyses ostendit hoc impossibile esse, dicens: d ℂ Abominationes enim AEgyptiorum immolabimus deo &c. Hebræi vocant abominationes illa quæ coluntur ab idolatris. AEgyptij autem colebant Apin in specie tauri, & Iouem in specie arietis, vnde et pingitur cum capite arietino. Talia verò animalia erant ab Hebræis immolanda, quod nō permisissent AEgyptij in terra sua: & iō

D

subditur: e ℂ Quòd si mactauerimꝰ ea q̄ eo. AEgyptij coram eis, lapidibꝰ nos obruent. f ℂ Viam trium die. Quod consensit Pharao, licet fictè. g ℂ Egressus à te orabo &c. Quia p̄sentibus idolatris nolebat orare. h ℂ Et recidit &c. Hebræus habet: Et recedet cōmissio, Cætera patent ex p̄dictis.

ADDITIO.

esse Moyses, esset illa superior causa. Itē non tandum, q̄ illud qđ dicit postillator, q̄ dicti magi non cessauerunt postea resistere Moysi, est minus verum. Nam vt patet ex decursu literæ, nunq̄ in aliqua septem plagarum sequentium fit mentio de magis, nisi tantùm in septima plaga. s. de vlceribus & vesicis: vbi dicitur: Nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera, quæ in eis erant. Vbi non dicitur, q̄ fuerūt malefici conati facere similia, sicut dicitur in tribus primis plagis: sed q̄ verecundia vel horrore non comparuerūt. Vnde dicendū, q̄ in tertia plaga fuerunt magi omnino victi à deo: quæ quidem plaga fuit facta per manum Aaron, qui erat minor in gradu, eò q̄ reputabat tanq̄ ppheta ipsius Moysi, put dictū fuit suprà. Aarō frater tuus erit propheta tuus: & in hoc magis ostendebatur diuina potentia, inq̄tum per minorem seruū vincebat maleficos. Item notandū, q̄ si considerent effectus harum plagarū in conuincendo AEgyptios, potest in eis talis ordo attendi. s. q̄ plagæ inflictæ per Aaron. s. tres primæ attingerent ad conuincendum magos, qui in tertia plaga dixerunt: Digitus dei est hic; non tamen attingunt ad mollificationem cordis Pharaōis in toto, nec in parte. Dicit enim ibi: Induratumq; est cor Pharaonis, & non audiuit eos. s. maleficos profitentes diuinam virtutem esse, vt dictum est. Sex verò plagæ subsequentes factæ per Moysen attigerunt ad hoc, vt deuincerent omnes seruos Pharaonis, qui in octaua plaga dixerunt ei: Vsquequo patiemur hoc scandalū? dimitte eos vt sacrificent deo suo, quorū cōsilio nō acquieuit Pharao, nisi in hoc tm̄, q̄ dimitteret viros remanentibus familia & pecoribus. In nona verò plaga per Moysen inflicta condescendit Pharao ad hoc, vt irent cum familia, non tamen cum armentis & ouibus. Decima verò plaga à deo inflicta. s. primogenitorum attingit ad vltimum effectum scilicet vt to-

Corruptaq; est terra ab huiusce[a] modi muscis. Vocauitq; Pharao[b] Moysen & Aaron: & ait eis: Ite,[c] sacrificate deo uestro in terra hac.

a ¶ AEgypto. s. nolebat eos ire quo dicebant, ne longe a se recederent.

¶ Terreni.

¶ Caninis moribus, importunis cogitationibus.

¶ AEgyptij enim oues dedignantur edere.

Et ait Moyses: Non † potest ita[a] fieri. Abominationes enim Æ-[d] gyptiorum immolabimus domino deo nostro. Quòd si ma-[e] ctauerimus † ea quæ colūt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum per-[f] gemus in solitudinem, & sacrificabim⁹ domino deo nostro, sicut præcepit nobis. Dixitq; Pharao: Ego dimittam uos, ut sacrificetis domino deo uestro ī deserto: ueruntamen longius ne abeatis: Rogate pro me. Et ait Moyses: Egressus [g] à te orabo dominum, & recedet † mūsca à Pharaōe, & à[h] seruis suis, & à populo eius cras. Veruntamen noli ultrà fallere: ut non dimittas populum sacrificare domino. Egressusq; Moyses à Pharaone, orauit dominū. Qui fecit iuxta uerbū illius, & abstulit muscas à Pharaone & à seruis, & à populo eius. Non super-[b] fuit ne una quidē. Et ingrauatū est cor Pharaonis, ita ut ne hac quidē uice dimitteret populum.

ADDITIO I.

Hebræi dicentes, q̄ dæmōes nō habent potestatē super aliqđ corpus, qđ est min⁹ grano hordei seu lenticulę, hoc intelligūt de corpore animalis, sicut ciniphes, de quibus hîc agitur. Quorum ratio est, quia cùm in corpore animalis requirunt multa organa corporaliter distincta ad diuersa & varia opera sensus & motus exercenda, vt patet per Galē. in libris de vsu partium. Idcirco secūdū hāc cōsiderationem maior potentia requirit actiua ad formādum vnū animal in quantitate modica seu minima, q̄ in aliqua quātitate ad hoc competenti, sicut maior potestas requiritur scriptoris in scribendo literam tam tenuē, vt cōtineat totū psalteriū in vno folio, q̄ ad scribendum eū in multis foliis ad hoc sufficientibus. Vnde ratio postillatoris dicentis contra eos, q̄ potentia actiua, quæ potest in maius, potest & in minus: non sufficeret, nisi coaddat, q̄ dæmones non producunt aliquam formam, nisi applicando actiua passiuis. Ex quo sequitur, q̄ cùm mouere possint magna actiua ad producē dum magna animalia, q̄ etiam possint mouere parua seu minima ad producendum minima: & sic ratio eorum non videtur habere fundamentum. Vlterius circa hoc qđ magi dixerunt: Digitus dei est hic. considerandum est, q̄ in hoc confessi sunt virtutē diuinam, prout doctores catholici exponunt: non tamen sic intelligendo, q̄ ipsi crederēt, vt Adonai, quem profitebatur Moyses, esset deꝰ. Nō enim dixerunt: Digitus domini est. s. sub nomine tetragrammatō, sed digitus dei: licet enim omnes crederent esse aliquam causam primam seu superiorē sup̄ omnes, & q̄ illa esset deꝰ, nō tamē ex hoc sequitur, q̄ ipsi credidissent, q̄ ille Adonai, cuius nuntium se dicebat esse Moyses

E taliter eos dimitteret,& etiam compelleret exire, vt infrà. Exo.xj.a. Adhuc vna plaga tangã Pharaonẽ & AEgyptũ,& post hoc dimitteret eos,& exire compellet,in qbus ordo diuinæ ꝓuidentiæ relucet, q per minores facit minora,& ꝑ maiores maiora, & ꝑ seipsum qđ vltimũ & perfectũ est:in cuius respectu prædẽtia licet disponãt,tñ quodãmõ quasi nihil reputãtur,iuxta illud.i.Cor.xiij.b. Nec q plantat nec qui rigat est aliqd,sed q incrementũ dat. Secundũ quã consideratiõnẽ plaga decima primogenitorũ AEgyptiorũ fuit à deo immediatè inflicta,put Hebræi tenẽt:qđ planè sonat litera ifrà.xxij.b.vbi dicit:Trãsibo ꝑ terrã AEgypti nocte illa,ꝓcutiãq; oẽ primo genitũ in terra AEgypti &c.licet tñ secũdũ doctores nr̃os hæc plaga ꝑ angelũ fuerit facta,qđ etiã in eo,ca.habet vbi dicit. Et nõ sinet ꝓcussorẽ ingredi domos vr̃as. Ex q̃ patet q̃ percussor immediatus nõ erat ipse deus,sed angelus deo subditꝰ,qđ põt etiã intelligi de malo angelo,qa secundũ gl.mali angeli tales pestes facere solẽt ꝑmissione dei. Vñ de hac materia dicit Psal.lxxvij.e. Misit in eis irã indignationis suæ &c.immissiones ꝑ angelos malos,nihilominꝰ tñ appropriatur hæc plaga decima immediatiꝰ deo q̃ alijs,quia in ea mediator erat intuisibilis,non aũt in aliis,vbi moyses & Aaron erant ministri,qua rõne hæc plaga appropriatur deo tanq̃ immediato actori:& etiam quia erat completiua intenti ſ.de liberatione populi.

¶In eo.ca.vijñ.vbi dicitur in postilla:Ad hoc autem est argumentum,quia Saraceni &c.

ADDITIO II.

Qđ Saraceni ablutiõibus vtant ex ritu antiquo AEgyptiorũ,nõ videt rõnabiliter dictũ:Tũ qa à tpe de quo hîc agit vsq; ad Mahometũ q secta Saracenorũ incepit,fluxerũt plus q̃ mille & septingẽti anni in qbus in AEgypto multa & varia dominia interuenerũt,sicut in alijs pubꝰ mũdi,vt puta Chaldæorũ,medorũ,Græcorũ,Romanorũ,et hmõi:in qbus verisimile est q̃ nõ seruabat hmõi ritus,sicut nec in alijs nationibus:Tũ quia Saraceni nõ solũ habitantes in terra AEgypti,sed etiam habitãtes circa mare meridianũ vsq; in ptes orientales mundi ablutionibꝰ hmõi vtuntur.fundamentum autem eorum in hmõi ablutionibꝰ licet falsum & erroneũ, aliud tamẽ est.

Saracenorũ ritus

¶Pro quo sciendum,q̃ ipsi ꝑcipiunt à suo pseudo ꝓpheta.ſ.Mahometo custodire legem.ſ.Mosaicã & euãgelicã,vt in suo alchorano expresse cõtinetur:ipsi verò simulãdo obseruationem Mosaicę legis,in qua ꝑcipit,vt qlibet masculus circũcidat:qđ quidem præceptum est initium totius obseruãtię legalis,circuncidit se,erroneè tamen,quia non in octaua die sicut Gen.xvij.b.& Leuit.xij.c.prę cipitur,sed post lapsum cuiuscũ ꝑ tpis indifferẽter.Simulando etiã obseruationem euangelij in quo primum sacramentum est baptismus,ipsi se baptizant seu abluunt,erroneè tamen in multis,specialiter in hoc,q̃ ille falsus baptismus iteratur apud eos & frequentatur multoties ad libitum:in qua iteratiõe sequũtur multos alios errores suos & specialiter dutos. Vnus est,quia non credũt mortem Christi. Nos autem credentes q̃ vna Christi mors vnum baptisma cõsecrauit,vt in glo.ad Hebr.vj.baptismum non iteramus:ipsi verò hanc mortem negãtes baptismum frequentant. Secundus error eorum circa hoc est,quia nõ credũt originale peccatũ esse,sed peccata actualia tantùm. Et qa ista.ſ.actual a pctã multoties iterantur, ideo ipsi suã baptismata seu ablutiones frequẽtant:nos verò credẽtes q̃ per vnius delictũ omnes homines dãnationẽ incurrerunt, vt patet ad Ro.v.d.cõtra qđ delictũ.ſ.originale principaliter fuit baptismus ordinatꝰ,tm̃ vnũ baptisma ꝓfitemur:& licet ista ad expositionẽ literæ nõ requirant,interponunt tñ hic ad instructionẽ tide liũ,qui q̃q; cũ Seracenis de ſitibꝰ disputãt seu rõcinant. vnde si eis imponeret q̃ hmõi ablutiões haberent ex ritu Pharaonis & aliorũ AEgyptiorum tantę antiquitatis,verteretur eis in derisum.

REPLICA correctorij cõtra Burgẽ.In cap. vijꝰ. postillator reꝑhẽdit Iudæos asserẽtes, q̃ dæmones nõ habẽt potestatẽ sup aliqđ corpꝰ minꝰ grauio mulij, arguens:Quicqd põt in maꝰ,põt in minꝰ &c.Burgẽ.dicit illã rõnem nõ sufficere,nisi supposito q̃ dæmones nõ ꝓducant aliquam formam,sed solùm applicent actiua passiuis. Sed videtur Burgen. hîc peccare in logica,philosophia,& theologia.In logica nanq̃ argumentum per locum à maiori constructiue valet,ꝑsertim in materia motiua vel translatiua,de qua logici exemplificant,q̃ potens portare mille libras,põt etiam portare decẽ:& ita potens applicare ad magnũ effectũ corpora,põt etiã ad minorẽ effectũ. Item secundum philosophos dato addito Burgẽ.rõ nõ valeret. Põt enim qs ꝓducere formã maiorẽ,qui nõ minorem: Põt enim hõ generare hoiem magnum,sed nõ põt generare muscã paruã: & ideo stante addito Burgẽ.videlicet q̃ dæmones nõ ꝓducerent formas sicut non faciunt,tunc non valet rõ,quam cũ suo medio putat valere. Nõ enim sequitur:dæmones nõ ꝓducentes formas, faciũt effectus maiores,igitur minores. Patet instãtia de hoie in argumento logico suprà. Quinimo supposito & cõcesso q̃ dæmones nõ ꝓducãt formas nouas,sed solùm applicent actiua passiuis, adhuc argumentum est formale:Dæmones possunt in maius,igitur in minꝰ q̃tum ad propositũ:qa secũdũ sanctũ Tho.nõ possunt nisi ꝓmittant.Permittere igit deus poterit,q̃ facient maius nõ potẽdo minꝰ & econuerso. Vñ patet,q̃ theologicè cõcedendũ est,si deus permiserit q̃ dæmones siue ꝓducant siue non,adhuc possunt in minꝰ & non in maius,& econuerso. Argumentũ aũt postillatoris tenet ꝑ locũ à maiori constructiue, quo ad motum exteriorẽ & potentiã motiuam de cõmuni lege, videlicet si Dæmones possunt mouere & applicare actiua passiuis ad generationẽ vel ꝓductionem maioris:sequitur & minoris,nec requirit ad valorẽm cõsequẽtiæ,an producant formas vel non,vt patet ex dictis. ¶Itẽ in eod.cap.hoc dicit postillator,q̃ magi post tertiam plagam non ꝓcessauerũt resistere Moysi.Burgẽ.dicit esse minus verũ,sed ad hoc non adducit rationem nisi ab autoritate negatiuè,qđ nõ valet:sed postillatoris est bona ratio fundata in litera.In sequenti enim ca.dicit de magis,q̃ in septima plaga vulnerũ & vesicarũ turgentium non poterant stare corã Moyse.Ex qua litera patet q̃ vsq; ad illud tẽpus steterunt corã Moyse non ad iuuãdũ,sed ad resistendũ:qa alꝰ iniuste fuissẽt puniti illa septima plaga: q̃uis enim post tertiã plagã propter confusionem,qa nõ poterant facere sibi de cætero nõ attentauerunt resistere Moysi ꝑ facere aliqd sibi,q̃n astiterũt Pharaoni prauis consilijs propter q̃ puniti sunt.Si enim in tertia plaga cõfessi fuissent dei Israẽl diuinitatem,vt dicit Burgẽ.destituissent vtiq; à malo, & regi bonum persuasissent:& sic septima plaga puniti nõ fuissent Exemplũ huius habetur in eo.cap.ix.ſ. de plaga grandinis, quã euaserunt hi serui Pharaonis qui timuerunt verbũ dñi,& fecerũt cõfugere seruos suos & iumenta in domos. Qui aũt verbum dñi neglexerunt, plaga grãdinis interierunt:ita deus ꝓnior ad miserandũ q̃ ad pdẽdum maleficis in septima plaga pepercisset,si in tertia confessi diuinitatem dei Israel vel ab iniquis resistentijs abstinuissent. Falsum igit est q̃ Burg.dicit:in trib⁹ primis plagis magos cõuictos ad cõfitendum deitatem. Nam primo in septima sunt conuicti, q̃ præ vulneribus corã Moyse stare non poruerũt. Itẽ idem Burgẽ pro cõfirmatione dictarũ suarũ ineptiarũ ponit cõgationes plagarum factarũ per Aarõ & Moysen,& deũ immediatè dicẽs in eis reluce. H re ordinẽ diuinæ ꝓuidentię,cũ ꝑ minores facit minora,& ꝑ maiores maiora, & maxima per seipsum:q̃ dicit in decima plaga consiſtere. Sed hic ordo Burgẽ.multipliciter deficit Primò quia dicit decimam plagam factam à deo sine aliquo medio:Cuius oppositum patet ex litera,dicente eam factã à percussore. Dicitur enim j.xij.d.de domino:Et nõ sinet ꝓcussorẽ ingredi domos vestras et ledere. Vñ patet q̃ illa decima plaga sit facta à deo mediante percussore,sicut aliæ mediante Moyse & Aaron. Et hęc est sentẽtia sanctorũ doctorũ & cõiter catholicorũ,sicut prius idẽ Burgẽ.dicit. Secundò deficit, quia distinguit primas plagas factas ab Aaron tanq̃ minores,& sequentes factas à Moyse tanq̃ maiores. & decimam tanq̃ maximam factã immediate à deo. Secundũ hęc dicta,q̃rta nõ distingueret à decima:qa nõ legit in ea Aaron vel Moysen aliquid fecisse,sed dicitur in hoc.viij.c.dñs fecit. Et venit musca grauissima:nec videtur catholicè dictũ deum imediatè talia signa non fecisse effectiuè q̃ per moysen & Aaron & angelos tanq̃ per instrumenta fecit. Nã instrumenta creata ad tales effectus supnaturales se non extendunt effectiuè,quia nõ oriuntur ex potẽtia naturali,sed obediẽtiali,qua q̃libet põt fieri ex quolibet,q̃ solũ dñs respicit ꝓ immediatè efficiente. Sententia enim est beati Augu.ix.sup Gen.&.in.de tri.ca.vij. Nã & si sancti sicut moyses & alij dicant signa facere,hoc catholicè intelligendum est,q̃ de⁹ ꝑ eos q̃ per seipsum. Tertiò deficit,quia si minora ꝑ minores &c. sequit dæMones tanq̃ maiores debent moysi & Aaron ꝓferri. Nã decimã plagam, quam reputat Burgẽ.maximam fecit deus ministerio dæmonum,vt etiam Burgẽ.ponit autoritate sanctorum doctorum:et tales etiam plagę in scriptura dicuntur immissiones per angelos malos: Cùm igitur illa maxima sit ꝓeos facta nõ per moysen nec Aaron,sequitur eos esse potiores moyse & Aaron,non solũ natura qđ verũ est,sed & potẽtia et autoritate qđ falsum est. Et si verũ est,pestes et mala pœnę inflgi ministerio malorum angelorũ, ꝓbabile est dicere, q̃ omnes plagas AEgyptiacas deꝰ fecerit ministerio eorũ, q̃uis ad nutũ & ad exteriorem delignationem moysi & Aaron eleuatio & ꝓiectio virgæ facta esse dicant. Non enim virga nec eius eleuatio se extenderent ad eruptionem ranarum, muscarum & cæterorum tam subitò, nisi ministerio angelorum doctorum per deum deputatorũ ad delignationem & prænuntiationem moysi & Aaron cõcurrente. Frustra igitur Burgẽ.hîc se fatigauit. ¶In hoc autem,in quo Burgensis postillatorem notat vltimò.ſ.an ablutionem Pharaonis imitentur adhuc Saraceni,vel an habeant eam à mahometo,non est magni ponderis,nec ad literam exponẽdam,vel ad conferendum cum Saracenis,multùm importat.

CAp. IX.

DIxit autem dominus ad Moy. &c. Origē. Quinto loco animalium nece vel pecudum AEgypt⁹ verberatur. In quo væcordia vel stultitia mortaliū arguitur, q̄ tanq̄ irrationabilia pecora cultū & vocabulū dei imposuerūt figuris, nō solū hoīm sed pecudū, ligno & lapidib⁹ impressis: Hammonē iouē in ariete venerantes: Anubim in cane, Apim in tauro &c. portēta deorū, q̄ AEgyptus imitatur, vt q̄bus cultū crederēt esse diuinū, in his viderēt miserādū supplicū. ¶ Rab. Quintū p̄ceptū est: Non mœchaberis: Quinta plaga mors in pecoribus.

Non mœchaberis Moralit̄ Cōparem⁹ hęc. Da hoīm mœchari volentē, cōiugio nō cōtentum. Appetitū carnis deuitare nō vult nobis pecoribus q̄ cōmunē. Coire em̄ & generare, etiā pecudū est. Ratiocinari & intelligere hominū est. Ratio ergo q̄ p̄sidet, mot⁹ inferiores tāq̄ regina, frænare debet, nō imoderatē laxare. Ideo pecorib⁹ i natura datū est, vt certis tēporib⁹ tm̄ ad coitū moueant, interim nāq̄ motus ipse torpescit. Homo autē semper moueri potest, q̄a refrēnare motū potest. Tibi dominationem rōnis creator dedit, tibi p̄cepta cōtinentiæ tanq̄ i bestias inferiores lora cōcessit. Tenes quod pecus non potest, & speras, quod non potest. Laboras in cōtinendo, nō pecus. Gaudebis in æternitate, non pecus. Si opus fatigat, merces consolat. Debes interiorem motū frænare, non tanq̄ pecus in omnia laxare.

† pecudes rus, q̄ sunt in agro

Quòd si cōtēpseris, & imaginem dei q̄ in te est, posthabueris, victus cupiditate tanq̄ dimisso homine, pecus eris. Cōtra illud: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus nō est intellectus. Sed fortè eligis libera libidine vagari: nulla lege refrænari. Attende plagam, si pecus es: saltem mori time. b ¶ In

Psal. xxxi.

† conceptū B

grauatumq̄ est &c. Augu. Si pecora Israēlitarum morerentur, videretur causa cōpetens, q̄re cor ei⁹ grauaret ad † p̄ceptum deitanq̄ si magi eius, pecora Israelitarum occidissent, sed vñ debuit ad timendū vel credēdū moueri: ingrauatū est, † et illa ip̄a gra uatio etiā hucusq̄ progressa est. c ¶ Tol lite plenas &c. Augu. Alia litera: Sumite plenas manus vobis fauillæ de fornace, & aspergat Moyses &c. Superiora signa virga fiebant, quam non Moyses, sed Aaron extendebat sup aquā, vel ad terrā pcutiebat. Nūc verò interpositis duob⁹ signis de cynomia scilicet, et mortibus pecorum, vbi nec Aaron nec Moyses aliquid manu operant, dicit vt Moyses fauillā spargat in cælum, ambo iubent sumere, sed ille spargere nō est in terrā, sed in cælum tanq̄ Aaron qui dat⁹ erat ad populū terram pcutere deberet, vel in aquam vel in terrā manū extendere. Moyses verò qui erat in his, quæ ad dominum iubent, fauillam iubetur spargere. Quid duo illa superiora signa, vbi nec Moyses nec Aaron aliquid manu operantur, quid sibi vult ipsa diuersitas? ¶ Rab. Sextum p̄ceptum: Non occides. Sexta plaga pustulę in corpe, vesicæ bullientes & scatētes, incēdia vulnerū, & fauillę fornacis. Ardent em̄ homicidæ ira, insania. Si posses videre animas homicidarū, pl⁹ plāgeres eas, quàm putrescēta corpa vlceratorum. d ¶ Origen. Vulnera & vesicę cum ferbura in sexto verbere, p̄ducuni. In

† id est Historicè

† fauillæ fornacis

Non occides

Nico. de Lyra. ☞ vlceribus

CAP. IX.

† vlcera

DIxit autē dñs &c. Hīc cōsequēter describit q̄nta plaga: Cuius primo p̄mittit cōminatio. Et secundò subdit̄ inflictio, ibi: Fecit ergo dominus. Circa primū dicitur: b Hæc dicit dominus &c. Licet enim sit deus & dñs oīm, dicit tamen hīc de⁹ & dñs Hebræorum dñs Hebræorū in speciali, p̄ verā fidē & specialē cultū, & vt videret Pharao, quantū dñs diligebat p̄plm illū. Subditur: c ¶ Ecce manus mea. Non dicit, manus Moysi, q̄a ista plaga sicut & p̄cedens facta est à deo absq̄ ministerio Moysi & Aaron. In tribus autē primis dicit Aaron extendisse manū. d ¶ Sup agros &c. Pestis valde grauis. Ex quo patet, q̄ illa pestis fuit solū super animalia q̄ erant in cāpis. Qualiter autem fuerit illa pestis in textu nō exprimit, nec Iosephus de hac peste loquit. Et ideo dicit Andreas, q̄ fuit ex voluntate diuina, nōn per corruptionē aēris. Alij autem dicunt, q̄ fuit ex corruptione aēris diuinitus causata cadente super pascua. Et ideo aialia pascentia corrupta sunt, & secundū hoc dicit pestis illa à pastu. e ¶ Et faciet dñs &c. Quòd in eisdē cāpis aialia AEgyptiorum sūt mortua, & aialia filiorum Israēl saluata. f ¶ Cras faciet dñs. Dicunt Hebræi, q̄ Moyses fecit lineā in pariete, dicens: Crastina die cū sol attinget lineā istā, fiet plaga ista. Et hoc est factū ad ostendēdū certitudinē diuinę p̄uidētię. g ¶ Fecit ergo dñs. Hīc cōsequēter describit p̄dict̄ę pœnę inflictio, eo modo quo p̄dicta est. h ¶ Et misit Pharao. Quęrit: Quare nō misit ad videndū de alijs p̄dictis plagis, sicut de ista? Quæstio Dicendū q̄ nō poterat, q̄a in plaga præcedenti immediatè nūtij nō poterāt ire propter muscas quæ erant in itinere, vel propter animalia, quæ erant horribilia secundū aliā opinionē. similiter dicendū de cinniphibus & ranis. Et correspōdet plaga ista culpę AEgyptiorū qua afflixerūt Hebræos, nō solū in p̄prijs corpibus, sed etiā in eorū aialib⁹, supponendo eis onera grauia portanda. i ¶ Et dixit dñs. Hīc describitur sexta plaga q̄ fuit cōmunis hoībus & iumentis, cùm dicit: k ¶ Tollite plenas

† seruiat

† diuidet dominus

† pecudes.

D

manus cineris de camino. Ex quo patet q̄ ista plaga facta est ex elemento ignis, quia cineres illi accepti sunt de camino ardenti, vt magis sonat in Hebræo, & correspondet plaga ista culpę AEgyptiorū, qua afflixerant Hebræos in decoctione laterum in igne fornacis. l ¶ Et spargat illum scilicet cinerē ardentē. m ¶ Moyses. Et nō Aaron, quia ista sparsio cineris facta est versus cælum. Aaron em̄ erat ordinat⁹ in his quæ pertinebant ad populum. Moyses autē in his quæ prtinebant ad deū. & ideo manu propria iussus est spargere cinerem, q̄ spargendus erat v̄ sus cælū. n ¶ Erunt em̄ in hoībus & iumentis &c. Primò em̄ fuerunt in eis vesicæ turgentes, id est ex lefactionē pungentem cōtinentes, & posteā ruptæ sunt vesicæ. fuerunt in eis vulnera. o ¶ Nec poterant malefici &c. Ex q̄ patet, q̄ ex p̄cedentib⁹ signis nō desiterunt Moysi resistere, ppter quod ista plaga fortius in eis

† pecora

Moraliter. a ¶ Dixit autē dñs ad Moyscn. In hoc caplo agit̄ de trib⁹ plagis AEgypti. Prima est pestis, de qua dicit: c ¶ Ecce manus mea erit sup agros tuos &c. Per hæc animalia bruta intelligunt homines voluptuosę viuentes vita bestiali. Vnde. i. Ethi. vita voluptuosa dicitur vita pecudum. Super istos autē venit pestis valde grauis, q̄a primò venit sup eos mors culpæ, & postea mors gehēnę. Secūda plaga est vesicarū, de q̄ dicit: n ¶ Erūt enim &c. AEgyptus interp̄tatur tenebra, ppter q̄d hoies AEgypti dicuntur, qui suū studiū applicāt ad exercēdū p̄ta q̄ sunt tenebrarū. Esa. xxix. c. Veq̄ p̄fundi estis corde, vt absc̄ōdatis à dño cōsiliū. q̄rū sunt ite nebris opa: et dicūt: q̄s videt nos? Iumēta v̄ò dicūt q̄ talib⁹ opib⁹ p̄stāt auxiliū, cōsiliū, et fauorē. Dicūt ei iumēta q̄li tutamēta, et sup istos etiā cū alijs venient vesicę turgētes. i. pūgētes, p̄ q̄s itelligit vermis cōsciētię.

Moralit̄

† vlcera

† vlcera

x ij * quæ ppetuò

vlceribus dolosa prurulẽta; malitia arguit in vesicis tumens & inflata superbia. In ferburis iræ & furoris insania. a ¶Induravitq; dñs cor &c. Origen. Nota qa in sexta plaga non dicitur, Induratũ est cor Pharaonis, sed aliquid terribilius additur. Scriptum est enim: Quia indurauit dominus cor Pharaonis &c. Rursus in septima cũm grãdo & ignis AEgyptum vastat, induratur quidẽ cor Pharaonis, sed non à dño. In octaua verò vbi locusta, pducitur, dicitur dñs indurare cor Pharaonis. Et in nona cũ tenebræ palpabiles fiunt, tandẽ verò cum extinctis primogenitis, Israelitæ discessissent: Ita dicitur: Et indurauit domin⁹ cor Pharaonis regis AEgypti & seruorum eius, & insecutus est eos. Sed & cũ Moyses de terra Madian ad AEgyptum mittitur & præcipitur ei facere prodigia. Additur, Facies ea in conspectu Pharaonis: Ego autem indurabo cor Pharaonis &c. Hinc primum dictũ est à domino: Ego indurabo cor Pharaonis &c. Secundò quoq; enumeratis principib⁹ Israel dicitur: Ego indurabo cor Pharaonis &c. Non frustra facta est ista varietas, vt nunc dicatur dominus indurasse cor Pharaonis, nũc sponte esse induratum. Video Paulum tanq; intelligentem, quid differat, induratum esse cor Pharaonis, & indurasse dominum cor Pharaonis, dicere Ro. ix. a. An diuitias bonitatis eius, & patiẽtiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit &c. Hîc sine dubio eum qui spõte induratus est, culpat. Alibi verò velut q̃ stionẽ supp hoc proponens dicit: Ergo † cui⁹ vult, miserẽ, & quẽ vult, indurat &c. Addit etiam his: O homo tu quis es q respondeas deo. Ro. ix. d. Per qd̃ de eo qui à domino dicitur induratus, non tam quæstionis solutione, quàm apostolica autoritate respondit pro incapacitate auditorum, sicut alibi ait. ij. Cor. xij. a. & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Vnde in sequentibus eum qui non tam studiorũ merito, quã sciendi cupiditate, secretiorib⁹ se quæstionibus † curiosius immergit, deterret dicens Ro. ix. d. O homo tu quis es qui respõdeas deo. ¶Rab. Septimũ p̃ceptũ: Non furaberis Deut. v. d. Septima plaga, grando in fructibus. Nemo em̃ habet iustum lucrum sine iusto damno, dum furaris, acquiris vestem, amittis fidẽ, lucrum visibile, damnum inuisibile. Lucrum de tua cæcitate, damnũ de domini nube. Qui em̃ malo desiderio forinsecus furantur, dei iudicio intrinsecus grandinant̃, & ager cordis eorum deuastatur. b ¶Idcirco autem po. &c. Augu. Hęc verba apostolus posuit, vbi & hæc ait: Si autẽ volens deus ostẽdere iram, & demonstrare potentiam suã, sustinuit in multa patientia vasa ire, parcendo scilicet his, quos malos futuros esse præsciebat, quæ vasa dicit perfecta in perditionem, & vt (inquit) notas faceret diuitias gloriæ suę, in vasa misericordiæ, † quæ dicit. Psal. lvij. b. Deus meus misericordia eius p̃ueniet me. Nouit ergo deus bene vti malis, nõ tñ humanã naturam ad malitiam creat, sed pfert eos patienter quousq; scit oportere nõ inaniter, sed ad admonitionẽ vel exercitationem bonorum. Ecce em̃ vt annuntietur nomẽ domini in vniuersa terra, valis misericordiæ prodest, ad eorum vtilitatẽ ergo Pharao est seruat⁹. c ¶En pluam cras &c. Origen. Hucusq; per errorum suorum figuras mundo supplicia temperantur: post hæc venunt verbera de † superius pernis. d ¶Mitte ergo iam nunc &c. Augu. Hoc non tam indignanter quàm misericorditer præmonere videtur deus: qui etiam irascens temperat pœnam. Sed mouet, quibus nũc pecorib⁹ consulatur, si omnia mortua fuerant superiori plaga: Vbi scriptum est, q discreuit deus inter pecora Hebræorum & AEgyptiorũ, vt omnia scilicet morerentur pecora AEgyptiorum, nullũ verò Hebręorum. An eo solultur quæstio, q prædixerat moritura quę in campo fuissent, vt hæc accipiantur omnia. Intelligantur aũt esse quæ in domibus erant, quæ collegerunt & tenuerent qui dubitabant, ne fortè verum esset qd̃ Moyses prædixerat dominũ facturum, & ex his esse in campis iterum poterant, quæ modò iubẽtur congregari in domos, ne grandine pereant, cùm scriptura dicit: Qui timuit verbum domini de seruis Pharaonis &c. Hoc ergo fieri potuit, qm̃ mortẽ pecorũ minatus est deo

Nicolaus de Lyra.

tius in eis, defecit, q̃ in alijs AEgyptijs.

a ¶Dixitq; Dominus. Hic describitur septima plaga, cuius primò p̃mittitur comminatio. Secundò subdit infictio, ibi: Et dixit dominus ad Moysen. Tertiò eiusdem remotio, ibi: Misitq; Pharao. Circa primum dicit sic: b ¶In hac vice mittam oẽs plagas meas. Ex quo patet q hoc non intelligit̃ solùm de ista plaga, sed etiam de sequentibus, quia dominus præuidebat Pharaonis obstinationem, & eius flagellationẽ futuram. Vnde subditur: c ¶Peribisq; de terra: quod factum fuit quando perfequens filios Israel, submersus fuit in mari rubro. d ¶Idcirco autem posui te, vt ostendã in te fortitudinem meã: flagellando te multipliciter. hoc tamen nõ est sic intelligendum, quòd deus indigeat malitia hominum ad declarationem suæ fortitudinis eos flagellando, quia per multas vias potest suam fortitudinem hominibus ostendere, sed pro tanto hoc dicitur, quia deus est adeo potens & bonus, quòd ex malis hominum scit & potest bona elicere, & ideo talia permittit, vt inde bona eliciat, & sic ex malitia Pharaonis elicuit declarationem suæ iustitiæ & virtutis. Vnde li vt: tenetur ibi consecutiuè, & non causaliter. e ¶Et narretur nomen meũ in omni terra: quia per declarationem talis iustitiæ manifestatur alijs diuina virtus & iustitia, vt eum timeant, & non obdurẽtur in peccatis suis sicut Pharao. f ¶En pluam cras hac ipsa hora grãdinem multam nimis. Prędeterminiat tempus & horam ad ostendendum suæ prouidentiæ certitudinem, & suæ virtutis magnitudinem, quę nec in modico potest impedir. g ¶Qualis non fuit in AEgypto à die qua fundata est vsq; in præsens. In illa enim regione quæ est versus austrũ paucæ pluuiæ & grãdines fiunt, & paruæ quantitatis: sed tunc fuit grando ita magna in multitudine & quantitate & maior, sicut fieri solet in partibus Borealibus. h ¶Mitte ergo iam nũc & congre. Hoc dicitur ad ostendendum, q̃ cum iustitia diuina semper currit misericordia. i ¶Qui timuit verbum dei, de seruis Pharaonis fecit cõfugere seruos suos & iumenta &c. iste timor non fuit filialis procedens ex amore, sed seruilis procedens ex formidine pœnę. k ¶¶Qui autem neglexit. Quia nec seruilẽ timorem ex nimia obstinatione habuit. l ¶Extende manũ tuã in. quia Moyses erat in his q̃ pertinebãt ad dñm, Aarõ aũt suprà iussus est extendere manum

* quæ perpetuò manebit in damnatis. Esaię. lvj. g. Vermis eorum nõ morietur. Tertia verò plaga est ignis & grandinis, de qua dicit: † ¶Grando & ignis mista pariter fereban. Per quam intelligitur illa pœna damnatorum, de qua dicitur Iob. xxiij. ca. Ab aquis niuium transibũt ad calorem nimium. Per hoc aũt q̃ dicitur in textu: i ¶Qui timuit verbum dei. &c. per iumenta, quę fuerunt saluata, significatur q̃ peccatores refugientes ad domum ecclesię per opera verę pœnitentiæ euadunt pœnam gehennæ.

† ſ. &c.
* & omnes
† qui
F
† curiosus Non furaberis
† domini
† qui
† superius
G
† non potebat ad cor Heb.
† tenebras
† omnibus AEgypti
† ferias
H

tus est deus, cuius id scripturæ nouerit.

& hostias, non approbat deus: mauult tamẽ sacrificari sibi quàm idolis. b ¶ Tribus vicib⁹. Fidem. ſſanctę trinitatis. in pascha enim immolatur filius. in pentecostẽ datur spiritusſanctus. in scenophegia pater nę maiestatis potentia declaratur. ¶ Tribus vicibus per singulos annos &c. Hoc est omni tpe p̃sentis vitæ & in sanctę trinitatis confessione, per fidẽ & spẽ & charitatem bonorũ operũ obseqa à deo creatori vestro exibebitis. Pascha eñ celebram⁹ mẽ se nouorũ cũ per sanguinẽ agni immaculati ab Ægyptia seruitute liberati. Per spirituales aquas de veteri homine in nouũ trãsimus, nõ in vetustate literę, sed in nouitate spirit⁹, quo in terrã promissionis p̃ gratiam Christi peruenimus. Solennitatẽ verò mensis primitiuorum celebram⁹, cùm operum nostrorum voluntatum & sermonũ primitias dño cõsecramus. Solennitatem quoq; in exitu anni, quãdo cõgregatis frugib⁹ id est virtutum fructibus ad finem vitæ & introitũ regni cęlestis peruenire contendimus, in tabernaculis septem diebus commorantes, quia per omne tempus vitę p̃sentis pegrinos nos esse agnoscim⁹: nec reqẽ hîc sed in futuro reqrim⁹, sedulò curãtes, ne in conspectu dei vacui appareamus.
Mystice
☞ Solennitatẽ

Nicolaus de Lyra.

☞ per sacerdotes. & priò agit de septimò anno, q erat quasi tot⁹ solẽnis, eò qp erat annus remissionis: & hoc est qd dicit: Sex annis semi. ter. tuã &c., p victu tuo & familiæ tuę. a ¶ Anno aũt &c. dicit Aug. qp septimo anno, bñ erat seminandũ sed nõ colligendũ à seminantibus. sed erat dimittendũ pauperib⁹, vt subditur: Vt comedent pauperes &c. Iosephus autem & Hebręi dicũt, qp septimo anno nõ erat seminandũ nec colligendũ à dñis terrę: sed debebãt dimittere illa q̃ spõte nascebant pauperibus, & hoc magis cõcordat literę cũ dicit. anno aũt septimò dimittet eã & requi. facies. ita qp li requieſcere facies, referat ad hoc qp terra non exerceat per culturam: & li dimitte, referat ad hoc qp dñs campi ea q̃ spõte nascebant, illo anno paupib⁹ dimitteret. b ¶ Ita facies in vinea &c. Quia sicut nil colligebat domin⁹ in possessione sua, ita nec in illis q̃ erant sup̃ cãpũ. Sed ↔ agit de celebratiõe sabbathi, cùm dicitur. c ¶ Sex diebus operaberis, septima die cessabis vt requieſcat bos & asinus tuus. Et istud est expositum ca. xx. repetitur tamen hîc istud p̃ceptum propter hoc qp locutus est immediatè de septimo anno, qui erat totus requiei, & ideo ex hoc fortè crederet aliquis, qp in illo anno septima dies non esset obseruãda, nisi sicut aliæ dies hebdomadæ, propter quod ad huiusmodi errorem tollendum fit memoria de obseruatione sabbathi, quæ est eadem in septimo anno sicut & in alijs: q̃ autẽ sit illa obseruatio expositum est, suprà xx. cap. d ¶ Omnia quæ dixi vobis custodite. Hoc intelligitur specialiter de pertinẽtibus ad obseruationem sabbathi, quæ sunt plura. Ra. Sa. dicit quòd hoc dicitur ad subintelligendum vasa Hebræorum, de quorum requie non fecerat mentionem q̃ tamen debẽt reqeſcere etiam die sabbathi; nec licitum est eis ea locare vel accommodare Gentilibus ad faciendum opera sua vt securim ad scindendum ligna & similia. e ¶ Et per nomen externorum deorũ. idolorũ. f ¶ Non iurabitis. Iuramentum enim introductũ est ad cõfirmationẽ veritatis de re aliqua, de qua poterat dubitari, inc̃tũ p̃ iuramentũ inuocatur deus testis illius rei de qua iuratur, ppter qd̃ iurans, p̃fitetur deum esse infallibilis veritatis ad cõfirmãdũ omnia dubia, & ideo iurare est actus latrię proter q.ſ
Iuramentũ quare introductum.

pter quod per falsos deos nõ est iurandũ, eò qp non possunt esse testes veritatis: & quia actus latriæ nullo modo est eis exhibẽdus, vt dictũ est suprà. c. xx. g ¶ Nec̃ audietur. Quod exponit Rab. Sa. dicẽs qp nõ est licitũ Iudæis dicere vel facere aliqua cũ Gẽtilibus propter quę Gẽtiles iurãt per nomẽ idolorũ. & est sensus: Neq; audiet ex ore tuo, id est ex ore tuo non exibit verbum, per quod audiatur iuramẽtum p idola etiã factum à Gentilibus. Beatus verò Aug. scribẽs ad Publicolam dicit, qp licet non sit licitum Gentilẽ inducere ad iurandũ per idolũ, si tamẽ Gentilis habeat aliqua pacta cũ Christianis, & offerat se ad cõfirmandum illa iurando per idolum, licitũ est Christianis tale iuramentum recipere. Ponitur aũt hîc istud p̃ceptũ iuxta obseruationem sabbathi, quia vtrũq; pertinet ad reuerentiam deo exhibẽdã. Consequenter agitur de tribus solennitatibus notabilibus quę fiebãt per annum, cũ dicitur. h ¶ Tribus vicibus. Inter quę primũ est festum paschæ & hoc notat cũ dicitur. i ¶ Solennitatem azymorũ &c. Quia septem diebus debebant vesci azymis, sicut suprà expositum est. xij. cap. k ¶ Tempore mensis nouorum quando &c Mensis enim primus in q̃ celebrabat pascha qndecimo die huius mensis dicitur mensis nouorum, quia in crastino eiusdem diei fiebat oblatio de nouis fructibus, qui matureſcebant ante alios, vt si homo intrans campum vel hortum suum videret ibi aliquas spicas vel ficũ in ficulnea appropinquantes ad maturationem, ante alias debebat colligere, & apportare ad templum in solennitate paschali. l ¶ Non apparebis in conspectu meo. id est in loco sacrificij. m ¶ Vacuus. id est sine oblatione vel sacrificio. Secundum festum est pentecostes, quod celebrabatur quinquagesima die à die paschæ in memoriam beneficij dei in datione legis, q̃ data est in monte Sinai quinquagesima die ab exitu filiorum Israël de Ægypto. q egressi sunt die paschæ scilicet die quintadecima primi mensis, vt dictum est suprà. xij. ca. & xxiij. & hęc solennitas tangit cũ dicitur. n ¶ Et solennitatem messis primitiuorum. Quia in illa solennitate offerebant panes de nouis frugibus, sicut in solennitate paschali offerebantur primitiua in spicis. Spicæ tamen illę igni torrebantur & excutiebantur grana, & sic fiebat sacrificium, vt habetur Leuiti. secundo & vigesimo tertio. Tertium festum erat tabernaculorũ, quòd celebrabatur eò quod dñs habitare fecit filios Israël in tabernaculis in deserto, & de loco illo deduxit eos ad terrã delitiosam, & ideo in hoc festo debent habere ramos virides & fructus arborum pulcherrimos. Celebratur aũt hoc festũ mense septimo scilicet Septẽbri, & hoc notat cũ dicit.
Paſchæ † requies animæ
† nouitas
† recordatio hominis
Pentecoſtes
H
Tabernaculorũ festum
† Abſolutio mihi applicatis in quo nouis ouibus quæ eo
☞ Solennitatem

* est numerus perfectus resultãs ex suis ptib⁹ quę sunt vnũ, duo, tres. a ¶ Anno autem septimo dimittes eã, & requiescere facias, vt comedant pauperes populi tui. Septimus autem annus apud Hebrẽos requiei erat, vt patet per dicta. Per hoc igitur qp illo anno sine labore fructus oriebant, ex quibus pauperes & agri bestiæ sustentabãtur, designatur qp sancti qui sunt in quiete cęlesti, orant pro fidelibus deuotis quãtuncũq; simplicibus & abiectis. h ¶ Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Primum festum celebrabatur propter beneficiũ exitus de Ægypto, & fuit figura resurrectionis Iesu Christi p quem exiuimus de tenebris culpæ & ignorantiæ. Secundum festũ celebrabat, ppter beneficiũ legis datæ. quod notatur cùm dicit m ¶ Et solennitatem messis primitiuorum operis tui: Tunc enim fiebat oblatio de nouis panibus & fuit figura datonis spiritusſancti quinquagesima die à domini resurrectione. Tertiũ fuit festũ tabernaculorum qd̃ celebrabat in memoriã, qd̃ dñs habitare fecit filios Israël in tabernaculis in deserto, & notat cũ dicitur:
Moraliſ
* Solennitatem

† .ſ. 35.a. Deu. 16.d. Eccl. 25.a. De cõſ. diſt. 1.c. oĩs Chriſtianus

A ☞ a ¶Solennitatem quoq; &c. maturis.s.frugibus quando fructus totius anni collecti sunt in Septẽbri.s.quem Hebrei Chaldaico vocabulo תשרי thisri,Macedones itheneos vocant. In cui⁹ principio Iudæi feriantes ampli⁹ tuba canũt,q; in ceteris mensibus,& plura offerũt,in quo dies expiationũ,&dies scenophegię.xv. die q̃ est solẽnitas tabernaculorũ. b ¶Nõ coques hædum & cæ.Auguſt. Quomodo intelligatur ad verborum proprietatem nescio vtrum possit reperiri.Si enim alicuius significationis causa prohibitum acceperimus agnum in lacte coqui, nullus vsus est ita coquendi.Si autẽ in diebus qb⁹ lactatur qs Iudeorum hoc vnq; seruauit, vt agnum non coqueret ,nisi fugere desiſtere? Quid est aũt in lacte matris suę,quasi posset,etiam si hoc intelligeretur, sine hui⁹ præcepti transgressione coqui: si eo nato mortua matre eius,ab oue alia lactaretur? cũ alicuius profectò rei significantię causa esse præceptum nemo ambigat. Sed etiam illa quę possunt obseruantia factitari, non sine causa ita sunt præcepta. Significant enim aliquid. Hoc verò quomodo obseruetur ad proprietatem verboꝝ, aut nõ est aut non elucet .Intellectũ tñ de Christo approbo, qui in hac prophetia prędictus est,non occidendus à Iudæis infans: quando Herodes quęrens eum occidere, non inuenit:vt coques,quod dictum est,pertineat ad ignem passionis id est tribulationem. Illud quoq; forsitan non absurdum est,q̃d' alĩ dicunt, id scilicet esse præceptum per prophetiam,ne se boni Israelitæ sociarent Iudęis malis,à quibus Christus passus est tanq; agnus in lacte matris suę id est eo tempore,quo conceptus est. Dicuntur eñ fœminæ exquo conceperint ,lac colligere: Christus autem nono mense completo,decimo inchoato,natus est octauo Kalendas Ianuarias,& primo mense conceptus est,scilicet octauo Kalendas Aprilis:q̃d' tempus etiam passionis eius fuit in lacte matris suæ, id est in die quo conceptus est: vel paruulis adhuc & lactantibus nõ immittes passionẽ, tanq; Christo dictum sit,qui talibus adhuc discipulis pepercit. Vnde ait Ioh.xvij.b. Si ergo me quęritis,sinite hos abire.Vnde addit euangelista: Vt sermo impleretur, quem dixit. Quia quos dedisti mihi ,non perdidi ex eis quenquam. Vnde apparet eos si tũc paterentur fuisse perituros:postea verò passi sunt non agni in lacte,sed arietes in grege. ¶Stra. Moraliter. Hædus id est peccator non est in lacte matris coquendus,id est blanditiis dissoluendus,sed asperè increpãdus & redarguẽd⁹. c ¶Ecce ego mittam ange.&c.Raba. Iosue significat ducem populi,qui ideo angelus dicitur,quia ad voluntatem domini annuntiandam mittitur, ἄγγελος angelus enim Græcè nũtius dicitur.

☞ Inimicus ero

Agnũ in lacte coqui ✳ collectio

Matt.2.c

† quidã fugiũt

† ceram te

B

† sacrabes eis

Moraliter

Vel seminaueris.

a quæcunq; seueris in agro:solennitatem quoq; * in exitu anni, quando † congregaueris omnes fruges tuas de agro. † Ter in anno b

a ¶Fœminas enim debent occultari.

apparebit omne masculinum tuum coram domino deo. Non c

o ¶Id est parum sacrificium sine corruptione offerẽs. b ¶Malitiæ & nequitiæ.

immolabis super fermẽto sanguinem victimæ tuæ, nec remanebit d

a ¶Pinguedo bonorum operum & fœcunditas virtutum,vel spiritualis intelligentia.

adeps solennitatis meæ

a ¶Diem iudicij,quia tunc non erit locus operandi,virtutibus studendi, vel scripturam perscrutandi.

b ¶Bonorum operum initia.

usq; mane. † Primitias frugum e

a ¶Quia non est locus veri sacrificij extra catholicam ecclesiam.

terræ tuæ deferes in domum

a ¶Iosephus dicit ante octauum diem non licere interfici. ¶Passione puniat.

¶O Herodes & o Iudæi.

b domini dei tui . Non cõques f

a ¶Christum qui eũ hædus Iudæis,agnus nobis. ¶Lxx.agnum.

b ¶In infantia vel tempore cõceptionis.

c hædum in lacte matris suæ. Ecce ego mittã angelum † meum, g h

¶Iosue.

qui præcedat te,& custodiat in i

uia:& introducat ad locũ, quem k

a ¶Vnde sicut obediuimus Moysi sic obediemus tibi.

paraui. Obserua eũ & audi uocẽ l

eius,nec † cõtemnẽdũ putes:quia m

nõ dimittet cũ peccaueris ,& est n

a ¶Quia ex tribus Israel,qui vir videns deum interpretatur,vel quia Iesus dictus est. Mystice vero saluator,& redemptor noster potest intelligi,qui est angelus magni consilii, & suæ & paternæ voluntatis nuntius,in quo nomen dei vel veraciter est,quia verus deus est.

nõmẽ meum in illo. Quòd si audieris uocẽ eius,& feceris omnia

mo eò q; illo anno non seminabatur terra, nec colligebãtur fructus nascẽtes à dominis terrę:q̃d' nõ est verũ:quia & si nõ poterãt colligere ad vsus suos,debebãt tñ fructus prę aliis maturantes accipere, & deferre ad domũ domini in solennitate paschali. f ¶Non coques hædum in &c. Cuius ratio est,quia lex intendebat inducere Iudæos ad pietatem erga proximos: & sic inhibuit eis ea quę videbãtur esse crudelia,etiam circa bruta animalia : inter quæ hoc erat,quòd agnus coqueretur& pararetur ad esum aliorum in lacte,q̃d' erat vitæ suæ sustentamentum.Dicit autem Andreas q; hoc etiam intelligitur de carnib⁹ aliorum animalium quæ nutriuntur lacte:non autẽ de carnibus auium,quia nõ nutriuntur lacte sed de materia ouis:& licet hîc dicaꝰ de lacte matris,tamẽ intelligitur de omni lacte. Alia etiã ratio fuit ad hoc.s.in detestationem idolatrię:q; aliqui idolatrę sic coquebãt carnes idolis immolatas. g ¶Ecce ego mi.&c. Diuisio Pręmissa legis promulgatione,hîc cõsequẽter inducit ppls ad eius obseruantiã.& priò ponit dicta inductio,sed ò legis receptio.ca. xxiij.Circa primũ inducit ppls ad legis obseruantiã ex bonorũ promissione.& primò q̃tũ ad terrę Chanaan facilem acqsitionẽ.secundò q̃tũ ad eius felicẽ habitationem,ibi: Non adorabis deos eorũ.Ad acqrendũ aũt terrã,tria erant necessaria: directio in via:& q̃tũ ad hoc dicit. h ¶Mittã ange.&c.viã oñdẽdo:Et ,prectio ab hostib⁹, ideo subdit: i ¶Et custo.in via . Et introductio ad locũ promissum,& hoc notat cùm dicitur: k ¶Et introducat &c.Sed qa ista ,pmittit ex suppositiõe obedientiæ ad deum in legis & mãdatorum ipsius obseruatione,ideo subdit: l ¶Obserua eũ &c.i.diligẽter attende,vt ei obedias:cuius ratio subdit: n ¶Et est no.&c.Ac si dicatur,qui obedit ei,obedit & mihi,& qui rebellat ei, rebellat & mihi,secũdum q̃d' dicit saluator, Luc.x.c. Qui vos audit me audit,& q vos spnit me spernit .Notandũ aũt,q; ista exponitur dupliciter,vno modo de Iosue qui vocatur hîc angelus.i.à deo missus & ordinatus ad ducẽdũ filios Israel ad terrã ,promissionis:& ad debellandũ aduersarios eorũ ,& ad ponẽdũ eos in possessione terrę, vt habeã in li.Iosuę.Cui populus debebat obedire tanq; nuntio dei, & vices eius gerẽti,& q̃d' subditur:Et est nomẽ meũ in illo.hoc patet ex nomis interpretatione,quia Iosue interp̃tatur saluator, q̃d' est propriũ dei.Alio modo exponitur de angelo qui prędebat castra filiorum Israel oñdẽdo eis viã p columnã ignis & nubis vt dictũ est.ē.xiij.ca. Et eo: ,ptegebat ab aduersarijs.Vñ posuit se inter castra AEgyptiorũ & Hebręorũ-ad ,ptegẽdũ Hebręos:vt dictũ est,ē.xiij.c. & eodẽ mõ ,pmittit hîc de futuro,q; debeat eos ,ptegere,& q̃d' subdit:Et est nomẽ meũ in illo:hoc dicit qa angel⁹ ille loq̃batur pson dei,& iõ aliq̃ angel⁹, aliq̃ dñs noiat.sed m q̃d' dicit btus Greg. m ¶Quia nõ. &c.quia non est in potestate nũtij aliquid agere propria autoritate,sed secundum voluntatem mittẽtis:& hęc expositio est magis cõsona literę.Loquit etiã hîc dominus Moysi in pson toti⁹ populi.

C

a

† cõgregabis

†De u.16.c

- tuum

d

† ē.3.4.d. Deu.14.c.

Angel⁹ p̃ cedens Israẽl.

D

✳ te

☞ Non adorabis Moraliter

Nicolaus de Lyra.

☞ a ¶Solennitatem quoq; &c. hoc est immediatè post exitum anni,quia September est primus mẽsis simpliciter in anno, licet Martius sit primus q̃tũ ad festa sicut dictũ est suprà.xij.ca.& Gen.viij. b ¶Ter in anno apparebit &c.s.in pascha , & in pẽtecoste,& in festo tabernaculorũ:tamẽ cũ illis qui erant remotę à Hierusalẽ,aliquãdo dispensabat de duabus vicibus.s.in pentecoste & in festo tabernaculorum. c ¶Nõ immolabis&c. Alia litera,sed minus correcta habet,victimę tuę:& loqtur de victima agni paschalis,quę nõ debebat immolari,donec fermentũ fuisset amotum de domibus Iudęorũ,vt dictũ est suprà.xij.ca.& hoc est q̃d' dicitur hîc:Nõ immolabis sup fermẽto.i.fermẽto existẽte in domo tua. d ¶Nec remanebit adeps &c.vel.ma.s.diei sequẽtis,potest tamen cremari sup altare tota nocte. e ¶Primitias frugũ terrę &c.q̃bus hoc præceptũ suprà positũ fit:tamẽ hîc repetitur ad ostendẽdũ q̃ obligat anno septimo sicut in alijs,qa eñ suprà mẽtionem faciens de primitiis addidit . Quęcunq; seminaueris in agro tuo ideo posset aliquis credere , q̃ non obligaret anno septimo,eò

✳a ¶Solẽnitatẽ q̃q; &c.qa celebrabaꝰ qntadecima die septimi mẽsis sc̃m ordinẽ testorũ,& vltim⁹ mẽsis erat sc̃m acta hoim, sic eñ accipiẽdo ann⁹ nou⁹ incipit in lunatiõe ,ppingori ęquoctio autũnali,& illud festũ figũra fuit solennitatis omnium sanctorum. Isti enim tres solennitates,resurrectionis,pentecostes, & omnium sanctorum in ecclia sunt solennes. f ¶Non coques hædum &c. Per hædum peccator intelligitur.Matth.xxv.c.Statuet oues à dextris , hædos autem à sinistris .Hædus igitur in lacte matris coquitur quando adulatorum blanditiis peccator delinitur,secundum illud Psalm.ix.d. Laudatur peccator in desideriis animę suę, & iniquus benedicitur. g ¶Ecce ego mittam an.&c. Per angelum domini ꝑlatus bonus secularis vel religiosus intelligitur. Malachie.ij.b. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex eius ore requirent.angelus eñ domini exercituum est.Et ipse subditos suos prędedere debet in via morũ,verbo pariter & exemplo.

✳ Nõ erit in fœcũda

E ☞ a Inimicus ero &c. Grego. Radix cuncti mali superbia est, de qua dicit Eccl'.x.b. Initiū oīs peccati superbia. Sunt aūt eius soboles septem principalia vitia, inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Et quia his septem superbiæ vitijs nos captos doluit redemptor noster, ad spirituale liberationis prælium spiritu septiformis gratiæ plenus venit. b ¶ Præcedetq̄ te angelus. Rab. Iosue populum Israēliticum in terram promissionis induxit, septem gētes ejciens idolaq̄ & aras eorū destruens. Mysticè verus † Iesus has gētes cùm simulacris suis exterminat, cū septem principalia vitia & omne idolum inimici de cordibus nostris expellit, vt naturę nostræ terram securè possideamus. c ¶ Quos ego conteram. Iohannes Chryso. Habet vnumquodq; vitium in † corde nostro propriam mālionē: quā sibi vendicans, in animæ nostræ recessu exterminat Israēlem, id est rerum summarum contemplationem, & aduersari non desinit. Nō eīn possunt virtutes cū vitijs morari. sed cū ab Israelitis i. a virtutibus fuerint vitia superata, locum quē concupiscentiæ vel fornicationis spiritus possidebat, castitas obtinebit. Quem furor ceperat, patientia vendicabit. Quem tristitia mortem operans occupauerat, salutaris & plena gaudio lętitia possidebit. Quem †acidia vastauit, excolit fortitudo. Quem superbia conculcabat, humilitas honestabit. Itaq; singulis vitijs expulsis, eorum loca. i. effectus virtutes contrariæ possibebunt: quæ filij Israelis. i. animæ deum videntis nuncupantur: qui cùm vniuersas cordis expulerint passiones, non tam alienas possessiones † parauisse q̄; propriās recuperasse credendi sunt: quia secundum veterem ttaditionem, terram Chananeorum filij Sem in diuisione orbis sortiti sunt, quam Chananæi violenter possederūt.

F Vndeiusto iudicio dei expulsi sunt. Voluntas quoq; dōmini possessionem cordis nostri non vitijs sed virtutibus deputauit, quę post preuaricationem Adæ insolescentibus vitijs quasi Chananæis à propria regione † depulsæ sunt. Cùm verò per dei gratiā diligentia nostra & labore nostro restituuntur, non tam alienam terram occupant quā recipiunt propriam. d ¶ Benedicam panibus tuis &c. Auguſt. Alia litera: Benedicam panem & vinum tuum & cæ. Quāuis hę promissiones possint & spiritualiter intelligi, tamen cùm secundum hoīm tēporalē felicitatem intelligunt ad vetus testamentum ptinēt: vbi quāq; p̄cepta exceptis his quæ in sacramento aliquid significant, eadem ad mores bonos pertinentia reperiuntur, promissiones tū carnales atq; terrenę sunt. In futuro autē dabuntur præmia ad nouum testamentum pertinentia, quæ impū non accipient. e ¶ Emittens crabrones &c. Augu. Emittam vespas &c. Hoc promisit deus, & liber sapiētiæ dicit esse impletū, vbi ait: Et misit antecessores exercitus sui vespas. Non autem legim⁹ factum, neq; Moysi tēpore, neq; sub Iesu, neq; sub iudicibus, neq; sub regibus. Ideo fortasse vespæ aculei timoris † intelligē dę sunt, qb⁹ agitabant memoratę gētes, vt cederent filijs Israēl. Dn⁹ enim loquitur in cuius sermone si figuratē aliqd dicatur, q̄d ad proprietatem nō sit impletū, non impedit historiæ fidem, in q̄ pspicit veritas narrationis. Sicut nec euāgelistarū narratio secūm proprietatē impedit si aliqd à Christo figuratē dicit. Lxx. Alia litera. Emittam vespas ante te, & ejiciet Amorrhęos &c. A plurali ad singularem numerum se cōuertit. Intelligitur aūt ejiciet Amorrhęos vespa. s. sicut locusta, sicut rana, nō q̄ vna sit, sed per singularem intelligitur pluralis. f Non ejiciam eos a facie &c. Stra. Gentes istæ vitia significant, quę simul nec vno tempore in sanctis extinguūtur, ne monstra terrę multiplicent. i. ne in superbiam erigantur, & vanā gloriam & huiusmodi. Nam cū sancti cōtra maiora vitia pugnant & vincunt, relinquuntur minora, & permittuntur dīnari, ne p̄ elationem grauius corruant. Vnde Paulo datus est stimulus carnis ad custodiam humilitatis.

Mystice

† deus

ſ. 12. g.

† corpore

† acedia

† terrorē

† expulsę

† eas Emittere vespas

Sap. 12. a.

Mystice † intelligēdę

* in manus vestras

† tuis

Deute. 7. a.

Deuſ. 7. c.

† rapuisse

a quæ loquor, inimicus erō inimicis tuis, & affligam affligētes te.
b Præcedetq̄ te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæū, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumq̄, & Heuæum, & c Iebusæum: quos ego conteram.
Non adorabis deos eorum, nec coles eos. Non facies opera eorum, sed destrues eos, & cōfringes statuas eorum.
a ¶ Vt omnis memoria eorum destruatur.
Seruietisq̄ domino deo uestro, ut bēnedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui.
a ¶ Sine fructu virtutum & operum. ¶ Propter peccata hominum sterilitas mulierum & animalium, & ipsius terræ sæpe contingit.
Non erit infœcunda nec sterilis terra tua. Numerum dierum tuorum implēbo.
a ¶ In stabilitate. s. æternitatis.
† Timorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris: cunctorumq̄ inimicorum tuorum
¶ Non ad literam sed terrores inimicorum significat, quibus deus hostes eorum exagitat.
e rum coram te terga uertā emittens crabrones † prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum anteqū introeas.
¶ Noluit deus simul delere omnes gentes, ne terra redacta in solitudinem feruna contra eos bestiæ seruirent.
f Non ejiciam eos à facie tua anno uno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant cōtra te bestię.
Paulatim expellā † eos de conspectu tuo, donec augearis & possideas terram. Ponā autem termi-
a ¶ Quod est in oriente.
nos tuos à mări rubro usque ad
a ¶ Mediterraneū. q. d. est mare magnū & mare Tyrrhenū.
b ¶ Post Bethleem vna tantum est ciuitacula, quæ Thecue, alias Theone dicitur. post illā statim sequitur vastitas deserti.
mare Palæstinorū, & à deserto
a ¶ Euphratem.
usq̄ ad fluuium. Tradam † manibus uestris habitatores terræ, &
¶ Ne audeant resistere.
ejiciam eos de conspectu uestro.
¶ Nulla pars iustitiæ cum iniquitate nec templo dei cum idolis.
Nō inibis cū eis fœdus, nec cum

a ¶ Nō adorabis. Hīc consequenter promittitur terrę felix habitatio. Primō tamen remouetur huius impedimētum q̄d est idolatria. cū dicit: Nō adorabis deos eorum scilicet exhibendo eis reuerentiam exteriorem. b ¶ Nec coles eos, quantū ad interiorem. c ¶ Nō facies opera eorū, id est actus qui fiunt in veneratione idolorum. Per hoc eīn q̄d dixerat: Nō adorabis, prohibuerat eis exhibere illos actus latriæ q̄ exhibentur deo, & ideo addidit: Non facies opera eorum, ad excludendum etiam actus qui exhibent idolis. d ¶ Sed destrues eos. Templa eorū dissipando. e ¶ Et confringes &c. Cōminuendo frustratim nec maneat aliqua memoria eorū. f ¶ Seruietisq̄ do. d. v. Quia p̄ hoc feliciter habitabitis in terra vobis promissa. ideo subditur.
g ¶ Vt benedicam panibus tuis. id est cibis tuis & potibus, qui nomine panis & aquę designant, vt pluries dictū est. ſ. h ¶ Et auferam infirmitatem de medio tui. Conferendo tibi bonam aiæ dispositionem.
i ¶ Non erit infœcunda nec sterilis terra tua. Dicitur infœcunda quæ parua prolem habet & nullius aut modici valoris. Sterilis quæ nullam habet, & in hoc designatur multiplicatio populi & fortitudo. k ¶ Numerū dierum tuorum implebo. id est vita tua non breuiabitur infirmitate, peste, fame, aut gladio.
l ¶ Timorem meum mittam in &c. Quod fuit impletum, Ios. v. a. vbi dicitur: Dissolutum est cor eorū, nec remansit in eis spiritus. & in hoc tāgitur pacifica possessio terræ. m ¶ Emittens crabrones. id est anxietates animi eos pungentes sicut aculei. Iudæi enim crabrones dicunt ad literam, id est muscas de cadaueribus exortas, habentes aculeos venenatos. n ¶ Qui fugabunt Heuæum. Quia multi de habitatoribus terræ Chanaan fugerunt de terra illa ante ingressum filiorum Israēl.
o ¶ Non ejiciam. Cuius ratio subdit: Ne terra redigatur in solitudinem in quo ostenditur spatiositas terræ, quæ non posset sufficienter habitari à filijs Israēl, donec essent in maiori numero: & tamen iam erant sexcenta milia. p ¶ Et crescant contra te bestiæ. Quæ te grauius infestarent quàm aduersarij. q ¶ Ponam autem terminos tuos a mari rubro. Ex parte orientis. r Vsq; ad mare Palęsthinorum. A parte occidentis, & hoc est mare mediterraneum. s ¶ Et a deserto. scilicet AEgypti, quod contiguatur terræ promissionis à parte australi.
t ¶ Vsq; ad fluuium. id est Euphratem à parte aquilonis, tamen istam terram totam non habuerunt vsq; ad tempora Salomonis. v ¶ Non inibis cum eis fœdus. Per amicitias vel connubia. Cætera patent.
* i ¶ Non ierit infœcunda nec sterilis in terra tua. Per hoc designatur quòd in congregatione religiosorum seu aliorum bonorum non debet esse aliquis bonis operibus sterilis.

Nicolaus de Lyra.

Mystice

† terrā

† expellā

Mystice

Moralit.

* in

A ¶In ca.xxiij.vbi dicit in postilla: Et primo erga partes quæ debent in iudicio aliquid proponere.

ADDITIO I.

Audire vnã pte ĩ absentia alterius.

¶Inconueniẽs videt dicere, ꝙ sit ꝓhibitũ à lege diuina, ꝙ iudex audiat vnã ptẽ in absentia alteri⁹, licet talis ps multa mẽdacia imisceat ad iustificationẽ suę causę. Nã rect⁹ iudex ꝓ hoc nõ inclinabit ad assentiẽdũ sibi donec audiat aliã ptẽ, & hoc cõiter fit in multis iudiciis. ſ. ꝙ vna pars in absentia alterius proponit multa mendacia, sed postq̃ auditur pars aduersa negotio discusso deuenitur ad rectitudinem iustitię. vnde videtur aliter dicendũ. Ad quod sciendum, ꝙ vbi dicitur in trãslatione nostra: Non suscipies, habetur in Hebræo vnũ verbũ quasi equiuocũ ad multa. ſ. ad suscipiẽdũ, leuandũ, ferendũ, & multa alia. Et vbi in trãslatiõe nr̃a dicit: Vocẽ mẽdacij: in Hebræo habet, Auditũ vanitatis. vñ in hoc qđ dicit: Nõ feras auditũ vanitatis, intelligit ꝓhiberi, ne qs ferat seu leuet infamiã falsam contra proximũ, quod est ꝓprię auditus vanitatis: & sic referr̃ ad quãcunq; personã. & si legatur: Nõ suscipies, ꝑtest referri ad iudicem prohibẽdo eũ, ne per famã vanã moueatur ad condẽnandũ aliquẽ.

¶In eo.c.xxiij.vbi dicit in postilla. Insontẽ & iustũ nõ occides &c.

ADDITIO II.

¶Autoritas August. allegata per postillatorẽ nõ cõtrariat determinationi sancti Tho. nã ferre sententiã mortis cõtra eũ qui cõuincit in iudicio, per testes dil gẽter examinatos nõ est peccatũ, licet sciat à iudice ſ innocẽter cõdẽnari: vnde propter hoc nõ est dimittẽda dignitas tpalis nec aliqd huiusmodi. Qđ aũt sentẽtiã ferre contra talẽ nõ sit pctũ, declarat sufficiẽter a sẽto Tho. in pte allegata. q. lxvij. ar. ij. in cor. q. vbi dicit sic: Qđ qa iudicare ptinet ad iudicẽ secũdũ qđ fungit publica ptãte, ideo in formari debet in iudicio, nõ secundũ illud qđ ipse nouit tanq̃ priuata ꝑsona, sed secundũ illud qđ sibi innotescit in cõmuni. ſ. ꝑ leges publicas diuinas vel humanas: cõtra q̃s nullas ꝓbationes admittere debet, in particulari verò ꝑ instrumenta & testes & alia legitima documẽta, quæ debet seq̃ iudicãdo magis q̃ illud qđ ipse nouit tanq̃ priuata ꝑsona: licet ex hoc adiuuari possit, vt districtius discutiat ꝓbationes inductas, vt possit earũ defectus inuestigare, ꝙ si eas nõ possit de iure repellere, debet eas in iudicãdo sequi. Solius enim dei est, qui secundũ ꝓpriã potestatẽ iudicat, informari in iudiciis secundũ veritatẽ quã ipse cognoscit: nõ secundũ hoc qđ ab aliis accipit. & ideo de Christo q est verꝰ deus & homo, ꝓphetice legit. Esa. xj. a. ꝙ nõ secundũ visionẽ oculorũ iudicabit, nec secundũ auditũ auriũ arguet, qđ nõ ptinet aliis iudicibus. Si autẽ dicat, ꝙ iudex in prędicto casu facit cõtra cõscientiã, inquantum facit contra scientiã veritatis quam habet, & sic peccat, iuxta illud ad Rom̃. xiij. d. Quod non est ex fide, peccatũ est, prout communiter exponitur. dicendũ secundũ ipsum vbi. ſ. ꝙ homo in his quę ad ꝓpriã ꝑsonã ptinẽt, debet informare cõsciẽtiã suã ex ꝓpria sciẽtia, sed in his q̃ ptinẽt ad publicã ptatem, debet informare cõsciẽtiã suã secũm ea q̃ in publico iudicio sciri pñt. Vñ Aug. sup Psal. Bonꝰ iudex nihil arbitrio suo facit: sed secũm leges & iura ꝓnũtiat.

† Innocentes occidere.

Iudiciũ secretũ Vuestphaliæ,

REPLICA

C correctorij cõtra Burgẽ. in ca.xxiij. postillator exponit illud: Nõ suscipies vocẽ mendacij de iudice, ꝙ non debeat audire vnam partem sine alia: Burgen. dicit inconuenienter dictum, ꝙ diuina lege sit prohibitum audire vnam partem in absentia alterius. Et ponit casus in quibus licitè iudex potest illi diuinæ legi contrauenire. Sed videtur suis casibus Burgen. non cõcludere propositum, quinimo ex illa lege quæ videtur habere ortum à natura, & rectę rationis dictamine, repertum est, ꝙ ad instantiam vnius partis in omni iudicio bene recto: debet fieri citatio partis aduersæ, nisi esset iudicium aliqđ potestate publica cõstitutum, nõ ad inquirẽdũ, sed solũ in nouorũ ꝓcedẽdũ, vt dicitur de iudicio Vuestphaliæ, qđ vulgò dicit. Secretum iudiciũ: nõ rationẽ causę quę est notoria, sed ꝓcessus qui secretus est sine strepitu inquisitionis. In tali enim iudicio lex ista locum non habet, sed in omni alio iudex iuxta hanc legem ad instantiam partis tenetur decernere citationem, qua legitimè insinuata poterit sine transgressione huius legis vna pars audiri alterius ptis contumacia non obstante: poterit etiam iudex vnam ptem audire altera non citata, sed non iudicialiter, quia aliàs esset auditio vanitatis, prout exponit Burgen. iuxta Hebraicam literam. vt dicit: & in his casibus vadunt instantię Burgen. In eodem cap. vbi postillator circa illum textũ: Insontẽ nõ occides, tenet cõtra sanctũ Tho. dicens, ꝙ iudex sciens aliquẽ innocẽtem non peccat ferendo sententiam secũm allegata & ꝓbata cõtra eundem. Sed Burgen. cõiter ꝓ sancto Tho. certamẽ assumẽs hîc nõ plus dicit q̃ sanctus Tho. in locis allegatis per ipsum & postil. Sed ad autoritatem beati August. per postillatorem allegatã minus conuenienter dicit, nam secũdum declarationẽ postillatoris manifestè cõcludit cõtra positionẽ sancti Tho. & cõiter iuristarũ: q̃uis eũ in cõiter accidẽtibus iudicãdum sit secũdũ allegata & ꝓbata, nullo tã iure cautũ est, imò diuino iure ꝓhibitũ iudicare cõtra agnitã veritatẽ. Nec videre meo valet illa distinctio, ꝙ iudex duplicẽ ꝑsonã dicit. ſ. priuatam & publicã. Nã si priuata peccat, publica nõ eximit: nisi sit manifesta lex q̃ eã excuset. Nõ est aũt lex puto, humana nec diuina, q̃ dicat iudicã dũ cõtra veritatẽ agnitã: nõ videt igit alıq̃ lex excusans sic iudicantẽ. Tutius est igit cõsiliũ postil. & multorũ doctorũ, dimittere ꝑsonę publicę respectũ, q̃ damnare ꝑsonã priuatam, put sonat autoritas beati August. quã Burgen. transit cõuentibus oculis ad eam nihil rationabiliter dicendo, sed ad aliud locum differendo.

GLO.

CAP. XXIIII.

B ¶Ascende ad dñm tu & Aaron &c. Augu. Vsq; respõdit populus vna voce dicẽtes: Oia verba dñi quę locut⁹ es, faciemus & audiem⁹ vsq; ad hũc locũ scripturę, iustificationes intelligunt, q̃ datę sunt populo ad obseruandum. Incipiunt autẽ q̃tũm ipsa verba scripturæ indicant. Vnde hoc nomen iustificationum exorsum est, à seruo Hebræo, cui auris ad postem pertunditur. In quibus omnibus iustificationibus considerandum est, quæ inde ad agendam vitam, & bonorum morum conuersationem duci possint. Multa enim in eis sunt sacramenta, significantia potius aliquid quàm vitam nostram instruentia. Iustificationes verò Latini eas esse dicunt quæ Græci *δικαίους* dicunt. b ¶Tu & Aaron &c. Stra. Moyses & Aaron & Nadab & Abiu. Per hos quatuor viri euangelici significantur, qui scilicet euangelica præcepta sequuntur. Per septuaginta verò ſ qui constat ex septenario decies scilicet ducto, vel ex denario septies multiplicato) significantur illi, qui spiritusancti gratia adiuti, adimpl'entes denarium legis tendunt ad contemplationem conditoris. Vel ad literam de quibus dicitur Nume. xj. ſ. Assume tibi septuaginta viros &c. de quibus Heldad & Meldad fuerunt.

Solusq̃

a ¶Idolis vel dæmonibus.
b ¶Corpore vel anima a deo culta.

diis eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant

¶Græcus habet * dulcuisti, non latreuisti. vnde intelligitur quia & dulia debetur deo tanquam dominodulia vero non nisi deo tanquã deo.

in me, si seruieris dijs eorũ, quod

à ¶Anima.

tibi certè erit in scandalum.

Cap. XXIIII.

¶Non dominus sed angelus qui in figura dei cum Moyse loquebatur.

Moysi quoq; dixit: Ascende ad dominum tu & Aaron, Nadab

¶Quatuor. ſ. in quibus viri euãgelici significãtur.
a ¶Qui gratia ſpiritusancti aduti implent denariũ legis & ascendãt ad contemplationem cõditoris.

& Abiu, & septuaginta ſsenes ex

a ¶Quia sola ecclesiæ vnitas deũ videre meretur.

Israël, & adorabitis procul. Sõ

a ¶Altitudinem contemplationis perscrutaturus & sententiam superæ voluntatis.

lusq̃ Moyses ascendet ad dominum, & illi nõ appropinquabũt,

a ¶Infirmi auditores qui terrenis implicantur. tales enim sententiã diuinę legis nõ possunt attingere.

nec pópulus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses, & narrauit

c ¶Soluq̃ Moyses ascendet ad dominum. Rab. Prius præcipitur, vt Moyses & Aaron Nadab & Abiu, & septuaginta se-

niores D

ORDI.

c ¶Soluq̃ Moyses ascendet ad dominum. Rab. Prius præcipitur, vt Moyses & Aaron Nadab & Abiu, & septuaginta seniores

NICO. DE LY.

CAP. XXIIII.

Moysi quoq; dixit. Præmissa legislatione & inductiõe ad eius obseruãtiã, hîc cõsequẽter describit eius receptio; & primò verbo. secũdò facto, ibi: Scripsit autem Moyses. Circa primũ ꝓmittitur instructio Moysi de descensu ad ꝓplm, vt legẽ reciperet, & in reascẽsu ad deũ pro facti cõfirmatione: & hoc est qđ dicit. a ¶Moysi quoq; di. scilicet dñs. b ¶Ascende ad dñm tu & Aaron. ſ. postq̃ descenderis & ꝓpls legẽ receperit. c ¶Soluq̃ Moy. &c. in cacumẽ montis. alıq̃ aũt ascẽderũt ad aliquã partẽ montis inferiorem.

d ¶Venit ergo Moy. descendẽdo ad populũ. c ¶Et narr. ple. oia vest. do. Hebræi dicunt, ꝙ istud qđ habetur in cap. isto vsq; ad illum locum. Dixit dominus ad Moysen, ascende ad me in montem &c. fuit factum anteq̃ dñs loqueretur populo decem præcepta decalogi, de qbus dictum fuit. xx. capit. ita ꝙ quarta die tertij mensis

† seniores

† ab exitu filiorum

Moralit

Moralit. a ¶Moysi q̃q; dixit &c.

d ¶Venit ergo Mo. &c. Per Moy

* sen. ꝓmulgatorem

E ☞ niores,ascendãt ad dominum.Et statim subiũgitur,q̃ solus Moyses ascẽdat ad dñm,ceteri nõ appropinquẽt,sed adorẽt,pcul.

Moralit Vbi moraliter instruimur vires nr̃as ppẽdere,nec vltra posse nr̃m arcẽ cõtemplationis attingere,sed q̃tũ diuina clemẽtia vocat,& regula scripturæ ꝓuocat. Grego. Moyses,vt sublimia dei præcepta pcipet,alta cõscẽdit,& vt interna penetret,ab externis tumultib⁹ occultat̃,qa viri sancti q exteriorib⁹ officijs deseruire necessitate coguñt,studiosẽ semper ad cordis secreta cõfugiunt. Ibiq̃ cogitationis intimę cacumẽ ascẽdũt,& legẽ q̃li immõte pcipiũt, dũ postpositis tumultib⁹ actionũ tpaliũ i cõtẽplationis suę vertice supnę voluntatis sentẽtiã pscrutant̃. a ¶ Faciem⁹. Aug. Notãdũ q̃ iterũ ppls respõdit. Oia q̃ locut⁹ est nobis dñs,faciemus,& audiemus. Cũ videat̃ ordo postulare audiem⁹ & faciem⁹. Sed mirum est, nisi aliquis sensus hĩc latet. Nam si audiemus pro eò positum est qđ intelligimus,pri⁹ oportet ꝙ bis dei reddere faciẽdi seruitutem,vt ad intelligentiam eorum quę ipso pręcipiẽte fiunt merito deuotionis pducat. Sed videndum vtrũ iste populus illi filio sit similis qui patri iubenti dixit: Ibo in vineam, & non iuit, Matthæi .xxj.c. Gentes enim quæ deum penitus contempserunt,postea per vnius obedientiam iustificatę,quę nõ sectabantur iustitiam,apprehenderunt iustitiam. b ¶ Tulit itaq̃ &c. Aug. Notandum est nunc primũm sacrificasse Moysen euidenter scripturam dicere,ex quo de Aegypto educt⁹ est populus. Primũ em̃ de Iethro dictum est,q̃uis ambiguè. Et aduertendũ librũ testamẽti cum sanguine hostiæ recitari, in quo iustificationes scriptæ erant. Nam decalogum in tabulis lapideis fuisse scriptũ postea patet. c ¶ Crateras. Cratera siue crater, dicitur ἀπὸ τῆς κρᾶσεως, qđ est capere,eò q̃ sit multi vini capax

Mystice

☞ Sub po-

F

Nicolaus de Lyra.

☞ ab exitu filiorũ Israël de Aegypto dñs dixit ad Moysen,quòd descenderet ad populum,ad denuntiandum eis pręcepta eius de preparatione populi ad recipiendum legem ore dei promulgandam: & ad hoc qđ poneret terminos circa montem, de q̃bus dictum est suprà.xix.ca. & ad denuntiandum populo pręcepta iudicialia prædicta, quæ Moyses recepit à domino. Et quinta die prędicti mensis Moyses ædificauit altare,& asperſit sanguinem victimæ super populum in signũ professionis legis: & Moyses cũ Aaron & senioribus ascendit ad dominum ad facti cõfirmationem. Et sexta die q̃ erat quinquagesima à die exitus de Aegypto dominus audiente populo locutus est decem præcepta,licet scribantur pri⁹ data: nam in sacra scriptura aliqua prius facta,frequẽter scribuntur posterius. Doctores autẽ nostri dicũt cõiter,q̃ illud quod continetur in cap.isto fuit factum postq̃ dominus decem legis præcepta dederat ore proprio: quia cũ populus dominum loquentem nõ posset sustinere,rogauit Moysen vt acciperet legem à dño & eis referret,vt dictũ est suprà.xx.ca. & tũc pplo redeunte ad castra Moyses ascendit ad dñm, & accepit ab eo iudicialia pcepta,& tũc descẽdit ad populũ ad denũtiãdũ,& tunc fact̃ a sunt ista q̃ scribũtur in isto.c.& hoc dictũ magis videt cõcordare lr̃æ. a ¶ Rñdit̃q̃ cum. ſ. post. q̃ audierat relationẽ Moysi. b ¶ Omnia ꝙba dñi &c. Io. est. scilicet tibi. c ¶ Faciemus. Ac si ipm loquẽtẽ audissem⁹. d ¶ Scripsit au. Hĩc cõsequnter ponit̃ receptio legis fctõ, & sc̃dò receptiõis cõfirmatio,ibi: Ascẽderũtq̃ Moyses &c. Circa primũ dr̃: Scripsit aũt Moyses ad memoriã futurã. e ¶ Vniuersos ser. do. ſ. pręcepta iudicialia p̃dicta quæ retulerat populo. Ra. Sa. dicit q̃ cũ hoc scripsit à principio Geñ. vsq̃ ad decẽ verba dñi,q̃ fuerũt scripta in tabulis,& hoc est à principio Geñ. vsq̃ ad xx.ca. Exod. sed hoc videt fictitiũ,quia sc̃m ipm oportet, q̃ fuerit factũ infra vnã diẽ,qa statim subdit. f ¶ Et mane. Qđ ipe exponit ꝓ mane crastinę diei,nisi qs velit dicere q̃ ibi fuerit miraculũ vel q̃ scripsit multũ velociter vltra humanũ modũ. g ¶ Ædificauit altare. &c. montis. ſ. Sinai ad gr̃arũ actionẽ & legis receptionẽ pfectã,vt posita subdit. h ¶ Et duo ti. Aliq̃ dicũt q̃ fuerunt .xij. altaria Alij aũt q̃ fuerunt .xij. lapi. ex quibus construxit vnũ altare,ad designãdum oblationẽ .xij. tribuũ. & hoc videtur verũ: tũ qa magis consonat literæ cũ dicatur hĩc: Ædificauit alta,& non altaria: tũ quia simile habetur .iij. Regũ .xviij. de altari ædificato ab Helia. vbi dicit̃ q̃ tulit .xij. lapides iuxta numerum .xij. tribuum filiorum Iacob. i ¶ Misitq̃ iuue. Dicunt aliqui,q̃ isti fuerunt Nadab & Abiu filij Aaron,qui futuri erant sacerdotes. Alij aũt dicunt,q̃ fuerũt primogeniti .xij. principũ Israël. & hoc videt verius,qa vsq̃ ad sacerdotiũ Aaron, qđ nõdũ erat instrutũ sacerdotiũ pro tunc erat annexũ primogenitur̃q̃,vt dictum fuit Geñ. xiij. ca. & .xxv. k ¶ Vitulos duo. Li duodecim nõ est in Hebræo. & ideo videtur q̃ fuerũt tantũ duo,quia pluralis numerus absq̃ determinatione alicuius numeri,in Hebræo significat cõiter binarium. l ¶ Tulit itaq̃ Moyses. &c. crateras. i. scyphos magnos habentes ansas. m ¶ Partẽ aũt residuã &c. Iste sanguis erat signum receptionis legis à populo, & fœderis inter ipm & deũ. Deus autem spiritus est,& nõ põt aspergi sanguine. & ideo loco eius asperſit altare,vt dicit Rab. Sa. & postea populũ. Vñ subdit. n ¶ Ille vero sum. san. Fuit etiã ista asperſio facta in H signum,q̃ trãsgressorũ legis sanguis deberet effundi. o ¶ Ascenderuntq̃ Moyses. Hĩc ponitur prædictæ receptionis cõfirmatio,ꝙ hoc q̃ dẽ immediatè posti p̃dicta oñdit se eis gratioſe. Vnde subdit. p ¶ Et viderunt. Non in essentia sua, sed in similitudine repsentãte ipm,& videt q̃ fuerit humana, per hoc quod subditur:

☞ Sub pedi-

* sen promulgatorem veteris testamenti Moyses allegoricè Christus significatur, qui fuit promulgator noui. Ipse verò exiens à patre venit in mundum, ad annuntiandum hominibus sanctum euangelium.

b ¶ Omnia verba dñi quæ locutus est &c. Per hoc intelliguntur illi qui veraciter recipiunt legem Christi,& hoc verbum,ꝙa q̃ locut⁹ est &c. bis hĩc scribit,ad significandũ q̃ lex Christi dupliciter est recipiẽda. ſm corde ad credendum,& in ore ad cõfitendum. Ro. x.b. Corde creditur ad iustitiam &c. g ¶ Ædificauit altare ſ. seipsum in cruce, quia ipe est altare nr̃m & hostia,& in fide eius offerimus oĩa,& .xij. titulos. i. apostolos q̃ post ipm dicuntur ecclesiæ fundamenta. Apo .xxj. i ¶ Misitq̃ iuuenes de filijs Israël. Per istos intelliguntur Martyres qui dicuntur iuuenes propter eorum animositatẽ ad confessionẽ quendũ martyrij palmã,& ipli obtulerunt holocausta. Dicebatur enim holocaustũ sacrificiũ ad honorẽ dei totaliter incensum. Martyres verò in feruore charitatis obtulerunt se holocaustum domino medullatũ.

l ¶ Tulit itaq̃ Mo. Per hoc autem,ꝙ sanguis iste partim sup altare fuit effusus,& partim sup pplm̃ respsus, significatur ꝙ sanguis Martyrũ fuit effusus ad honorẽ Christi,q̃ est altare nr̃m,& ad sanctificationẽ pplì Christiani. o ¶ Ascenderũtq̃ &c. Sequi

* Et viderunt

plebi omnia uerba domini atq̃ iudicia. Respondit̃q̃ cunctus populus una uoce: Omnia uerba domini quæ locutus est, faciẽmus. Scripsit autẽ Moyses uniuersos sermõnes domini, & mane cõsurgẽs ędificauit altare dño ad radices montis: & duodecim titulos pro duodecim tribꝰ Israël. Misitq̃ iuuenes de filijs Israël, & obtulerũt holocausta, immolauerũtq̃ uicti mas pacificas domino, uitulos duodecim. Tulit itaq̃ Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Assumensq̃ uolumen fœderis, legit audiente populo. Qui dixerunt: omnia quę locutus est dominus, faciẽmus, & erimus obedientes. Ille uerò sumptum sanguinem respersit in populum, guinem rẽsperſit in populum, Et ait: † Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus uobiscum super cunctis sermonibus † his. Ascenderũntque Moyses, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israël, & uiderunt

a ¶ Lxx. Faciemus & audiemus.

a ¶ Non decem præcepta quæ in tabulis ei scripta tradita sunt,sed alios.

a ¶ Intelligitur ex duodecim lapidibus, altare ædificatum,significasse ipsum populũ esse altare dei,sicut est templum dei.

a ¶ Forte duodecim altaria. In alta vero trãslatione legit q̃ ex duodecim lapidibus vnum altare cõstructũ sit.

a ¶ Qui vicerunt malignum. ¶ Non pueros non senes quorum alios ieiunia,alios prapedit debilitas. ¶ Forte Nadab & Abiu,quia nondũe lecti erãt sacerdotes de Leuitica tribu.

a ¶ Se ex toto immolantes,ideo omnino seculo renuntiantes.

a ¶ Significantes duodecim apostolos qui orbem mugitibus prædicationis impleuerunt: vel vnum Christum qui fide trinitatis quatuor mundi partes implent.

a ¶ Quia sanguine Christi vasa ecclesiæ,i. apostoli & sequaces redempti & consecrati sunt.

a ¶ Vt significaret nullum sacrificium deo placere,nisi in fide passionis Christi offeratur & per ipsam consecretur.

b ¶ Ecclesiam quæ est altare dei & templum.

a ¶ Quia legis iustificatio in eo scriptum quod populo expositum est vt obseruet, continetur.

b ¶ Legis qua fœderamur deo.

a ¶ Lxx. faciemus & audiemus. non aliter etiam in tertio respondent.

a ¶ Significans sanguine Christi populum esse abluendum.

a ¶ Omne testamentum in morte testatoris confirmatur,euangelium quoque in Christi sanguine est confirmatum.

b ¶ Quasi morte Christi,quæ in hoc sanguine significatur testamentum confirmabitur.

a ¶ In quaternario quatuor euangelia significantur,& quatuor partes orbis per euangelia credituræ.

a ¶ Quia ad spiritum sanctum pert nesit.

deum Israël. Et sub pedibus eius
a ¶In quo vita cælestis significatur.
quasi opus lapidis saphyrini, & b
quasi cælum cùm serenum est.
Nec †super eos, qui procul re- c
a ¶Id est, non se abscondit ea ponere enim manum est deo se,ne videatur abscondere: vnde Moysi dicit. Ponam manum meam donec pertranseam &c.
cesserant de filijs Israël, misit má- d
num suam. Videruntq; deum & e
a ¶In loco dei manducant & bibunt, suauitatem saturitatemq; significantes in regno,æternitatis. Beati enim, qui esuriunt & sitiunt &c. Matt. v.
comederunt ac biberunt. Dixit f
a ¶Quia lex tanta a perfectioribus capitur, & vix gentì prædicatur.
b autem dominus ad Moysen. A- g
a ¶Quia excelsa lex ab humanis doctrinis secreta. b ¶Altitudinem legis.
c ¶Commemorare. ¶Vt mecum moratus liberius audias quod inferius doceas.
scende ad me in montem & esto h
a ¶Quia sortibus fixa intentione custodienda,quorum exempla cum nobis imitanda proponuntur, quasi scripta in lapide lex ostenditur. hinc est quod Daniel vidit lapidem excisum sine manibus. Daniel.ij.g. & Petrus ait: Vos tanquam lapides viui.&c. j Petri.ij.a.
ibi, daboq; tibi tabulas lapideas, i
& legem, ac mandata, quæ scri-
¶In eis.
a ¶Per hoc certum est Iosue interfuisse illis qui montem ascenderunt.
psi, ut doceas† eos. Surrexerunt k
a ¶Christus. b ¶Qui non venit soluere legem Moysi sed adimplere.
c ¶Legis
Moyses & Iosue minister eius, l
ascendensq; Moyses in montem
a ¶In tam pestribus,qui scilicet non potuit in montem ascendere.
dei, senioribus ait: Expectate m
hîc donec reuertamur ad uos. n
a ¶Montem fortitudinis Christi.
¶Fidem incarnationis Christi.
b ¶Consolationem spiritus sancti.
¶Ignem vel lumen.i.spiritum sanctum.
Habetis Aaron & Hur tecum, o
a ¶Si qua scilices aduersitas vel tentatio pulsauerit.
cum: si quid natum fuerit quę- p
stionis, referetis ad eos. Cùm- q
que ascendisset Moyses, operuit r

a ¶ Faciesq; illi labium &c. Beda: Labium aureum fit in mensa per circuitum, quia doctrina sacri eloquij per munda prædicatorũ ora ministratur, nec; illorũ locutio qui diuina arcana traderẽt humanę cõfabulationis seruitio contaminari consentiebant, sed otiosa verba grauiter ferebant & redarguebãt. Vel labium aureum fit mẽsę per circumitum, quia sancta scriptura ex omni parte locutionis cùm rectè intelligitur, claritatem cœlestis sapientię sonat. Labio corona additur, quia lingua prædicantium auditoribus gloriã vitę ęternę promittit. Corona quatuor digitis alta fieri præcipitur, quia altitudo perennis coronę per quatuor euangelia ostenditur. Vel quia per custodiã euangelicę fidei & operationis ad coronam vitę oportet peruenire. Bene autẽ per digitos libri signantur, quia tabulę legis digito dei scriptę, & in euangelio dominus districtionẽ legis temperaturus digito scribebat in terra dicens, Ioh. viij. a. Qui sine peccato est vestrum, primus in illã lapidẽ mittat. Digit⁹ dei spiritus domini. Vnde quòd Matthę⁹ in digito dei, Lucas quasi exponendo dixit in spiritu dei. Igit ur labio mensę aureo corona aurea quatuor digitis alta superponitur, quia purissima prædicatorum eloquia spem supernę beatitudinis expectant, quę in mysterio sancti 1 Co. xj. f. spiritus in quatuor euangelij libris cõtinetur. Nec solùm ipsi præmium laboris in cœlis accipiunt, sed obtemperantibus sibi eandem vitæ coronam certa euangelicę veritatis autoritate promittunt. Corona verò interrasilis, quia æternum regnum omnib⁹ Mat. 19. c indifferenter datur, sed pro qualitate accipiẽtium singulis distribuitur. Non esset autem interrasilis, si claritas futuræ retributionis æqualis omnibus panderetur. Sed stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum, corona distincta variis sculpturis, sed competẽter ordinatis apposita est. Vna enim vita omnibus iustis promittitur, sed multiformis pro diuersitate meritorum gloria singulorum. b ¶ Coronam &c. & super illã alte. co. Beda: Corona aurea additur, cùm per euangelium his qui mandata custodiunt: vita æterna promittitur. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Non homicidium facies. Nõ adulterabis &c. huic corona aureola superponitur, cũ dicitur. Si vis Apo. 14. a. perfectus esse, vade & vende omnia quę habes, & da pauperib⁹. Ad hanc coronam pertinet canticum nouum quod virgines tãtum coronam agno concinunt, & qui sequuntur agnum quocunq; ient. Vel corona aurea labio mensę apponitur, cũ in scriptura discimus, egredientes de corpore animas in cœlis ęterna recipere præmia. Huic aureola superponitur, cùm in scriptura dicitur, q⁹ ei sublimior gloria in receptione corporum seruetur.

c ¶ Per singulos &c. Beda: Mensa tabernaculi quatuor pedes habet, quia verba cœlestis oraculi vel historicè vel allegoricè vel tropologicè, i. moraliter, vel anagogice accipiuntur. Historia est, cùm res † quando secundum literam vel dicta vel facta plano sermõe referuntur, sicut populus ex Aegypto saluat⁹, vel tabernaculum in deserto factum. Allegoria cũ rebus vel verbis mysticis præsentia Christi & ecclesiæ sacramenta signãtur, Verbis ita: Egredietur virga de radice Iesse &c. quod est apertè dicere: Nascetur virgo Maria de stirpe Dauid & Christus de stirpe eius. Rebus, vt populus de Aegypto per sanguinem agni saluatus, ecclesiam significat passione Christi à diaboli dominatione liberatam. Tropologia, id est moralis locutio ad institutionẽ & correctionem morum apertis vel figuratis verbis respicit. Apertis ita: Flioli mei non tãdi. &c. Figuratis ita: Omni tempore 1. Ioh. 3. d sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo nõ deficiet. Eccle. 9. b. Anagogia, id est ad superiora ducens locutio est, quæ de præmiis futuris & de vita futura in cœlis, mysticis vel apertis verbis dis- Mat. 5. a putat. Apertis sic: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Mysticis sic: Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas illis in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatẽ, acsi patenter dicat: Beati qui mundant cogitationes & opera, vt possint deũ videre, qui ait: Ego sum via veritas & vita, & per doctrinam & exempla præcedentium, intrent in regnum cœlorum. Apoc. 22. c

a ¶ Quia doctrina verbi per munda prædicatorum ora datur nobis. b ¶ Quia omnia nociua & otiosa redarguunt.

a Faciesq; illi labium aureum per cir- a

a ¶ Quia prædicatores corona vitę remunerabuntur. ¶ Quia lingua prædicatorum ipsis auditoribus promittit gloriam ęternę vitę. b ¶ Pro diuersitate meritorum, quia stella à stella differt in claritate.

b cũitum, & ipsi labio † cõronã inter- b

a ¶ Quia altitudo ęternę coronę per quatuor euangelij libros ostenditur. b ¶ Quatuor digiti unde euangelia significit, quia digitis scribimus, & digitus dicitur spiritus, quo euãgeliũ scriptũ est. c ¶ Super cõmunem omnium retributionem.

rasilem, altam quatuor digitis, & su- c

a ¶ In hac figuratur remuneratio eorum sui in doctoribus excellunt. b ¶ Perfectionis vitę. s. & oblationis voluntarię.

per illam ãlteram cõronam aureo-

a ¶ Euangelij libros per quorum fidem omnia scriptura sancta per totum mundum legitur & intelligitur.

lam. Quatuor quoq; circulos au- d

reos pręparabis, & pones eos in

a ¶ Mundi. b ¶ Scripturę. c ¶ Quia quadrifor miter diuinam scripturam distinguimus.

c quatuor angulis eiusdẽ mensę, per

a ¶ Quia qui libris euangelij in hac vita vtimur, coronã vitę in cœlis speramus.

singulos pedes. Subter † coronam

a ¶ Libri euangelij. b ¶ Fixam scilicet tenent mentem in lectione euangelij.

d erunt circuli aurei, ut mittantur ue- b

a ¶ Prædicatores. b ¶ Scriptura. c ¶ Ad corda auditorum.

ctes per eos, & posit mensa pon- b

a ¶ Quia prædicatores fortes nulla putredine corruptibiles.

tari. Ipsos quoque uectes facies

a ¶ Fulgore sapientię.

de lignis setim, & circundabis au-

ro ad subuehendam mensam. e

a ¶ Mordacem prædicationem, quę. s. mordet vitia. ¶ Quibus acetum ferebatur. ¶ Varia vasa variæ distinctiones verbi pro capacitate auditorum.

b ¶ Vberem doctrinam. ¶ Phialas quasi hialas, quia hialin vitrum dicitur.

e Parabis & † ãcetabula ac phiãlas, f

*Vnde Cã. ſ. a. dicitur in persona ecclesię: Ordinauit in me charitatem. a ¶ Faciesq; illi labium æneum &c. Per labium in circuitu & coronã interrasilem & coronã aureolã intelligũtur tres coronę redditę virginibus, doctoribus, & martyrib⁹ ecclesiæ. f ¶ Parabis & acetabula ac phialas &c. Per hmõi vasa diuersa significantur personæ in diuersis officijs & statibus ecclesiæ, quæ per misericordiam dei sunt vasa gratiæ contẽtiua.

Nicolaus de Lyra.

c-† a ¶ Faciesq; illi labium aureũ p cir. cumitũ. Istud labium erat quædã lamina aurea latitudinis duodecim digitorum, quę erat affixa spissitudini tabulæ mẽsæ per circumitum, sicut fit in scacerijs, quę habẽt labiũ ex vtraq; parte, quando ex vna parte pingitur ludus scacorum, ex alia parte ludus alearum. Latitudinis autem prædicti labij quæ erat duodecim digitorum, spissitudo tabulæ cui erat affixum occupabat quatuor digitos medios per circumitũ, & quatuor digiti superiores eleuabantur super tabulam, & alij quatuor erant sub tabula operientes partem superiorem pedum mensæ in circumitu. & hoc est quod dicitur: b ¶ Et ipsi labio coronã interrasilem altam quatuor digitis. quia altitudo quatuor digitorum inferiorum vocatur corona quæ erat in circumitu, licet non esset in figura rotunda, sed quadrata. c ¶ Et super illam alteram coronam aureolam. In Hebræo habetur auream, & loquitur de latitudine quatuor digitorum superiorum, quę eleuabatur super tabulam in circumitu. Dicitur autem opus interrasile, quod habet aliquas sculpturas & spatia intermedia plana quasi rasa. d ¶ Quatuor quoq; circulos aureos pręparabis, & pones eos &c. qui erãt infixi in quatuor pedibus mensæ versus partem superiorem pedum immediate sub corona inferiori. e ¶ Parabis & acetabula: id est vasa in quibus examinabatur incensum & similia, de quibus fiant panes ad videndum, si talia essent apta ad sacrificium. f ¶ Ac phialas. in quibus examinabatur vinum & alia liquida. c-† Thuribula &

Quæcunq; enim diuersa pro diuersitate audientium dicuntur, in regula sacræ scripturæ inueniuntur, & ad offerenda domino vota bonorum operum excitant corda auditorum. Vnde: Quis putas est fidelis dispensator & prudens: Luc. xij. ¶ Grego. Parabis acetabula &c. Quid per phialas & cyathos nisi mentura prædicationis accipitur, vt singulis, s. iuxta capacitatem ingenij cõferatur. Debet enim subtiliter qui docet †prospicere, ne plus studeat q̃ ab auditore capitur prædicare. Debet & infirmitati audientiũ sese cõtrahere, ne dum paruis sublimia, & ideo non profutura loquitur, se magis curet ostendere q̃ auditoribus prodesse. Iubẽte autem domino non solum phialæ ad mensam tabernaculi, sed etiam cyathi p̃parantur. In phialis larga prædicatio. In cyathis minima & tenuis significatur. In mensa ergo domini phialæ & cyathi, qa in doctrina sacri eloquij non solum exhibenda sunt magna & arcana quæ delectent, sed etiam parua & subtilia, quæ quasi per gustum notitiam præstẽt. ¶ Idem Grego. Alius doctrina veritatis plenus auditores inebriat, & quasi phialam porrigit. Alius explere quod sentit nõ valet, sed etiam quia vtcunq; denunciat, per cyathum gustum præbet. Qui ergo per doctrinã sapientię ministrare phialas non possunt, quantum pro diuina largitate sufficiunt, propinent proximis cyathos verbi. a ¶ Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Iosephus dicit duodecim panes ex simila fieri, singulos ex duabus decimis, qui sabbathũ super mensam sex hinc & sex inde ponebãtur: super quenq; patena aurea cũ pugillo thuris, & sic seruabantur vsq; ad aliud sabbathũ in quo thus cremabatur: panes verò sacerdotes comedebant, calidos cum thure reponẽtes. ¶ Beda: Et pones sup̃ men. &c. Bene panes p̃positionis vocant, qa semper debet

† p̃spicere

† vel patellam aut cãtharum.

Historice

Panes propositionis.

per debet patere sermo saluris cũctis fidelib⁹, necvnquã deesse oportet in ecclesia verbũ solatij: quod dominus p̃ præcones veritatis mũdo proponens in cõspectu suo apparere, & vsque in finẽ his q̃ esuriunt & sitiunt iustitiam incessantur abundare voluit. Ephes. 4.

☞ Facies & candelabrum

Nicola. de Lyra.

a ¶ Thuribula & cya. &. duo vasa erant, in quibus ponebatur incensum examinatũ super panes p̃positiõis, vnũ sup̃ sex panes positos vnum super alium in mẽsa, & aliud super alios sex. Dicebatur autẽ mẽsa propositionis, & similiter panes p̃ propositionis, eo quod sic dispone bantur super mensam. In Heb. autẽ habẽt: Panes facierum, quia secundum quod dicit Ra. Sa. erant facti in figura quadrata altera parte longiore, & illa pars longior in vtraque extremitate replicabatur in altum sicut fit aliquando in simenellis, nisi quod in simenellis fit talis replicatio in circuitu per modum coronæ. in panibus vero propositionis fiebat tantum in duabus partibus sibi oppositis. & illæ duæ replicatiões vocabant duę facies. Aliter dicit & p̃babilius qd illi panes erãt rotũdi. Sed dicebãtur panes facierũ, quia ex vtraq; parte erant omnino similes, non enim coquebãtur in furno, ita quod ex patimẽto furni pars panis sibi iuncta contraheret aliquam dissimilitudinem ab alia, sed coquebantur sicut coquuntur hostiæ ad celebrandum, nisi quod vasa illa in quibus coquebantur panes propositionis erant aurea, & tantæ magnitudinis quod panis tenuis tantum, in eo poterat de coqui: & erant illa vasa, sic facta quod panem interclusum faciebant omnino similem ex vtraque parte: & ideo dicebantur panes facierum.

Mensa p̃positionis

✠ Facies & candelabrum

a ¶ Thuribula & cyathos in quibus offe- a
a ¶ Bonorum operum vota. ¶ Sapientia.
renda sunt libamina ex auro purissi-
a ¶ Apostoli: vel omnes doctores succedentes. ¶ Doctores spũales qui in lege meditantur die ac nocte & cunctis ecclesiam intrantibus refectionem verbi offerunt.
mo: & pones super mẽsam p̃panes pro
a ¶ Quia semper in propatulo debet esse cunctis sermo salutis. b ¶ Beneplacito.
b
p̃positionis in conspectũ meo semper.



F



H

a ¶ Facies & can. &c. Greg. Candelabrum Christus est, in quo natura humanitatis fulsit lumine deitatis: vt mundi candelabrum fieret cuius lumine peccator tenebras suas agnosceret. Ex auro purissimo, quia nostram naturam sine culpa suscepit. Ductile autem feriendo producitur, quia Christus ex conceptione & natiuitate perfectus deus & homo extitit, sed tamen passionum dolorem pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit, & secundum corpus per passionis contumelias ad immortalitatem profecit. Nam iuxta animę meritum quo potuisset p̃ficere omnino nõ habuit. In mẽbris autem quæ nos sumus, quotidie passiombus proficit, quia dum tundimur & proficimus, eius corpus esse meremur. Ipse proficit de cuius corpore dicitur: Hastile eius & calamos &c. Hastile enim ecclesia est quę est corpus eius, quia inter tot aduersa libera stat. Calami qui de hastili procedunt, prædicatores sunt, qui dulcem sonum mundo ediderunt, id est canticum nouum. Cyphi ora doctorum qui nos vino scientiæ inebriant: vt oblectamenta mundi quæ amauimus obliuiscamur. Sphærula prædicationis volubilitas. sphæra enim omni †parte voluitur, & prędicatio nec aduersitate tardatur, nec prosperitate eleuatur, inter aduersa fortis inter prospera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis supercilium. Bene autem post cyphos & sphærulas lilia describuntur quia

† scandit

☞ post prædications

Mystice

† ductibile

a ¶ Ecclesiam, quæ lucem verbi prędicando & faciendo ostendit. ¶ Christum.
a Facies & candelabrum
a ¶ Malleis passionis. b ¶ Fulgore sapientię. c ¶ Quia naturam nostram sine culpa suscepit.
† ductile, de auro mũ- c
b

✠ b ¶ Facies & candelabrum ductile: de auro mundissimo: id est cum martello, & non opere fusorio.

✠ Hastile

✠ ¶ Facies & cãdelabrũ &c. p qd̃ significat Christus q̃ dicit Ioh. viij. b. Ego sum lux mũdi. c ¶ De auro mũdissimo. in q̃ designat puritas a peccato. j. Petri. ij. d. Qui peccatũ nõ fecit &c. d ¶ Ductile: idẽ factũ cũ martello, p qd̃ significat austeritatis tribulatio, in qua fuit Christus à principio vitæ vsq; ad finem.

Moralit.

✠ Spherulas q̃ ac

Allegorice

A ☞ post prædicationis ebrietatem & volubilitatem, illa virens patria sequitur, quę animabus sanctis.i. floribus vernat æternis. Scyphi ergo & sphęrulę ad laborem pertinent, lilia ad retributionem. ¶ Bed. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo. Candelabrū tabernaculi sicut mensa, vniuersalem præsentis temporis ecclesiam significat. Ideo nanq; sunt ante velum, intra quod arca posita, quia nondum ad visionē redemptoris meruit intromitti. Mensa est: quia his qui esuriunt & sitiunt iustitiam, vitæ quotidie cælestem, ne deficiant impēdit. Candelabrum est, quia iter lucis errantibus ostendit. Lucernam verbi, cui lucernæ dum se humaliter subiicit, ad agēda scilicet, quæ sermo dei præcipit, à voluptatib⁹ abstinens ad sperandæ quæ promittit, à visibilibus gaudijs se sustollens, quasi candelabrū efficitur: quia suis per omnia voluptatibus imperium cæleste præponit, & claritatem verbi omnibus prædicādo & faciendo ostendit. a ¶ Et calamos scyphos & sphęrulas. Bed. Solicet prædicatores de hastili procedentes, qui à domino instituti dulcē sonum, id est canticum nouum mundo edi derunt. Calami sunt etiam omnes ecclesiæ filij, qui dicente propheta: Cātate domino canticum nouum &c. obtemperantes respondent in laudibus dñi: Direxit gressus meos: & immisit in os meum canticum nouum &c. Per scyphos verò, qui vino replentur, auditores signantur, qui ad vocem prædicantium vino scientiæ replentur, & quia vino internæ dilectionis corda inebriata insatigabili desiderio ad deum tendunt, post scyphos sphærulæ fiunt. Sphæra enim omni parte voluitur, & mentes electorum nec aduersitate nec prosperitate corrumpuntur: B sed per sancta desideria proficiunt in omnibus. Bene autem post calamos & scyphos & sphærulas in calamo lilia deformantur, qa post gratiam prædicationis, post inebriationem temporis spiritualis, post irreuocabilem cursum sanctæ operationis virens patria sequitur, quę animabus sanctis.i. floribus vernat æternis. b ¶ Sex calami &c. Beda. Senarius in quo factus est mundus perfectionem designat, tres calami de vno latere egrediuntur, & tres de altero, quia fuerunt doctores ante aduentum domini, qui fidem trinitatis mystice designarent, & quantùm rudes capere poterant, prædicarent. vnde: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris &c. Sunt & modò qui apertè prædicant, ita vt omnes qui ad Christum pertinent, eandem fidem consequantur, secundum illud: Baptizātes eos in nomine patris &c. Vnde Paulus: Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus vobis. c ¶ Tres ex vno. Grego. Tres calami ex vno latere, & tres prodeūt ex altero, quia ante & post incarnationem trini fuerunt in ecclesia gradus fidelium, cōiugatorum, & continentium: & rectorum. Vnde Ezechiel tres tantùm viros Noe. s. & Daniel & Iob liberandos prædixit. In Noe enim qui arcam rexit in vndis, figuratos ecclesię. In Daniele qui continenter vixit, cōtinentes vel virgines. In Iob verò qui in coniugali vita exemplar patientię præbuit, bonorum coniugatorum vitam ostendit. Hi sunt qui secundum euangelium in lecto, in agro & in mola reperientur in die iudicij, quorum singuli assumentur, singuli relinquentur. In lecto enim quies continentium. In agricultura industria prædicantiū. In gyro molę labor coniugatorum. Et quia in omnibus quidam eligendi sunt, quidam reprobandi, de singulis dicitur, vnus assumetur, & alter relinquetur. Sed quia sublimius est meritum prædicantium, quàm continentium, & continentium quàm coniugatorum summi calami qui hinc inde exeunt, doctores significant. Inferiores verò continentes, infimi coniugatos, diuersis ergo locis de hastili procedunt: omnes tamē suo loco & ordine reflexi, in altum ad vnā perueniunt summitatem, vti conseruent lucernarum æqualem super se positionem, quamuis meritorum gradibus discreti, vna tamen fide veritatis imbuti, vnam in cælis veritatis lucem perueniunt: & quantò quis in hac vita Christo adhęsit, tantò vicinior visione eius fruetur. ¶ Beda. Qui vino sapientię desiderantes repleri, & ad exemplar præcedentium se informant, quos inuisibilium bonorum dulcedine & dilectione plenos esse nouerunt tres scyphi, sphęrulę & lilia, per singulos calamos tria tempora significant, quibus electi ante incarnationem & post deo deuotè vixerunt, ante legem, sub lege, & prophetarum tempore. Post ascensionem quoq; congregata est primitiua ecclesia de Israel, non de gentibus, in fine de reliquijs Israel. Calamus primus in vno latere habet tres scyphos, sphęrulas, & lilia: quia pars dei electorum ante incarnationem habuit tres ordines eorum: qui hausti gratię quasi scyphi sitirent, vel in via dei quasi sphęrulæ currerent, vel superną donum retributionis quasi candorem & odorem liliorum expectarent. i. ante legem, sub lege & sub prophetis. Secundus calamus quo que eadem habet, quia continentes illius temporis tres ordines sanctorum eadem distinctione temporum habuerunt. d ¶ In nucis. Nux ecclesiam significat. vnde: Descendi in hortum nucum. Nux enim dulcē fructum habet intus, qui nisi fracta testa nō ostenditur intus. Sic sanctorum vita suauitatem gratię in corde conseruat, quę non cognoscitur exterius nisi soluto carnis domicilio animę, in cęlesti luce sese cōspiciant: ¶ Beda. Tertius similiter calamus tres scyphos, & sphærulas & tria habet lilia, quia multi coniugati ante legem, sub lege & sub prophetis erant, qui verbum domini audire, & viam eius currere bonorum operum præmia expectare gauderent. ¶ Beda. Itē ex alio latere primus calamus secundus & tertius: tres scyphos & sphęrulas, tria quo que habebat lilia: quia in vtroq; testamento in doctoribus, in continentibus, & in cōiugatis deo deuotis tres fuerunt ordines tēporum distantia. In primitiua scilicet ecclesia de Israel, in nostra electione de gentibus. In vltima collectione reliquarū Israel, q oēs suo tēpore y bo vitę inebriari, in via pacis ꝑpetuę lucis videre desiderāt. D

☞ In ipso

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶ Hastile eius. i. stipes candelabri qui procedebat directè in altum inferius habens tres pedes, & sursum habebat sex calamos egredientes de hastili. tres ex vno latere, & tres ex alio tendentes sursum obliqui quousq; pertingerent ad altitudinem hastilis. vnde in Exō. xxv. c. dicitur: A Equū erat opus sex calamorū. i. æqualiter tendens sursum. In hastili verò erant quatuor scyphi. & in quolibet sex calamorū erant tres scyphi, id est. xxij. simul. b ¶ Sphęrulę & lilia. In Hebręo habetur: Pomellus & flos. Sed cuiusmodi flos fuerit, non habetur ex textu. Et ex hoc q̄ dicitur in singulari, pomellus & flos quantùm ad sex calamos laterales, dicit Ra. Sa. q̄ in quolibet illorum non erat nisi vnus pomellus & vn⁹ flos. In hastili verò quinq; pomelli secundum ipsum, tres sub sex calamis orientibus de hastili hinc & inde, sicut dicitur in litera: Sphęrulę. i. pomelli sub duobus calamis per tria loca. Itē duo alij, vnus super calamos in superiori parte candelabri, & alius sub calamis in inferiori parte candelabri. Similiter erant ibi duo flores tantùm, & hoc dicit, quia loquendo de hastili habet in Hebr. pomelli ⁊ flores. & plurale numerus indeterminatè acceptus binariū significat secundū, ipm: sed qa scyphi pomelli & flores nō erāt in candelabro nisi ad decorem secundum omnes doc. catholicos & Hebræos. Ideo dicunt alij & melius, vt videtur, q̄ inter duos scyphos erat vnus pomellus & similiter vnus flos, & sic opus candelabri est decentius. Et quod in Hebręo habetur in singulari, pomellus & flos refertur ad quemlibet scyphum, prout exprimitur in translatione nostra, cùm dicitur: c ¶ Instar nucis. Ex hoc dicunt aliqui, q̄ isti scyphi erāt oblongi habentes pedes & erāt sic ō dicit Ra. Sa.

☞ a ¶ In ipso autem candelabro &c. Bed. Diximus ipsum cãdelabrum. i. supitem candelabri medium de quo calami procedunt significare Christum, de cuius gratia iusti quicquid habent boni, acceperunt. vnde: Ego sum vitis, vos palmites &c. Quasi: ego sum candelabrum vos calami. Sicut calamus non potest se erigere ad sustentandum lucernam, nisi fixus in candelabri stipite, sic & vos nisi in me manseritis, lucem veritatis & fidei ferre non valetis. In candelabro quatuor scyphi, quia in quatuor libris euangelij de domino scripti gustum vini noui, id est doctrinæ inuenimus, quòd non vtres veteres, id est terrenę adhuc mentes, sed innouata per spiritũ corda capiunt. b ¶ Sphærulæq; per singulos & lilia. Spherulæ sub duobus calamis &c. Beda. Sunt per singulos scyphos sphærulæ simul & lilia: quia idem dominus qui poculum sapientiæ spiritualis propinauit, cursum quoque operationis inoffensum ostendit, & vt habere possimus, donauit: & ne in vacuum curramus, claritatem patriæ cælestis promisit, & aditum eius, gratia sua nobis patefecit. Vel quia sub duobus calamis per tria loca scyphi, sphærulæ, & lilia fieri mandantur: possumus dicere, quia tribus fidelium gradibus coniugatorum, continentium, virginum, do Trinam veritatis aperuit, cursum operationis impetrauit, & hæreditatis immarcessibilis benedictionem promisit & donauit. Aptè quoque scyphi, sphærulæ & lilia non super calamos, sed sub calamis esse iubentur, quia corda prædicantium, imò electorum omnium ne ad infima labani, donis, mandatis, & promissionibus dominicis sustentãtur, & ad amanda cælestia subleuantur. Vnde: Leua oculos sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. ¶ Beda. Scyphi, sphærulæ, & lilia sub duobus calamis sunt, quia in vtroque testamento fidelibus q̃uis ceremonijs distantibus eadem domino seruiendi mandata, eadem regni cælestis est cõ seruata gloria. Quartus autem scyphus, sphæra, lilium, quæ super omnes calamos iuxta sublimitatem fuere candelabri, propriè ad Christum pertinent, qui nõ solùm electis virtutum scientiam & operationem & remunerationem tribuit, sed etiam in seipso figuram scyphi ostendit, cùm se plenum spiritusancto esse ostendit. Et sphæra, cùm exultauit vt gigas ad cur. vi. Lilium quoque, cùm ascendens ad cælos apud patrem clarificatus est. Bene hîc scyphus, sphærula, & lilium altior calamis eminet, quia dona quæ Christo deus contulit, omnem transcendunt modum humanæ capacitatis. Vnde: Vni cuiq; enim nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. In ipso autem inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. c ¶ Et sphærulę igitur & cala. Bed. Omne opus candelabri. i. stipes & calami ex ipso procedẽtes cum omni suo ornatu de auro fiunt: quia ipse Christus immunis à peccato, & iustitię operibus clarus apparuit in mundo; cuius innocentiam & iustitiam membra eius in hac vita pro posse imitanti, in futuro ipsi adhærendo veraciter perficient. Iple aurum ductile fuit. Ductile enim ferendo producitur, & redemptor noster ex conceptione & natiuitate perfectus deus & hõ passionum ictus pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit. & omnes qui volunt pię viuere in illo, persecutionem patiuntur, ictibus passionum ad immortalitatis gloriam dilatandi. Vnde: In tribulatiõe dilatasti mihi &c. d ¶ Facies. Bed. Lucernæ septẽ, septem sunt dona spiritussancti, q̃ in Christo semp manserũt, & fidelib⁹ secẽm voluntatem cr⁹ distributa sunt. hę sup cãdelabrũ ponunt, quia requieuit sup eũ spũs sapientię & intellectus. e ¶ Vt luceant &c. Beda. Vnde: Vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam &c. Lucernæ candelabri ex aduerso tabernaculum illustrabant, cùm Christus plenus gratia & veritate omnibus tribuebat de sua plenitudine. Mansuetis & pauperibus verbum euangelij committens, pœnitentibus medelam indulgentiæ conferens. Nunc tempus esse parcendi in futuro vniuersalis iudicij tempus affirmans. f ¶ Emunctoria quoq; & vbi quæ. Beda. Diuina verba, quibus manifestè signatur in plurimis non legis literam, sed spiritualem sensum esse seruãdum. vnde: Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. ¶ Beda. Emunctorium, & vasa vbi quę emuncta sunt extinguuntur, fiunt de auro purissimo: quia diuina sunt verba quibus cessio ceremoniarum prędicatur, & gratia dei sunt illustrata corda, in quibus legis vmbra finẽ accepit, vt succedens euangelij veritas clarius luceat. Constat enim apostolos antepassionem soluisse sabbathum, & post resurrectionem domini, & aduentum spiritussancti finem penitus imposuisse legalibus hostijs. In his ergo ellychnia emuncta extinguebantur: In quibus literalis obseruantia completa, exordium gratię mũdo clarius exhibuit. Item finita mortali vita, & succedente immortali, cessabunt ex parte maxima opera vel dona lucis quibus nunc vtimur, vt sequantur præmia æternæ lucis in præsentia diuinæ visionis. s. scriptura quæ hæc futura testatur. Emunctoria sunt aurea, spe futuræ claritatis eximia vasa, in quibus quę emũcta sunt extinguuntur corpora & corda sanctorum immortalia, & ideo auro similata: In quibus hęc mutatio fiet, vt post temporalia dei beneficia perueniant ad ęterna, quasi emunctoria & vasa aurea præbet Apostolus de differentijs præsentium & futurorum bonorum dicens: Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt &c. ¶ Beda. Emunctoria quoq; &c. Sunt quædã in scripturis præcepta, & in hac vita & in futura perpetuò obseruanda (verbi gratia) Non habebis deos alienos. Et diliges dominum deum tuum &c. Sunt alia quæ toto tempore huius vitæ obseruari iubentur, vt in futuro merces retribuatur, secundum illud: Facite vobis amicos de mamona iniquitatis &c. Sunt alia, quæ in veteri testamento iubente domino seruata, iam coruscante euangelio, non iuxta literam, sed mysticum sensum obseruantur, sicut sabbathũ ritus hostiarum, & huiusmodi, quę tuo tempore custodita sunt à populo dei: quibus quasi ellychnia in lucernis cãdelabri ardebãt infusa oleo deuotionis, incensa igne verbi cælestis. Cùm verò ab apostolis prædicabatur hęc omnia esse finita, & spiritualiter tantùm esse seruanda, emungebant ellychnia candelabri, vt reparata melius lucerent, quia sublimius intellecta lucem doctrinę salutaris p̃bent de reparatiõe lucernarũ, id est scripturę itelligẽtia sublimiori dicit. Comedetis vetustissima veterũ, & vetera nouis supuenientib⁹ abijcietis. Et alibi: Ecce noua facio oĩa.

☞ Omne

E
Iohan.15.a.
Matt.7.b.
F
Cañ.2.b. Mysticè
*ea
†ex
Psal.18.b.
Eph.4.b. Coloss.2.b. Allegoricè
2. Tim.3.c.
Psal.4.a.
Esa.11.a.
Esai.61.a.

a ¶ Christo de cuius gratia omnes accipiunt. ¶ Medio. s. stipite.

a In ipso autem candẽlabro erunt a

¶ Euangelici libri quos nobis virum sapientiæ propinant ad cursum boni operis nos instruunt vt lilia. i. remunerationem æternam consequamur.

quatuor scyphi in nucis modũ, b

b spherulæq; per singulos & lilia. c

¶ Quia corda sanctorum, donis, mandatis, & promissionibus dominicis sustentantur.

Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt,

c procedentes de hastili uno. Et

a ¶ Quia omnes spirituales gratiæ & donationis ecclesię de Christo sunt.

sphærulæ igitur & calami ex

a ¶ Christus & imitatores eius.
b ¶ Malefis tribulationum extensa.

ipso, erunt unitersa ductilia, de b

a ¶ Quia ipse Christus immunis a peccato & iustitiæ operibus clarus, quem imitantur pro suo modo membra.
b ¶ Dona spiritussancti, quæ in nocte huius seculi tenebras exercitatis illustrant.
c Lampades. s. vbi oleum accendebatur.

d auro purissimo. Faciẽs & lucernas septem, & pones eas super d

a ¶ Vnde spiritus domini super me.
¶ Vnde: vt mederer contritis corde & prædicarem captiuis.

candelabrum, ut luceant ex ad e

a ¶ Mensa in septentrionali parte vel plaga erat posita: candelabrum autem e regione in australi parte non recte, sed oblique.
¶ Ad illustrandum tabernaculum.
¶ Forcipes. s. quibus ellychnia emungebantur vt melius lucerent.
¶ Verba diuina.

e f uerso. Emunctoria quoque, & f g

a ¶ Vasa. s. quæ sunt corpora sanctorum & corda.

ubi * quæ emuncta sunt extin g

a ¶ Quia tunc carnaliter agebãtur quæ nunc spiritualiter diuinam claritatẽ habent.
¶ Quia verba diuina & dei gratia illustrant corda sanctorum.

gantur, hãnt de auro purissimo.

Nicolaus de Lyra.

a ¶ In ipso autem candelabro. id est hastili candelabri, quod vocatur hîc candelabrum, quia est principalior pars candelabri. b ¶ Quatuor scyphi in nucis modum spherulę quę per singulos. per singulos scilicet scyphos. c ¶ Et lilia. Spherulę sub duobus calamis per tria loca, qui simul. & eodem modo intelligendum est de scyphis existentibus in sex calamis lateralibus. d ¶ Facies & lucerna. ita q̃ vitimus scyphus q̃ erat in summitate cuiuslibet calami, erat sedes lucernæ. e ¶ Vt luceant. Sic enim erat dispositum ellychniũ cuiuslibet lucernæ, q̃ flamma erat ex illa parte lucernæ quæ respiciebat lucernam mediam, & sic flãma trium lucernarũ vnius lateris respiciebat ex aduerso flammam trium lucernarum alterius partis. f ¶ Emũctoria. instrumẽta sunt cũ quibus amouebat̃ illud qd̃ erat cõbustũ de ellychnio, & residuũ ellychnij aptabat̃ ad incẽdẽdũ. g ¶ Et vbi vasa erãt plena aq̃, vbi ponebant̃ illa q̃ erat emũcta, ne faceret fumũ.

☞ Omne

Exod.25.a.
Exod.30.a.
Exod.37.a.
Exod.37.a.
Exod.37

¶Vel opus ¶Christi. ¶Electis. b ¶Quod est maximum in ponderibus & significat perfectionem Christi & ecclesiæ.

a Omne pondus candelabri cum uniuersis uasis suis, habebit talentum a

a ¶Multifaria Christi & ecclesiæ sacramenta. ¶Angelicam conuersationem & spontaneæ seruitutis humilitatem.

b auri † mundissimi. Inspice & fac secundū exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

FIGVRA CANDELABRI.



a ¶Omne. Bed. Hoc est corp⁹ Christi cū ipso, scilicet oēs electi. à summo vsq; ad infimū, qa oēs q̄uis i diuersis gradib⁹, ætatib⁹, sexib⁹, vni eidēq; autori ꝑpetuæ lucis, tempore suo & loco quasi candelabro aureo, fixamēte inhęrēt, vt eiusdem lucis ꝑticipes fiāt. Talētum pōdus plenū & ꝑfectū est, qa iust⁹ dn̄s in oībus vijs suis, & qui gratiā fidelibus suis vt bene operētur tribuit, & coronā iustitiæ reddit, reprobis quoque iuxta opera restituit: Qui verò instar auri bonis operibus fulgent, in cādelabrum domini proficiūt, quia gloriæ conditoris participes fiunt. Qui autem peccatis graues, tanq̄ plumbum in iudicio apparent, merguntur tanq̄ plūbum in aquis vehemētib⁹, q merito scelerum in abyssum grauātis pœnę decidūt. b ¶Inspice. Ostensum est Moysi in mōte exemplar cādelabri qd̄ faceret: quia in altitudine contemplationis didicit multifaria Christi & ecclesiæ sacramēta, q̄ non apertè rudi ppl'o ꝓferre volebat, sed in opere candelabri & vasorū ei⁹ signabat, donec Christus veniret, q sensum figurarū reuelaret. vnde moriendo velū tēpli scidit, & arcana sanctorū, q̄ tecta fuerant

† purissimi

B

Matt. 27. d.

C

cta fuerāt patefecit: Discipulis quoq; sensum aperuit, vt intelligerēt scripturas. Oīs enim scriba doctus in regno cęlorū cū ea q̄ in lr̄is sanctis de fide catholica & actiōe pia didicerit, ipe facere & alios docere ꝑcipit, inspicere & facere scd'm exēplar qd̄ sibi in mōte mōstratū est, iubet. Inspicit em̄ diligenter exēplar, scilicet mōstratū, & scd'm hoc ad inferiora rediēs facit, cū q̄ ꝑ sublimitatem diuini sermonis intus credēda & agēda intelligit, sedulo corde scrutat & horū exēplar auditorib⁹ executiōe operis & verbo doctrinæ ostēdit.

Ni. de ly.

a ¶Omne pon. In Hebręo habet: Centenariū auri. & similiter in sequentibus ad tabernaculū ꝑtinētib⁹, vbi translatio nr̄a habet talētū. Hebręi dicūt, Centenariū. Quāti aut sit pōderis, nescitur determinatè. certū est tn̄ q̄ reqrebatur magnum pōdus auri ꝓtāto ope. Ra. Salo. dicit q̄ erat pōdus cētū & viginti librarū, scd'm pōd⁹ Colonię. meli⁹ tn̄ credo dicēdū, q̄ nō hr̄ hui⁹ rei certitudo, qa pōdera auri & argēti multū variant scd'm tpa diuersa & varias regiōes. ¶Visis aūt prędictis figuris & inspectis mēsæ & candelabri, ꝓut possunt i plano figurari, pōt text⁹ snię ꝑdictę de facili applicari.

¶In ca. xxv. vbi dicitur in postilla: Erant autem duo ad designandum angelorum multitudinem.

ADDITIO.

Licet in hoc qd̄ de cherubin mutuò se respicientibus intelligat angelorū cōcordia, in hoc tn̄ qd̄ dicit: Versis vultibus, designat q̄ angeli semp habent intuitū ad deū, q repręsentabat ꝑsidēs in ꝓpitiatorio, quod erat quasi sedes dei, vt in postilla: & sic de⁹ repręsentabat esse in medio cherubin, ad quē angeli semp vultum vertunt. Vnde: Matth. xviij. b. Angeli eorum semper vident faciem patris mei &c.

Cap. XXVI.

E

Mystice

Abernaculum vero ita fiet &c. Beda. Tabernaculum quod fecit Moyses in solitudine, & templum quod fecit Salomon in Ierusalem, statum vniuersalis ecclesiæ signant, quæ partim regnat cum domino in cęlis, partim peregrinatur à dominonin terris. Tabernaculum æditicium ecclesiæ quæ in laboribus exercetur, templum futuræ quietis significat, quod quotidie animabus illuc migrantibus perficitur, quia Moyses tabernaculum † populo dei, dum iret ad terram promissionis, condidit. Salomon verò templum in terra promissionis regno potius construxit, Moyses in solitudine, Salomon in Ierusalem, quæ interpretatur visio pacis, quia hîc ecclesia in labore labentis vitæ, in siti & esurie regni ędificatur, illic in visione & perceptione veræ pacis consummatur.

† nō habet populo

3.Reg.6.a. Vnde in constructione templi dictum est, ꝙ malleus & securis, & omne ferramentum non sunt audita, prępparatis extra Ierusalem lapidibus & lignis & decenter aptatis, quæ ibi facillimè suo loco reddita aut cæmento necterentur aut clavis, quia in pace beatitudinis non est fides tribulationibus examinanda aut vita probanda, sed quæ hîc castigata, & sedibus cæli aptata est, ibi glutino & vinculis mutuæ charitatis nunꝙ dissoluenda in conspectu conditoris & regis ad inuicem copulanda. nam cùm in hac vita multitudinis credentium fiat cor vnum & anima vna, & sint illis omnia communia,

Act.2.d. quadrantur lapides viui in ædificium futurę domus domini: vt absq; labore tarditatis suis ordinibus inserantur, & copula diuinæ & propriæ dilectionis iungantur. ¶ Beda. Potest figura vtriusq; sanctuarij ita distingui, vt opus tabernaculi tempus synagogæ, opus templi ecclesiam, quæ post incarnationem ad fidem venit, significet: quia Moyses tabernaculum cum sola Hebræo

F

3.Reg.5.c. 2.Para.2.a. plebe fecit. Salomon verò templum cum prosélytorum multitudine fecit, adiuuante Hira rege cum suis artificibus, qui nec natura, nec professione Iudęus, priori enim populo dei doctores tantùm ex sua gente fuerunt, ecclesiæ verò primùm de Hebręis, postea crescenti & dilatatæ etiam de gentibus, sicut Lucas, Timothe⁹, Titus. Vtriusq; verò domus ędificatio totius præsentis ecclesię statum, quæ ab initio mundi vsq; ad vltimum iudicium ædificari non desinit, & futuræ gloriam vitæ, qua nunc ex parte fruitur & post finem seculi in omnibus membris suis fruitura est in æternum, mirabili figurarum varietate depingit.

† vniuersæ cortinæ

b ¶ De byssо retorta & hyacintho ac purpura coccoq; bis tincto uaria. Beda. In his quatuor cortinarum coloribus, quatuor iustificatiōes exprimuntur. In byssо retorta, caro castitate renitens. In hyacintho mens superna cupiens. In purpura caro passionibus subiacens. In cocco bis tincto, mens inter passiōes, dei & proximi dilectione prę fulgens. Byssus retorquet in cortinas tabernaculi, quia lumbi carnis & mentis restringendi sunt, vt caro à lasciuis motibus, & cor refrę netur à cogitationibus. Hyacinthus aëri & cęlestis coloris, mentes eorū qui toto desiderio cęlestia colūt, significat. Purpura sanguine, coloris & de conchiliorum sanguine tincta deuota deo corda figurat, & pro deo mori parata.

Cortinę lōgitudo

c ¶ Longitudo cortinæ vnius habebit uigintiocto cubitos, latitudo quatuor &c. Beda. Si ab vno vsq; ad septem omnes in ordine numeros pleno ordine numeraueris, vigintiocto cōplebis. Vnū eiñ & duo & tria quatuor & quinq; & sex & septem, fiunt vigintiocto. quia ergo in partibus septenarij numeri vigesimus octauus inuenitur, meritò in eo cortinarum longitudo continetur: quia fides sanctorum & patientia virtutum varietate distincta, in omnibus quę agit aut patitur, non humani gloriam fauoris, sed supernæ quietis beatitudinem expectat. Hinc est ꝙ.xxviij. psalmus de consummatione tabernaculi inscribitur, qui de perfectione ecclesiæ cantatur. Vnde psal.28.a. Adorate dominum in atrio sancto eius & in templo eius omnes dicent gloriam: quia in hoc peregrinatio est peregrinantis ecclesiæ, vt per fidem & opera bona ad requiem tendat.

d ¶ Vnius mensure &c. Beda. Et si variante pictura cortinę differebant, vna tamen erant omnes longitudinis & latitudinis mensura temperatę, quia etsi donationes habent electi differentes: vnus tamen dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omnium. G

e ¶ Quinque cortinę sibi &c. Beda. Narrat Iosephus, quòd tabulę testamenti

Cap. XXVI.

a ¶ Tabernaculum fit diuersi coloris cortinis, quia vniuersalis ecclesia ex multis personis, multis ecclesiis & virtutibus varijs.
¶ Ecclesia in qua deus habitat.

Abernaculum uerò ita

a ¶ Quia omnis perfectio ecclesiæ in sola dei & proximi dilectione, quæ in decalogo legis comprehensa est subuilit, nec est ecclesiæ membrum, qui non diligit per quem ædificatur: & in quibus, id est deum & electos eius.
¶ Fidelium mentes.
b ¶ Decore virtutum: vnde Apocal.xix.b. Byssinum enim iustificationes sanctorum sunt. & Prouer.xxij.c. Byssus & purpura indumentum eius, quia enim de terra oritur sed longo exercitio graminem perdit, & candidum colorem recipit, significat corpora castitatis decore nitida. de quibus dicitur: Nescitis quoniam membra vestra templum est spiritussancti. j. Cor. vj. b.

b fiet. Decem cortinas de byssо retorta & hyacintho ac purpura c

a ¶ Amore dei & proximi.
b ¶ Ardente sanctorum dilectione.

coccóque bis tincto, † uariatas d e

a ¶ Distinctione virtutum.
b ¶ Longanimis ecclesia patientia.

c opere plumario facies. Longi gitudo cortinæ unius habebit

a ¶ Amplitudo charitatis quæ etiam inimicum diligit.

uigintiocto cubitos, latitudo qua

a ¶ Quia quatuor sunt euangeliorum libri in quibus exemplis & verbis Christi charitas tenenda docetur, & quatuor virtutes, quarum operatione exercetur.
b ¶ Vnus dominus, vna fides, licet diuersæ sint virtutes sanctorum.

d tuor cubitorum erit. Vnius mensuræ fient † uniuersa tentoria. f

a ¶ Sancti veteris testamenti.
b ¶ In erectione tabernaculi, vt vnum operimentum fiat.

e Quinque cortinæ sibi iungentur g

NIC. DE LY.

Cap. XXVI.

Tabernaculū vero ita fiet: Decem cortinas &c. Descriptis his quæ erant intra tabernaculum, hîc describitur ipsum tabernaculū. & primò quātū ad eius operimentum vel tectum, secundò q̄tūm ad parietes, ibi: Facies & tabulas. Tertiò quātùm ad vela. ibi: Facies & velum. Operimentum autem tabernaculi quadruplex erat. Primum erat de cortinis factis ex quatuor coloribus, & q̄tū ad hoc dicit: Cortinas de byssо &c. Sequitur: d ¶ Variatas. floribus & picturis ibi factis. e ¶ Opere plumario facies. quia illæ picturę erāt factæ cum acu in cortinis, secundum Augustinum. in Hebræ. habetur: Opere artis, & dicunt Hebræi, quòd illa varietas erat facta per texturam sicut & cortinæ. f ¶ Vnius mēsuræ fient vniuersa tento. id est cortinæ prædictæ, quia ex illis operiebatur tabernaculum p̄ modū tentorij. g ¶ Quinque cortinę sibi iungentur mutuo. per suturam, ita quòd ille quinque cortinæ † cherubin faciebant vnam cortinam magnam longitudinis .xxviij. cubitorum, & latitudinis .xx. H cubitorum, & aliæ quinq; cortinę similiter.

Anselm

Moraliter. a ¶ Tabernaculum vero ita fiet. Per tabernaculum significatur ecclesia, quæ est tabernaculum dei. Huius autem tabernaculi primò describuntur operimenta quæ fuerunt quatuor scilicet cortinæ, saga, pelles rubricatę, & desuper pelles hyacinthinæ. Per hæc operimenta quæ protegebant interiora tabernaculi ab intemperie aëris, significantur defensores ecclesiæ qui sunt in quadruplici genere. Nam ecclesia contra hæreticos defenditur per doctores, qui per cortinas significantur quæ factæ fuerunt de quatuor coloribus, scilicet: b ¶ De byssо retorta & hyacintho ac purpura coccoque bis tincto variatas opere plumario facies. Longitudo &c. Per byssum quæ est genus lini candidissimi, castitas figuratur. Per hoc autem quòd dicitur retorta, repressio carnis intelligitur. Propter quod Paulus doctor gentium dicebat primæ Corinth.ix.d. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. c ¶ Et hyacintho. qui est coloris cæleſtis, propter quod significat meditationem cælestium Philipen.iij.d. Nostra autem conuersatio in cælis est.

c ¶ Ac purpura. per quam significatur desiderium martyrij vel saltem meditatio Christi passi. 1.Corinthior.ij.a. Non iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi tantùm Iesum, & hunc crucifixum.

c ¶ Coccoque bistincto uariatas opere plumario facies Longitudo cortinæ. per quem significatur gemina charitas, scilicet dei & proximi. Gregorius homi.xxxix. Qui charitatem ergo alterum non habet, prædicationis officium nullatenus suscipere debet. Hæc autem quatuor esse debent in doctoribus ecclesiæ, qui sunt eius contra hæreticos defensores ¶ Contra tyrannos verò, defensores ecclesiæ sunt martyres, quorum aliqui pro defensione fidei mortem sustinent corporalem: & isti figurantur per pelles rubricatas. Aliqui verò sustinent seruitutem, quæ est mors ciuilis: & isti figurantur per saga cilicina, quæ sunt aspera, & per hoc significatur duritia seruitutis. Aliqui verò exilium, & isti figurantur per pelles hyacinthinas, quæ sunt coloris cæleſtis. nā qui de terrena patria sunt expulsi, debent cælestem patriam meditari.

* Facies & tabula

A ☞ stamenti ita fuerint decalogo legis conscriptæ, vt vtraq; tabula contineret quina verba. Vñ & cortinæ decẽ q̃ pulchritudinem tabernaculi iunctæ complebant, ita tẽpore cõgruo disiungebãtur, vt quinq; in vtraq; parte simul permanerẽt, vt hæc intuẽtes ministri sanctorũ cum populo admonerentur semp obseruãdæ legis, quæ decẽ verbis in duab⁹ tabulis erat cõprehẽsa, sed quinario nũero p vtraq; distincta.

¶ Beda. Vel priores quinq; q̃ frontẽ & primã tabernaculi partẽ ꝓtegebant, antiquũ dei populum signauerũt, q̃ decreta legis in sacramẽto circũcisionis, hostiarũ, & ceremoniarũ sec⁹m literã legis implebat. Sequẽtes verò quinq; q̃ posteriora tegebãt, nos designauerunt, q̃ post aduentum dñi sacramẽta legis spiritualiter ipso reuelante seruamus. Omnes cortinæ vni⁹ operis, & eisdẽ depictæ colorib⁹, sed q̃næ sibi cõiunctæ, qa omnes vtriusq; testamẽti cultores in vnũ deũ credebãt, & vni⁹ pietatis & castitatis operib⁹ seruiebãt: sed in celebratione sacramẽtorũ, suas vteraq; populi⁹ partes agebat. Nã passionis sacramentũ, per quã vtriq; redẽpti sum⁹, illi in carne et sanguine victimarũ, nos in oblatione panis & vini celebram⁹. Illi venturã natiuitatẽ, passionẽ, resurrectionem credebant & cõfitebanr. Nos iam facta, nec vlterius facienda. Sed cũ tabernaculũ erigebat, oẽs adinuicem cortinæ nectebant, qa cũ vniuersa ecclesiæ pulchritudo ab initio vsq; ad finẽ seculi perpẽdit, quasi vna decẽ cortinarũ cõnexione tabernaculũ decoratur.

a ¶ Ansulas hyacinthinas in la. &c. Beda. Ansulis hyacinthinis cortinæ inuicẽ copulant, cũm spes supernæ beatitudinis⁊ vnita omniũ sanctorũ corda vna deuotiõe coniũgit. Quę ansulę aptæ dicunt, quia nõ soliũ in lateribus, sed etiã in summitatibus, i. in extremis angulorũ terminis fiebant, qa non tantùm vita & opera sanctorũ, cõmuni ad pfectionẽ itinere rectæ intentionis, pperant, sed initiũ bonę cõuersationis qđ per cõfessionẽ fidei & sacramentorũ cęlestium ꝓceptionẽ geritur, nõ abinuicẽ diuersum, sed pari veritatis gratia omnes habent cõexum. terminũ quoq; huius vitę eiusdẽ spei, cũ ita oculos in morte claudunt, vt percepto prius viatico mysteriꝝ cęlestis citius ad verã vitã vẽturos, & in ea se perpetuò mansuros confidunt. ¶ Beda. Præceptum est quoq; fieri fimbrias p angulos palliorum & vittas hyacinthinas, quia electi qui deum videre desiderant, ita se operib⁹ iustitię induunt, vt non ab hominibus, sed à deo mercedem requirant. Vnde ibi additur, quas cũm viderint recordentur mandatorum deinc sequantur cogitationes suas &c. Cortinę quoque hyacinthinis cõiunctę ansulis, vt qui viderint recordentur mandatorũ cęlestium, & nos ita legentes nouerimus, qa hîc viuentes filꝝ promissionis æternę, temporibus & locis distamus, sed in cęlesti patria à quatuor ventis collecti, indiuisibili societate coniungemur.

b ¶ Quinquagenas &c. Beda In quinquagesimo anno ſ. iubilęo. i. dimittente vel initiato, sec⁹m legẽ omnis populus ab omni labore terrę quiescebat, & omnium soluebantur debita. In nouo quoque testamento spiritussancti gratia die pentecostes in quinquagesimo dñicę resurrectionis. ſdie, in apostolos venit, & initia ecclesię suo aduentu cõsecrauit. In hoc ergo numero, vel gratia spiritussancti, vel futurę gaudiũ beatitudinis ad quã p eundẽ spiritũ perueniatur, & in cuius ꝓceptiõe veraciter quiescit & gaudet rectè figurã. ¶ Beda. Quinquaginta ansulas habẽt cortinę, qa dono spiritussancti agit, vt in societate pacis † quę est vinculũ pfectiõis sibi inuicẽ copulent electi, futurę quoq; spes & mẽoria societatis & pacis, q̃ in hac vita habet, ꝓpter vel locis discretos, vna facit pietate cõcordes. ¶ Beda. Cortinę in vtraq; parte habent ansas, vt proximas sibi vtrinq; cortinas singulę quasi extensis hincinde brachijs amplectantur, quia necesse est, vt fideles qui nos in Christo ꝓcesserunt, & q̃ secuti sunt obuijs pietatis vinis † amplectamur, & qui nos erudiebãt in Christo, & quos eruditum⁹, vno omnes in Christo venerem affectu. Sic em ad faciẽ creatoris debemus bene viuendo ꝓperare, vt currentẽ nobiscũ nõ deseramus, ꝓximũ, sed vna peruenire studeamus, quia & cortinę singulę ita per ladmunicula tabularũ ad superiora † ascendebant, ita intus & in superioribus vario picturę flore fulgebant, vt non eas quæ secum in altum ferebantur, vel in alto positę fulgebant, cortinas desererent. Sic ergo ꝓficiente

Mystice

† ansa tua

† cortinas figura Ansas Analogia

† unica B

† cortinas ſ pilis caprarũ

† quę

† amplectãtur

† tendebãt

a ¶ Sancti, noui testamẽti. b ¶ Eadem pietate & castitate.

mutuò, & aliæ quinque nexũ simi

a ¶ Virtutes sanctorum quibus inuicem nectuntur.
b ¶ Hyacinthus aerij coloris, cælestia significat.

a li cohærebunt. † Ansulas hyacinthi a

a ¶ Vita communi & operatione sanctorum. b ¶ Quia terminum vitæ temporalis habemus omnes eiusdem spei certitudinem communem tenemus.

nas in lateribus ac summitatibus

facies cortinarum, ut possint inui

a ¶ Propter gratiam spiritussancti, vel gaudium futuræ quietis ad quam tendunt.

b cem copulari. Quinquagenas

a ¶ Vinas charitatis b ¶ Ad eos qui nos præcesserunt vel secuturi sunt.

† ansulas cortina † habebit in utrã

a ¶ Cum iusti concordi virtutum multitudine vel charitate iunguntur.

que parte, ita insertas, ut ansa

contra ansam ueniat, & altera

a ¶ Quia virtutes sanctorum sibi congruunt, vt casti cum castis & misericordes cum misericordibus.

c alteri possit aptari. Facies &

a ¶ Perpetuam charitatem & claram perpetuitatem summe quietis insinuat in circulis aureis, quia circuli nec initium nec finẽ habẽt.

quinquaginta circulos aureos,

quibus † cortinarum uela iun

a ¶ Vt salutari inspiratione ex omnibus sanctis vna fiat ecclesia.

genda sunt, ut unum tabernacu

a ¶ Tectores quibus ab imbre & calore defenduntur cortinæ. b ¶ Quia humiliter se peccatores confitentur.

d lum fiat. Facies & ſ saga cilicina

proficientes nobiscum in † omni seruitio fideles non deseramus, sed digna veneratione tractemus. Ansa ergo contra ansam venit: vt alteri aptetur altera, cum iusti concordi virtutũ qualitate fœderãtur

Luce.2. diuinæ laudationi, vnanimi paci, syncerę castitati, cæterisq; virtuti-
bus in terra, vacaremus, cōsortes in cęlis esse meremur. Vnde, ęqua
les sunt angelis, & filij dei, cū sint filij resurrectionis. Exemplum er
go angelicæ conuersationis, quam in monte cōtemplationis vidit,
præceptis legalibus ostendit: quibus obseruatis ad angelorū con-
sortium peruenīamus in cælis. Exemplū quoq; vitę perfectioris &
beatę retributiōis in figura tabernaculi & ministerij sacerdotalis ac
Leuitici præbuit. Erigitur autē tabernaculū iuxta exemplum in mō
te monstratum, quādo electi ad imitationem angelicę puritatis q̄s
contemplari Moyses meruit, opus animūq; componunt. d ¶ Fa-
cies & velum. Bed. Etiam iuxta literam pulchritudini cęlestis vi-
sionis hoc congruit. Si enim decorē flāmasq; astrorum multifariā
Historice nubium speciem, & ipsam irim consideras mille trahentem, & va-
rios auerso sole colores, multò plures et pulchriores quām in velo
tabernaculi in cælo picturas notabis. ¶ Beda. Facies & velum.
&c. Velum hoc quo tabernaculum diuidebatur medium, dicit Io
sephus ita positum esse: vt viginti cubiti longitudinis ad priorem
domum, decem verò pertinerent ad secundam. Quod per omnia
3.Reg.6. mensuris Salomonici tēpli conuenit, qd̄ cū esset sexaginta cubito-
rum longitudinis, viginti latitudinis, tertiam longitudinis partē. i.
viginti cubitos ad interiorē domum. i. sanctū sanctorum habebat
separatā, ita vt longitudo & latitudo eiusdē domus interioris vna
esset. Sic tabernaculi pars interior lōgitudinē & latitudinē similē. i.
denorū habebat cubitorum. De mystico autem sensu huius veli di
cit Apostolus, exponens quare in priori tabernaculo semper in-
troirent sacerdotes, sacrificiorū officia consummātes. In secō autē
semel in anno solus pontifex nō sine sanguine. Velū hoc, cęlū signi
Ysaie. ficat. In priori tabernaculo quotidie per annum introibant cū sa-
crificijs sacerdotes, qd̄ huius vitæ† ætatem signat, vbi sancti domi
no semper famulātes, quotidiana peccata sine qbus in hac vita esse
nō possūt, quotidianis operū victimis, & lachrymarū libaminib⁹,
☞ quasi sacerdotes

a ¶ Quinque libros Moysi, quibus mirabiliter muniuit ecclesia. b ¶ Ne vacillarent vi ventorum.

tim, qūinq; ād continendas tabu
las in uno latere tabernaculi, & qn

¶ Propter quinque libros legis, quibus omnibus idem præcipitur. a ¶ Quia non solum priorem dei populum ad fidem & opera lex erudiebat, sed etiam nos in nouo testamento spiritualiter intellecta. b ¶ Quia per ipsam completionem boni operis, quando ad futura præmia de carne egredimur, lex nobis bene intellecta prædicat.

que ālios in altero, & eiūsdem nu
meri ad occidentalem plagam qui

¶ Scilicet tabernaculi.

mittentur per medias tabulas à
a summo usque ad summum. Ipsas

¶ In hoc significatur puritas & mundicia sanctorum. ¶ Quia sermo prædicatorum lucem cælestis sapientiæ & beatitudinis præmonstrat. a ¶ Quia æterna beatitudo & fulgida.

quoq; tabulas deaurābis, & fūdes
b ¶ Qui significant coronam summæ beatitudinis, quæ sanctis redderur pro instantia laboris.

in eis annūlos aureos, per quos ue
a ¶ Vectes per annulos aureos tabulata continēt, cum verba prædicationis per promissionem regni cælestis statum ecclesiæ consummant, ne perturbationes mundi timeant.

b ctēs tabulata contineant, quos o
¶ Spirituali intelligentia.

c peries laminis aureis. Et eriges ta
¶ Mentes electorum.

bernaculum iuxta exēplar, quod
¶ Angelicæ puritatis.

tibi in monte monstratum est.
d Facies & uelum de hyacintho

affixi, per quos trāsibant vectes. Erāt autē qnq; vectes in latere C
aquilonarī, & qnq; in latere australi, & qnq; in occidētali, vt habet
in textu. Et hoc exponit dupliciter. Dicūt aliq, quòd p qnq; vectes
intelliguntur qnq; ordies vectiū, & sic in qualibet tabula erāt annu
li quinq; ordinatē dispositi, vt vectes possent per illos rectē trāsire.
Ra. Sa. dicit q̄ non erant ibi quinq; ordies
vectiū, sed tātùm tres ordines, & sic in qua
libet tabula erāt tantùm tres annuli, p quos
vectes transibant, erāt tamē tantū quinq; ve
ctes in q̄libet latere tabernaculi, qa vectis
ille qui trāsibat per annulos fixos & in me
dio tabularum erat vnus & continuus à
principio parietis vsque ad finē. Per annu
los verò qui erant versus partē orientalē
superiorē & inferiorē trāsibāt duo vectes:
Vnus qui mittebatur per vnā partem pa
rietis, & alius p partem oppositam, & cō-
iūgebant in medio, ita q̄ caput vnius ve
ctis intrabat caput alteri⁹ facientes vnum
vectem cōtiguum, sicut fit in baculis eōrū
qui sunt in plurib⁹ partibus p talem mo-
dum cōiuncti. Et sic patet q̄ in vno parie
te erāt quinq; vectes, duo superius, & duo
inferius, & vnus in medio. Vectes tamē q
erant in parte occidētali, erant breuiores
alijs, quia paries ille habebat tantū decem
cubitos & octo digitos in longitudine. &
sic vectis medius habebat tantū decem cu
bitos & octo digitos longitudinis, duo au
tem superiores quinque cubitos & qua-
tuor digitos, & inferiores similiter. Scien-
dū autem q̄ annuli prædicti & vectes erāt
in exteriore pte tabernaculi, & vectes vni⁹
parietis cōiungebantur cum vectibus alte
rius parietis in angulo communi vtrique
parieti cū fortibus vncinis, vt tabernaculū
firmiter staret contra impulsum ventorū.
¶ Ad maiorem autē intellectum describi
tur hīc vnus paries tabernaculi, per quem
possunt faciliter imaginari alij duo. Non
enim potest totum tabernaculum simul ,put erat erectum in plano
figurari. a ¶ Facies & velum. Hīc describitur tabernaculum
quātùm ad vela quę erant duo. Vnum erat diuidens partem tem
pli, q̄ erat sanctū sanctōrū, ab alia q̄ dicebat sanctū vel sancta. & de illo
loquit hīc: Facies & velū de &c. Erat enim de consimili opere cū
cortinis, de quibus prædictum est. Et ideo hīc exponatur sicut ibi:
Qd̄ appēdes

*a ¶ Facies & velū de hyacintho & purpura. Hīc tertiò Moralit
agitur de velo, qd̄ erat ante sēm sanctorū, & fuit figura humanita-
tis Christi, quæ fuit velamentum diuinitatis. Vnde dicitur Heb. x.
d. Initiauit nobis viā nouā & viuētem, p velamentū. i. carnē suam.
*Pulchra varietate

Sequitur figura unius lateris taber-
naculi, quantum ad tabulas &
bases quibus infiguntur.



E quasi sacerdotes dei expiant. Summum verò sacerdotem qui semel in anno in sanctasanctorum cum sanguine victimarum ingrediebatur, illum intellige cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundū or. Mel. qui semel oblatus pro peccatis nostris, ipse sacerdos & hostia per propriū sanguinem cælum intrauit, vt appareat vultui dei p nobis. ¶ Facies & velū de hyacintho & purpura coccoq; bis tincto & byssō retorta. Hactenus de pariete meridiano septentrionali & occidentali expositum est. In sequentibus orientale latus qualiter compositum sit, monstratur: sed prius de medio pariete, qui sanctasanctorum à priore tabernaculo diuidit, dicendum est, quo. s. distinguitur sanctuariū & sanctuariū sanctuarium, qđ Apostolus cælum interpretatur dicens, q̄ posti velamentum erat secundum tabernaculum, in quo semel in anno ingrediebatur solus pontifex, ferens sanguinem in manu. Velū ergo cælum summus pontifex Christus, q̄ resurgens cælum ascēdit in sanguine passionis. Bene autem per hoc velum cælum innuitur, in quo similitudo colorum quibus distinguitur cælum. Serenum enim hyacinthinum est, & siderum flammas continet & diuersitatem planetarum, quorum alij ignei vt Mars, alij candidi vt Iupiter, alij cerulei vt Saturn⁹, & iris mille trahit auerso sole colores. a ¶ Quod appen. ante quatu. &c. Bed. Quatuor autē columnæ ante quas appensum est hoc velū, potestates cęli sunt, quatuor eximijs virtutibus p̄clarę. i. fortitudine, temperantia, prudētia, iustitia, quæ aliter in cęlis seruanē ab angelis & animab⁹ sanctis. Ibi enim subditū esse deo iustitię est, nullū deo p̄ponere bonum vel æquare prudētiæ, deo fortissimē cohęrere fortitudinis, nulla re noxia delectari tē perantię. Hīc autem iustitia in subueniēdo miseris, prudentia in p̄cauendis insidijs, fortitudo agit in p̄ferendis molestijs, tēperantia in coercendis delectationibus prauis, hoc ibi non erit vbi nihil omnino mali.

b ¶ Quæ ipse quidem deau. Beda. Deauratæ sunt columnę ante quas appendit velū, quia positæ intra velum cęli virtutes angelorum, summę claritatis gratia vestitę sunt. Capita habent aurea, quia mentem qua reguntur præsentia diuinę cognitionis & visionis habent illustratā. ¶ Beda. Habent columnę bases argenteas, quia ois natura eorum in hoc quasi fundamēto subsistit, vt laudes decantent suo conditori, & voluntatem eius nobis adhuc peregrinantibus, quasi extra velū positis conciuibus narrent: vnde & ipsi gratulantes eorum in laudibus exhortando dicimus: Benedicite domino omnes an. &c. Auro enim sapientię splendor, argento verborū nitor ostenditur. ¶ Gre. Quatuor columnarū bases iubet esse argenteas: In argento enim claritas diuini verbi accipitur. vnde: Eloquia domini eloquia ca. ar. era. Bases ergo argento vestitæ, quatuor columnas sustinent, quia prędicatores ecclesię diuino eloquio decorati, vt in cunctis se exemplum p̄beant, quatuor euangelistarum dicta ore & opere portant.

c ¶ Inseretur autem. Beda. Quia in æterno consilio diuinitatis erat quando mundus crearetur. In quo primum locum habet cęlestis natura, vel quia firmamentum cęli ita factum est, vt nunquā dissoluatur. Nam qđ dominus ait, Cęlū & terra transibunt, de aëreo accipiendum est. De quo Hieremias: Miluus in cęlo cognouit tempus suum. Illud enim cęlum in iudicio igne periturum est, quod constat in diluuio periisse. Vnde Petrus: Cęli erant prius & terra de aqua, & per aquam consistens verbo dei, per quem tunc mundus aqua inundatus periit. Cęli autem qui nunc sunt, eodem v̄bo repositi sunt igne reseruati in die iudicij. d ¶ Intra quod pones arcam test. &c. Intra hoc velum posita est arca testamenti, quia Christus paternorum arcanorum conscius, posti passionē & resurrectionem cęlos cęlorū ascēdens, sedet ad dexteram patris.

e ¶ Diuidentur Beda. Quia ecclesia quæ ex angelis & hominibus constat, partim peregrinatur in infirmis, partim regnat in supernis, adhuc ciues suos dirimente velo cęli habet ab inuicem segregatos. f ¶ Mensamq; extra. Beda. Mensa & candelabrum tabernaculi temporalia dei beneficia significant, quibus in præsenti reficimur & illuminamur, vt his confortati & adiuti crescente gratia meritorum, ad panem angelorū in cęlis manducandū, & ad veram mundi lucem intrare valeam⁹. Hęc sunt ambo extra velum, qa in hac vita tm̄ scripturis & doctoribus, vel cęteris nostræ redēptionis sacramentis indigem⁹. In futuro autē, vbi Christus palā patrem annuntiabit nobis, & videbimus sicuti est, nō opus erit nobis externo adminiculo, cū habitāt in electis suis deus sicut lux illustrat, & sicut panis vitę satiat, quos introducēs in gaudiū regni perpetua beatitudine sublimat. Diximus qa tabernaculi meridianum antiquam dei plebem signat, q̄ prior lucem diuinæ cognitionis, & feruorem diuinę dilectionis accepit: pars verò septētrionalis cōgregatā de gentibus ecclesiam, quę sedebat in tenebris. Recta ergo distinctione canndelabrum qđ in parte australi locat, gratiam priori populo datam signat: Mensa verò quæ stat in parte aquilonis, data nobis dei beneficia. Et rectè candelabrum contra mensam ponitur, quia scriptura legis & prophetarum ad euangeliū respicit, testimonium perhibēs ei. g ¶ Facies & tento. Be. Exposita narratiōe de velo, qđ sanctuariū & sanctuarij sanctuariū diuidebat, redit exponere de orientali latere sanctuarij qđ interni fit, cū cętera latera eius australe. s. septētrionale & occidentale describeret. Tēntorium ergo in introitu tabernaculi pulchra varietate cōtextū, primitiuā signat ecclesiam, diuersis virtutum floribus cōtextam. Vnde: H Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna &c. Inerat hyacinthus: quia cælestia cogitabat, cælestem vitam in terris ducebat. Inerat purpura, quia pro Christo mori parata. Inerat coccus bis tinctus, quia dei & proximi dilectione flagrabat. Inerat byssus retorta, quia continentia carnis & animi gaudebat. ¶ Beda. Erat adiecta tabernaculum domus deo cōsecrata, habens longitudinis cubitos. xxx. latitudinis. x. & altitudinis æq. x. tectū habens æq̄le per totum, quō in AEgypto & in palestina domus ædificantur, cuius quidē tres partes

☞ rietes

Nicolaus de Lyra.

✠ a Quod appē. ante quat. Istæ quatuor columnę erāt intra tabernaculū inter sanctū et sctm̄ sctōrū. Ex quib⁹ patet, q̄ istud velum habebat. x. cubitos in quadrum, qa altitudo tabernaculi erat. x. cubitorum, & latitudo. x. b ¶ Sed bases. Istę bases erāt fixę in terra & in superiori pte habebant vnū foramen, ita q̄ pes columnę intrabat foramē illud, vt solidē staret erecta. c ¶ Inseretur autem velum per circulos. Vt mediantibus illis posset velū trahi & retrahi. d ¶ Intra quod po. ar. testimonij. scilicet vltra velum intra sanctum sanctorum: & ideo subditur: e ¶ Equo. s. velo. f ¶ Sanctuarium & sanc. san. Diuidentur, qđ supra vocatū est sanctum, hic dicit sanctuariū, ita q̄ ista diuisio intelligit inter sanctum & sctm̄ sanctorū. g ¶ Pones et propitia. super. Modus ponendi expositus est ca. prēce. h ¶ Mēsam q̄ extra velū. Sin parte illa tabernaculi quę dicitur sanctum. i ¶ Et contra mē. cā. in la. tabernaculi. Quod dicitur sanctum, meridiano &c. k ¶ Facies et tentorium in introitu tabernaculi. Hīc cōsequenter describit velum qđ pendebat in introitu tabernaculi loco parietis, & fuit si-

✠ mile ☞rium

Moralis

✠ † ¶ Pulchra varietate cō. Per hoc in homine Christo intelligit varietas omnium charismatū & donorū. a ¶ Quod appendes aī qua. co. Per quos euāgelistę quatuor designant: qui Christi vitam & opera descripserūt. k ¶ Facies et. Quod fuit figura

✠ Iohannis baptistę

Hec varietas pulchritudinis cælo congruit.

& purpura, coccoq; bis tincto,
& byssō retorta opere plumario, & † pulchra uarietate contexтum, quod † appendes ante quatuor columnas de lignis setim,
quæ *ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea,
sed bases argenteas. Inseretur
autem uelum per circulos, intra quod pones arcam testimonij,
& quo sanctuarium & sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones
& propitiatorium super arcam testimonij in sanctasanctorum,
mensamq; extra uelum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in † parte aquilonis. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho
& purpura, coccoque bis tincto, & byssō retorta opere plu-

† facies illū cumfiguris cherubin
† pones sup
Heb. 9. a
*& Mystice
*super qua
† quo &
† quo &
Psal. 102. d.
Psal. 112. b.
Matt. 24. c. Hiere. 8. c.
2. Pet. 3. b.

1 Angelicos spiritus qui quatuor principales virtutes colunt plenarie, quos pro modulo nostro imitamur

2 ¶ Quia angeli incorruptibiles & non mortales condīti, vel quia intemeratam suæ conditionis puritatem custodiunt.

2 ¶ Gratia summæ claritatis vestitæ.

1 ¶ Mentes præsentia suæ visionis illustratas.

2 ¶ Quia in laude conditoris quasi in fundamento sub sistunt quam inceſſanter persoluunt. b ¶ Pro æterno consilio diuinitatis, in qua erant quando crearetur mundus, vel quia firmamentum cæli non potest dissolui.

2 ¶ Æternitatem consilij. b ¶ Scilicet velum.

2 ¶ Christum Iesum sec retorem conscium.

¶ Velo.

2 ¶ Propitiationem pro peccatis. ¶ Quia Christus a parte data est, vt esset propitiatio pro peccatis nostris. vnde Ro. 8. f. Qui mortuus est & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. ¶ Christum.

2 ¶ Temporalia dei beneficia, quibus in præsenti reficimur & illuminamur significat. ¶ Quia in hac vita tantum indigemus vt perueniamus ad panem angelorum & veram mundi lucem.

2 ¶ Quod antiquam dei plebem significat, quæ prior lucem diuinæ cognitionis & feruorem dilectionis accepit diuinæ.

¶ Scriptura.

2 ¶ Primitiuæ ecclesiæ decus, quod ornabatur diuersis virtutum floribus.

2 ¶ Quia cælestia cogitabat.

2 ¶ Quia pro Christo mori parata.

b ¶ Quia dilectione dei & proximi flagrabat.

¶ Mansiuia cordis & mentis.

A ☞rietes, australis septentrionalis & occidētalis, cōpacti sunt de tabulis lignis ab vtroq; latere deauratis. Ex oriētali parte vnius vectis erat, vnde introitus fuit q per medias tabulas ab angulo vsq; ad angulū peruenirēt, id est à summitate vltima huius parietis vsq; ad parietis alterius summitatē, cui cortinæ tabernali & tectū incubuere, vbi & tentorij erat qnq; columnis suspēsum. Tegebat autē dom⁹ desup, & vndiq; cortinis mira varietate cōtextis, decem, q̄ appellē tabernaculū vocabant. Tegebat etiā hoc vndiq; sagis cilicinis vsque ad terrā ptingēt⁹. Sed & aliud opimētū tecto de arietū pellib⁹ rubricatis factū est, & sup hoc aliud opimentū de hyacinthinis pellib⁹. Erat em̄ velū ope plumario variatū, colūnis q̄tuor appēsum, q̄ sanctuariū, & sanctuarij sanctuariū diuidebant, intra q̄s posita erat arca testamēti, & cōtra arcā extra velū altare thymiamatis. Itē in medio ipsi⁹ sanctuarij candelabrū. In pte australi altare holocausti. Foris añ ingressum sanctuarij labiū ęneū inter hoc altare & tabernaculū, & circa omnia atriū tabernaculi, longitudinis habēs cubitos centū, latitudinis qnquaginta. a ¶ Et quinq; columnas. Beda. Colūnæ quib⁹ tētorij⁹ suspēdit sunt doctores, quorū mēs quāto robustio⁹ ad supna erigit, tanto firmio⁹ docendo alios ad amorē supnorū attollitur. Sicut em̄ apli & aplici viri, per tabulas signant, ꝓpter latitudinē doctrinæ, qa in vniuerso mūdo p̄dicāt euāgeliū oi creaturæ. Vel quia charitatē extendunt, etiā ad inimicos, ita propter inexpugnabile mentis robur & intentionē semper ad cęlestia erectam vocabulo & factura columnarum figurantur. Vnde Iacobus & Cephas & Iohannes, qui videbantur columnæ esse &c. Columnæ sunt quinque propter quinque libros Moysi, quibus doctores p̄dicationem suam mununt, maximē q primitiuam instruere ecclesiam, quæ ex Hebræis congregata, solam legis auctoritatem nouerat, nondum patefacta euangelica scriptura.

Moralit.

Glos.

b ¶ Lignorum setim. Beda. Columnæ de lignis setim iubentur fieri & auro operiri, quia p̄dicatores firmitate cordis int⁹ integri in nullo deficientes, & operum claritate foris debent esse perspicui. Vel quia fortitudinem suæ actionis docent diuino adiutorio ꝓtegi, cūm in omnibus gloriam p̄is quęrunt, qui est in cælis, & in omnibus quæ loquunt Christum p̄dicant. Vñ, nō em̄ nosmetipsos p̄dicam⁹, sed Iesum Christum. c ¶ Quarum erunt capita aurea. Beda. Aurea capita Christum significāt, qui est caput corporis ecclesiæ, principium, primogenitus ex mortuis. Nec incongruē p quinque capita columnarum vnum caput ecclesiæ significat. Tot em̄ fuere capita quot columnæ, quia Christus omniū sanctorū caput in se semper manens induisibilis, singulis grām spiritus ꝓ ipsorum capacitate diuidit. De quo dicit: Nunc exaltauit caput meum sup inimicos meos. Capita columnarum non deaurata vt columnæ & tabulæ, sed aurea esse iubentur, quia omnes sancti participāt spiritu & gloria cęlesti. Ipse autem plenus gratiæ & veritatis, cui non ad mensurā dat deus spiritum: pater enim diligit filiū. Habent columnæ tabernaculi bases ęneas, habent aurea capita, qa apostoli & apostolici viri verbis ꝓphetarum in fide sunt firmati, & ad videndā faciem conditoris desiderio erecti. Item capita aurea sed bases habent ęneas, quia quęcunque cęlesti auctoritate sibi data perceperunt, ꝓphetico eloquio p̄dicta esse sacramenta didicerunt. Quia de plaga orientali loquimur, memorandum est aliquid de expositione illius vectis singularis, quem ab angulo tabularum vsque ad angulum alterius parietis porrectum esse, & totam parietū constantiā, ne vi & impulsu ꝓcellarum huc illucq; flectat, contineret diximus Scriptum est in sequentibus, vbi Moyses imperata expleuisse narrat: Fecit ergo alium vectem, qui ꝑ medias tabulas ab angulo vsque ad angulum pueniret. Hic ergo vectis à prima tabularum summitate, vsque ad alterius lateris summitatem, ꝑ decē cubitos latitudinis tabernaculi ꝓtentus est vtroque capite firmiter tabulis impositus: vt per hoc & ea tabernaculi plaga, quæ non tabulis sed columnis constabat, non minus fixa quām cęteræ vento licet impellente persisteret. Hic vectis Christum significat, qui ab angulo vsque ad angulum peruenit, quia à plebe Iudaica quā pri⁹ saluandam elegit, ad gentes se propitiatus extendit. Vnde sicut in ꝓphetis lapis angularis. In lege quoque vectis angularis potest dici lapis angularis, propter † tabernaculum quod de lapidibus viuis deo construitur, vectis verò angularis propter tabernaculū, quod ei de lignis

Num. 6. b. Ioan. 4. a. B

Plaga.

Ezech. 41. d. † templum

§ Quinque libros Moysi, quorum autoritate omnia ecclesia roboratur. § Doctores de quibus dicitur Act. 4. g. Virtute magna reddebant apostoli testimonium re.

a marij, & quinq; columnas †de a

§ Quia p̄dicatores firmitate cordis intus integri.

b aurabis lignorū setim, ante quas

c ducetur tentorium, quarum erunt

a § Quia Christus omnia in omnibus, alij de plenitudine eius accipiunt. b § Non deaurata, quia Christus plenus gratiæ & veritatis.

c § Propter insuperabilem fiducium, vel quia sermo eorum senescente mundo nulla vetustate consumitur, quia non venit legem soluere aut prophetas, sed adimplere. § Prophetæ per quos apostolorum sermo firmatur.

capitā aurea & bāses æneæ*.

Cap. XXVII.

d

§ Holocausti, scilicet proprie. § Corda electorum quæ ad offerenda sacrificia operum a domino consecrata sunt.

Acies & altāre b

a § Vt omnes sensus in longitudine patientiæ, & latitudine charitatis in seruitio dei exerceantur.

de lignis setim, quōd habebit quin c

ei de lignis imputribilibus, id est electorum animabus corruptione carentibus ædificatur.

NICO. DE LY.

☞mile quantū ad materiam & formam & quantitatem, velo prę dicto, qđ diuidebat sanctū & sanctōrū, hoc excepto q illud pendebat in quatuor columnis, istud aūt in qnq;, & in hoc qđ bases columnarū illius veli erāt argenteæ, ipsius autem ęneę, & patet ltera. Rationes autem p̄dictorum sic accipiunt, sicut in ca. p̄cedenti dictum fuit. Per partē tabernacula, quę dicebat sanctum sanctorum, figurabat alia pars orbis nobis inuisibilis, vbi est locus beatorum. & sc̄dm hoc fuerunt assignatæ rationes eorum quæ erāt iuxta sanctum sanctorū, scilicet arcæ ꝓpitiatorij & ipsorū Cherubin. Per partē verò tabernaculi quę dicebat sanctū, figurabatur alia pars orbis nobis visibilis quæ est à cælo sidereo & infrà. & sc̄dm hoc assignādæ sunt rōnes eorū, quę erāt in illa pte tabernaculi. Per cortinas verò diuersorum colorū & multipliciter variatas, quę immediatē tangebant tabernaculū, figurabatur cælum sidereū stellis varijs decoratum. Per septem lucernas quæ erāt in candelabro, figurabant septem planetæ, & iō candelabrū intra tabernaculū positū erat in parte australi, qa mot⁹ planetarū ab oriente in occidentē in hemisphērio nō declinat ab equinoctiali circulo vergēs versus austrū. Operimētū verò de pellib⁹ rubricatis, figurabat elementum ignis, operimentum de pellibus hyacinthinis elemētum aēris, operimentum verò de sagis elementum aquæ, tabulæ verò pariet̄ & bases quæ erant de lignis & metallis, figurabant elementum terræ, quia ligna sunt terræ affixa, & metalla generantur in terra. Et sic per tabernaculum quod figurabat orbem vniuersum, vt p̄dictum est, designabat q; erat deputatū cultui veri dei, qui dñatur toti orbi. Mēsa aūt & ꝓpositionis panes, qui erāt intra tabernaculū in pte aquilonari, & ex aduerso cādelabri, designabāt q; sacerdotes & Leuitæ, qui erāt deputati in ministeriū tabernaculi, debebāt viuere de sacrificijs & oblatiōib⁹ populi, sc̄dm qđ dicit Aplūs. j. Cor. ix. Qui altari deseruiūt, cū altari participāt. Erāt aūt duodecim panes sup mensam, ad designandum duodecim tribus Israēl.

C

† de lignis setim facies ipsi tabernaculo quae deaurabis

– ante quas ducetur tentorium

*quicq; fuerit

Moralit. D

*Iohannis baptistæ qui fuit initium noui testamenti: ꝓpter quod hoc velum fuit positum in introitu tabernaculi: & fuit etiā veteris testamenti finis: sc̄dm quod dicit Matt. xj. Lex & ꝓphetæ vsque ad Iohānem: ideo subdit. a ¶ Quinque columnas deaurabis lignorum se. Per quas quinque libri Moysi designant. Fuit autem hoc velum factum de hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto & byssō retorta: per quæ quatuor significantur in Iohanne baptista. Per hyacinthum cælorum ingressus ab eo denuntiatus, Matth. 3. a. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum. Per byssum retortam, eius virginitas cum austeritate vitæ. Per purpuram eius martyrium. Per coccum bis tinctum, in Iohanne feruens dilectio dei & proximi designatur.

GLO. ORDI.

Acies & altare de li. Bed. sq̄mū. Ca. XXVII. da & incorrupta decet esse corda ī qb⁹ sp̄ūs sc̄tus hitat.

NYC. DE LY.

☞ Et tres cu-

Acies & altare. Descripto tabernaculo et his q̄ erāt itra tabernaculū, hīc cōsequēter describunt illa q̄ erāt extra tabernaculū, ad ipm̄ in ptinētia, & prīo describit altare holocaustiorū, sc̄dō atriū tabernaculi in q̄ erat altare p̄dictū, ibi: Facies & atriū. Circa primū dicitur.

b ¶ Facies & al. Quę sicut sunt ꝑ putribilia, vt p̄dictū est, ita sunt ☞ incremabilia

Moraliter. b ¶ Facies & altare de lignis setim. Hic describitur altare holocaustiorum, in quo carnes offerebantur animalium, & significat pœnitentiam, in qua caro propria immolatur.

Moralit

c ¶ Habebit quinque cubitos in &cætera. Per quos significantur quinque ętates, in quibus debet pœnitentia durare, scilicet adolescentia, iuuentus, status virilis, senectus, & senium. In pueritia verò & ætate decrepita pœnitentiæ austeritas nō habet locum.

E ☞a ¶Et tres cubitos. Beda. Tanta ferè est statura hominis, quomodo ergo ministrabatur altari, quod alibi grad⁹ habere prohibetur, ne pudēda reuelētur. Sed illud dictū est de altari, quod de terra vel de lapidibus cōstruit, vbi gradus ipsi coædificati ad grad⁹ altaris pertinerēt, nunc verò de tabulis fieri præcipitur Quòd si apponatur aliquid ad horā ministrationis, in quo stet minister ad altare nō pertinet.

Mystícè

b ¶Cornua autem. Bed. Quatuor angulos habet altare holocausti, quia p̄ quatuor mundi plagas dilatat ecclesia, quę p̄pter cor vnū & animā vnā credentis multitudinis, in figura vni⁹ designat altaris. ex quo quatuor cornua sunt, cū quatuor virtutibus muniunt corda iustorū, de quib⁹ dicit: Sobrietatē & prudentiā docet iustitiam & virtutē, quib⁹ vtilius nihil est in vita hominū. Hæc cornua ex ipso altari producunt, cū munimēta virtutum fideles nō ad oculū ostēdūt, sed ex cordis radice deo teste generātur. Cornua quatuor, per quatuor angulos altaris fiunt, cū in oib⁹ mundi terminis ecclesia virtutū potētia spirituali, cunctis hostiū insidijs inuiolabilis, imò fortior persistit. c ¶Faciesq; in vsus eius lebetes. Bed. Vasa altaris diuersa, diuersas fideliū personas per multifarias eorum actiones siue cogitationes in famulatum conditoris dispositas accipim⁹, prim̄ lebetes ad suscipiendos cineres facere præcipitur. Cinis aūt hostiarū in magno mysterio accipitur, sicut testatur cinis vitulæ rufæ aspersus (q secūm Aplm) inquinatos sanctificat ad emundationē carnis, in quo sacramentū dñicæ passionis vel p̄fectionis virtutis iustorum sacrificia intelliguntur. Meritò ergo cinis sacramentorum in consummationem dominicæ passionis, vel perfectionis virtutis iustitiæ, cùm toti in seruitio dei per ignē spiritussancti oblati opera bona finire, & ad percipienda præmia, in æternam vitam rapi meruerunt. Vnde Moyses: Hæc est inquit lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsque ad mane. Ignis ex eodem altari †exiet: Vestietur sacerdos tunica & feminalibus lineis, tollensq; cineres quos vorans ignis exussit: & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis. Indutusq; alijs, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet. Ignis autem in altari semper ardebit. Holocaustum ergo crematur in altari, cùm in corde electi qui se totum in carne. s. & corde deo deuouit, opus bonum feruente charitatis igne paratur, qđ fit tota nocte vsque mane. i. toto tempore huius vitæ, vsque mane futuri seculi. Ignis ex eodem altari erit, quia ex illa solùm charitate quam ecclesiæ dominus per spiritum tribuit, ardere debemus. Denique filij Aaron quia ignem alienum deo offerre, & nō eum qui de cęlo semel datus est voluerūt, igne cęlesti perempti sunt: quia qui opera cęlestia nō cęlestis intētione mercedis, sed temporalis fauoris, aut commodi faciunt, sententia iræ cęlestis feriuntur. Vestietur ergo sacerdos tunica & feminalib⁹ lineis. i. Christus qui in nobis ignē suæ charitatis accendere, & per hunc hostias nostræ actionis bene acceptabiles facere consueuit. Vestitur lineis, quia vt nos ad opera virtutum excitet, exempla suæ incarnationis puritatis & mortis p̄ponit, quæ per linū significatur. Tollit sacerdos cineres quos ignis exussit, & ponit iuxta altare, cùm dominus finem laboriosis operibus imponit, neque iustos de hac vita raptos, vltrà pro æterna vita certare, sed coronam iustitiæ, in vita æterna iubet accipere. Ponens cineres iuxta altare, spoliatur prioribus vestimentis, cū ad memoriam iustis bona quæ fecerunt reducēs, non eis amplius habitū passionis imitandum ostendit: sed induitur alijs vestimentis, de q⁹ dicit: Præcinget se & faciet illos discumbere. i. ad æternam retributionem, faciet illos in æterna quiete refoueri. Indutus ergo alijs vestimentis, efferet cineres extra castra, cùm paratus ad remunerandum laborem electorum quicquid boni gesserant, in illa faciet vita videri hinc ablatum. Locus extra castra, vitæ perpetuæ ingressum significat. Vnde: Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur &c. Et alibi: Dñs custodiat introitum tuum & exitum tuum &c. Introitum. s. in hanc ecclesiæ vitam: Exitum in illam, vbi pascua inueniuntur æternæ satietatis. Locus ergo extra castra positus in illa vita intelligitur, cùm mundissimus esse dicatur, qui in hac vita non reperitur. Locus ergo mundissim⁹ extra castra, animus est iustorū, ex hac vita sublatorum, & in alia gaudētū, in quo holocaustū cinis vsq; ad fauillā cōsumitur, cū ibi bonorū operum merces ita redditur, vt omnis labor ad integrū consummatur. Vnde: Absterget deus omnē lachrymam ab oculis iustorū. Et quia cessante labore operū, charitas per quā fiebant, nunq̄ cessabit: sed flagrantior erit, cùm videbit in æternū quem diligit, rectè subditur: Ignis autem in altari semper ardebit. Et paulopost: Ignis est iste ppetuus, qui nunq̄ deficiet de altari. Cōsummato ergo vsque ad fauillā holocausto ignis deficiet, de altari. s. quia assumpto omni genere laborādi, charitas nū quam extinguenda flagrabit. d ¶Forcipes. Bed. Forcipes, sunt prędicatores, qui ignē charitatis in nobis, quasi in altari dei exhortando accendere solent: Et velut gemino dente vtūtur, cùm nos consonis vtriusque testamēti paginis instruūt, & verba charitatis in corde quibus ad ęterna desideria inflammantur, collocant. Vel forcipe, id est duplici ferramento ignem altaris emundant, cùm geminæ charitatis virtutem infundunt, & huius gratia nos ardere & lucere præcipiunt. e ¶Atque fuscinulas &c. Bed. Fuscinulæ quę Grecè vocantur κρεάγρα in ministerio altaris habebantur, vt carnes victimarum per eas de chaldarijs coctæ proferrentur, & ad esum reficiendorum efferrentur: quarum vsus prædicatoribus congruit, quorum ministerium est animas fidelium verbo reficere, rudibus lac simplicis doctrinæ adhibere, perfectioribus solidum cibum ministrare. Qui enim sacramenta Christi cognoscunt & ad imitationem suscipiunt, quasi carnibus hostiæ salutaris satiantur. Et qa doctorum est cuique personæ ministeriū cum discretione cōmittere, rectè fuscinulas iubetur Moyses facere sacerdotibus, quib⁹ carnes hostiarum prout oportuerit, cōponāt, & alia quidē omnib⁹ edenda †offerāt, alia ignibus altaris consumēda relinquant. Sunt enim in verbo dei quędam, quæ ad nostræ refectionis epulas cōcessit. Quædā verò tantæ profunditatis, vt spiritui sancto tm̄ pateant, nostræ verò capacitatis mensuram transcendant. f ¶Ignium receptacula. Ad hoc deputata sunt, vt per hæc ignis sanctus ab altari holocausti ad altare thymiamatis vespere & mane, ad incensum ponendum deferrētur, quia doctores tanquam ignem de altari holocaustorum, ad altare thymiamatis deferunt, cùm auditores de virtute in virtutem prouehunt docendo, & meritis crescentibus ad altiora & diuinæ visionis arcana interiora. Qui etiam feruentia pietate corda proximorum imitantur, receptacula ignium fiunt, quia flammam cęlestis sacritici, quam in fraternis mentib⁹ conspiciunt, in suis accendere satagunt.

☞ Craticulamq;

que cubitos in lōgitudine, & totidē [a]

a ¶Hæc quadratura quinq; cubitorum in vtraque parte significat patres vtriusque testamenti, qui quinque corporis sensus in omni puritate custodire studuerunt, secundum præcepta legis & euangelij. b ¶Quia corda electorum per fidem spem & charitatem ad cęlestia tendunt.

[a] in latitudine, id est quādrū, & trēs [b]

a ¶Quatuor virtutes vel quatuor euangelia, quibus munitur ecclesia.

[b] cubitos in altitudine. Cōrnua autē [c]

a ¶Plagas mundi. b ¶Ex intima radice cordis electorum.

per quatuor ângulos ex ipso erūt,

a ¶Quia cœpta fidelium virtus fideliter vsque ad finem tenetur. Æs enim longo tempore incorruptibile per feuerantiam designat.

c & opies illud ærē. Faciesq; in usus [d]

a ¶Ollas ergo æneas quibus cineres arietz & carbones holocausti cremati recipiebantur. ¶Fideles qui exēpla dominicæ passionis sua mente retractant, vel exitum præcedentium iustorum, qui consummato agone sine fine lętantur.

eius lebētes ad suscipiendos cine-

a ¶Ad emendandum ignem altaris. b ¶Batillia quibus ignis & carbones ab altari holocaustorum ad altare thymiamatum transferebantur.

[d] [e] res, & †forcipēs atque fuscinūlas & [f]

a ¶Corda proximorum charitatē imitanda. b ¶Quia [g] perseuerantes obediunt, & clara voce alios instruunt. Æs enim durabile est & sonorum. ¶Sanctorum corda.

ignium recēptacula. Omnia uāsa

F

Num. 19.a
Eph. 9.d.

Leuit. 6.b.

†erit

Leuit. 10.a.

Luc. 12.c.

Ioh. 10.b.
Psal. 10.b.

Nicolaus de Lyra.

✠ incremabilia. Acre ēt cooperiebantur, eò q̄ ignis erat semper in altari: & nihilominus illud altare interius & exterius erat opertū laminis ęneis. Erat autem istud altare quadratum secundum longitudinem & latitudinem. s. quinq; cubitorum. Altitudo autem altaris erat trium cubitorum: & erat factum ad modum arcæ quadratæ carentis fundo & operculo, ita q̄ habebat superficiem terrę p̄fundo, & interius concauum erat. c ¶Cornua autem &c. In superiori parte altaris erant ista cornua. d ¶Faciesq; in vsus &c. Qui amouebantur de altari & portabant extrà. e ¶Et forcipes. id est tenaculas ad faciendum ignem in altari. Hebręi dicunt hacinos scilicet ad recipiendum sanguinem animalium quæ immolabātur. f ¶Atq; fuscinulas: scilicet ad extrahendum carnes de chaldarijs, & ad ponendū sup altare ea q̄ ibi cremabant. g ¶Et ignitū receptacula. i. vasa in quibus de altari holocausti accipiebantur carbones viui, vt deferrentur intra tabernaculum ad cremādum ✠ thymama

Moralit.

*a ¶Et totidem in latitudine. Quia quique sensus exteriores debent in pœnitētia exerceri. b ¶Et tres in altitudine. p̄ quos significantur tres partes pœnitentiæ, quæ sunt, contritio, confessio & satisfactio. c ¶Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt. Per cornua verò sursum tendentia, intelliguntur cęlestis patriæ desideria, quæ sunt in vera pœnitentia. d ¶Faciesq; in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres. Per huiusmodi vasa intelliguntur instrumenta pœnitentiæ vel exercitia quę sunt ieiunia, vigiliæ, parcitas victus, asperitas vestitus, & similia

* Craticulamq;

Historicè

☞a ℂ Craticulāq; in modum &c. Beda. Altare totum concauū fieri præceptum est, sicut in sequentibus patet, sed & in medio habēs craticulam per totum in modum retis distinctam, in qua victimarum carnes comburendę ponebantur: & subter eam arulam, in qua cōpositis lignis, ignis arderet semper, ad deuoranda holocausta paratus. Erat autē contra arulam hostium in parte oriētali altaris, quo ligna ad alendū ignem mitti, & carbones vel cineres possent egeri, sicut in pictura Cassiodori senatoris (cui⁹ ipse in expositiōe psalmorū meminit) expressum vidimus, in qua etiā vtriq; altari, & holocausti sicut licet, & icēsi quatuor pedes fecit: qd' vtrū que eū sicut tabernaculi & tēpli positionem à Iudęorū doctorib⁹ didicisse putamus. b ℂ Subter aru. Beda. Habet altare arulā subter craticulā, in qua ligna & holocaustorū ignē suscipit, quia eadē electorum corda in se cęlestia verba suscipiunt, quibus calefacti & inflāmati per donū spiritussancti, grata deo vota piarum cogitationū reddūt. Ligna enim arulę altaris sacerdos imponit, cùm doctor desiderantibus fideliū mentibus testimonia scripturarū, quibus in fide & dilectione cōfirmātur, ingerit. Addit ignē lignis, cùm intellectum verbi, & efficaciam operationis à deo quærendam edicit. Ardent ligna in altari, cùm charitas dei diffunditur in cordibus nostris. Et hoc igni superpositum consumitur holocaustum cū omnia, quę bene agere disponimus, donante gratia spiritussancti per virtutē dilectiōis acceptabilia reddūtur. Vū craticula quę holocausta gerit, tanq; rete fieri p̄cipitur: vt per crebras illi⁹ aperturas ignis suppositus, ad consumendas omnino hostias liberè penetret. Necesse est enim, vt gratiæ dei aperiamus corda nostra, & quasi plurimis patefactis ianuis sedulò dep̄cemur, vt per singula quæ inchoamus bona, quasi per singula victimarum eius frustra sua nos misericodia illustrare, & in amorē suum accendere dignetur. Pelagiani enim qui sine gratia dei se aliquid perficere præsumunt, in altari cordis craticulam instar retis non ☞superponunt

Myſticè

†quam

a ¶ Ad suscipienda holocausta paratam. quia parant electi locū domino in intimo corde suo, vbi deuotas ei cogitationes collocant. ¶ Vt per crebras aperturas ignis ad deuorandam hostiam libere exeat.

a exære fabricabis. Craticulamq; in [a]

a ¶ Vt ecclesiā per quatuor mundi plagas diffusam verba dei & veritatis confirment.

modū retis ęneā, per cuius quatuor [a]

a ¶ Euangeliorum libri qui auditoribus suis perpetuę vitę coronam promittunt. b ¶ Quia in omnem terram exiuit sonus eorum. Psal. 18. a. ¶ Vt animas humilium munimine suę consolationis alleuent.

or angulos erūt q̄tuor annuli ęnei, [b]

b †quos pones subter †arulā altaris *b

in Hebræo vbi recurrendum est pro veritate textus habenda, habetur subter, & non super. Et ideo si quis velit sequi dictam expositionem, quam plures expositores sequūtur, oportet dicere, quòd in altari erant octo annuli: quatuor in superiori parte, cum quibus craticula depēdebat ex cornibus: & quatuor in inferiori parte sub arula, in quib⁹ mittebātur vectes ad portandū altare. Sed hoc nō bene cōsonat textui huic. & infrà. xxxviij. a. vbi dicit: Fusis quatuor annulis, p̄ totidē retiaculi summitates ad immittēdos vectes ad portandū. Ex quo patet, quòd annuli quatuor, quib⁹ immittebantur vectes ad portandum altare, erant in summitate retiaculi. Et certum est, quòd retiaculum hīc non potest dici secundum trāslationem nostram, nisi craticula ad modū retis facta. Ideo aliter exponit Rab. Salo. Ad cuius intellectum primò ponenda est litera, prout habetur in Hebræo, quæ talis est: Et cribrū in modum retis æneum: per cuius quatuor angulos erūt quatuor annuli ærei, quos pones super ambitū altaris. Eritq; cribrum vsq; ad altaris medium. Cribrum hīc dicitur quoddam opus æreum, ad modum retis factum. Et ideo vocatur cribrum, quia sicut cribrum habet multa foramina, sic & istud, quia factum est ad modum retis, & circumcibat altare exterius, attingens à parte inferiori vsque ad medietatem altitudinis altaris. Ambitus autem dicitur hīc quædam eleuatio in circumitu altaris per modum zonæ, & erat iste ambitus super cribrum, & annuli erant positi in angulis altaris sub isto ambitu & super cribrum, per quos annulos mittebantur vectes ad portandum altare. Cornua autem quæ erant in superiori parte altaris, in angulis non erant recurua, sed rectè tendentia in altum, quasi quidam pomelli ad decorem altaris. Concauitas autem altaris, quando situabantur castra, & altare impleba tur terra vsque ad summum, & supra superficiem illius terræ intra tabulas altaris inclusæ fiebat ignis, & offerebantur & crēmabantur hostiæ, secundum quod dictum fuit suprà. xx. d. Altare de terra facietis mihi. Et quando mouebantur castra, amouebatur altare prædictum de tabulis factum, & remanebat terra. Et ista expositio concordat literæ, quæ ad hoc potest de facili applicari. ℂ Ad maiorē autē intellectum describpti figuram secūdum vtranque expositionem. Sciendum tamē, quòd vnum lat⁹ tābitùm altaris hīc figuratur apparēs directè: Tū quia alia tria nō possunt figurari in plano. Tum quia per imaginationem inspicientis lat⁹ vnū, alia tria possunt de facili capi, cùm sint per omnem modum similia, hoc excepto, quòd in figura primæ expositionis describitur illud latus, in quo erat fenestra: alia autem tria nullam fenestram habebant. ℂ Rationes autem prędictorum sic assignantur. Altare enim istud vocabatur altare holocausti: non quia hostię holocaustorū ibi tantummodo offerentur, sed etiam cum hoc hostię pacifię & pro peccato. Sed quia hostia holocausti dignior erat, vtpote quia tota incēdebatur ad honorem diuinum: alię verò non, ideo denominatur altare holocausti tanquam à digniori. Item istud altare non erat intra tabernaculum, sed extrà in atrio tabernaculi: Tum propter munditiam tabernaculi seruandam: Tum quia non possent hostię ibi cremari, sed inflammarentur cortinæ quæ erant super tectum, cùm non distarent à pauimento tabernaculi, nisi per decem cu-

B

D

†ambitū

*inferne

Cribrum

Altare holocausti

Nicolaus de Lyra.

thymiama mane & vesperę super altare incēsi, de quo habetur infrà. xxx. ca. a ℂ Craticulamq; in modum retis. Istud exponitur vno modo sic, quòd ista craticula erat ad modū retis facta & quadrata, & in quatuor angulis habebat quatuor catenas, & in fine catenarū quatuor annulos, qui ponebātur in quatuor cornib⁹ altaris ad hoc aptatis per quandā recuruationem, & sic illa craticula ab illis cornibus dependebat intra concauitatem altaris, vsque ad altaris medium, scilicet per cubitum & dimidium, & inferius in arula versus terram fiebat ignis desubtus, per quandam fenestram, quæ in vno latere altaris ad hoc erat facta, & ignis ascendens de arula per foramina prędictæ craticulæ transiens, illa quæ erant ibi posita, cremabat. Et patet litera secūdū hoc vsq; ibi: b ℂ Quos pones subter arulam altaris. Arula enim est vas, vbi ponitur ignis, prout Iere. xxxvj. c. dicitur. Et sic ista litera videtur manifestè contradicere prędictis, quia quod dicitur hīc: Quos pones subter arulam, loquitur de quatuor annulis prędictis: quia in altari holocaustorum nō ponuntur, nisi quatuor annuli tam in isto loco, quàm infrà. xxxviij. ca. Isti autem annuli secūdum prędicta positi erant in cornibus altaris, quæ erant in summitate eius. Arula autem erat inferius. & ideo dicunt aliqui, quòd textus est hīc corruptus vitio scriptorum, quia vbi dicitur, subter arulam, debet dici super arulam, sed hoc non est verum, quia in libris antiquis & in He

*a ℂ Craticulamq;. In qua comburebantur carnes impositę: & significat feruorem dilectionis, virtute cuius aduruntur motus carnis. Vnde dicitur Psal. xxv. a. Vre renes meos, & cor meum.

Moraliter

* Sed inane

☞ E superponunt sacro igni, sed quasi pariet, solidū inter se & ignem spiritussancti, ne charitate calesiant, interponunt. Non solidum, sed inane &c. vt copiosum scilicet locum haberet, vt ignem sanctum, & ligna ad ignem, vel holocausta igne consummenda reciperet. Tu quoq; si vis esse altare dei, exinani teipsum ab omni contagio mundanorum: vt in te ligna verborum cęlestium, & hostiæ virtutum locum habeāt spatiosum: capiasq; flāmā spiritussancti, quo eędem hostiæ domino consecrentur, & ad finem perfectionis perducantur. ¶ Beda. Si quem mouet iuxta literam, quomodo ligna altaris tanto igne vicino incombusta permanere poterunt, accipiat Hieronymi responsum. Altaris (inqt) ligna quæ de lignis paradisi sunt, non cremātur igne vicino, sed puriora reddunturNec mirum hoc de sanctuario & interioribus templi & altaris & thymiamatis credere, cū etiam anchiton ligni genus vel ligno simile, quātò pl' arserit, tantò mundius inueniatur. a ¶ Facies & vectes. Doctores scilicet qui Iudęam scilicet & Gentilitatē in vnam fidei gratiam consono ore & opere vocent. Vel ex vtroq; latere altaris ad portandum erunt vectes, cū prædicatores mētes fidelium in prosperis & in aduersis constantiam virtutum tenere docebunt. b ¶ Sicut tibi in mōte. Beda. Omnia quæ nobis mysticè in altaris & tabernaculi cōstructiōe Moyses facienda designauit, prius in illa cælesti conuersatiōe in qua cū domino q̄draginta diebus fuit, facta in supernis ciuibus perenni obseruatione vidit.

F Non enim dubium est eū potuisse ante solium dei illud altare vidisse, quod vidit Esaias veris carbonibus internæ claritatis plenissimum. & forcipes sanctos quos idem propheta vidit, quorum vno tulit angelus carbonem de altari, quo eius labia purgauit. eiusdem nāq; spiritus gratia qua angeli inflammantur ad amandum deum semper in cælis, & hominibus in terra peccata dimittuntur, & virtutum dona conceduntur. Altare ergo concauum & inane fieri præcipitur, sicut Moysi in monte mōstratum est. Quia sicut angeli & spiritus iustorum in cælis vacui à peccatis, & pleni sunt pietate & iustitia: ita & nos in terra declinare à malo & facere bonum debemus. Quòd sicut exhortationib' verbi cælestis, ita mysticis tabernaculi & vasorum figuris & cęremoniarum semper agere iubemur. c ¶ Facies & atrium. Beda. Sicut sanctasanctorum quæ in cęlis ecclesiæ partē designat, & pri' tabernaculum perfectam vitam fidelium in hoc seculo, ita atrium tabernaculi quod exterius erat, † prima inchoantium rudimenta. Vnde tentoria eiusdem atrij erāt de byssō retorta, quia primò incipientibus, cura est impendenda, vt carnis simul & spiritus refrenent illecebras. Vnde: Mundemus nos ab omni inquinamēto carnis & spiritus. Byssus enim de terra viridis oritur, sed eruta sicatur, tunditur, coquitur, torquetur: & magno longoq; exercitio ad candidum perducitur colorem, sic caro nostra vt ad virtutem decoremq; perueniat castitatis, necesse est vt oret, ieiunet, vigilet, & omni continentia laboret, vt delectationes ingenitas siccet, & ad eū dignitatē virtutis quam desideramus, ascendat. Retorquet autem byssus, ne facile soluatur, cū non solū carnis luxuria restringitur, sed tota e' memoria ab intimo, corde eradicatur. d ¶ Centum cubitos. Beda. Constat centenarium qui in computo digitorum à leua transit ad dexteram, sępe in scripturis celibem significare vitam, quia sicut dextera leue, ita cælestis præsertur præsenti vitę. A Edificationem arcę Noe centesimo anno compleuit. qa ecclesiam in hac vita ædificat, dominus in futuro perficiet. Abrahæ centenario nascitur Isaac filius promissionis, quia b fidictio hæreditatis q̄ in semine eius oīb' familijs terræ promittit, i futuro & cęlesti patria reddet. Cętū annos pegrinat ipe i terra promissiōis, quia qui filij Abrahæ p fidē efficimur, in spe supnę hęreditatis debemus i psenti peregrinari. Senuit Isaac i Geraris, quod iterpretat incolatus: & inuenit in ipso anno centuplum. qa qcūq; pmissionis filij in hac vita peregrinantes, bona operamur, mox egressi de corpore, in cęlesti vita recipimur. Centum ergo cubitos habet latus tabernaculi in longum, quia omnes qui ad ecclesię membra pertinent, necesse est pro æterna in cælis vita laborem pœnitentiæ & continentiæ temporalis assumant. e ¶ Et columnas viginti. Bed. Columnę quibus tentoria suspenduntur, doctores sunt qui corda auditorum à terrenis ad cælestia sustollunt, & quasi vestes domini diligenter extendunt, ne quid duplicitatis remaneat, sed simplici & mūda intentiōe coram domino velut tentoria byssina nitent. Fuerunt autem columnæ æneæ, sed argento vestitę, sicut in sequentib' declaratur: A Eneæ quidem propter p seuerantiam virtutis, vel sonoritatem prędicationis. Argento autem vestitę, quia non aliud quàm verbum dei sonant. f ¶ Cum basibus. Beda. Basib' columnarum æneis initium sapientiæ, id est timor domini itelligitur. de q̄ Iesus filius Syrach ait: Radix sapientiæ, timor domini. Et pulchrè subiunxit: Et rami eius longęui. quia germina virtutum multifaria quę de timore domini tanq; opus, & cælaturæ columnarū de basibus prodeūt, nūq; fructu mercedis carebūt. g ¶ Argentea. Beda. Capita non argentata, sed tota argentea, quia doctores totos se diuinæ scripturę subiiciunt, verba diuina meditando & prædicādo mācipant animā & corpus. Sicut enim mēbra sine capite viuere nequeūt, sic illi eloquia diuina vitā suā existimātes hęc nūq; obediēdo portare, & se humiliādo exaltare desistunt. h ¶ Similiter & i la. Bed. Eadē de latere aglon's repetunt, q̄ de latere australi prętermissa sunt, quia vtriusq; testamēti pōnes consono ore ad cęlestia nos erigūt. ☞ vtrūq; tū etsi facta habuerūt p̄ tpe differentia imò hoc in tpe noui testamenti gētiq; de vtroq; populo ad salutem pertigūt, non solùm eādem fidem, confessionem & operationem, sed & sacramenta habent eadem in emundatione peccatorum, & perceptione cælestis vitę in gratia dei per Iesum Christum.

☞ Colūnę viginti

†Eritq; craticula usque ad altaris me-
a ¶ Doctores qui ecclesiam quodāmodo portant, dum fidem & sacramenta veritatis vel nescientibus prædicant, vel scientibus quæ acceperunt, confirmantes roborant.
a dium. †Facies & uectes altaris deli-
a ¶ Vt vtriq; populo, Iudæorum scilicet & gentium, verbum prædicent.
gnis setim dūos, quos operies laminis
a ¶ Propter sonum & inflantiam prædicationis. b ¶ Vectes vt portari queat altare, mittuntur in circulos, cum doctores corda fidelium per verba euangelij, quæ cælo & terra transeuntibus non præteribunt, exhortando erigunt.
æneis, & indūces per circulos, eruntq; b ex utroq; latere altaris ad portandum.
a ¶ Si vis esse altare dei, abiice omnia contagia, fac cor tuum spatiosum, vt capias ligna verborum cælestium & hostias virtutum, & ignem spiritussancti. b ¶ Vacuum sit licet, & omni iniquitate & temporali sollicitudine.
†Non solidum, sed inane & cōcauum a
a ¶ Sicut scilicet angelis & sanctis hominibus constat.
b intrinsec' facies illud, sicūt tibi in mon
a ¶ Contemplationis. b ¶ Rudimentum inchoantium.
c tē monstratum est. Facies & atrium ta b
bernaculi, in cuius plaga australi cons
a ¶ Quia incipientibus prius fugenda est carnis & spiritus illecebra, vt mundentur ab omni inquinamento carnis & spiritus.
tra meridiem, erunt tentoria de byssō
a ¶ Centenarius, qui a leua transit in dexteram, cælest em significat vitam.
d retorta. Centum cubitos unum latus
gulis in speciali. d ¶ Et locutus est. Hic agit de cã finali. ad hoc enim fiebat tabernaculum, vt deputaret diuino cultui, qui pro magna ꝑte cõsistebat in obseruatiõe sabbathi, de qua suprà dictũ est. xx. ca. verũtamen hoc replicať duplici de cã. V na est, quia possent credere filij Israel, q̃ licitum ellet facere opus tabernaculi etiã i die sabbathi, cõ q̃ ta bernaculũ ordinabatur ad cultũ dei: ideo ad hoc excludendũ repetiť hĩc ꝑceptũ de obseruatione sabbathi. Secũda cã est ad adden dũ firmitatẽ ꝑcepti, qa hĩc exprimitur pœna transgressionis, quę prius nõ erat expressa. Dicit igiť: e ¶ Videte vt &c. vacãdo diuinis. f ¶ Quia signũ. videlicet q̃ suis mihi peculiaris populus, meo cultui spãliter applicať, & ego vester deus. g ¶ Qui pollue. faciẽdo opera ꝑter illa q̃ suprà determinata sunt. xx. ca. h ¶ Morte &c. si fuerint testes eum conuincentes. i ¶ Qui fe. in eo opus: de quo nõ posset cõuinci. k ¶ Peribit anima illi: qa puniet grauius à deo in futuro, nisi pœnituerit & satisfecerit in vita pr̃senti. Cętera patent ex suprà dictis vsq; ibi: l ¶ Dedit quoq; &c. dicit Ra. Sa. q̃ præceptum domini de fabricatione tabernaculi & cæteris ei annexis, fuit dã tũ Moysi post fabricatiõem vituli: hoc ideo tũ sit prius, qa non oĩa scribunť eo ordine quo facta sunt. Dicit igiť q̃ post fabricatiõnẽ vituli Moyses ascẽdit ad dñm ad deprecãdũ, ꝑ remissiõe tãti peccati, vt habeť ex. ca. & q̃ d s fuit placatꝰ per eius ꝓces, tũc in signũ huiꝰ dixit Moysi, q̃ faceret tabernaculũ de oblationibus populi, quas acceptabat quasi emẽdã sui delicti, & sicꝰm ergo illud qđ hĩc dicit: m ¶ Cõpletis &c. nõ refert ad ea q̃ dicta sunt de fabricatiõe tabernaculi & alnș annexis, sed solũ ad illud qđ dictũ est vltimo de obseruatiõe sabbathi. vñ & i Hebręo nõ habetur huiusmodi sermonibꝰ, sed hoc solũ: Cũ cõplesset loqui cũ Moyse, sicꝰm ỹ ꝺ doctores nr̃os, ꝓceptũ de fabricatiõe tabernaculi & alnș ꝓdictis datũ fuit. Moysi sicut scriptũ est añ fabricationẽ vituli: sed ꝓpter hmõi pctm̃ ipeditũ fuit opꝰ, quousq; ☞ dñs fuit eis

✠ significat, vt. ꝯ. dictum est: ꝓpter qđ structores tabernaculi significant ædificatores ecclesię sub Christo tñ principali actore: & isti fuerũt apostoli, specialiter Petrus & Paulus. j. Cor. iij. b. Adiutores dei sumꝰ. & Gal. ij. b. Qui operatꝰ est Petro in apostolatum circũcisiõis operatꝰ est & mihi inter gentes. Et conuenienter significanť ꝑ noĩa principaliũ artificũ, quorũ primus vocatus fuit Beseleel, q̃ interpretatur vmbra dei: & bñ significat Petrũ. Nã ad tactum vmbræ eius virtute diuina sanabantur infirmi, Act. v. Sedș vocatus fuit Ooliab, q̃ interpretatur habitatio mea pater: & bñ significat Paulum, q̃ mẽte habitabat in deo patre omniũ sicut ipe dicit Phi. iij. d. Nr̃a cõuersatio in cęlis est. l ¶ Dedit quoq; &c. in qbꝰ sic ꝑpta erat decẽ ꝑcepta decalogi digito dei: ꝑpter qđ significãt intellectũ hominis dctaffe ętũ, in quibus lex noua scripta est ꝑ fidẽ & charitatẽ ope spiritussãcti, q̃ dicit digitꝰ dei suprà. viij. ca. De hac aũt descriptiõe nouæ legis dicit Hiere. xxxj. f. Post dies illos dicit dominꝰ: Dabo legem meam in visceribus eorum: & in corde eorum scribam eam. Et quòd loquatur de lege noua patet ibidem per literam præcedentem, vbi dicitur: Feriã domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cũ patribꝰ vestris in die qua apprehẽdi manũ eorũ, vt educerẽ eos de terra Ægypti.

Duę tabulę Moysi.

a ¶Duas tabulas. Cùm multa locutus sit deus, duæ tãtũ tabulæ dantur Moysi lapideæ, quę dicuntur tabulę testimonij, quia cætera omnia quę p̃cepit de⁹, ex illis decē p̃ceptis, q̃ in duabus scripta sunt tabulis pendere intelliguntur, si diligenter quęrantur, & bene intelligantur, sicut ipsa decē ex duobus, dilectione, s. dei & ꝓximi: in quibus scilicet tota lex pendet & ꝓphetæ.

Matt. 22. d.

Cap. XXXII.

b ¶Fac nobis &c. Deos pluraliter, cùm vnus tantũm vitulus factus sit ad similitudinem. Bouis Apis quē in Aegypto coluerunt, sed qui idolatriã colit omnibus vitijs subijcit se, & quasi tot dijs & dæmonib⁹ quot vitijs seruit. c ¶Dixitq; ad &c. Augusti. Intelligit Aaron difficilia præcipere, vt hoc modo eos ab illa intentione reuocaret. Factum est tamen illud ipsum difficile, vt esset aurum ad faciendum idolam: quod propter eos notandum putaui, q̃ cõtristantur si quid tale propter vitam ęternã diuinitus fieri, vel æquo animo tolerare iubeantur. d ¶Et sedit populus comedere &c. Esus potusq; ad lusum impulit, lusus ad idolatriã: quia sivanitatis culpa nõ cautè cõpescitur: ab iniquitate mẽs inexcusa deuorat. Vnde: Qui modica spernit, paulatim decidit. Si enim curare parua negligim⁹ insensibiliter seducti, & maiora audẽter ꝓpetram⁹.

Moraliter

Eccly. 2.

¶Isti sunt

Nico. de Lyra.

¶Dominus fuit eis placatus. & sic li huiusmodi sermonibus, refert ad omnia prędicta à principio. xxv. ca. vsq; ad locũ istum.

a ¶Duas tabu. testi. la. scriptas. secundũ doc. nostros in vna tabula erant scripta tria præcepta, in alia septem, secũdum Hebręos in qualibet tabula erãt quinq; scripta vt patebit capi. seq. b ¶Digito dei. i. opere eius, & non opere humano.

B

Diuisio

Cap. XXXII.

Vidẽs aũt populus. Post præceptũ de cõstructione tabernaculi: hic cõsequenter describit superueniẽs impedimẽtũ ex peccato populi: & primò ponit populi transgressio. secũdò Moysi deprecatio. ibi: Facto autẽ die altero. Circa primũ primò ponit peccati ꝓperatio. secũdò perpetrati cognitio. ibi: Locutus est autẽ. tertiò cogniti examinatio. ibi: Arripiensq; &c. quartò examinati punitio. ibi: Vidẽs ergo Moyses. Circa primũ dicit sic: c ¶Vidẽs aũt po. Dicit Ra. Sa. q̃ isti fuerũt Aegyptij cõuersi ad Iudaismũ, q̃ ascẽderũt cũ Iudęis de Aegypto, vt dictũ est suprà. xij. ca. & isti quia erãt nutriti in idolatria, ad eã incitauerũt magnam partẽ de filijs Israel. d ¶Quod morã &c. Dicit Rab. Sa. q̃ Moyses recedẽs de castris, volẽs ascẽdere ad dominũ dixit se rediturũ quadragesima die circa horam sextam. Populus autem intellexit, q̃ dies sui recessus esset de numero illo: sed non erat: quia Moyses intelligebat de diebus naturalibus integris. dies autem illa non erat integra: quia tota nox iam præcesserat & aliqua pars diei artificialis. Tricesimonono autem die, quem populus credebat esse. xl. fathan turbauit aẽrem, & ostendit similitudinem feretri, dicẽs quòd mortuus esset Moyses, & tunc populus concitatus fuit ad fabricandum idolum, cuius nutu deducerentur loco ducatus Moysi. Sed hoc dictũ patet ex textu esse confictum, quia subditur: f ¶Moysi enim huic viro qui &c. Si enim vidissent mortis eius signa prædicta, magis dixissent quòd fuisset mortuus: quia hæc esset causa rationabilis & efficacior ad quærendum alitũ doctorẽ. Aliter etiam patebit falsitas huius dicti per sequentia. e ¶Congregatus aduersus Aarõ &c. Quare hîc nõ fit mẽtio de Hur, quẽ constituerat Moyses ad regimen populi cum Aaron, vt dictum est suprà. xxiij. ca. dicit. R. ab. Sa. quòd populus interfecerat eum, eò quòd ipsum argueret de tanto scelere. g ¶Dixitq; ad eos Aaron. timore mortis assentiens eis, licet non ex corde. h ¶Tollite inaures aureas. Credebat enim Aaron, quòd vxores filij & filię grauiter ferrent, si acciperentur eorũ ornamẽta. & sic ex hoc & ex cupiditate Iudęorũ credebat impedire conatum populi, vel saltem retardare vsque ad aduentum Moysi, qui populũ reprimeret. i ¶Fecit populus quæ iusserat &c. Ex quo patet magna voluntas idolatrandi, nõ solùm in viris, sed etiam in vxoribus & liberis, qui ita promptè ornamenta sua pretiosa tradiderũt. k ¶Formauit opere fusorio &c. In Hebræo habetur: In filo quod exponit Ra. Sa. dicens, quòd Aaron primò depinxit cum stilo in tabula formam vituli, & tradidit artificibus, vt facerent ad similitudinẽ illius, qa Apis quod reputabatur maximum numẽ Aegypti, apparuerat eis in Aegypto in specie tauri, vt dictum est suprà. viij. cap. l ¶Dixerunt q̃ &c. ex quo patet magna insania populi, qui mirabilia inaudita à deo facta in exitu eorũ de Aegypto attribuebat idolo. & licet esset vnum idolum tantùm, tamen dixerunt: Hi sunt dij ad reverentiam idoli, sicut magnæ personę de se loquuntur in plurali ad magnificentiam, vt nos præcipimus, nos volumus. & huiusmodi. m ¶Quod cum vidisset Aarõ &c. dicit. Ra. Sa. q̃ vidit spiritum vitæ in vitulo, sicut dicitur. Et mutauerunt gloriã suam in similitudinem vituli comedentis fœnũ. Sed patet manifestè, q̃ hæc est fictio & scripturæ peruersio. Si enim in vitulo fabricato spiritus vitæ fuisset, scriptura non dixisset, in similitudinem vituli, sed in vitulum. Et ideo aliter dicendum, q̃ Aaron vidit tantam voluntatem immolandi victimas idolo in populo, q̃ nõ poterat relisse, ideo sequitur: n ¶Ædificauit altare coram eo: & pręco. &c. ad retardandũ immolationem, quia statim sine altari immolassent. Vñ dicit: Ædificauit scilicet ipse & non populus, vt tardius fieret, vt dicit Rab. Sa. quia si dixisset q̃ facerent in momento sic fuisset factum ꝑ manus multorũ. o ¶Cras solennitas. nõ hodie: q̃ dixit ad retardandum immolationem, si forte interim veniret Moyses & impediret eam. p ¶Surgentes q̃ mane. antequam veniret Moyses, qui tamen venit eadem die. Ex dictis patet falsitas, prædictæ fictionis. s. q̃ populus fuit excitatus ad idolatriam, eò q̃ altera die prędictæ hora. vi. viderant signa mortis Moysi, vt ꝑdictũ est, qa ad hoc seq̃ q̃ ab illa hora vsq; ad horã vel perarum oia ista fuerãt facta successiuè ꝑ ordinẽ. s. ꝓuocatio Aegyptiorũ cõuersorum, deceptio Iudęorum, occisio Hur eos arguẽtis, assensus Aarõ timore mortis petitio inaurũ, apportatio earũ etiã ab extremitatibus castrorũ, q̃ occupabãt magnũ terræ spatiũ, cũ essent ibi sexcenta milia virorũ absq; mulieribus & paruulis. Itẽ formatio vituli, cõstructio altaris, & ꝓclamatio cras tinæ solennitatis, q̃ nullo mõ potuerũt fieri successiuè in tã breui tpe. Et ex hoc patet q̃ pluribus diebus antequã complerentur. xl. dies prædicti inceperũt tractare istud negotium. q ¶Et sedit populus man. de immolatis coram idolo. r ¶Et surre. ludere. i. chorizare & cãtare, vt patet ex sequẽtibus. & hoc faciebãt in veneration idoli, q̃d ꝑtinet ad idolatriam. vñ in Hebręo habetur: Et surrexerunt illudere, qa idolatria est illusio diuina.

Quę facta fuerint ante aduentum Moysi.

Victimas

Quõmodo populus seduci fuerit

Vitulus quẽ fecit

† desecẽdere

& ad

Quæ facta fuerint ante aduentum Moysi.

† mãducare

† ac 1. Co. 10. b.

¶Locutus est

Moraliter. Videns autem populus. secũdũ q̃d dicit Gregorius, ꝓ qualitatibus subditorum disponunt acta regentiũ: vñ sæpe fit, vt ꝓculpa gregis, verè boni delinquat vita pastoris. Et ponit exemplũ de Dauid, qui pro culpa populi ꝑmissus fuit à deo peccare in eius numeratione, ꝛ. Reg. xxiiij. propter quod Dauid nõ fuit punitus in persona, licet hoc peteret à domino, vt habetur ibidẽ, sed populus fuit grauiter punitus. Similiter credendũ est, q̃ Aarõ, ꝓpter malus fuit grauiter punitus. Similiter credendũ est, q̃ Aarõ, ꝓpter malitiã populi petẽtis sibi deos fieri, ꝑmissus fuit peccare in vituli conflatilis fabricatiõe: ꝓpter q̃d Aarõ in ꝓsona, ꝓpria nõ fuit punit⁹ sed populus: & in hoc Aaron figurã tenuit boni principis, vel ꝓlati qui ꝓpter malitiã subditorum aliquando ꝑmittit in peccatũ labi.

Moraliter

* lie & redire

a ¶Isti sunt dñi tui. Aug. Dominus indicans Moysi, quid fecerit populus de vitulo & de idolo quod ex auro suo fecerant, dicit eos dixisse: Hi sunt dñi tui Israel q te eduxerunt de terra Aegypti. Quod eos dixisse non legitur: sed animum eorum hunc fuisse deus ostendit. horum quippe gerebant verborum in corde suiam, quæ deū latere non poterat. b ¶Dimitte me &c.

Mystice Precatio iusti ꝛ dicens Iob. 9. b.

Grego. Quid est seruo dicere, dimitte me, nisi deprecandi ausum prębere? quasi pensa quantūm apud me valeas: & cognosce quia obtinere poteris quicquid pro populo exoras. In Iob tamen dicitur: Deus cuius iræ resistere nemo potest, cùm iræ dei resistit Moyses, qui superne percussionis impetum mortis suæ oblatione restrinxit dicens: Dimitte eis hanc noxam, alioquin dele me de libro tuo quem scripsisti. Aaron quoq; ignem diuinæ animaduersionis incensi fumo temperauit: & Phinees luxuriantes cum alienigenis trucidans, zelum suum diuinæ indignationi obtulit, & furorem gladio placauit. Dauid angelo ferienti se offerens, placationis gratiam ante tempus propositum exegit. Sed resisti iræ dei non potest, cū sese (vt ita dixerim) medullitus moueat: nec se vtiliter alicuius deprecatio obiicit, cū semel deus aliquid ab intimis iracundo disponit. Hinc est enim q; Moyses, qui reatū totius populi precibus suis tersit, & diuinæ iracundiæ vim placauit, ad petram Horeb veniens, pro aquæ exhibitione diffidens, terram promissionis ingredi domino

Nu. 24. c.

Nu. 20. b.

†47. dist. c. disciplina

trascēre non potuit: & se hac de re affligit, & desiderio turbat, & dispositę vltionis iracundiam repellere à se nō valuit, qui volente domino à populo amouit. Hinc Dauid

2. Re. 24. c.

pstrata plebe angeli gladium prece compescuit, cùm prius plorans & eiulans nudis

2. Reg. 15. f.

F pedibus filium fugeret, & quousq; perpetrati facinoris vltionem ad plenum recipere, iram dei non valuit pro seipso temperare. ¶Grego. A Edificare lectorē iuxta historiam potest, si perpendat quomodo bonis rectoribus mista sit regendi autoritas & consolandi benignitas. Disciplina enī vel misericordia multūm destituta si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos debet inesse doctoribus vel rectoribus, & iustē consolans misericordia, & piè sæuiens disciplina. Vide enim Moysen piè amantem & districtè sęuientem. Cùm enim dicere: Delevit, peccauit populus tuus, quasi qui in tali peccato lapsus est, iam me? non est, & adderetur: Dimitte me vt irascat furor meus contra eos &c. Sæpe seire, dei opponens ait: Aut dimitte eis hanc noxā, aut dele me de libro tuo. Pensemus quibus viscerib⁹ populū amauit, pro cui? vita se deleri petiuit, & quāto zelo rectitudinis, cū veniam obtinuisset, ad populū veniēs ait: Ponat vir gladium super femur suum &c. Ecce qui vitam omniū cū sua morte petiuit, paucorū vitā gladio extinxit, intus ignibus amoris, foris accensus est zelo sęueritatis, sic amauit quibus prefuit, vt pro eis nō parceret sibi: delinquētes sic persecutus est, vt etiā domino parcente prosterneret vtrobiq; legatis fortis causam populi apud deū precibus causam dei apud populum gladius allegauit. Intus amans, diuinæ irę supplicando obstitit, foris sęuiēs culpā feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus in offensa paucorum. Sed idcirco deus eum citius audiuit agentem pro populo, qa vidit qd super populum acturus esset pro deo. In regimine ergo populi vtrunq; Moyses miscuit, vt nec disciplina deesset misericordię, nec misericordia disciplinæ.

†eos de

§ ¶Recordare Abrahā Isaac. &c. Patres qui diliguntur, inducit pro filiis qui offenduntur, nec merenti audiri, quia bona sanctorum patrum sæpe subueniunt filiis. d ¶Placatusq; est dominus ne faceret malum. Aug. Malitiam hīc pro catusq; est dominus ne faceret malum. Aug. Malitiam hīc pro nam intelligi voluit, sicut est illud: A Estimata est malitia exitus illorū. Sed m hoc dicit & bonū & malū esse à deo, nō sed m malitiā qua homines mali sunt. Malus enim deus non est, sed malis ingerit mala: quia iustus est.

Malitiam deū facere Sap. 1. a.

¶Iratusq; val.

Nico. de Lyra.

¶ ¶Locutus est. Consequenter ponitur peccati perpetrati cognitio, & primò p diuinam reuelationem, secundò p. sensum experientiā, ibi: Et reuersus est Moyses. Circa primū prēmittitur peccati reuelatio, secūdò pœnę cōminatio, ibi: Rursumq;. Circa primū dicit: a ¶Locutus &c. reuelās populi transgressionem dicens. b ¶Vade descen. qa ad prelatum pertinet peccata subditorū manifesta corrigere. Aliter exponit Ra. Sa. dicēs: Descende. s. à tua dignitate & gloria: quia sicut dignitas & gloria prælati consistit in bonitate subditorum, secundum qd dicit Ioh. iij. cano. b. Maiorem horū non habeo gratiam, quā vt audiā filios meos in veritate ambulantes, ita deiectio sui honoris est in eorū pueritate. c ¶Peccauit populus &c. q. d. iam non est me?, quia me per idolatriā abnegauit. d ¶Recesserunt cito &c. tanq; instabiles in bono, & pni ad malū. e ¶Rursumq;. Hīc consequenter ponitur pœnę comminatio cūm subdit. f ¶Cerno q; populus. ducer. &c. i. non recipiens correctionem.

†propitiū

g ¶Dimitte me &c. Loquit mō humano, cū filius offendit patrem, & pater tenēs gladium quasi ad iugulandum ipsum, dicit alicui existenti iuxta se: ne retineas me à percussione, per hoc magis insinuās cōtrariū, scilicet quòd velit retineri, & ex hoc accepit Moyses audaciā orādi, p populo ad retinēdū dei vindictam dicēs: h ¶Cur dñe &c. quē reputas specialem filium, sicut dictū est suprā. iiij. f. Filius me? primogenitus Israel. i ¶Ne quæso dicant Aegyptij callide eduxit &c. q. d. Istud reuerteretur in blasphemiam contra te. Allegat etiam ad hoc dei pietatem dicens: k ¶Quiescat ira tua & esto &c. q. d. tibi propriū est parcere & misereri & non irasci. Allegat etiam consequenter merita patrum dicens: l ¶Recordare Abraham Isaac & Iacob &c. q. d. Si populus iste meruit mori per incendium, ecce Abraham pater eorū ꝓpter amorem tuū proiect? fuit in ignem Chaldęorum. Si p gladium, ecce Isaac fuit paratus pro te immolari. Si meruerunt exilium, ecce Israel tanquam exul fugit in Mesopotamiam obediens patri suo & tibi. m ¶Quibus iurasti per temetipsum dicens: Multiplicabo semen &c. qui es omnino immutabilis: & ideo iuramentum tuum debet inuiolabiliter teneri de terra Chananęorum danda semini eorum, qd tamen frustraretur, si deleres populū tuum de terra. n ¶Placatusq; est dominus ne faceret malum suum &c. Non q; pœnam omnino dimitteret: vt patet ex sequentibus, sed ne omnino deleret sicut dixerat: Dimitte me vt deleam eos. o ¶Et reuersus est Moyses de monte. Hīc consequenter ponitur peccati cognitio per experientiam, scilicet sensus, visus, & auditus, ꝑmittitur tū reuersio Moysi ad castra, cū dicitur: Et reuersus est Moyses de mandato domini, vt patet per predicta. p ¶Portās duas tabulas: quas dominus sibi tradiderat, vt patet ex fine precedentis capituli

Nota

†sperat deleturū

Scripsas ex vir.

Locutus est autem dominus ad Moysen*: Vade descende, †peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, recesserunt citò de uiâ quam †ostendisti eis: Fecerunt sibi uitulum conflatilem, & adorauerunt atq; immolantes ei hostias dixerunt: Isti sunt dñi tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursumq; ait dominus ad Moysen: Cerno quòd populus iste dūræ ceruicis sit: † Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum, dicens: Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna & in manu robusta? Ne†, quæso, dicant Ægyptij: callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret †è terra. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israël seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen uestrum sicut stellas cæli, & uniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini uestro, & possidebitis eam semper. Placatusq; est dominus, ne faceret mālū, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et † reuersus est Moyses de mōte, portans

a ¶Iam non meus.
¶Cognatione carnis, vel affectu sollicitudinis.
a ¶Quasi leues & instabiles. b ¶Qui ituri ad deum. c ¶Ante.
a ¶Coegerunt eum.
a ¶In corde suo.
a ¶Quasi beneficium meum idolo imputauerunt.
a ¶Indomabilis superbiæ.
a ¶Sancti iræ dei obuiant, cum ab ipso accipiunt vt se opponant, alioquin iræ dei nihil resistit.
a ¶Quia aliter delere non poterat.
a ¶Firmiter promissum, nō licet mutari. b ¶Quem homines non audent peierare. ¶Quia maiorem non habuisti.
a ¶Afflictionem.
a ¶Ad regendum populum & corrigendum.
a ¶Contemplationis.

a ¶Locutus est dominus ad Moysen: Vade descende, peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, recesserunt cito de uia quam ostendisti eis: Fecerunt sibi uitulum conflatilem, & adorauerunt atq; immolantes ei hostias dixerunt: Isti sunt dñi tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursumq; ait dominus ad Moysen: Cerno quòd populus iste dūræ ceruicis sit: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum, dicens: Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna & in manu robusta? Ne, quæso, dicant Ægyptij: callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret è terra. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israël seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen uestrum sicut stellas cæli, & uniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini uestro, & possidebitis eam semper. Placatusq; est dominus, ne faceret mālū, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et reuersus est Moyses de mōte, portans

a ¶Iam non meus.
¶Cognatione carnis, vel affectu sollicitudinis.
a ¶Quasi leues & instabiles. b ¶Qui ituri ad deum. c ¶Ante.
a ¶Coegerunt eum.
a ¶In corde suo.
a ¶Quasi beneficium meum idolo imputauerunt.
a ¶Indomabilis superbiæ.
a ¶Sancti iræ dei obuiant, cum ab ipso accipiunt vt se opponant, alioquin iræ dei nihil resistit.
a ¶Quia aliter delere non poterat.
a ¶Firmiter promissum, nō licet mutari. b ¶Quem homines non audent peierare. ¶Quia maiorem non habuisti.
a ¶Afflictionem.
a ¶Ad regendum populum & corrigendum.
a ¶Contemplationis.

¶ 2 ¶Iratusq; valde. Augusti. Iratus Moyses, tabulas testimonij digito dei scriptas fregisse videtur. Magno tamen mysterio figurata est iteratio testamenti noui, quia vetus fuerat abolendum, & noua constituendum. Notandū sanè, quanta pro populo ad deum supplicatione laborauerit, qui tam seuerus in eos vindicando fuit.

¶ Augustinus. Queritur, cur tabulæ quas dominus scriptsit, & fecit confractæ fuerint. Quæ verò manu hominis dolatæ fuerunt, perdurauerunt? Sed in hoc significatur, quòd deus primum hominem ratione & ingenio decorauit, cor sapiens & intelligens dedit, vt sine difficultate & errore scire & implere posset. Hoc ergo faciendo quasi tabulas quasdam scripsit & dolauit: sed eas homo confregit cum diabolo ac-

duas tabulas testimo
¶ Opere.
nij *manu sua scriptas [a]
ex utraq; parte, & fa-
ctas opere domini:
¶ Præcepta diuina.
Scriptura quoq; dei [b]
erat sculpta in tabu-
lis. Audiens autem [c]
Iosue tumultum po-
puli uociferantis di-
xit ad Moysen: Vlu- [d]
latus pugnæ audi-
tur in castris. Qui
respondit: Non est
a ¶Contra diabolum vel peccatum.
clamor † adhortan-
tium ad pugnam, ne-
a ¶Quæ monet vitia fugere, secundum illud: Fugite fornicationem &c. 1. Cor. vj. d.
que uociferatio com-
pellentium ad fu-
gam, sed uocem can- [e]
¶ Ante idola.
tantium ego audio.
Cúmque appropin-
quasset ad castra, ui- [f]
¶ Ludentium & canentium.
dit uitulum & cho-
ros: Iratúsque val-
a ¶Quia iudicauit indignos quibus legerentur præcepta dei.
de, prõiecit de ma-
nu *tabulas, & con [g]
fregit eas ad radi-
ces † montis. Arri- [h]
a ¶Corpus diaboli: id est idolatras.
piēsq; uitulum quem
a ¶Igne cœli & spiritusancti.
fecerant, cõbussit
a ¶Acie verbi vel maleo.
& cõtriuit usque ad
puluerem, quem spar-
¶ Baptismi.
sit in aquam, & de- [i]
a ¶Vt colere erubescerent, quem in secessum mitti viderent.
a ¶Euangelij prædicatoribus.
dit ex eo potum filiis [k]

C

Quātū scriptū in q̄libet tabula.

Figura Tabularum secundum Hebræos.

GLOS. ORDI.

diabolo acquieuit: & se illa gratia indignum reddidit. Iubetur ergo iterum tabulas dolare, id est lattu dinem cordis præparare ad suscipienda mandata dei, & quia liberum arbitrium ita violauit, vt iam sine dei gratia bonum per se agere non possit, enitatur laborare ad virtutes. Adam enim in deliciis victus fuit. Iob in sterquilinio diabolum vicit. b ¶Arripiensq; vitulum quem fecerant. Isidorus. Diaboli corpus significatur in vitulo, id est homines in omnibus gentibus quibus ad hæc sacrilegia caput, id est auctor est diabolus. Aureus vitulus, quia videntur idolatriæ ritus instructi à sapientibus, de quibus dicitur: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriā incorruptibilis dei in similitudinem imaginis cor. &c. Et hac sapientia iste vitulus aureus quasi solebant etiam Aegyptiorum sapientes adorare figmenta. In vitulo ergo significatum est omne diaboli corpus, id est omnis societas Gentilium idolatriæ deditorum. Hanc sacrilegam societatem Christus combussit igne, de quo ait: Ignem veni mittere in terram &c. Et alibi: Non est qui se abscondat à calore eius, dum in eum credunt gentes, igne virtutis eius diabolica forma soluitur: deinde corpus comminuitur, id est ab illa malè conspirationis collatione † discussum, verbo veritatis humiliatur, & comminutum in aquam mittitur, vt eos Israelitæ, id est euangelij prædicatores ex baptismo in sua membra, id est dominicum corpus transferant. vnde Petro dicitur: Macta & manduca, cùm similiter dici potuit: Concide & bibe. Ita vitulus per ignem cœli, & aciem verbi per aquam baptismi ab eis potius quos absorbere conabatur absorptus est.

c ¶Et dedit ex eo potum filiis Israel. Tradunt Hebræi, quòd filij Israel bibentes aquam vituli puluere infectam qui commiserant idolatriā in barbis puluerem auri præferebant, quo etiam

☞ signo

a ¶Scriptas ex vtraque parte & factas opere domini. Dicit. Ra. Sa. quod vnica scriptura erat tibi, quę tamen erat legibilis indifferenter ex vna parte sicut ex altera: quod erat mirabile: quia litera ex vna parte figurata ordine recto, in parte opposita apparet eius figura modo oppositi. Vel potest dici absq; miraculo tali, quòd literæ erant duplices, ita quòd præcepta erant sculpta ex vna parte, & similiter ex altera. Vnde subditur: b ¶Scriptura quoque dei erat sculpta in tabulis. secundum Augusti. verò in vna tabula erant tantùm tria præcepta: ideo dicuntur præcepta primæ tabulæ: quia ordinant hominem ad deum. In alia autem tabula erant alta septem quæ ordinant ad proximum: ideo dicuntur præcepta

Figura tabularum secundum doctores aliquos.

NICO. DELY.

tur præcepta secundæ tabulæ. Secundum Rab. Sa. & doctores Hebraicos quinq; erant scripta in vna tabula, & quinq; in alia. Aliter tamen distinguunt præcepta, quàm Augustinus vt dictum est suprà xx. ca. Vt autem ista melius intelligantur, expressi ea hîc in figura. c ¶Audiens autem Iosue. Hîc consequenter ponitur cognitio peccati per sensum auditus, cùm dicitur: d ¶Vlulatus pugnę auditur in castris. Ex hoc patet quòd Iosue non fuerat ibi, sed remanserat iuxta montem expectans Moysen: vt dictū est suprà. xxiij. ca. e ¶Vocem cantantium ego audio. Hoc autem melius cognouit quàm Iosue: tum propter viuacitatem sensus: quia cùm esset. cc. annorum, vt dicitur Deutero. vl. c. nō caligauit oculus eius &c. & idem intelligitur de alijs sensibus: tum quia idolatria populi erat sibi reuelata: ideo melius potuit cognoscere clamorem idolatrantium. Consequenter describitur cognitio per visum, cùm dicitur: f ¶Vidit vitulum & choros. quia magis mouent animum visa quàm audita, & ideo licet fuisset iratus ex auditu peccati, magis tamē ex visu. g ¶Proiecit de manu tabulas: & confregit eas ad radices montis. reputans quòd populus esset indignus recipere legem dei digito scriptam. Hæc autem fractio tabularum signum fuit euacuationis legalium in aduentu Christi. h ¶Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsq; ad puluerem quem sparsit in aquam. Hîc consequenter describitur peccati examinatio, quod debuit fieri ante punitionem: quia non omnes culpabiles erant nec æqualiter. Fit ergo primò examinatio per signum, cùm dicitur: i ¶Et dedit ex eo potum filijs Israel. Dicit Rab. Salomon quòd istę aquę potatæ erant nociuæ culpabilibus causando in eis inflationem & languorem, per

C

*sua
† radicem
† 76. dist. c. ieiunij q̄rtu.

D

 ✠ quem poterant

signo rei vel imunes sceleris apparebant, & rei interficiebantur.

E a ¶ Et dederunt mihi &c. Augustinus. Cōpēdiosē locutus est, nō dicens, qp ipse formauerit, vt exiret vitulus fusilis: an excusationis causa timendo mentitus est, tanq̄ in ignem periturū aurum proiecerit, atq̄ ipso non id agente forma vituli exierit: Quod ideo non est credendum, quia nec latere Moysen posset. verùm cum quo deus loquebatur, & fratrem de mēdacio non redarguit. b ¶ Spoliauerat enim eum Aaron in ignominiam sordis & inter hostes &c. Notandum qđ illud totū malū qđ ppls fecit, ipsi Aaron tribuit, qa consensit ad faciendū qđ malē peruerat. Magis enim dictum est, nudauit eos Aaron, qa cessit eis, q̄ nudauerūt se ipsi, qui tātūm malū flagitauerunt. Ornamētis quibus fabricatum fuerat idolum, vel qa malā voluntatē prius latentem ostenderat, vel auxiliū & protectionē dei pdiderat.

Totū pcm Aaron tribuitur

† malus sit

Mystice Gladiū sup femur ponere

c ¶ Ponat vir gladium &c. Greg. Gladium super femur ponere, est pdicationis studiū voluptatib⁹ carnis anteferre, vt cùm sancta quis studet dicere, curet necesse est suggestiones edomare. De porta vsq̄ ad portam ire, est à vitio vsq̄ ad vitium, per quod ad mentē culpa ingredit, increpando discurrere. Per mediū verò castorū transire est tanta æqualitate intra ecclesiam viuere, vt qui delinquentum culpas redarguit, in nullius resideat fauore. Vnde subditur:

d ¶ Occidat vnusquisque fratrem suum &cæte. Hos interficit, q eū punienda inuenit ab increpationis gladio, nec eis quos per cognationem carnis diligit parcit. Si ergo ille dei dicitur, qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur, profecto esse se dei negat, qui q̄tūm sufficit vitam carnalium increpare recusat. e ¶ Feceruntq̄ &c. Augusti. Plurale pro singulari posuit, sicut ibi: Hi sunt dñi tui Israēl, qui te eduxe. &c. Sed hęc locutio non reperitur, nisi vbi etiā de plurib⁹ dici vel intelligi potest. Non enim quia vitulus vnus erat, ideo plures fieri non poterant, aut ideo cum multis idolis similis fuerat. hac locutione dictum est, latrones insultasse dño, cùm vnum hoc fecisse scriptura testetur: sed non solus fuerat latro: quin etiam cùm ista locutio sit per propria nomina (qualiter eam in diuinis scripturis nondum factam comperim⁹) plures illic intelliguntur. sicut Phedras & Medeas quidam dixerunt, cum fuerit vna Phedra & vna Medea, sed Phedras & Medeas appellauerunt omnes similes Phedræ & Medeæ. Ita non sine causa, nec passim sicut ab imperitis vitiosē fit: sed certo modo, certisq̄ regulis iste locutiones interponuntur.

† ad ifamiā inter hostes eorum. hoc quę res futura erat gaudio hostibus corū

Nu. 25. a.

F ☞ Aut dimitte

Nicolaus de Lyra.

– viginti † implete. i. consecrate Chal. inter. obtulistis oblationes vestras hodie corā domino

✠ quem poterāt ab eis discerni: alijs autem erant dulces, & vtiles. sicut aquæ in sacrificio zelotypię ostendebant per effectum culpam mulieris, vel eius innocentiam, vt habetur. Alij autem doctores dicunt, quòd color auri remansit circa ora eorum, qui erant culpabiles ita quod barbæ eorum videbantur aureæ, & sic ab alijs distinguebantur. secundò fit examinatio peccati per hominis responsum, cùm dicitur: a ¶ Dixitq̄ Moyses ad Aaron &cæt. acti diceret, prius debuisse sustinere mortem. b ¶ Cui ille respondit. humiliter dicens: c ¶ Ne indignetur dominus meus. quia responsio mollis frangit iram. d ¶ Tu enim nosti populum istum &cæte. per multas experientias malitiam huius populi. e ¶ Dixerunt mihi: sub communicatione mortis sicut interfecerant Hur. f ¶ Quis vestrum habet aurum? &cæte. acti diceret, propter eorum auaritiam ex petitione auri credidi eos à suo impetu retardare.

Proie

Israēl. Dixitque * ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit: b Ne indignetur dominus meus. c Tu enim nosti populum istum, d quòd † pronus sit ad malum. Dixerunt mihi: Fac nobis deos, e qui præcedant nos. Hinc enim Moysi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. f Quibus ego dixi: Quis uestrum habet aurum? Tulerunt

a & dederunt mihi, & proieci il-

¶ Compendiosē locutus est.

g ludd in ignem, egressusq̄ est hic uitulus. Videns ergo Moyses h populum, quòd esset nudatus:

b spoliauerat enim eum Aaron i

¶ Id est propter.

† in ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat: Et k

¶ Superuacue iustitiæ.

l stans in porta castrorum, ait: Si quis est domini, iungatur † mihi. m Congregatiq̄ sunt ad eum o-

a mnes filij Leui. Quibus ait: Hęc

c dicit dominus deus Israēl: † Po-

¶ Fortis strenuus. a ¶ Prædicationis. b ¶ Voluptates carnis.

nat uir gladiū super femur suum.

¶ Increpando discurrite

a ¶ De vitio vsq̄ ad vitium, per quod culpa intrat ad mentem.

Itē & redite de portā usq̄ ad por-

a ¶ Æqualiter vt nulli parcant. b ¶ Ecclesiæ.

tam per mēdium cāstrorum: &

a ¶ Increpationis gladio nec eis quos per cognationem.

d occidat unusquisq̄ fratrem & a-

e micum & proximum suum. Fe-

ceruntq̄ filij Leui iuxta sermonem Moysi: Ceciderunq̄ in die

a ¶ Hoc numero triplicem formam indicat peccatorum: omne enim peccatum aut facto aut verbo aut cogitatione cōmittitur.

illo quasi uiginti triā milia hominum. Et ait Moyses: † Consecra- p

¶ Nec proximū parcendo.

stis manꝰ uestras hodie domino, unusquisq̄ in filio & * fratre suo, q

Proieci illud in ignem: egressusq̄ est hic vitulus. Dicunt aliqui qp Aaron proiecit aurum in ignem, vt ioi periret, non vt idolum fieret, sed opere diabolī formatus est inde vitulus. Alij autem dicunt contrarium. vnde suprà dictum est, qp primò depinxit imaginem in tabula, & videtur hoc verius: quia timore mortis petiuit ab eis aurum ad faciēdum idolum, & si proiecisset in ignem, vt periret, ex hoc fuissent magis prouocati ad eum interficiendum, quia priuati fuissent auro & idolo. Item ex hoc, quòd statim ędificauit altare & solemnitatem in crastinum proclamauit: ideo videtur quòd dixerit mendacium dicens: Egressus est hic vitulus, insinuās quòd hoc esset prēter intentionem suam. Nec oportet eum excusari de mendacio, cùm incomparabiliter peiora fecerit: vt patet per prędictā. non tamen fuit punitus morte: quia non fecit ex corde, sed ductus mortis timore. ¶ Videns ergo Moyses populum qđ esset nudatus. Hìc consequenter describitur peccati examinati punitio, cùm dicitur:

h ¶ Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus. à premissis localibus, cuius causa subditur: i ¶ Spoliauerat enim eum Aaron in ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat. Id est fabricationem vituli quod nomine sordis & ignominię appellatur in scriptura veteris testamenti. Aliqui exponūt istam denudationem populi propter sceleris manifestationem. vnde factum apertum dicitur denudatum. k ¶ Et stans in porta castrorum. quia in portis ciuitatum antiquitus dabantur sententiæ & iudicia. l ¶ Ait: si quis est domini. Id est habens cælum ad vindicandum eius opprobrium. m ¶ Iungatur mihi. ad faciendum vindictam de peccatoribus.

n ¶ Congregatiq̄ sunt ad eum omnes filij Leui, &cæt. Ex hoc dicit Rasa, quod nullus de filijs Leui erat culpabilis in fabricatione vituli. Sed hoc non bene consonat literæ: tum quia Aaron qui erat principalis in illa tribu post Moysen, non fuit omnino sine culpa, vt visum est: tum quia subditur: o ¶ Ite & redite de porta ad portam per medium castrorum &c. diligenter quærendo transgressores per signa prædicta. Et occidat vnusquisq̄ fratrem suum &c. Item infrà subditur. p ¶ Consecrastis manus vestras hodie &cæt. scilicet faciendo vindictam zelo dei. q ¶ Vnusquisq̄ in filio & fratre suo. Ex quibus videtur quod aliqui de Leuitis fuerunt interfecti tunc sicut transgressores in peccato vituli, & ideo aliter potest dici, quòd cùm dicitur: Omnes filij Leui, est vsitatus modus loquendi, quo accipitur maior pars pro toto: sicut dicitur totum collegiū facere, qđ maior ps facit: sacra em̄ scriptura frequenter vtit modis loquēdi inter hoies vsitatis. vñ

✠ Iudicium.

✠ o ¶ Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum & occidat vnusquisque fratrem & amicum suum. Per quod patet, quòd cōtra deum amico quantuncunq̄ proximo non est parcendum, & Philoso. dicit. 7. Ethicorum. Quòd ambobus existentibus amicis sanctum est prępponere veritatem. Item notandum quòd moram faciente Moysē cum domino xl. diebus, populus suus ad idolatriam declinauit, propter quod multò plus prælati qui non solùm quadraginta diebus sed annis pluribus moram cōtrahunt in curijs regum, timere debent ne propter eorum absentiam populus sibi commissus ad ignominiosa crimina dilabatur, & eis imputetur, sicut periclitatio nauis imputatur nautæ absenti, qui tenetur eam gubernare.

Quem fecit

Nicolaus de Lyra

Iudic.xx.a.dicit: Cōgregati sunt omnes filij Israēl quasi vir vnus,& tamē nō fuerunt ibiviri labes Galaad,vt ibidem subditur ca. xxj. Qui tamen vult sequi dictum Rab.Sal. potest soluere prædicta,sicut ipse soluit dicens,quòd frater hîc accipit ex parte matris tātùm.mortuo enim Leuita vxor sua potuit cōtrahere cum viro alteri⁹ trib⁹, & fili⁹ inde natus nō erat Leuita;quia denominatio tribus accipit ex parte patris, & tñ erat frater Leuitę.s.filij prioris viri.filr hîc dicitur filius nepos Leuitæ,q erat fili⁹ filiæ suæ cōiunctæ viro alterius tribus: & sic non erat Leuita. Fecerunt filij Leui. obedientes Moysi cælo dei: Ceciderunt q̄ in die illo quasi. xxiij. milia.In Heb. habetur tria milia quam diuersitatem aliqui sic concordant dicentes, q̄ in Hebræo numerantur tantùm illi qui fuerūt principales in transgressione, & ad trāsgrediendum alios inducentes,sed cū istis de alijs tot fuerunt occisi,q̄ ascendebat numerus ad xxij.milia. Aliter etiam concordatur sc̄m dicta Ra.Sa.vt videbitur in fine huius capi.

a ¶Facto autem die al.Hîc consequenter ponitur Moysi deprecatio, & secundò domini responsio,ibi: Cui respondit dominus circa primum, primò ostendit populo grauitatē peccati perpetrati dicēs: b ¶Peccastis peccatum ma.sicut enim in humanis ille qui honorē regiū attribuit altari maximè peccat in dignitatē regiā,quia quātū est in se subuertit totū regnū, ita qui honorem latrie soli deo debitum attribuit idolo, maximè peccat cōtra deum.

B Quæstio

¶Sed quæriť hîc quō Moyses dixit p̄ p̄so:Peccastis,cū peccatores ibi essent exterminati:Dicendum q̄ licet illi qui fuerūt principales & idolatrātes ex corde & eis cōsentiētes fuissent occisi,nō tñ oēs cōsentientes timore,ac etiā illi qui potuissent ipsis resistere & non restiterunt,quibus tñ p̄ctūm imputať.Pōt etiā aliter dici,q̄ p̄ctūm p̄petratū a parte alicuius cōitatis,bñ imputať toti cōitati q̄tū ad pœnā infligendā,vel q̄tū ad boni subtractionē.& hoc timebat Moyses,ne p̄ pter p̄ctūm multitudinis aliq̄ innocētes punirent,& diuina bñficia à toto p̄p̄o subtraherent. c ¶Ascēdā ad dñm. Ex quo patet q̄ prædictā occasionē nō præcepit, nisi ex zelo iustitiæ & honoris diuini. d ¶Si quo modo &c.ne scilicet p ipso deleat vos vel subtrahat sua bñficia.licet em̄ prius dictū sit,q̄ placatus erat dñs in hoc q̄ nō deleret totū p̄p̄m simul & subitò,nō tñ erat assecurat⁹ Moyses quin deleret p partes. e ¶Obsecro peccauit &c.In oratione sua primò confitetur peccatum, quia confiteri culpā via est ad veniam. f ¶Aut dimitte eis hanc noxā.non solùm remittendo culpam,sed etiam cōsērēdo beneficia à te prius inchoata scilicet in deductione huius populi ad terram promissionis, & reparatione legis quæ facta erat in tabulis. g ¶Aut si non facis dele me de libro tuo. Dicit Ra.Sa. q̄ iste liber intelligitur lex quæ denominatur à Moyse,eò q̄ fuit eius ministet. Vnde dicitur Deutero. xxx.ij.a.Legē præcepit vobis Moyses. Et Ioh.v.b. lex per Moysen data est.Est igit sensus sc̄m eum: Dele me de libro.s. vt lex non denominetur nomine meo,nisi populus iste tibi reconciliet. Sed hæc expositio non consonat literæ sequenti,cùm dicitur, Qui peccauerit mihi,delebo eum de libro meo. Et Psal.lxviij.f. Deleantur de libro viuentium,& cum iustis non scribentur.Ex quo patet q̄ prædicta deletio intelligitur de omnibus peccatoribus, & tamen ab eis non est lex denominata. & ideo per librum illum non intelligitur lex, sed liber vitæ, de quo delentur peccatores & iniqui. Sed tunc occurrit duplex difficultas. Prima est, qualiter aliqui delentur de libro vitæ,cùm sit idem quod diuina prædestinatio, quæ est immutabilis &c. Ad quod dicēdum, quòd in libro vitæ dicuntur aliqui scribi dupliciter. Vno modo simpliciter, inquantum prædestinati sunt in notitia diuina, vt ordinati ad vitam ęternam ex dei prædestinatione & sic scripti nunq̄ delentur. Alio modo dicuntur scripti secundum quid scilicet nō secundū diuinā prædestinationē seu ordinationē,sed sc̄m dispositionē in eis actu existētē.s.sc̄m præsentē iustitiā sentem iustitiam, quia existētes in gratia ex hoc sunt digni vita ęterna:& ad eam ordinati secundum dispositionē quæ actu est in ipsis. sed quia aliquando cadunt à gratia, sic dicuntur deleri, ita q̄ ista deletio non refertur ad diuinam notitiam, ita quòd aliquid ignoret quod prius nouerat, sed ad mutationem de gratia ad culpam in hominibus existentem. Secunda dubitatio est. Quæstio quomodo Moyses potuit petere deleri de libro dei,nisi domin⁹ remitteret peccatū populi: quia si accipiatur scribi simpliciter in illo libro, impossibilis est deletio vt visum est. Super impossibile autem non cadit appetitus, nec per consequens petitio: cùm Moyses sciret talem impossibilitatem. Si autem accipiatur scribi secūdū quid,deletio est ei oppolita per hoc quòd aliquis p̄ peccatū mortale cadit à gratia, & sic Moyses qui erat sanctus, elegisset deum offendere per peccatum mortale, nisi peccatum mortale populo remitteretur, quod est inconueniens,cùm sit contra charitatem. Dicunt igitur aliqui,quòd Moyses hoc dixit ex impetu passionis, non ex deliberatione rationis. † 23.q.4.c. qd crudele Sed hoc non videtur conuenienter dictum: quia sequeretur,quòd Moyses accessisset ad loquēdum cum deo,vbi requiritur trāquillitas mentis,qui secundā eos fuit passionib⁹ perturbatus.ideo aliter dicit Augustū.quod Moyses hoc dixit ex confidentia & familiaritate diuina, vt sit sensus:Sicut certus sum, quòd non delebis me de libro tuo,ita peto, vt certifices me,quòd remittas noxam istam populo. Hæc autem expositio videtur aliquantulum extranea à litera, & ideo aliter potest dici,q̄ verbum Moysi prædictum est ipsius rationis proponentis dispositionem partis inferioris animę:licet nō esset ita in volūtate rationē superiorē sequente: sicut saluator petiit transferri calicē passionis ab eo:licet simpliciter vellet patiri:ita Moyses volēs offendere magnū affectū ad remissionem peccati populi dixit:Aut dele me &c.licet simpliciter nullo mō vellet deleri.Et hoc modo cōtingit in humanis,q̄ aliquis petēs ab alio aliquid cū magno deliderio dicit: Aut facias hoc vel auferas mihi vitā,licet magis vellet carere nō solū in illo quod petit,sed etiā multis alijs q̄ vita.Et tali modo loquēdi q dicit hyperbolicus, vtit frequēter sacra scriptura. Nec est ibi falsitas,quia talibus locutionibus vtitur,nō ad significandū illud qd̄ per orationē importať quātùm ad plenum significatum:sicut Iudicū.xx.b.dicitur de filijs Beniamin quòd fundis ita ad certū iaciebāt locum,vt capillum possent percutere,& nequaq̄ in alteram partem ictus deferrei lapidis. per quod intelligitur quòd erant boni fundibulariį notabiliter & non plus. Lucę.22.c. D

h ¶Cui respondit.Hîc ponit dñi responsio:& primò breuiter in generali,secundò magis explicitè & in speciali, in principio sequentis ca. Circa primum dñs in sua responsione primò remouet alteram partem disiunctiuè,quam proposuerat Moyses dicens:

i ¶Qui peccauerit in me delebo eum.quasi diceret:Non te delebo,quia non peccasti.Secundò respondet ad petitionem dicens:Tu autem vade &c.sequitur: k ¶Angelus meus præcedet te.ducendo ad terram promissionis. Ista tamen responsio magis explicatur sequenti ca. l ¶Ego autem in die vltionis visitabo,& hoc peccatum eorum. Ex quo patet quod nolebat dimittere ablq̄ punitione, volebat tamen diminuere & differre,ita quod non deleret populus totaliter & simul. Ex hoc autem dicit Ra.Sa.quòd in omni infortunio, quod postea accidit Iudeis solutum est aliquid de pœna debita pro peccato illo, & in hoc etiā conueniunt aliqui expositores nostri, dicentes quòd per diem vltionis intelligitur hîc captiuitas Babylonica vel Romanorum.Sed hoc non videtur consonare scripturæ veteris testamenti ac noui, quia sequenti ca. dicitur: Qui reddis iniquitatem patrum filijs in nepotibus in tertiam & quartam generationem, & in plurib⁹ alijs locis veteris testamenti idem habetur:ita quod videtur ad nō plus se extendere vindicta dei nisi respectu alicuius peccati determinati. Captiuitas autem Babylonica fuit longè post quartam generationem, quia à fabricatione vituli vsq̄ ad captiuitatem Babylon

☞ a ¶Quē fecit Aaron. Aug. Quęritur cū superius populum nu
E dasse dictus sit Aaron, cur in ipso non est vindicatum, neq; cū Moy
Quare Aaron ocīsus ses precepit interfici omne quod occurrisset armatis à porta vsq; ad
portā neq; postea cū peccassit dīs populū, ppter factura vituli, quem
fecit Aaron, nec dictū est, quē fecerunt, sed quē fecit Aron, & tamen
non est percussus Aaron. Quid etiam illud
– &
Nota
quod de sacerdotio eius ante peccatū ꝓcipie
bat deus impletum est, sed iussit illum & fi
lios ablui, & sic ordinati sunt in sacerdotio.
Ita nouit ille cui pareat vsq; ad commuta
tionem in melius, & cui parcat ad tps: q̄uis
cum præscierit in melius non mutari, & cui
non parcat vt mutetur in melius: & cui non
parcat, vt nec mutationem eius expectet, &
Rom. 11. d. hoc totum ad id redit, quod Apostolus di
cit exclamans: Quàm inscrutabilia enim sunt iudicia ei⁹: & in. &c.

uisitabo & hoc peccatum eo-
b ¶ Non tamen Aaron percussus est: parcitur ei vt in melius commutetur.
rum. Pĕrcussit ergo dominus a
2 populum pro reatu uituli, quem
fecit Aaron.

Nicolaus de lyra.

Hnos secundū omnes expositores dicit: Vidēs ciuitatē fleuit sup illā. & subditur: veni t dies in te & circūdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndiq; & ad terrā prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Cuius causa subditur: Eò q; nō cognoueris tēpus visitationis

ADDITIO

¶ In ca. xxxij. vbi dicitur in postilla: Videns autem populus.

Nō fit mētio in litera de hoc quod

ADDITIO I.

dicit Ra. Sa. ſ. q; AEgyptij q ascen
derūt cū Iudęis de AEgypto, ic̄tauerūt filios Israēl ad idolatriā, sed
pplo hoc cōiter attribuit: cū tū scriptura cōsueuit exprimere similes
incitatiōes cū cōtingūt. vū Nu. xi. g. vbi agit de pctō pplī i loco qui
vocat⁹ est: Sepulchra cōcupiscētię, qđ qdē pctm fuit incitatum per
AEgyptios inter eos mistos, dicit in litera: Vulg⁹ qppe ꝓmiscuum
q̄ descēderat cū eis, flagrauit desiderio carnium &c. quod etiam in
proposito expressisset si similiter contingeret, & ideo dictum Rab.
Sale. in hoc loco nullum habet fundamentum.

¶ In eo. c. xxxij. vbi dicit i post. Quare hic nō fit mētio de Hur &c.

Ex hoc quod hīc nō fit mētio

ADDITIO II.

de Hur non sequit q; fuit inter
fect⁹ à pplo, eò q; ipsum argueret de scelere. possibile em̄ est, qđ p
Hur quō mortuus F uent⁹ fuisset morte naturali vel aliter impedit⁹, sic vt nō iteruenisset
in illo actu. Nō em̄ est verisimile, quòd scriptura prætermisisset ex
primere actū tā ꝓtuosum & narratiōe dignū & exemplarē. Aaron
etiā hoc retulisset Moysi i sua excusationē. Sīr & Moyses redarguis
set pplm de homicidio tā nephādo: nullū tū istorū legit. vnde dicta
Ra. Sa. i hoc loco sunt fictitia, nec sequunt eū in hoc alij expositores
Hebręorū. ¶ In eo. c. xxxvij. vbi dicit i post. Qđ cū vidisset Aaron.

Licet insania pplī circa cultum

ADDITIO III.

ist⁹ idoli & ei⁹ venerationē ma
xima fuerit, nō tū verisimile est, q; quātūcūq; appetit⁹ in eis corrū
peret, q; iudicū rōnis tātū in se extinctū fuisset, q; iudicasset rē penit⁹
inanitatā fuisse deū, nisi i eo apparerēt aliq̄ signa mōstruosa, vel quasi
miraculosa, vū qđ dicūt & verisimr, qđ ille vitul⁹ videbat exercere
q̄dā opa sīlia opib⁹ vitę, sicut est comestio & hmōi, qđ potuit esse
opatione dęmonū, q in vitulo fabricato hoc faciebāt vt eos attrahe
rēt ad idolatriā, sicut solēt facere, dādo rūsa in idolis, vt hoies decī
piāt: put cōiter traditr in legē dis sanctorū, & sic ille vitulus aure⁹ nō
erat ver⁹ vitul⁹, sed in q̄tum videbatur comedere fœnū. Dicitur in
Psal. cv. c. fuisse i sīlitudinē vituli comedētis fœnū. Ad hoc etiā facit
illud qđ Aarō dixit Moysi. Egressus est vitul⁹ iste &c. vt. j. patebit.
¶ In eo. ca. xxxij. vbi dicit i post. sedm Ra. Sa. & alios doctores Heb.

Sedm doctores Hebręorū

ADDITIO IIII.

em̄ q̄tuor p̄cepta erāt i pri
ma tabula, primū. ſ. Ego sum dīs. sedm: Nō erūt tibi dii alie. tertiū:
Nō assumes nomē dei tui i vanū. q̄rtū: Memēto vt die sabbati sc̄ti
fices. Cętera v⁹ō sex in secūda tabula, q̄rū primū ē: Honora patrē &c.
¶ In eo. ca. xxxij. vbi dicit in postil. Hæc autem fractio tabularum.

Fractio tabularū nō videt esse

ADDITIO V.

ꝓpria significatio euacuationis
legaliū in aduētu Christi, principalia em̄ q̄ in tabulis cōtinebant erāt
moralia & valde ꝓpinqua iuri naturali, q̄ nō sunt euacuata in ad
uentu Christi: Sed melius videt dicēdū, q; fractio tabularū significat
trāslationē legis, de qua ad Heb. vij. b. Translato sacerdotio, necesse
est vt legis trāslatio fiat. Vū primę tabulę significabāt legē veterem
imperfectam, quā irritauerunt transgressores, secundæ verò tabulæ
quæ factæ sunt post reconciliationem: significant legem nouam: per
quam populus est deo reconciliatus. ¶ In eo. ca. xxxij. vbi dicit in
post. Ideo videt quod dixerit mendacium. d. Egressus est hic vitulus.

Licet qdā Hebręorū expo

ADDITIO VI.

sito. tenēt, q; Aarō nō pec
cauit

sitationis tuę. ſ. per Christū tibi prędicantē, ita q; captiuitatis fa-
per Romanos causa fuit malitia Iudęorū Christū nō recipiēdo, sed
ipsum crucifigēdo. Et ideo dicere, q; causa hu⁹ captiuitatis fuit pec
catum vituli, nō bū cōsonat veritati euāgelię: ideo aliter dicendū q;
dies vltionis hīc accipit ꝓ mortalitate quā induxit dīs super pplm
Israēl post occisionē factā p. Leuitas, vñ frā
subdit. a ¶Percussit ergo dīs &c. vñ
dicit Rab. Sa. q; pplś post adorationē vituli
fuit punitus triplici morte. Prima fuit in po
tu aquæ, de quo facti fuerunt morbidi & in
flati, & etiam aliqui statim mortui. Secun
da fuit gladio Leuitarum. tertia fuit mortali
tate il deo immissa: De qua dicitur. Percussit
autem dominus populum. Et per hoc mo
modo soluń cōtrarietas pdicta de trib⁹ mil
bus & de vigintitrib⁹ milib⁹, vt dicat⁹ q; gladio Leuitarū ceciderūt
tria milia. Alijs aūt punitionib⁹ tot ceciderunt, q; in vniuersō bene
3. Maca. 2. c. Præpōderant enim futuris p̄sentia, seruis iucūda, & læta tristibus, & præpropera tardioribus. velox enim iniquitas quæ ad nocendum occasionem suggerit. lenta virtus & cunctatrix, antè iudicat quā incipit quid decorum, quid honestum. Iniquitas omnia p̄cipitat. Pigra ergo & verecunda pœnitentia, quæ præsentium pudore premitur. solis enim intēdit futuris, quorum spes sera, & tard⁹ fructus. Interim præcurrit impudentia, & spe præsentium pœnitentia excluditur, & effectus eius exuritur & aboletur. Quærit eam lex, & non inuenit. Exusta est enim feruore & fumo iniquitatis. Inde iracscitur & dicit deuorandam fuisse pœnitentiam in sanctis sanctorum. Sacerdotes quasi segnes increpat. Respondet Aaron prouidum debere esse sacerdotale iudicium, nec malè sanæ conscientiæ facilè esse credendū id numeris, ne fiat nouissim⁹ error peior priore. Vas enim fœtido vel oleum vt vinū facilè corrumpitur. Quomodo autem poterat, vbi ignis alienus erat, peccatum exuri in

Heb. 4. d. cōspectu domini, cui cuncta aperta? Quasi non placet deo, qui iniustitiam corde inclusam tenet, & se pœnitentiam agere perhibet.

F Ignis alienus libido, auaritia, & omnis praua cupiditas. hic ignis exurit, non mundat. In qbus enim est, si offerant in cōspectu domini ignis eos cælestis absumit, sicut Nadab & Abiu, cum his quæ pro peccato fuerāt oblata. Qui ergo mundari vult ignem alienum removeat. Illi igni se offerat, qui culpam exurit non hominem. Hic ignis siccauit emorrhoi-

Matth. 9. c. sę sanguinē profluentem: Hic siccauit culpā latronis, ignis eñ cōsumens est: sanat eñ simpliciter & purē cōfitētes. Iudas inqt: Peccaui

Luc. 23. f. Deut. 4. d. tradens sanguinem iustum: sed in pectore habuit ignem alienum:

Matt. 27. a. quo inflammante cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit, quia non pura mente pœnituit. Culpam verò eius non auferunt sacerdotes, qui dolosē offerunt, nec in eo possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio. vnde verus sacerdos ait. Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, id est vt peccatores conuersi pœnitentes saluentur. non est enim acceptum deo sacrifi-

Ioh. 4. d. cium, nisi verum & syncerum. ¶ Augustī. Sanè quoniam sex pecora p̄cipiunt offerri pro populo, quorū prius quatuor memorauit, hircū, arietem, vitulū & agnum anniculum: quorum manifestum est hircū pro peccato, manifestū & agnū anniculum in holocaustū. Duo verò media arietē & vitulum ambiguè posita videam⁹, vtrum ad sacrificiū pro p̄cō pertinerēt & hirco adiungerentur? An pot⁹ agno, vt in holocaustū offerrent. vnde qđ nobis videret suo loco exposuim⁹. Postea verò, vt sex animalia complerent, vitulum & arietē memorauit in sacrificium salutaris, nec tñ in sequētib⁹, cū immolata sunt & memorata, fit mentio arietis & vituli, q̄ inter caprū & agnū posuerat: sed tantū ille vitulus & ille aries memorantur, quos in sacrificiū salutaris offerri iusserat, vt nō tantū duo pecora, sed quatuor fuisse credant. Forsitan illa duo, quæ prius inter hircū & agnum posuerat, iterum nominauit, nec alius vitulus & alius aries in sacrificiū salutaris, vt cùm dixisset hircū pro peccato, & arietem & vitulum nō dicens in quā rem, agnum verò in holocaustū, postea dicere voluerit, qđ de vitulo faciendum esset & arietē. nec pro peccato sicut hircus, nec in holocaustū sicut agnus, sed in sacrificium salutaris incensi iubebat offerri. Sed manebit quæstio, quare pro peccato synagogæ hircus oblatus sit, cùm de sacrificijs quæ pro peccato offerenda erant, ab initio dominus loquens vitulum offerri iusserit pro peccato synagogæ, sicut pro peccato sacerdotis, nō caprū sed vitulū. cuius vituli sanguine sicut pro peccato sacerdotis tangebantur cornua altaris incensi, quæ causa fuerit vt pro peccato Aaron & Moyses vitulum offerret, & ipse Aaron alterum vitulum, sicut pro peccato sacerdotis secundū præceptum dñi fieri oportebat? Pro p̄cō autē populi nō vitulus, sicut præceptū fuerat, sed hircus offert. Visum est ergo nobis, non quòd solus hircus pro peccato populi, sed & aries & vitulus offerri iussus est, & vt ad ista tria subaudiatur pro peccato, quia & principes erāt in populo, pro quibus hircus fuerat offerendus, & singuli habere propria peccata potuerūt, pro quibus aries, & vnū aliquod p̄rim⁹ oēs pro quibus vitulus sicut ab initio præceptū est, p̄ p̄cō vniuersę synagogę vitulū offerre oportebat. Ideo aūt quando immolata sunt, hircum tantùm nominauit, vt alia etiam intelligerentur, à parte totum, quæ omnia fuerant pro peccato.

a ¶ Respondit Aaron &c. In persona ecclesiæ cuius figurā gerit sicut & Christi, videl Aaron dicere hoc. Quasi quia post aduentum saluatoris deputati sunt ministrare & pro pœnitentia offerre, & prophetica vitam exponere. aliter docentes perierunt & in eis hæc ecclesiæ acciderunt, vt sacerdotum & magistrorū lugeret mortem. vnde comedere hodie pro peccato nō potuit, nec orare: domino autē displicebat. Aug. Respondit Aaron &c. Si hodie obtulerunt quæ p̄ peccato illorū sunt, & holocausta sua ante dñm, & contigerint mihi talia, & comedam qđ est p̄ peccato, nunqd placidum est dño &c. Videtur dixisse Aaron, q̄ cū primū obtulerint filij Israel p̄ peccato suo, nō debuit à sacerdotibus māducari, sed totū incendi, nō inde regulā faciens ad cætera. Deinceps enim sacrificia pro peccatis ipsis edebat. Credendum est autem Aaron hæc diuina inspiratione dixisse, qđ tanq̄ diuinitus dictū Moyses approbauit: Quid ergo de cæteris eiusdem diei sacrificijs, i. de ariete & vitulo, quæ diximus etiā pro peccato offerri: an de vitulo nulla quæstio est, quoniā oportebat sic fieri vt de eius sanguine offerret in sancta: vñ tangerent cornua altaris incēsi, & cōsequens erat vt tota arderet? Quid ergo de ariete, an quia primū caprū q̄siuit Moyses, qđ de capro respōsum est etiā est de ariete intelligēdum q̄ ex ordine fuerat q̄siturus, nisi sacerdotis placuisset responsum? De vitulo autē quid quæreret, cū ea lege fieri potuerit, quam de vitulo pro peccato vniuersæ synagogæ præceperat dominus, sicut de vitulo pro peccato sacerdotis? vt totus arderet extra castra. Iratus enim Moyses ait: quare non comedistis illud qđ fuit p̄ peccato in loco sancto? Quoniam enim sancta sanctorum sunt, hęc vobis esse licuit, vt auferatis peccatum synagogæ, & exoretis pro ea ante dominum. Nō enim illatum est à sanguine eius in sanctum ante faciem, intus edetis illud in loco sancto &c. Cùm dicit: Non est illatum à sanguine eius in sanctum ante faciē: discernit illud qđ fit pro peccato sacerdotis vel synagogæ non de hirco, de quo sanguis quoniā non erat iussus inferri ad tangenda cornua altaris incensi, non debuit totus incendi, sed à sacerdotibus māducari. Hoc autem quare sit factū, respondit Aarō, & placuit Moysi. b ¶ Hodie. Quasi si ante remissionem saluatoris hoc peccassent, forsitan ignosceretur cùm nondum mundo scientia manifestaretur. vñ: Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nūc autem excusationem non habent de peccato suo. Ioh. 15. b

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Moyses exustum reperit, & deferens Aaron propter eius turbationem conuertit se ad arguendum Eleazar & Ithamar filios eius. b ¶ Qui remanserant. Dicit Ra. Sa. quòd hoc fuit ex dei misericordia ad preces Moysi, quia Aaron pro peccato vituli cum sua posteritate meruerat mori sicut dicitur Deut. 9. cap. Aduersus quoque Aaron vehementer iratus voluit eum conterere. In Heb. habetur: Voluit eum disperdere, in quo designat mortem alicuius cum sua posteritate secundum communem modum loquendi sacræ scripturæ, vt habet in pluribus locis vet. te. sed oratio Moysi impediuit mortē Aarō, & medietatis filiorū eius. vñ ibi subditur: Et p̄ illo quoq; deprecat⁹ sum. c ¶ Et data &c. Ex hoc arguit Ra. Sa. q̄ p̄dictum est secundū suā opinionē. s. q̄ hircus quē Moyses reperit combustum fuerat oblat⁹ pro principio mensis q̄ offerebat pro expiatione peccati populi. d ¶ Cum de san. &c. Si eñ illatum fuisset deberet totus incēdi. e ¶ Respondit Aarō. licet Eleazar & Ithamar essent homines discreti ad respondendum noluerunt tñ respondere in præsentia patris sui. f ¶ Oblata est victima ho. scilicet per me principaliter: per filios autem meos tantùm mini-

a ¶ Quando pœnitentia iniuncta.
cum qui oblatus fuerat pro
peccato, cū quereret Moyses, a
a ¶ Ab intelligibili igne spiritus in quem peccauerunt. ¶ Quia non bene pœnituit.
b ¶ Quia ea quæ pro peccato offeruntur a populo, edenda erant sacerdotibus inde ablatis & reconditis.
exustum reperit: Iratusq; con
¶ Quia forte ad eos suggerēdi ministeriū pertinebat.
tra Eleazar & Ithamar filios
Aaron, qui remanserant, ait: b
a ¶ Quasi cur non fecistis pœnitentiam celebrari commissi peccati.
Cur non comedistis hostiam
¶ Ecclesia.
pro peccato in loco sancto,
quę sancta sanctorū est, & data c
¶ Vicarijs Christi.
uobis, ut portetis iniquitatem
multitudinis, & †rogetis pro
ea in conspectu domini, præ
¶ Quia sanguis Christi illatus est in conspectu patris pro sanguine nostro in cælum.
sertim cùm de sanguine illius d
non sit illatum intra sancta, &
comedere debueratis eam
a ¶ Id est sicut præcepi. Moyses enim figura est Christi.
in sanctuario sicut præceptum
a ¶ Placide, quia Moysen iratum vidit.
est mihi? Respondit Aaron: e
Oblata est victima hodie f
¶ Tempore gratiæ. ¶ De quo: Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vra. Psal. 94. b.
b pro peccato, & holocaustum

† rogetis eam

A tantū ministerialiter. & ideo illud quod accidit sibi erroris debet mihi principaliter imputari, & non eis. a ¶ Quod cum audisset Moy &c. Tū qa Aarō humiliter recognouerat defectum suū: Tū qa Moyses videbat eū in afflictione positū, & afflicto non est dāda afflictio.

tmanquit placebit in oculis dñi: tplacuit in oculis ei⁹

coram domino, mihi autem accidit quod uides. Quomodo potui †comedere eam †aut placere deo in ceremoniis mente lugubri? Quod cū audisset Móyses, †recepit satisfactiōnem.

a ¶ Intelligibilia. b ¶ Ecclesiam scilicet doctrinam suam custodientem.

ADDITIO

¶ In ca.x. vbi dicitur in postil. Capita vestra nolite nudare &c.

ADDITIO I.

Hebraica litera in hoc loco penit⁹ est conformis sic nostræ translationi. verbū em̄ qđ hîc ponit nihil aliud significat q̄ nudare, & est sensus, q̄ nō eudlerēt capillos à capite vt fieret caluiciū, per qđ caput nudabat, qđ consueuerant facere Gētiles super mortuos suos. vnde infrà. Deut. xiiij. a Nō facietis caluiciū super mortuo &c.

¶ In.e.c. vbi dicit i postilla: Filios ei⁹ q remāserūt, dicit Ra. Sa. &c.

ADDITIO II.

Peccatū Aaron in fabricatiōe vituli nō fuit tantę grauitatis, vt ipse cū posteritate sua deberet disperdi, non enim idolatrauit, nec consensum idolatriæ præbuit, vt latius ostensum fuit suprà, Exodi.xxxij. in additione, vnde non merebatur deleri cum posteritate sua, p̄sertim cùm filij eius fuissent de tribu Leui, & sic fuerunt immunes à peccato vituli, vt suprà Exo.xxxij. in additione. vñ oratio Moysi solū, p Aarō intelligit, put sonat litera Deut. ix.c. cū dicitur: Pro illo quoq; dep̄catus sum. nō dicit, p posteritate, nec, p filijs. Qđ aūt hîc dicit ad Eleazar & Ithamar filios ei⁹, qui remā serūt, non indiget vlteriori declaratiōe: nisi, put verba sonant, q̄a scilicet protunc in eadem prima die illi filij tantùm duo remanserant de filijs Aaron.

C †comedere oblationē p peccato

REPLICA

Correctorij contra Burgen. Septimo ca. non sunt multa ponderanda q̄ Burgen. mouet vsq; ad. x. ca. vbi Burg. nititur alleuiare peccatū Aaron in fabricatione vituli cōtra rotundā literā infrà, Deut. ix. vbi de hoc pcto dicitur: Iratus dñs vehemēter voluit Aarō cōterere, nisi Moyses etiā p eo deprecatus fuisset. nō putet igitur peccatū Aaron leue ppter qđ dñs dicit vehemēter iratus, nisi dicat deū impiū p modico peccato vehementer iratū. vnde puto in proposito duos filios Aaron partim pro peccato vituli punitos, vt tantū duo ei⁹ filij dicat remāsisse. Pcām em̄ hîc p duos filios punitos factū, p assumptionē ignis p̄phani, nō videt graue fuisse sicut fabricatio vituli.

Nicolaus de Lyra.

GLO. ORDI.

CAP. XI.

LOcutus est dominꝰ Esi. Quicqd à deo factū ipsa institutionis autoritate mūdū est. In animalibus igitur mores pinguntur hoim & actꝰ & voluntates, ex q̄bus fiunt mūdi vel immūdi. ¶ Esi. Dixit dñs ad Noe: Omne qđ mouet & viuit, erit vobis in cibū &c. In Ceñ. quoq; dictū est: Vidit deus cūcta q̄ fecerat, & erāt valde bona. hîc autē q̄dam, p̄hibent, velut mala & immūda decernunt. Nō sunt tñ ista cōtraria sibi. nam & Iudęorū gastrimargiam ad modicū dūs reprimit, & spiritualis p̄ceptorū expositio quales debeant esse instruit. Lex enim nutrimentū est aniæ rōnalis rōnabiliter intellecta. Sicut autem in superioribꝰ per oblationes figurauit offerentes, sic nunc p ea q̄ comedunt exprimit comedētes. a ¶ Diuisam vngulam. Vngulam diuidunt, qui secundū duo testamenta firmo se gradu innocētię & iustitię statuūt. Iudæi rumināt verba legis, sed vngulā non findūt, quia duo testamēta nō recipiūt, nec in patrē & filiū & spiritū scm̄ credūt, fidei gressum diuidunt. hæretici vngulā findūt, in patrē & filiū credentes, sed doctrinā veritatis nō rumināt. b ¶ Camelus. Iudæus superbia tumidus, gbꝰ dicit. Liquantes culicē, camelū aūt glutiētes. Hi ruminant, q̄a in litera meditant, sed non diuidūt vngulā, quia literā à spiritu non distinguūt. In camelo superbia designat, quæ propriè stultorū est, & sapientiæ stultitia cōtraria est. Lepus vt timidus fortitudini cōtrariꝰ est. Chirogylius vt rapax iustitiæ. Sus vt sordibus captatus. Horum carnes non comedamus, quas videntur habere virtutes non sequamur. per has autem quatuor generales virtutes

Cap. XI.

LOcutus est dominus ad Moysen & Aaron dicēs: a ¶ Quia cōmune mādatū erat totꝰ populi. Dicite filiis Israël: Custodite omnia quæ scripsi uobis, ut sim deus uester. †Hęc sunt animalia, quæ comedere debetis de cūctis a ¶ Ad differentiā celestium. ibi enim est leo, vitulus & aquila & homo secundū visionē Ezechielis. sed ibi oīa munda & sancta. animāntibus terrę. Omne quod habet c a diuisam ungulā, & ruminat †in pecoris a ¶ Non pecora sed mores hominum discernit. hi aūt mundi sunt qui ruminant. id est semper præcepta dei in ore portant. bus, comedetis. Quicquid autē rūminat & habet ungulā, sed nō diuidit eā, ¶ Vitam informem & criminibus tornosam damnat. b sicut camelus & cętera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis.

a Custodite oīa quæ scripsi vobis vt sim deus vester †Deu. 14.a

†animalia D

munditia q̄ idem est qđ peccatū, non potest esse in brutis: quia peccare non possunt cū careāt intellectu & voluntate. peccatū tamē pōt redundare in ipsa, in q̄tū homines talia immolant idolis, vel vtunt eis ad alia maleficia, sicut infrà. xx.c. pecꝰ cū quo aliqs coierit, p̄cipit occidi cum eo in detestatiōnē peccati, qđ homo exercuit cū pecore. Immūditia verò corporalis potest esse in brutis & hoc dupliciter. Vno modo subiecti vt sicut animalia venenosa & abominabilia: & illa quæ ex nutrimentō immūdo & abominabili nutriuntur, vt porcus, vel in loco immundo habitant, vt animalia habitantia sub terra, vt talpæ & mures & huiusmodi. vnde & ex talibus foetorem cōtrahūt. Alio modo effectiuè in q̄tū accepta in cibū faciūt malum nutrimentū: & hoc ex nimia humilitate vel siccitate, seu alijs circūstantijs. Aliq̄ autē animalia sunt immūda vtroq; modo, sicut bufones & serp̄tes. igitur propter prædictas immunditias multa de animalibus, piscibus, & auibus reputata sunt immunda & prohibita Iudæis, quia idolatræ eis vtebantur in sacrificijs seu alijs maleficijs, vel quia erāt mali nutrimēti, vel corruptiua vitæ, sicut venenosa & abominabilia. Sunt etiā præter hoc aliæ rationes prohibitiōis mysticè figurales, vtpote qa per aliq̄ animalia figurant vitia, q̄ sunt ab hoib⁹ fugiēda: sicut porcus significat imūditiā luxurię, lepꝰ timiditatē ignauiæ, camelus propter gibbū quē habet in dorso rumorē superbię: & sic de alijs quæ de facili possunt applicari à quocūq; intelligēte, p̄pnetatib⁹ animaliū piscių & auiū cōsideratis, propter qđ istas rōnes mysticas intendo dimittere, & sensui insistere literali. Præsens igit̄ ca. diuidit̄ in duas partes, qa primò ostēdit qđ debeat mūdū & immūdū iudicari. Secūdò p̄cipit immunditiam vitari, ibi: Nolite cōtaminare animas vestras &c. Adhuc primò agit̄ de imunditia cōtracta ex gressibilib⁹ & volatib⁹, secò ex reptilibꝰ, ibi: Oē qđ reptat &c. adhuc primò agit̄ de mūditia & imūditia circa p̄dicta p cōgationē ad esum, secò p cōparationē ad tactū, ibi: Quicqd autē ex volucribus. Prima in tres. qa primò agit̄ de munditia & imūditia circa gressibilia, secūdò circa aquatica, ibi: Hæc etiā sunt q̄ gignunt̄ in aqs. tertiò circa volatilia, ibi: Hæc sunt q̄ de auib⁹ &c. Circa primū p̄ponitur inductio ad seruādū sequentia. cū dicit: b ¶ Custodite oīa &c. scilicet p̄ speciālē p̄tectionē, qa ipse est deꝰ oīm p generalem gubernationē. Sciendū tñ q̄ hoc nō est in Hebræo. Custodite oīa q̄ p̄cepe. vo. vt sim deus vester. Cōsequenter subdit generalis regula circa mūditiā animaliū gressibiliū, cū dicit: c ¶ Omne qđ habet dissolutum &c. Ex quo patet, q̄ non loquitur hîc scriptura de munditia anima-

Diuisio

Moralit

Moraliter. a ¶ Locutus est do. &c. In hoc ca. agitur de cibis mundis & imūdis fm legem. Circa qđ sciendū, q̄ sicut dicitur. 1. Timo. iiij. a. Omnis creatura dei bona, & nihil reiiciendum, q̄ cum gratiarū actione p̄cipit. Et ad Titū. j. d. Omnia munda mundis, Et

E ☞ omnes intellige. Morticina eorū nō tangamus. i. peccatis nō communicemus. a ¶ Chœrogryllus qui. In populo Iudæorum vtrunq; accipitur. Debilia enim dicuntur esse hæc animalia. Prou. 30. b. vnde Salo. Lepusculi plebs inualida. Et Dauid: Petra refugium herinaciis siue chœrogryllus: Vnum velox est & timidū: aliud quidē debile sed rapax, sed mortiferū: dicunt. i. Psal. 13. b. †Cuniculi, Chœrogrylli, qđ ꝯcūcit populo Iudęorū de qbus dicit: Veloces pedes eorū ad effundendū sanguinem. b ¶ Hæc etiā sunt &c. Esi. Quēadmodū in spontaneis sacrificijs quæ & dona vocant: operatores legis & simplices vel contēplatores p varias oblatiōes significauit, & qui saluātur ex gentib⁹ quib⁹ sacrificiū de simila, vt simplicib⁹ deputat qđ innuit, dicens: Si anima obtulerit dño. nec addidit de populo terræ, sicut in alijs sacrificijs. sic per ciborū abstinentiā quales debēt esse qui legē meditant ostēdere cupiens, p ruminare & vngulā diuidere Iudæū expressit, q debet mādata legis implere, & a spiritu ſram diuidere, & legē spūaliter intelligere. Per hæc aūt q̄ in p̄senti capitulo dicunt, ostendit se de gentib⁹ loqui, vñ nec piscīū nomina posuit, quia suorū nomina scribi super terrā non cupit ecclesia, vñ: Scribant Psal. 101. c. hæc in generatione altera, hoc est in cælis. c ¶ Omne quod ha. &c. Ilid. In piscibus quicqđ pinnulas & squamas non habet, abominabile est: aspera p mūdis habent. Hispidi enim & hirsuti firmi & graues hominū mores approbant. Qui sine his sunt immundi dicunt, quibus leues & lubrici infirmi & effœminati mores adiciuntur. Pinnulas quoq; cōiungit & squamas. Quicunq; em̄ pisces pinnati sunt & squamosi. Si quibus ignorantia solubilis est, his & cognitio sublimis & vita cęlestis.

F Qui aūt tales non sunt, cū his nec cibū sumere. Greg. Moraliter. Pisces q pinnulas habēt & squamas, dare Moraliter saltus sup aquas solent. In pinnatis ergo piscib⁹ electæ animæ figurant q̄ solæ in cælestis ecclesiæ corpus transeunt, q̄ pinnulis virtutū fultæ per cæleste desideriū saliūt ad cōtemplationem, q̄uis in se rebabant per carnis fragilitatē. Soli ergo in electorū corpus quasi cibus electus transeūt, qui dum imis seruiunt, mentis saltibus superna conscendūt, ne semper in ꝓfundis curarū lateant, vbi nullam amoris summi quasi liberi aēris curā habent. Qui ergo rebus tēporalib⁹ occupant, tunc bñ exteriora disponūr, cū sollicitē ad interiora refugiunt, nec perturbatiōs strepitus diligūt, sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt. d ¶ Quicquid pinnu. &c Sūt etiam pisces testam pro pelle habentes, quorum squama auferi non potest, quia verbo dei squamas ignorantiæ deponunt, nec ☞ cultrum spiritꝰ

Animal spinosum malus erinacio.

a †Chœrogryllus qui ruminat, ungulamq; non diuidit, immundus

a ¶ Effœminatos reprobat, vnde comicus: Tute es lepus & quæris pulpamentū. ¶ Timidus. infirmus. vnde: ve cordibus trepidis & manibus remissis. Eccle. 12.

est. Lepus quoque, nam & ipse ruminat, sed ungulam non diuidit,

a ¶ Illos significat quibus dicitur: Canis reuersus ad vomitum suum. & sus lota in volutabro coni &c.

& sus, qui cùm ungulam diuidat, non ruminat. Horum carnibus

¶ Simulatis virtutibus. ¶ Peccata.

non uescemini, nec cadauera con b tingetis, quia immunda sunt uobis. Hæc etiam sunt que gignun c

a ¶ Baptismi, de quibus: Ecce gentes quasi stillas situlæ. ¶ Lxx. Sicut aquæ multæ gentes.

tur in aquis, & uesci licitum est.

a ¶ Vitam sublimem & cælestem.

c Omne quod habet pinnulas, & d

a ¶ Ignorantiam. sed quæ facile auferatur. si. ut de Paulo dicitur: Ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit.

squamas, tam in mari quàm in fluminibus & stagnis comedetis. e

d Quicquid autem pinnulas, & squamas non habet, eorum quæ in aquis mouentur, & uiuunt, abominabile uobis execrandùmque

ad diuinum cultum, vt videbitur, domino concedente, quādo venimus ad locum illum. Sciendū tamē quòd ex tactu cadaueris huiusmodi animaliū non contrahebatur talis immunditia, quā oporteret purgari per modū qui dicitur infrà de tactu aliorū, vt videbitur. j. eo. cap. c ¶ Hæc etiā. Hīc consequēter ostendit qd sit mūdum & immundū circa aquatica: & ponit circa hoc generalē regulā, di. ¶ Omne quod &c. & stagnis Et per hoc cōprehendit, omne genus aquarū, in quibus pisces possunt viuere. e ¶ Comedetis, tanq; mundū: pisces autem carentes vtroque vel altero immundi sunt reputandi. Ratio literalis prædictorum est, quia squamæ & pinnulæ in piscibus sunt signū, q

carnes eorū Moraliter

Ideo q̄ aliqua aīalia dicunt hīc immūda vel pisces vel aues, rationes mysticē sunt, quia figurant aliqua vitiosa, q̄ sunt â nobis euitanda: Et ecōuerso aliqua dicuntur mūda, qa figurant aliqua virtuosa, q̄ sunt nobis incorpanda. Generaliter aūt de grefibilib⁹ animalib⁹ illa dicunt mūda q̄ diuidūt vngulā & ruminant. Immunda verò dicunt, q̄ carent vtroq; vel altero. Per diuisionē vngulæ discretio boni & mali designatur. Per rumination ē verò quæ est reductio cibi ad superiorē gutturis ptē, significat applicatio boni prægogniti ad operationē, & vtriq; requrit ad opus virtuosum, qa discretio nō valet sine operatione, nec aliqđ opus bonū est, sine discretiōe. ꝓter aūt hāc regulā generalē aliq̄ dicunt imūda, qa significāt aliq̄ vitia specialia: vt camel⁹, quia significat superbiā, propter gibbū quē habet sup dorsum, & chœrogryll⁹ terrenā cupiditatē, eō q. in terra habet habitationem. & lepus qa significat timorē irrationabilē, et sus, qa significat luxuriā, ꝓpter sui immūditiā. De piscib⁹ aūt illi dicuntur mūdi, q pinnulas & squamas habent: nā p pinnulas designāt cōtēplatiō cęlestiū: & p squamas q̄ sunt asperæ, mortificatio motuū carnaliū: carentia verò istis immunda dicuntur. De auibus autē dicunt immūdę quę sequunt. Aquila q̄ dicit rex aurū, & vitit de p̄da, ideo significat rapinā potētum. Gryphes q volat et pedib⁹ graditur, ideo significat rapinā malitiosorū sub specie liciti rapitium bona simplicium, haliget⁹ q rapit parua, ideo significat rapinā officialium qui nō possunt rapere tā magna, sicut dñi eorū. Miluus qui pullis insidiat, ideo significat rapinam latronū. Vultur qui sequtur exercitum vt pascatur carnibus occiforum, significat illos qui mortem desiderant aliorū. Animalia coruini generis illos significāt, q̄ q̄runt carnalia discurrentes extra clausrū sub habitu religionis. Struthio q̄ cū sit auis tñ volare nō potest. significat religiosum negotijs secularib⁹ implicatū. Noctua de nocte videt & nō de die, ideo significat astutos in tēporalib⁹ & in spiritualib⁹ hebetes. Lar⁹ in aere volat & in aquis natat, ideo significat quęrētes vitam voluptuosam sub specie contēplatiuæ. Accipiter deseruit ad auium prędam, & ideo significat illos qui raptoribus ꝑæbent ministeriū. Bubo qui de nocte pastum quęrit & de die se abscondit, significat luxuriosum. vnde dicit Iob. xxiiij. c. Oculus adulteri obseruat caligi nem &c. Mergul⁹ qui in aquis mergitur, significat gulosum, qui se mergit in aquis voluptatum. Ibis serpentibus pascitur, ideo significat inuidum qui delectatur in malis aliorum. Cygn⁹ candidus est & longo collo & rostro, cibum trahit de aqua profunda: propter quod hypocritā significat q cādorē sctitatis ostēdat exterꝰ, sed q̄stū intendit interius. Onocrotal⁹ q sēp est famelic⁹, significat auarū q semꝑ anhelat ad magis acqrēdū. Vnde dicit poeta: Crescit amor nūmi, q̄tùm pecunia crescit. Porphyrio oēm cibū suum aq̄ tingit, & significat hominē singularē, q nihil vult facere, nisi quòd tingit aqua, ꝓpriæ voluntatis. Herodio. i. falco velociter volat ad interficiendū alias aues, ideo significat homines ꝓnos ad humanū sanguinē effundēdū. Charadrion auis est garrula, ꝓpter qđ significat pſonā loquacē. V pupa in stercorib⁹ nidificat, ideo pmanētes in fœtore luxurię designat. Grego. In stercore putrescere est in fœtore luxurię vitam tinire. Vespertilio volat circa terrā, ideo nocturnā significat sola terrena q̄rentē. Volatile quadruples dicit immundū quia significat abusum quatuor euāgeliorū: Munda tñ dicuntur quę habent crura retrò longiora per quæ saliunt, quia significāt homines à tali abusu per veram pœnitentiā resilientes.

Nicolaus de Lyra.

ditia animaliū ad immolandū, sed ad esum. Multa enim sunt munda ad esum., quę nō sunt mūda ad immolandū. Fillio aūt vngulæ pedis signum est in animalib⁹ tēperatæ cōplexionis, quia vngula oñdit, q̄ carnes eorū nō sunt nimis humidæ, qa aīalia excessiuè humida non habent vngulas. Fillio autē vngulæ designat q̄ nō sunt nimis terrestres & siccæ, qa cōtinuitas vngulæ signum est nimię siccitatis. Similiter ruminatio signū est tēpatæ cōplexionis, eò q̄ alimentū bene digerit, & ideo animalia carentia vtroq; vel alteAlbert⁹ dicit ro immunda reputant, cū subdit. Quicquid autē ruminat, & habet vngulam, sed eā non diuidit &c. a ¶ Chœrogryllus. dicunt expositores nostri cōiter, q̄ est idē qđ hericius: & est animal spinosum, aliqui tñ dicunt q̄ accipit hīc ꝓ cuniculo, & cōcordat hoc dictū cū Hebręo, in q̄ habet שָׁפָן sapan, id est, cuniculus. b ¶ Nec cadauera. Dicit Ra. Sa. q̄ istud iniungitur solis sacerdotibus qđ ꝓbat ex hoc qđ habet, infrà. xx. c. vbi similiter ꝓhibet cōtaminatio ex mortuo, & tñ ꝓhibet sacerdotibus tm̄, quia ibi ꝑmittit: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Non contaminetur sacerdos in mortuis &c. Sed hoc videt cōtra textū qa hīc ꝑmittit: Dicite filijs Israel. Ex q̄ pater, q̄ loquit g̃naliter toti populo: & eodē mō Nūe. v. a. vbi loquit de pollutiōe ex mortuo i principio. c. & iō Ra. Sa. accipit falsum, vti videt, ad ꝓbationē sui dicti, maxiè qa infrà. xx. c. ponit ꝓhibitio specialis facta sacerdotib⁹ ne ingrediāt ad luctū mortuorū, nisi in paucis pſonis, & hoc qa debebāt eē pati

ad diuinum

A ¶ Vltrū spiritus suscipiūt. & q̄uis in mari baptismi inueniātur vel in pœnitētiæ fluminibus, abominabiles sunt tū in his quæ mo-
uentur, & uiuūt in ags: quia regenerationē & vitā, quā in baptismo acceperūt viuēdo malè corrūpunt. a ¶ Carnes. Esi. Cùm suem
prohabet vitam cœnosam & sordibus gaudentem reprehenditur.
Cùm verò leporem, viros effœminatos damnat. Quis mustelā cibū faciat?
sed furtū notat. Quis lacertā? sed vitæ oditi incōstantiā. In stellione maculas mē
tium execrat. Accipitrē, miluū, aquilā, odit. i. raptores violētia viuētes. Vultu
rem abominat, prædā. s. de aliena morte
quærētes. Coruū, phibet. i. nigras volu
ptates. Cùm passerē interdicit, intēperā
tiam arguit. Cū noctuā, lucifugas va-
rietates. Qū charadrion, linguę intēpe
rantiā. Qū cygnū, phibet, altæ cerui cis
superbiā, phibet. Qū vespertilionē, quærē-
tes tenebras noctis. b ¶ Hæc sunt q̄
de ani. &c. Quæ ad cōtēplatiuorū vi-
tā panent, adiungit. Sicut em in oblatio
ne sacrificiorū, ppriū capitulū eis deputauit, sic & in cibis. Verè em abominan
dū quēlibet cōtēplationi vacātē, spōtè ta
les habere maculas q̄les i hs auib⁹ legis-
lator significat. Ait em aquilā & gryphē
&c. per hæc raptores. & cibū alienū ma
lè sectantes, & iniustis quę fub⁹ gauden-
tes figurat. Quædā ex his rapto viuunt,
alia domos penetrāt & diripiūt q̄ repe-
riunt. his similes sunt q̄ domos penetrāt,
& captiuas ducūt mulierculas pētis one-
rata. c ¶ Vultu. iuxta genus suū.
Qui bellis gaudet. Vñ sequit. exercitum
expectās cadauera mortuorū. nō debet
em alieno luctu pasci, q̄ dat operā con-
templatiōi. d ¶ Struthionem. Stru-
thio auis est, sed volare non pōt, & semp
circa terrā est, sicut q̄dā deo militātes &
secularib⁹ negotijs se iplicātes. e ¶ No
ctuam. Hanc aiunt in nocte acutè vide
re, & parū in die. tales sunt q̄ legis gloriā
tur contemplatione, & euāgelij lucē ca-
pere nō valent. ¶ Nicticorax in nocte
tm̄ rapit. tales sunt gentes, noctis operi-
bus inhiantes, quæ sunt, fornicatio, im-
mundtia, impudicitia. f ¶ Larū. Lar
est animal tā in aq̄ q̄ in terra habitās: vo
lat enim & natat: huic assimilant q̄ cir-
cumcisionē & baptismum venerantur.
g ¶ Accipitrem. Accipiter inter ra-
paces est aues: sed mansuescit, & rapinā
cum hominibus operatur. hunc imitantur qui mansueti videtur,
sed cum potentibus & auaris atque rapacibus rapere nituntur.
h ¶ Mergulum & ibin. Hæc longi colli sunt, & cibum ex p-
fundtate terræ vel aquæ (vt dicitur) trahunt: nec imitanda sunt.
Qui enim cōtemplationi vacat ad superiora debet tendere, nec de
inferioribus sollicitus esse. i ¶ Vpupam. Hæc lugubris est & lu-
cem amans. Seculi autem tristis mortem operatur. Qui autem
deum diligit, debet gaudere, sine intermissione orare, in omnibus
gratias agere. k ¶ Vespertilio, quæ circa terram volat, pennis
pro pedibus vtitur: quod alienum est ab eis qui cōtemplantur, ne
contemplatio eorum in terrenis occupetur. l ¶ Omne de vo-
lu. quod gradi. super quatuor ped. &c. Qui contemplati-
uis videntur esse similes, sed tanē reptilia terrenis inhęrent concu-
piscentijs, etiam si in quatuor pedibus ambulent i. si euangelicam
prædicationem simulent, quæ vocat ad pœnitentiam, quia nō ve
rē sociulem amplectuntur vitam, voluptanbus seruientes abomi-
nabiles sunt. m ¶ Quicquid autem ambulat &c. Quia cùm
sint in carne non secm carnem ambulant, sed à sordidis actionibus
exiunt, & terrenis hominibus permiscentur, vt instruāt & doceāt,
sicut dñs cū peccatoribus & publicanis. Habere nos oportet cru-
ra sublimiora pedibus, ne claudicemus vtroq; pede sicut Iudęi in
lege & pphetę, sed crura habeamus recta sicut Cherubin, de qbus
dicit: Crura eorū recta & pennati pedes eorum. n ¶ Brucus. Qui
exiit, sed minus quàm attacus vel locusta: quæ magis exiliunt. ta
les sunt, qui cum peccatoribus conuersant, ad conuersationē, nō ad
consensum vel imitationē. o ¶ Ophiomach⁹. Qui pugnat cum
serpentibus,

§ Vt supra.

a erit: Carnes eorum non comedetis, & morticina tritabitis. Cuncta quæ non habent †pēnulas & squamas in aquis,
b polluta erunt. Hæc sunt quæ de auis bus comedere non debetis, & fuitan
a § Quæ uiuit de morte & rapina aliorum animal.
da sunt uobis. Aquilam & gryphem b
a § Auis magna. b § Auis similis aquilæ, maior tamen.
c & halieætum & milūum ac uulturem, c d
a § Qui est expers affectionis. Vide Gene. 8. a. Corvus semel emissus a Noe non reuertitur, cui similis lodas.
iuxta genus suum, & omne corūini ge
d neris in similitudinem suam, struthio e
§ Lxx. glaucum.
f g nem & noctuam & larum & accipi trem iuxta genus suum, bubonem & f g h
h mergulum & ibin & †cygnum & o- i k l m n o p q r
nocrotalum & porphyrionem, hero
dionem & charadrion iuxta genus su
i k l um, upupam quoque & uespertilio- s t
nem. Omne de uolucribus quod gradi
m tur super quatuor pedes, abominabi-
le erit uobis. Quicquid autem ambu-
n lat quidē super quatuor pedes, sed ha
bet longiora retrò crura, per quæ salit
super terram, comedere debetis, ut est
a § Solipes omnium ferorum animalium.
o brucus in genere suo, & attacus atq; t
o †ophiomachus ac locusta, singula iu v
a § Id est qui abnuunt euangelica prædicatione, & inquinantur sordibus terrenæ uitæ.
xta genus suum. Quicquid autē ex uo
lucribus quātuor tm̄ habet pedes, exe
a § Actiones in quibus mors.
crabile erit uobis, & quicūq; mortici
a § Participando.
na eorū tetigerit, pollueť: & erit immū-

carnes eorū non sunt nimis humidæ, sed cōplexionis tēperatæ, C
& per consequēs magis sanę. Item quia piscibus carētibus squamis
& pennulis vtebātur aliqui idolatræ in sacrificiis & aliis maleficijs.
a ¶ Hæc sunt. Hīc consequenter ponitur seu ostenditur quid sit Diuisio
immundum circa volatilia: & primò in speciali, secundò in genera-
li, ibi: Omne de volucrib⁹. Circa primū
inter immūda ponit aues rapaces, quia
rapacitas in eis signū est nimię caliditatis
& siccitatis. Ité qa significāt vitia rapinę
& furti. & hoc est qđ dicit: b ¶ Aquilā & gryphē. Gryphus seu gryphes ha Aquila
bet caput & alas aquilę, reliquum corp⁹
leonis: & est quadrupes, ita q̄ p terram
currit, & p aērē volat, & est infest⁹ eqs,
ita q̄ aliqñ equū cum equite rapit. vt di
cit Hugui. c ¶ Et halięętum. Gallicè † abomina
esmerillon. d ¶ Ac vulturem iux tio
ta ge. suum. quia tales aues nutriun
tur cadauerib⁹ mortuorū, & iō carnes
earū sunt abominabiles & infirmæ, qa
virtus nutrimēti aliqualr manet in nu-
trito. talibus etiā auibus vtebātur Gen
tiles in sacrificijs & augurijs. e ¶ Stru-
thionem: quia nimis terrestris est, qđ
patet ex eius pōdere. quia q̄uis habeat †porphyri
alas, nō tñ per eas potest eleuari ad vo- onē & pelli
landum, sed tm̄ iuuari ad velocius cur- canū & cy-
rendū super terrā. f ¶ Et noctuam. gnū & cico
quia est auis abominabilis, nō solū hoī- niam
bus, sed etiam alijs auib⁹: vnde volat de
nocte, & si ab aliis auib⁹ videtur de die,
impugnāt eā. g ¶ Et larum: qa est auis
nimis humida, ppter qđ communiter
habitat in aqua. h ¶ Et accipitrem,
Gallicè ostoyr: qa est auis prędalis & ra
pax, sicut prædictū est de auibus rapaci
bus. i ¶ Bubonem. eadē rōne qua no
ctuam. k ¶ Et mergulum. Mergul⁹
est auis quę immergit aquis, iō sic nomi D
nata à mergo is. l ¶ Cygnum &
onocrotalum. Gallicè cormorā, qa
carnes earū sunt nimis humidæ ex inha
bitatione aq̄. m ¶ Et ibin. i. ciconiā: qa
comedit ranas & serpētes, ideo abomi-
nabilis & mali nutrimēti. n ¶ Et por-
phyrionem. i. pelicanū, secm transla- Porphiriō
tionem. Lxx. interpretū: q̄ immūda est,
quia comedit serpentes sicut & ciconia,
ppter qđ serpētes odiunt pelicanū, &
ideo qñ pulli sunt in nido, serpentes ex-
plorāt horā qñ pater & mater sunt ab-
sentes, & tunc repentè ascendūt & into-
dicant pullos, quos pater rediens cū inuenerit morientes, de sangui
ne proprio eos sanat. o ¶ Herodionem. i. falconem: quia est a-
uis rapax. p ¶ Charadrion. i. graculum, quia immundo vescit
nutrimento. q ¶ Vpupam. quia immūda est auis & nidificat in
stercoribus, & iō abominabilis. r ¶ Et vespertilionem. qa est
quasi media inter bestias & aues, & habet in se quandā fœditatē, si-
cut & mus, cui assimilat in corpe, & iō aboīabilis est ad esum. Repu
tant & aues pdictę immūdæ, & etiā sequētes, quia ipsis saltē aliqb⁹
idolatrę vtebant in sacrificijs vel augurijs. s ¶ Oē de volu. &c.
Hīc cōsequēter determinat de mūditia & immūditia auiū magis in
gñali dicēs: Oē de volucribus, qđ gra. &c. aboiabile erit vobis, qa
sunt q̄dā mōstruosa ꝓticipātia de auib⁹ & aīalib⁹, & talib⁹ mōstru
osis maximè vtebant Gētiles in maleficijs. Excipit tū ab hac gñalita
te illa q̄ habēt crura retrò lōgiora p q̄ saltūt, & talia sunt mūda. Vt
est bruc⁹, attac⁹, & locusta. Variq sunt spēs locustarū, vt dicūt aliq.
vel poti⁹ secm alios diuersi grad⁹ eiusdē spēi, qa brucus est foetus
locustę añq̄ habeat alas, sed cū icipit volare dicit artelab⁹ vel atta
cus. cū aūt est in pfectiōe volādi, dicit locusta. & talib⁹ vescebat Io
hānes bap. in deserto, vt habet Mar. i⁹. t ¶ Ophiomach⁹. dicit
ab ὄφις, ophis, qđ est serpēs & μάχη, mache, qđ est pugna: qa pugnat
cōtra serpētes, & ex hoc videt ꝓ eos comedat, qa aīalia pugnant ꝓ
cibis & venereis & fœtib⁹, vt dicit Philosoph⁹: et iō mali nutrimēti
est & piculosi. v ¶ Quicqd. Hīc cōsequnter oñdit q̄lr immūditia cō
trahit p tactū, & priò in hoīb⁹. secò in aliis reb⁹, ibi: Et sup qđ ce Diuisio
cide. Ité circa hoīem oñdit priò quō causāt immūditia ex volucrib⁹.
Secò ex aīalib⁹. ibi: Oē aīal. Circa primū dicit sic. Quicqd &c.
Scò ex aīalib⁹. ibi: Oē aīal. Circa primū dicit sic. Quicqd &c.

 ¶ qa nō debet

☞ E Apo. 12.b. Esa.5.e. serpentibus,nobis autem pugna est cum antiquo serpente & angelis eius. a ¶Vt portet.Sicut qui dicit malū bonū,& amarum dulce:laudando enim malum à quo prohibere debuerat,suum facit & portat b ¶Omne aīal qd' &c. Esi.Nullū pctm̄ pterit lex.q̄cūq; in euāgelio ꝓhibent legis ęnigmatib⁹ exprimunt, Mat.18.b. vt in ore duorū testū stet omne verbū, & in vtraq; lege laudes deū, & sicut prohibet, fugias malum.c ¶Quod ambulat super ma.&c.Qui ad euangelicam conuersationem migrat, sed manibus ambulat, turpis.lucri causa manus imponens,hic rectè oībus bestijs comparatur,vt vel adulterum dicas,vel auarum, 1.Tim.4.d. vel homicidam & similia. omnib⁹ enim per prauā man⁹ impositionē cōmunicat. d ¶Qui portauerit &c. cadaue. Falsa dicendo testimonia, dignū dicendo indignum,& mundū immūdū.e ¶Oia hæc immunda sunt.Nō accusat animalium naturā,nec naturæ actionē aialibus conuenientē,sed q̄ p hęc significant, nobis oīno ꝓhibent,quorū cōtactu inquinantur, quibus datū est cęlum respicere, rectos incedere,non repere,sed sordida& terrena despicere.f ¶Mus. ingluuiem. Mus enim pro ventris ingluie nulla vitat pericula.g ¶Crocodilus. Qui duræ cutis & malitiosus luto pascitur. h ¶Chameleō.Miserescit,& prę ifirmitate mansuetum se fingit,cùm crudele sit. i ¶Talpa.Animal cęcum de terra genitum.Creatur enim vt aiunt,de terra compluta & lutulenta, sed prius corrupta. k ¶Qui tetigerit &c. Si naturaliter essent immunda,immundus esset viuentia etiam qui tangeret. Morticina talium †bufo actiones sunt,id est dolus, furtum,duplicitas,& huiusmodi in quibus mors animæ.l F ¶Et super hoc &c.Esi.Admirabili diuisione vtitur legislator. Alij enim peccant ex negligentia,alij studio. vñ Salomon: Pro.23.b. Ve his qui student vino,& calicibus vacant epotandis, quos rectè inter eos qui tangunt, morticina ponit. Qui verò per negligētiam & ſuporē aīæ defectumq; virtutū delinquunt,sicut Dauid 2.Reg.11.a. videns vxorē Vrię lauātem,ſpecie renitentem incidit in adulterium. Super eos morticina cadunt.Nō enim ad peccandū fruduerunt,sed inciderunt, quasi desuper cadens suscipiētes morticinum.Qui autē omnino susceperūt,nec restiterūt,immūdi sunt, tā vas ligneum q̄m vestimentum. m ¶Ois cibus &c. Cibū & potū opera bona intelligit.iō dixit. Cibus quē comederis,& liquēs quod bibit &c. ga malarū actionū & cibus & pot⁹,ꝓhibet, ne q̄s participet.Si ergo bonis actionib⁹ q̄ Moraliter. sunt in omni vase,id est in omni homine quodlibet morticinum inciderit,necessariò immunda actio erit.Si enim bonæ actioni.i.superbia, dolus, hypocrisis vel quodlibet morticinū.i.participātī mortiferum inciderit, & hic immundus erit. bonam enim actionē mala incidēs intentio polluit.n ¶Si fusa fuerit su. eum aqua.Augu.de vase,scilicet quod factū est immundum,de morticinis immūdis, si forte aquam habuit. o ¶Aqua. Baptismi. Est enim sermo de baptizatis, †omnis potus qui de infidelibus autem mentionem non fa- 1.Cor.3.c. cit.vnde Paulus:Scripsi vobis non commisceri fornicarijs, non vtique fornicarijs huius mundi &cætera.p ¶Siue clibani. Per hoc magistri designantur in quibus cibi sacræ doctrinæ coquuntur operatione & igne spiritussancti. Ne ☞ mirum quia nō debet comedi vt ꝓdictū est,& qa tale qd nō solū inquinat p esum,sed ēt p tactū.iō subdit:Et qcūq; morticina eorū tetigerit,polluet:& qa plus est portare q̄m tāgere,iō subdit.a ¶Et si necesse fue.&c.Pro quo considerandum, q̄ hīc accipitur morticinum,p eo qđ est mortuum p se:& istud est abominabile⁹, q̄m illud qđ interficit,vt comedat. vñ & de morticinis aīalium mundorū nō erat licitum comedere;& iō immūditijs cōtractis prout tractat in hoc cap.erāt gradus,quia plus erat tangere morticina q̄m interfecta, & plus portare morticina q̄m tangere,& ideo tangens morticinum erat immund⁹ vsque ad vesperū,portās autem cum hoc debebat lauare vestimenta Sciendū tñ q̄ lotio hæc nō erat nisi quædā aſperſio ex aqua,in qua cōmisti erāt cineres vaccę rufæ.de qua cōmistione habet Num.xix.si cut modo nos aspergim⁹ aqua bñdicta. Sciēdum etiā q̄ istę immūditię nō erāt nisi quædā irregularitates, q̄bus homo redebat inept⁹ ad intrandum atriū,vbi erat locus sacrificij donec esset purgat⁹ p ablutionem ꝓdictā, vel per trāsitū tēporis in illis immūditijs.de quib⁹ dicit:Erit immūdus vsque ad vesperū, & nō addit aliqua ablutio,seu aspsio vestimētorū.b ¶Omne animal.Hīc consequēter oñditur qualr cōtrahit immūditia p tactū ex aialibus,& primò ex aialib⁹ illicitis ad esum,secundò ex licitis,ibi: Si mortuū fuerit aial. Circa primū agit de immūditia cōtracta in hoībus.secūdò in alijs rebus,ibi:Et sup quod ceciderit. Circa primum dicitur: c ¶Quod ambu. &c. Sicut est simia & vrsus, quorum pedes anteriores sunt quasi man⁹.d ¶Immundum erit.id est illicitum ad comedēdū. vrsus enī ereo riatus & simia habēt magnā similitudinē H cum homine & puero excoriatis. & ideo fuit vna ratio prohibitionis,ne per talem esum inclinarent ad esum carnis humanę, sicut & alię barbari, qđ tñ est horridū. e ¶Qui tetigerit. Modo ꝓdicto de volatilibus habentibus quatuor pedes. f ¶Mustela & mus. Quia habitāt sub terra, & inde contrahunt sœtorem. g ¶Crocodilus. Dicit Plin⁹ q̄ est animal quadrupes in terra & flumine infestum,& solus inter aialia habet inferiorē mandibulam immobilem,& mouet superiorem. h ¶Migale. est animal natum Migale ad deridendū,dolosum, rapax,ingluiosum: vt dicit glo. In Hebręo habet נקפת & ana quah eritⁿ.i ¶Chameleō. Est aial qđ variat in diuersos colores;vt habet.i. Ethi.k ¶Stellio. Est animal diuersis Stello maculis picturatum, & ideo dicitur stellio à stella quasi stellatum. In Hebręo habetur lacerta. Et vbi consequenter habet mus lacerta, Hebręus habet limicæ:& oia ista non solùm sunt immūda ad esum, sed etiā coinquināt per tactū.l ¶Et su.qđ. Hīc cōsequenter oñdit quō ex prędictis immūditia cōtrahit etiā in rebus inanimatis cū dicit:Polluet tā vas ligneū &c. Et cōsequēter oñdit qualiter debeāt mūdari,cū dicit.m ¶Tinget aqua.i.aspget aq̄ prędicta,qa per talē aſperſionē res ēt inaiatę purgantur, vt habetur Num.xix. Vas tñ fictile debet frangi.n ¶Omnis cib⁹ &c. aqua.i.contēta in vase in quo immundum prędictū ceciderat.o ¶Immund⁹ erit.i.ex hoc reddit illicit⁹ ad comedendū,q̄uis prius esset licit⁹.p ¶Et omne li.Quia nō solū aqua ꝓdicto mō inficit,sed ēt oīs liquor contentus in vase vbi cadebant talia, fiebat immundus.

✠ Chyropoda

A mirũ. Moab enim lebes appellatur. Moab olla spei meę. a ¶ Chytropodes destruetur & immundi erunt. Quia qui docẽt non furari, furantur: & qui prędicant non mœchari, mœchantur: doctrina tamen mũda est. Vnde fontes &cętera. b ¶ Si ceciderit &cætera. Esi. Nihil indiscussum relinquit. Omnia discutit ad perfectionem spiritualis legis, etsi imperfecta eis videatur, qui solam legis literam intuentur. Differentiã ergo infidelium & qui nondum baptizati sunt exponit. Semen appellantur quicunque prędicationem suscipiunt. Vnde & dominus ait: Bonum semen sunt filij regni. Sementis est quæ seminanda est: hi sunt nondum baptizati, qui baptizandi sunt. Super hos si ceciderit morticinum, quia cautelam mysteriorum nondum acceperunt, nec integram dei cognitionem, vt possint sibi cauere à peccatis, mundi esse dicuntur, quia p ignorantiam excusantur. Super quos verò fusa fuerit aqua baptismatis, si quodlibet morticinum super eos ceciderit, fiunt immũdi. c ¶ Qui cadauer &cæteta. Esi. Iniquorum vitam debemus abominari, iustorum imitari. Qui enim vitam malorum tetigerit, immundus erit, donec pœnituerit. d ¶ Qui comederit. id est quasi aduocatus defenderit, & in se auxiliando transtulerit, lauet vestimenta sua, id est actiones prauas donec pœnituerit. e ¶ Omne quod rep. super ter. &cætera. Hoc superius legislator exposuit, sed ad frequentationem meditandæ legis monendo auditorẽ repetit. f ¶ Animas vestras. In quibus imago mea, quæ pollutionem non patitur, nec sociari infirmis animalibus, quia super oia dominatur. g ¶ Et sciatis quid come.

B Non hi cibi nos mundant vel polluunt, sed nos ipsi. viuificamus enim quæ comeduntur, & quemadmodum omnis cibus bonꝰ, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione prącipitur, sic ea quæ comeduntur. quæ nutriunt animam: bonas scilicet actiones nos viuificamus, si bene vtimur: si male, mortificamus. Qui enim ex rapina facit elemosynã mortificat eam, & auferet ei postentiam: & qui abstinent à cibis, fratribus verò detrahunt, mortificant abstinentiam.

Nicolaus de Lyra.

a Chytropodes, vasa sunt tres pedes habentia: & dicuntur χυτρόποδες à χύτρα chytron, quod est olla, & πούς pus, pes. Sunt enim ollæ cum pedibus. s. b ¶ Destruentur: tum propter immũditiam: tũ ꝓpter idolatriæ & superstitionis detestationẽ. Gentiles enim aquas & alios liquores vbi inueniebãtur talia animalia, reputabant dijs gratiosos, & eis offerebant. & inde factum est q̃ aliquæ vetulæ sortilegæ dimerunt de nocte vasa in quibꝰ est aqua discoperta: vt numina nocturna, quę vocant suas res ad prosperandum, illuc veniant ad libendũ. c ¶ Fontes vero & cisternæ &c. mundi. erit. i. nõ polluetur p talia. Rationem huiꝰ assignant Hebręi, quia tales continentur in terra, & immediatè adhęrẽt ei. & ideo sicut terra non polluitur p prędicta, sic nec aqua ista. d ¶ Si ceciderit super sementem. i. super granum anteq̃ sit in terra seminatũ. e ¶ Si autẽ quispiã aqua sementẽ &c. q̃a granũ humefactum est magis receptiuũ impressionis, q̃m siccum: & ideo magis polluitur. f ¶ Si mortuũ fuerit animal. Hic agitur de immunditia contracta in hominibus ex tactu animalis bruti ad comedẽdum, videlicet q̃n tangitur vel portatur

¶ Vasa quædam.

* bani siue chytropodes, destruen[a] tur & immundi erunt. † Fõntes [c]
a ¶ Opulenta doctrina.
a ¶ Linguæ mediocria loquentes. & doctrinam mutuam habentes.
b ¶ Verborum affluentia undecunq; congregata.
uerò & cisternæ, & omnis aqua [a] rum congregatio mundã erit.
a ¶ In se.
a ¶ Vt supra. ¶ Quæ enim tales dixerint debemus facere, non quæ fecerint.
Qui mortuorum eorum tetige[b] rit, polluetur. Si ceciderit super [d]
a ¶ Baptizandos. b ¶ Quos ignorantia excusat.
sementem non polluet eam. Si [e]
a ¶ Baptista. b ¶ Baptizati.
autem q̃ispiã aqua † sementem perfuderit, & postea morticinis
a ¶ Quia excusationem non habent.
tacta fuerit, illico polluetur. Si [f]
¶ In peccato.
mortuum fuerit animal, quod li
a ¶ Viuentis conuersationi socians.
cet uobis comedere, qui cadauer
¶ Imitando.
eius tetigerit, immũdus erit usq̃ [g]
a ¶ Donec peccati fenor deficiat. ¶ Defendendo.
ad uesperum. Et qui comederit [d]
¶ Actiones.
ex eo quippiã, siue portauerit, [e]
lauabit uestimẽta sua, & immun
dus erit usq̃ ad uesperũ. Omne [f]
¶ Terrena sapiens.
quod reptat super terrã, abomi
nabile erit, nec assumetur in ci
¶ Aliquo uentre.
bum. Quicqd super pectus † qua [g]
a ¶ Euangelicum prædicatione abutens luxu riose uiuendo. ¶ Gastrimargię studens.
b ¶ Etiam ex aliis scripturis & uana doctrina sibi salutem futurum affirmans.
drupes graditur, & multos ha
bet pedes, siue per humum tra
a ¶ Vt tardus.
hitur, non comedetis, quia abo
minabile est. Nolite contami [h]
nare animas uestras, nec tanga [i]
a ¶ Sicut illa si tetigeritis
tis quicquã eorũ, nẽ immundi si
a ¶ Ad cuius imaginem facti estis. ut celestia sapiatis.
tis. Ego enim sum dominus deus
uester. † Sancti estote, qm̃ ego [k]
¶ Notat non esse pollutionem in mortuis corporibus
sctus sum. ne polluatis animas
a ¶ Humiliari homini bono est, sed ad terrena sapientiam. declinare malum est. unde addit quod mouet super terrã.
uestras in omi reptili qd̃ mouet
super terrã. Ego enim sum dns, [l]
¶ Malis operibus non beatum.
q̃ eduxi uos de terra Ægypti, ut
essem uobis in deũ. Scti eritis, qa
a ¶ Qui si multis adhærere sancti debetis esse sicut ego.
& ego sctus sum. Ista est lex aiã
tiũ ac uolucrũ, & oĩs aię uiuẽtis,
q̃ mouet in aqua & reptat in ter
ra: ut differẽtias noueritis mũdi [m]
& immũdi, & sciatis quid come
dere & quid respuere debeatis.

Cap. XII.

[m] Locutusq̃ est dns ad [n]
Moysen dicẽs: Loq̃
re filiis Israël & dices
¶ Filii recipit q̃ nõ susceptio semine cõcipit & pepit. ¶ Viri
ad eos: Mulier si suscepto semi[n]

vel portat cadauer talis animalis per se mor C
tui. & patet litera ex precedentib⁹. g ¶ Omne quod rep. Hic agitur de immunditia contracta ex reptilibus, quę sunt in duplici grãdu, qua aliqua pedibus carent, vt vermes & similia, quæ affixo ore terræ trahunt reliquum corporis, & sic mouentur super terrã: & hoc est quod dicit: ¶ Omne quod reptat super terram, abominabile erit &cætera. Alia sunt pedes habentia (tamen breues) quorum aliqua sunt quadrupedia & super pectus gradiuntur. Alia multos pedes habent, & cum hoc trahuntur super terram, & hoc contingit propter breuitatem pedum, & omnia talia sunt abominabilia, & illicita ad comedendum, propter causas superius dictas, & hoc tangitur † fontis
cũm dicitur: Quicquid super pectus &cæt. h ¶ Nolite contaminare. Ostenso quomodo immunditia ex prędictis contrahit. Hic consequenter cõtrahi, phibetur, cũm dicitur: Nolite contaminare animas & c. ex tactu enim prędictorũ immundorũ polluebantur homines corporaliter, vt de se patet. Polluebantur etiam spiritualiter faciendo illud quod erat eis prohibitũ. i ¶ Sancti estote: anima & corpore. k ¶ Quoniã ego sanctus sum: scilicet diligens vtranq; munditiam. l ¶ Ego enim sum dominus qui edu. &c. de seruitute grauis. q. d. nõ debet vobis esse graue, obedire mihi in his & in alijs. Vna enim causa, quare iudęis fuerũt tot data prącepta, fuit, vt per illa exercerẽtur in obedientia ad deum. Consequenter recapitulat quæ dicta sunt dicens: Ista est lex &c. & patet.

GLO. ORDI. Cap. XII.

D ¶ Locutusq̃ est dominus &c. [n] ¶ Mulier si suscepto se. Isid. Septimana est prąsens vita, quia in septimana dierum consummatus est mundus, in quo ad liquidum puri esse nõ possum⁹, sed in octauo die. i. futuri seculi tpe ille mund⁹ erit, q̃ viriliter egerit. Mũda em̃ efficit mater eos, q̃ genuit masculũ. Qui verò nihil virile habuerit, sed remissus & effœminat⁹ pmãserit, nec in pñtis seculi hebdomada, nec in futuro purgabit. ☞ Immunda

† gradi. ge quidi. rẽfu. per quatuor pedes gradi. aut

NIC. DELY. Cap. XII.

E quod semper est finitū, vnde hoc dictū: Sancti estote &c. nō videt intelligendū vt conclusio p̄dictorū, put postillator dicit, sed magis vt p̄ambulū sequētiū. Nō em̄ solū in hoc p̄ambulo exhortat ad sequ parationē ab oib⁹ immūditijs seu turpitudinib⁹ corpalib⁹ quæ in p̄cedēti capitulo tractant, sed etiā ab immūditijs spūalib⁹ & intrinsecis, de qbus in hoc capitulo tractat, vt dictū est. & ideo dicit: Q̄m ego sanct⁹ sum dñs deus vester. Sanctitas em̄ diuina non solū est à contagijs corpalibus, à quib⁹ etiā spūs maligni sunt immunes, sed etiā à spiritualib⁹ quibuscūq. Si autē quærat, quare inter p̄dicta p̄cepta in hoc capitlo contēta omittit p̄ceptū (Nō mœchaberis) Dicendū q̄ in p̄cedenti capi. fuerūt multa supaddita illi p̄cepto. Similiter & infrā in hoc capitulo quædā alia eidē supadduntur, idcirco hīc nō iteratur cū alijs. Præcepta aūt de (nō concupisces rē p̄simi tui) satis includunt in hoc p̄cepto de dilectione p̄simi: in quo constituit finē hmōi iterationis. Finis em̄ p̄cepti charitas est.} Tim. j. a. Vnde ea quæ sequunt cū dicit: Leges meas custodite: lumenta tua non facias &c. p̄cipuè pertinēt ad ceremonialia, vt ex ipsis patet, & exponant, put in postilla. Si aūt quærat de ordine horū p̄cepto rum, quare deuiat ab ordine primæ traditionis, q̄a ibi incipit à p̄ceptis ordinātib⁹ ad deū, hīc aūt de his q̄ ptinent ad p̄simū: Dicendum, q̄ prima traditio sequit ordinē dignitatis, q̄a illa q̄ ordinant in deū sunt potiora. In hac aūt secūda traditione, q̄a dilectionē p̄simi principal⁹ exprimere intēdebat, reseruata explicatione primi p̄cepti charitatis, q̄d maius & summū p̄ceptū legis est, ad vltimam explanationē legis. s. in Deu. vj. Q̄n iā auditores erāt magis p̄uecti, scriptura sequit ordinē nostræ cognitionis sensitiuæ, sec⁹m quam p̄simus est nobis magis notus q̄ deus, iuxta illud. j. Ioh. iij. d. Qui nō diligit p̄simū suū quē videt, deū quē non videt, quō potest diligere? Et ideo p̄posuit primū p̄ceptū de obsequio parentū, in quo matrem anteposuit patri: eò q̄ etiā sec⁹m nostrā cognitionē mater primò innotescit filio q̄ pater. Adiungit etiā huic p̄cepto de custodia sabbathorū, q̄d ptinet ad p̄cepta ordinātia in deū, q̄a est p̄ceptū affirmatiuū, & sic hæc iteratio incipit ab affirmatiuis. Cætera autē ordinant diuersimodē, in qua ordinis diuersitate dat quodammodo intelligi pluralitas præceptorum, sec⁹m quā cuiuslibet eorum obseruantia necessaria est ad salutē. Quia vt Iaco. ij. b. Qui in vno deliquerit, factus est oīm reus. Introducit aūt in hac iteratione. Si immolauerit hostiā pacificā dño, vt sit placabilis, ad oñdēdū, q̄ actus interior mētis (de quo in hac iteratiōe posti⁹ intendebat q̄ in prima traditione) est apud deū principaliter accept⁹. Vñ in Hebrēo habet: Si immolauerit is hostiā pacificā, dño sit placabilis, & est sensus vt sit acceptabile obsequiū deo, sic vt nihil p̄termittat de agē dis circa ipsam: Et exēplificat de hostia pacifica, q̄ minimū locū tenet in sacrificijs, innuendo, q̄ si de ceremonijs aliquid omittatur, totum est prophanum.

G ¶ Item in hoc. c. xix. vbi dicitur: In Hebrēo habet, videt esse addendum, q̄ in Hebrēo vbi in hoc loco dicitur secundum Rab. Sa.

ADDITIO II.

Et parata viro, est vnū vocabulū obscurū, q̄d sec⁹m Ra. Moy. Gerundēn. significat cōcubinā, & sic scriptura loquit de ancilla Channaā, q̄ est cōcubina alicui⁹ liberi Hebrei, cū quo nō cōtraxit matrimoniū, sed est ei cōiuncta in cōcubinatu: & sic tales non incurrunt pœnā mortis, cùm nō sit ibi adulteriū. vnde dicit: Vapulabit ipsa, id est verberabit, quia nō fuit libera, & sic nō habet vnde offerat p̄ peccato suo. Vir verò p̄ delicto suo offert &c. put in postilla.

¶ In eo. ca. vbi dicit in posti. Auferetis p̄putia e. videt esse addēdū.

ADDITIO III.

Q̄d in Hebrēo habet in hoc loco: Præputiabitis p̄putia eorū, & est sensus, q̄ illi fruct⁹ sunt immūdi, p̄pter rōnes in postilla allegatas: & ideo reputādi sunt sicut p̄putia quæ apud Hebrēos refutanda sunt tanq̄ superflua & inutilia: vnde sequitur: Poma quæ germinant, immunda erunt vobis. Ex quo patet q̄ nō auferebant primi flores suū gēmę, ne erumperēt in fruct⁹, prout dicitur in postil, sed permittebant crescere: & tamen eius eorum erat illicitus.

Replica correctorij cōtra Burgē. In ca. xix. cū postil. breuiter & clarè se expediuisset de replicatione p̄ceptorū: Burg. facit lōgā digressionē: In q̄ priò reprobat sēm Tho. cui⁹ dictū in p̄logo sui opis firmit⁹ credit⁹ esse igne charitatis examinata, & naturalis rōnis dictamie multiplicit⁹ purgata: hīc tū abijcit, & sæpe postillatorē redarguit, q̄d aliq̄n ex manifesta rōne ea declinauit. Notat cōsequenter in eadē digressiōe postillatorē asserēs, q̄ exponat illud dicit: Sancti estote: q̄m ego sanct⁹ sum, vt cōclusionē p̄dictorū, cū sit p̄ambulū seq̄ntiū. Sed appet Burg. nō diligēter hīc vidisse postillatorē: nō em̄ ponit illud: Sancti estote, p̄ cōclusione, sed posit⁹ p̄ cōclusionis principio cā & rōne, vt patet hū intuēti dicta postillatoris. H

GLOS. ORD. Ca. XX.

Quare lex sæpe eadem repetit

LOcutusq̄ est &c. Freq̄nter lex eadem repetit, vt eorū memoriā infigat legēti: quædam tū noua interserit, ne superfluere videat. Sed noua ingrendo iā dicta studiosius inquirant. Vñ superi⁹ q̄dā, phibēdo pœnā tacuit, vt quærētes q̄ vel qualis sit, in sequentibus diligēter inuestigemus.

Cū. &c. Cū em̄ superius Moloch, phiberet sacrificari, idipsum pœnā addēdo repetit: populus. s. terræ lapidabit eū, nō solū principes. Nec his cōtentus addit; Ego ponā faciem meam cōtra illū &c. b ¶ Contaminauerit sanct. &c. Quicūq; semē suū idolis consecrat, sanctuariū dei polluit & nomē ei⁹, q̄a imaginē dei quā habet, dæmōib⁹ deuouet. Ipsum quoq; cētū i se est polluit, qui imaginem

NYC. DE LY. Cap. XX.

LOcutusq̄ est dñs &c. Supra posita iūt p̄cepta ordinati ua vitæ absq; determinatione pœnæ, hīc eadē (licet nō oia) replicant cū dicta determinatione. Ratio autem huius ordinis est, quia intētio legislatoris est cues facere bonos & virtuosos; hoc autem est, quādo bene operantur ex amore iustitiæ, & ideo p̄misit præcepta absque determinatione pœnę, per hoc insinuans, q̄ essent adimplenda ex amore boni. Sed quia nō omnes sunt virtuosi, sed pauci respectiuè: ideo replicauit p̄cepta cū determinatiōe pœnæ, vt imperfecti ea adimplerent, saltē timore pœnæ. Primò igitur ponit dicta determinatio, sec⁹ò determinationis rō, ibi: Custodite leges meas. tertiò intenta conclusio, ibi. Vir siue mulier. Circa primum ponitur determinatio circa rationalē, sec⁹ò circa irascibilē, ibi: Qui maledixerit patri. tertiò circa concupiscibilem, ibi: Si mœchatus. Circa primum ponuntur duo casus de idolatria, quæ ex dictamine rationis est fugienda. Primus ponitur cùm dicitur:

Divisio

b ¶ Si quis

Cap XX.

LOcutusq̄ est domi[a] nus ad Moysen dicens: Hæc loquēs

a ¶ Naturalibus Iudæis. ¶ Idem superius dicens:, sed hic pœnam addit.

filiis Israël: Homo

¶ Naturalibus. ¶ Proselytis.

de filiis Israël, & de aduenis, qui habitant in Israël: si quis dederit de[b]

a ¶ Idolum Moabitarum quod interpretatur rex.

semine suo idolo Môloch, morte

a ¶ Non solum principe.

moriatur. Populus terræ lapidabit eum, & ego ponam faci[c] em meam contra illum, succidámque eum de medio populi sui, eò

¶ Sanctorum.

a ¶ Carnal. uel discipulum quem in docendo genuerit.
b ¶ Lxx. principi. ¶ Principi huius seculi, qui operatur in filijs diffidentiæ.

quòd dederit de semine suo Mô[d] loch, & contaminauerit sanctua-

Nicolaus de Lyra.

¶ Si quis dederit &c. Frequentius aūt loquitur scriptura de Moloch, q̄ de alijs idolis: tū quia sacrificiū sibi oblatum erat magis horridū, vt patet ex p̄dictis. xvij. ca: tū quia multi circa hoc erant inclinati, credentes q̄ ex tali puerorū oblatione consequerētur posteā quicq̄d vellent. Ex hoc autem q̄d dicit hīc: De semine suo, q̄d importat partē. Dixerunt aliq doctores Hebrēorū, modo indebito literæ inniteres, q̄ si aliquis daret oēs pueros suos idolo Moloch, nō incurreret pœnā prædictam: q̄d videtur valde absurdum: tum quia pars includitur in toto: & ideo dans totum, dat etiam partem: tum etiam, quia dans totū grauius peccat, propter quod non min⁹, sed magis debet puniri. Et ideo alij volentes colorare dictum prædictum, dixerunt q̄ dans totū semē idolo Moloch, ita grauiter peccat, q̄ non potest aliqua pœna expiari in vita p̄senti, etiā morte. Et ideo dixerunt doctores, q̄ non incurrit pœnā mortis, quia reseruatur maiori pœnæ. s. gehennę. Sed isti volētes saluare dicta doctorum suorū, dicūt cōtra verbū dñi. Ezech. xviij. e Si autem impius egerit pœnitentiam &cætera. & sequit: Omnium iniquitatum suarum, quas operatus est, non recordabor. Ex quo patet, q̄ nullum est peccatum, quod in vita p̄senti nō possit expiari. e ¶ Succidamq̄ eum. Delendo eius posteritatē.

Sacrificij Moloch

d ¶ Et contaminauerit &c. Alibi sacrificando, q̄ ad sanctuarium meum

Moraliter

Moraliter. a ¶ Locutusq̄ est domin⁹. In hoc capitulo repetuntur aliqua superi⁹, phibita, vt addat pœna, vt de idolo Moloch, & turpitudinibus nō reuelādis, quorū sensus mysticus suprà est positus. Item ponuntur hīc aliqua quorū sensus literalis est moralis, & ideo sunt pertranseunda, vsq; prope finem capituli vbi dicitur:

* Vir siue mulier.

A ☞ qui imaginem dedit,& spiritū vitæ insufflauit,dum immundo spiritu imago dei prostituitur. Qui filiū quoq; vel discipulum vitio auaritiæ afficit,quę est idolorum seruitus,similiter sanctuariū & nomen dei polluit.eodem modo licet de cæteris vitiis ratiocinari:ne quis corpus quod est templum Christi & habitaculum spiritus sancti,quslibet polluat immūditijs. Tale etiā cepit puniri ab oib⁹,qa oim est inimic⁹,& glię oim aduersar⁹.a ¶Quod sine.Prouocat alios cōtra illū, & terret, si neglexerint pœnā tā studiosę pceptam, deo ipso irascente & ferente sententiam. b ¶Nec volue.Esi.Malum est pmittere etiā eos,qui foris sunt, fornicari à deo & adhęrere diabolo, sed multò magis de medio ppli.hoc est em totū gregem lupo cōcedere.Cōsentiētes aūt q.s.possunt accusare vel arguere vel monere, & non faciunt,nō effugient iudiciū. Ponit deus faciē sup illū,de quo dicit: Vultus aūt dñi super fa.ma.&c.c ¶Aia q̄ de. Grande pec catū est ad magos vel ariolos declinare: hoc est em à deo recedere. Sunt aūt magi intelligibiles,q in noię dñi falsa ꝓphetāt. Sunt arioli deceptores & adulatores,qui veneficis verbis audit⁹ multorū corrumpunt,& à veritate auertūt.d ¶Qui male. Orig. De his superius præcepta dedit, sed q̄ pœna inobedientē manet, nō asciplit.eadē ergo repetunt, & cuiuslibet pœna decernit. Ibi ergo ꝑcepta dant,hīc iustificationes dantur & iudicia, quib⁹ qđ iustū est peccatori, indicat.Notandū aūt, q̄ nō continuò pœnas cū primis ꝑceptis statuit,qa amore non timore vult ꝑcepta custodiri.Si cōtēpseris,nō tā homo q̄ cōtēptor punieris.Prouocat benignè filiū, ne puniat cōtēptorem seruū. ¶Orige. Qui male.&c.Nomē prīs vel mīis grāde mysteriū est,pater tibi de⁹ est secm spm, cęlestis Ierusalē mater. Primò tibi de⁹ pr̄ est,q̄ genuit spm tuum.Secūdò tibi pater est carnis.Pater cuius ministerio in carne natus es. Qui ergo maledixerit patri vel matri:morte mo. oportet te parē gratiā referre parentib⁹.Si contumeliosus fueris patri carnali,eris & spūali, de matre quoque idē est.Sicut seruus corporali dño cōtumeliosus,deū quoq; inhonorat, q carnali dño nomen suū accommodat.Nullo ergo modo cōtradicere debem⁹ patri vel matri:dicant faciāt q̄ volunt.Quō possumus,vicē gratiæ illis reddere, à quib⁹ geniti sum⁹,nutriti,eruditi, quib⁹ autorib⁹ deū agnouim⁹?Quid igit expectādū est illis q negāt deū esse autorē mūdi? & q̄ de cęlesti Ierusalē dicunt,ad aliquā terrenā civitatē inuertūt sensib⁹ deprauatis.e ¶Sānguis eius. Quia ipse est sibi causa mortis,Si sic punit⁹, q carnali pri maledixerit, quō punietur qui Christū blasphemauerit,nec obaudiuit dicēti: Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spūsancto &c.morte,scilicet morietur, alienatus à regno cælorum tus est.nihil em graue nec operosum,aut laboriosum ei ꝑceptū est.f ¶Si mœch. Aug.Hīc aliquid voluit distare inter quęlibet virū & ꝓximū, q̄quis sæpe ꝓ omi homine ponat ꝓximum:& necessariò sequitur,si ab vxore cuiuslibet abstinendum est, multò magis ab vxore proximi.Si fortè repetitio est,ostendēs quantum malum sit adulterare vxorem cuiuslibet viri.hoc est enim adulterare vxorem proximi:quia nihil proximius est,quàm homo homini. ¶Si mœchatus &cæ.Est.Adulterium corporale malum est,spirituale peius.hoc carni,illud spiritui consumeliam facit:hoc homini,illud deo.Spiritualiter adulterat, qui legis dogmata corrumpit. Adulterat mulierem viri, qui corrumpit ecclesiam Christi,de qua dicitur:Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Adulterat autem doctrinam prauam seminando, non Christi.Est etiā sacerdos vel qlibet doctor vir ecclesiæ à Christo sibi commissæ.Quorum si quis maculauerit ecclesiā,proximo facit iniuriā.i.Christo,qui ei cōmisit hāc curam. g ¶Qui dor. Hæc superius dicta & exposita sunt, vbi dictum est:Non reuelabis turpitudinē patris tui.&c.Sed hīc apertè tangit eum qui idē quod proximus agit,nec peccati societate erubescens,pdit.in quo mortis pœnā legislator sanxit.Nouercæ autē virū coniunxit, quia quod in patrem à filio delinquit,hoc in filiū à patre cōmittitur, & similis vtrobique impietas. ¶Orige. Suprà dictū est:Turpitudinē matris tuæ non reuelabis.Sed quia legis huius vel præcepti pœna nō erat subscripta,idem repetit,vt pœnā subscribar. Ait Apostolus: Irritā faciens quis legem Moysi,sine vlla miseratione duob⁹ aut tribus testibus moritur: quantò maioribus supplicijs dign⁹ putabitur,qui filium dei conculcauerit &c.In lege adulter vel adultera non poterant dicere,pœnitentiā petimus,& veniam deprecamur.Mori necesse erat in criminibus singulis, quibus erat pœna mortis ascripta.Apud Christianos verò non est præceptum vt corporaliter puniantur,nec potestas data est ēpis præsenti morte damnare,quā habebant presbyteri in lege.Dicimus ergo q̄ lex Moysi crudelis,& euāgelium Christi in deterius resoluit:absit. Sed in vtroq; est dei benignitas diuersa dispēsatione.in lege adulterium morte puniebatur,vt qui hīc punie bantur,nō amplius punirētur.plena ergo lex misericordia,quæ presenti pœna purgari voluit,& futurā exclusit. Nūc aūt ad purgationem nō refertur pœna corporalis,sed sacerdos pœnitentiā iniungit,quā vtrū dignè quisq; gerat vt veniā mereat, ipse prouideat.Qua em mensura mensus fuerit,remetiet ei,secm illud:Potū dabis nobis lachrymis in mensurā. Sunt ergo peccata q̄ ducunt ad mortem,ideo consequens est:vt quoties quis commiserit,toties moriatur. Multas esse mortes significat Apostol⁹ dicens:Qui de tantis mortibus eripuit nos & eripit &cæte.hoc est de mortibus percati. Videbatur immortalis esse hæ communi morte,qui ait:de tantis mortibus eripuit nos &cæ.Si em eripuit & eripit,& eripiet:nunq̄ erit qñ moriat, quem deus semper eripiet. Videndū ergo ne fortè grauius sit nobis: qui morte animæ punimur,q̄ illis qui corporaliter puniebantur:quia nobis in futurū refūt pœna,illos absoluebant soluta supplicia.Qui ergo semel commiserit,secundò nō faciat qui secundò,vltrà nō addat. Est em apud rectum iudicē pœnę moderatio, nō solū pro qualitate,sed etiam pro quantitate.

☞ Qui dor.

Nicolaus de Lyra.

riū meū quasi locus sacrificij mei esset contaminatus.a ¶Ac polluerit nom. san.meum.Ipsum Moloch attribuēdo. b ¶Quod si negligens popu.terre. Ex quo patet,q̄ illi qui debent corrigere crimina,si negligant,cōsentientes reputantur,& eandem pœnam incurrunt.Secundus autē casus ponitur,cūm dicitur:c ¶Anima quæ decli.ad ma.&c.Et patet sententia ex pdictis ca.xix.quia hīc solùm additur pœna,cū subditur:Interficiā illam &c.d ¶Qui maledixerit. Hīc consequenter ponitur determinatio pœnæ quantū ad irascibilem in vno casu.cū dicitur:Qui maledixerit patri suo vel mīi,morte moriatur. Non est tñ intelligendum,q̄ ex vna maledictione aliquis incurrat pœnam istam:sed quādo fuerit assuefactus,& seriosè fecerit,non ioco,sicut fuit declaratum Exod.xxi.e ¶Si mœchatus. Hīc consequēter determinatur pœna quantū ad concupiscibilem,& replicant eadē præcepta,quę superius dicta sunt, & solùm hīc addit determinatio pœnę,& ō patet lra ex supradictis vsq; ibi:

☞ pecus quoq;

Ephe.5.b. 1.Cor.6.d

Pſal.

Nota

Hyſaie

Gal.4.

Sap.11.b. Ioan.20.c.

Ioh.3.a

Adulterū ſpirituale 2.Cor.11.a.

a Spiritus sanctus.

a Qui in scientia est nutritus,hæc enim fructuosa terra est.

Qui sibi nocet & alijs

Lxx. principi.

b Moloch,nec uoluerit eum occide re,ponam faciem meam super ho

a Imitatores uitæ & doctrinæ.

minem illū,& cōgnationem eius, succidamq; & ipsum & omnes qui

a Non solum qui faciunt puniuntur,sed qui consentiunt facientibus.

consenserūt ei,ut fornicaretur cum

c Moloch,de medio populi sui. Ani c

a Lxx.uenerealos.

ma quæ declinauerit ad magos &

a Lxx.uenefícos. b Recedendo a deo.

ariolos,& fornicata fuerit cum eis,

a Vultus autem domini super facientes mala &c. Psal.33.c.

ponam faciem meam cōtra eam,

a Vt supra.

& interficiam illam de mēdio po

a Quia polluti sunt quicunq; hæc faciunt.

puli sui†. Sanctificāmini,& estote sancti,quia & ego sanctus *domi

nus deus uester. Custodite præce

Quæ illi pollutari fuadent.

pta mea,& facite ea. Ego dominus

a Quasi illi polluunt contra legem dicentes.

d qui sanctificō uos. Qui maledixe d

a Ingratus,naturæ beneficiis & creatori,qui omnium pater est.

rit pātri suo,aut matri,morte mo

Grauis pœna quia grauis culpa,rectam ostendit esse sententiā,dum subdit,patri matriq; &c.

riatur. Qui patri matriq; maledixe

e rit, sanguis eius sit super eum. Si e

a Spirituale maiat.

mœchatus quis fuerit cum uxore

a Ecclesiæ. b Sacerdotis,episcopi,imo Christi.

alterius,& adulterium perpetra

Qui doctrinam prauam seminat.

uerit cum †uxōre proximi sui,mor

Supra expositum est.

te moriantur,& mœchus & adulte

f ra. Qui dormierit cum nouerca f

Quia simile peccatum.

sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. Sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriatur: quia †scelus operati sunt. Sanguis eorum sit

C

Heb.10.c.

Adulterij pœna

†Nu.11.b. Ioh.3.a. Pſ.79.a. 1.Ioh.5.d. D

*sum

Mors multiplex 2.Cor.1.b.

†coniuge

†cōfusionē

☞E a ¶ Qui dor. cum &c. Hoc pñm̃ iniuria naturę est: vñ & morte mulctari decretũ est. Spũalr aũt eũ q̃ fortis est aio, & masculꝰ. Vir em̃ i diuina scriptura, pfectꝰ in ꝟ turibꝰ noiaf. verbis prauis vel actiõibus effœminare caueamꝰ. ne cũ ipo dissoluamur, & sic moriamur. b ¶ Qui sup. Seuũ huic dilecto pœnã decernit. Qui em̃ ex mre sunt geniti. his quos filia genuit cũ vnus pater sit, incertũ est vtrũ fres sint, an auunculi. Caueaf ergo tã icerta cõmistio. Sed q̃a ois pũi cõcupiscẽtia mater est. Si qua nobis cõcupiscẽtia sit, actionẽ nõ cõmittam⁹ ei. Qui em̃ hoc facit, igne incẽdit, & cõcupiscẽtia & actio ei⁹. Si em̃ facta carnis spiritu mortificauerimus, viuemus.

Roñ. 8.c

¶ Qui cum. Nimia cõtra eos exercet districtio, q̃ intãtũ iniqui & libidini dediti, vt inaudita scelera cõcupiscerẽt. vñ viris vel mulierib⁹, cõmistis quadrupedib⁹, mortis pœnã indixit. Fidelib⁹ quoq; non erit hæc lex superflua, si quadrupedia, volũtates prauas ad terrã, pnas intelligam⁹: q̃ manus sicut hoies nõ habẽt, quia oñi humana actione carent, vñ cognationes nosciscũ nõ habẽt. Vir ergo vel mulier, qui nõ languore naturæ, sed deliberatione eis cohęrerit vel coierit, reus est mortis. Ipsi quoq; mori dicunt illis mortuis, neq; em̃ p se subsistũt, nec vita pũi subsistãtia est, sed in pctõribus operaf.

†ff. 18. d. 15. q. 1. c. mulier

¶ Aug. Qui cũ iumento &c. Quæritꝰ quõ pecus reum sit, cũ nec rationale nec legis capax sit: an quemadmodum transferunt verba metaphorica ab animali ad inaiale, sicut dicit ventus improbus vel iratũ mare, ita & hîc translatum ã rõnali ad irrõnale: nam inde pecora iussa sunt interfici, quia tali flagitio contaminata, indignã refricant memoriã facti.

Quæstio

F Gen. 20. a. d

¶ Qui ac. so. &c. Eſi. Hoc tolerabile videbaf, q̃a Abrahã de Sara dixit: Soror mea est ex patre, & nõ ex matre; sed eos qui de Thare patre Abrahã geniti sunt Moyses enumerans, nusq̃ Sarę fecit mentionẽ. Quòd si sorori suæ Abrahã nupsit, antẽ tamen hoc, q̃s deũ cognosceret fecit. Bene ergo lex talẽ cõiunctionẽ, phibuit.

Ibi. 11. d.

Tropologi

¶ Qui acceperit. Tropoſ. Turpitudinem sororis ex patre & nõ ex mre videt & accipit, qui turpẽ actionẽ ã pre vel ã mre, in qua, ſ. deliquerunt, admiraf, & imitaf, non solũ perscrutans quæ nõ oportuit, sed cõiungẽs se parentũ prauitati: q̃ soror ei⁹ dicit, q̃si ab eisdẽ genita parẽtib⁹. Quia verò filij publicant parentũ pctã faciẽdo similia, rectè in cõspectu ppũ infligit pœna, vel iusta. Lxx. in cõspectu filiorũ generis sui, corũ. ſ. qui talia cogitant imitari, vt vnꝰ afflictio, multorum sit correctio. e ¶ Viderit turpitudinem &c. Aug. id est cõcumbendo cognouerit, sicut ibi: Cognouit Adã vxorem suã. i. ei mistus est. Quod aũt ait: Portabunt iniquitatẽ suã. i. ipsum peccatũ pœna erat. f ¶ Qui coierit &c. Intẽdit legislator continentiã suadere, ne more pecorum cũ mulieribꝰ cõtinuè misceamur, sed velut coacti ad vsum cõtinẽdi paulatim veniamus. Mirũ aũt q̃ nũc tales de populo suo disperdi pcipit, cũ supius eis dẽ legẽ purgationis indixerit. Contemplemur ergo menstruatã Gẽtiliũ sapientiã ã deo remotam, de volatu auiũ, & cursu siderũ, & mensuris cæli disputantẽ, cũ hac dormire i. delectari, vel reuelare & palã turpitudinẽ eius proferre, fontẽq; totius erroris exponentẽ audire impiũ est. Ideo talis interficiet de medio ppũ sui, ne noiẽ homo q̃ imaginem dei, & seipm̃ ignorãdo creatorẽ, ã se alienau it. Ipſa

Gen. 4. d.

† erunt

Mystice

G †Statutis

a super eos. Qui dormierit cum ma

a ¶ In virtutibus perfecto.

b ¶ Verbis & exemplis nos cum ipso effœminando.

ſculo cõitu fœmineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur.

b Sit sanguis eorum super eos. Qui

a ¶ Actionem.

supra uxõrem filiam, duxerit ma

a ¶ Concupiscentiam.

b ¶ Scienter.

trẽm eius, scelus operatus est. Vi

a ¶ Pœnitens.

b Concupiscentia & actione.

uus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio uestri.

a ¶ Bestiali cupiditate.

b ¶ Deliberando & perseuerando.

c Qui cum iumẽto & pecore coiẽ

a ¶ Æterna.

b ¶ Mortuo peccatore peccatũ non operatur.

rit, mõrte moriatur: pecus quoq; a

a ¶ Item quoq; indicit mulieribus.

occidite. † Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo. Sanguis eorum sit

d super eos, Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, uel filiã matris suæ, & uiderit turpitudinem

e eius, illaq; conspexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati

¶ Vt cæteri terreantur.

sunt, occidentur in conspectu populi, eò quòd turpitudinem suam mutuò reuelauerint, & portabunt

a ¶ Pœnam iniquitatis. ¶ Ipsum peccatum erit pœna.

b ¶ Delectationi adhærent.

f iniquitatẽ suam. Qui cõierit cum muliere in fluxu menstruo, & re

a ¶ Palam alia fecerit.

uelauerit turpitudinem eius, ipsaq; a

a ¶ Totam errorem idolatriæ & sacrificiorum

aperuerit fontẽm sanguinis sui, in b

a ¶ Vt non sit de populo dei, qui imaginem dei contaminauerit, nec ipsa sapientia nominetur.

terficiẽntur ambo de medio popu

g li sui. Turpitudinem † materteræ tuæ & amitæ tuæ non discooperies. Qui hoc fecerit, ignominiam carnis suę nudauit: portabunt am

h bo iniquitatem suam. Qui coierit cũ uxore patrui, uel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam † cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis

¶ Quod est summa pœna.

c

a ¶ Non quod filij talium interficiantur. sed filij eis lege succedere prohibentur.

moriẽntur. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem illicitam facit, turpitudinẽ fratris sui reuelauit: absq;

¶ Voluntate.

a ¶ Omnes.

d i liberis † erit. Custodite legẽs meas atq; iudicia, & facite ea ne & uos

a ¶ Sicut iudicauit deus in filio Israelitis qui blasphemauit.

b ¶ Sicut gentes.

e

a ¶ Opere.

¶ Illicar.

euomat terra, quam intraturi estis,

a ¶ In pœna proficiendo.

k & habitaturi. Nolite ambula

f

a ¶ Superstitionibus, quas legitimas putant.

b † Dæmonum qui multis dominabantur.

re in † legitimis nationũm, quas

alienauit. Ipsa quoq; interficietur, ne sapiẽtia nominetur, quia sapientia huius mũdi stultitia est apud deũ. g ¶ Turpitudinem &c. Sororibus parentum filios mi sceri, phibet, vt generationes non confundantur, & parentib⁹ reuerẽtia exhibeatur.

G

a Corrigit.

¶ Allego. Sec̃m spiritũ verò & parentum pctã debemus velare, & eorũ qui eis sociati sunt, quasi fratres & sorores, quib⁹ nudatis parentes latere non possunt. Vñ addit: Ignominiam carnis suæ nudabit. Lxx. Sine filijs morietur. i. sine virtutibus, quæ est pessima sterilitas. h ¶ Qui coi. &c. Eſi. Ostendit, q̃a causa filiorũ cõiugij societas humano generi data est, quæ em̃ nunc tanq; abominabilia, phibet, in Deuteronomio compellit & iubet dicens: Qũ habitauerint fratres simul, & vnus absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiat eam frater ei⁹ &c. Sicut Booz Ruth lege cognationis, libidinis autem cã, talem prohibet coniunctionem. Interpretatio verò spiritualis, superioribus similis est. ¶ Aug. Qui coierit cum vxore patris &c. Quicunq; dormierit cum cognata sua, & turpitudinem cognationis suæ reuelauerit, sine filijs morietur. Quæriſ quousque sit obseruanda ista cognatio, cùm in longinquo gradu liceat accipere vxorem, semperq; licuerit. Sed intelligendum est ex his gradibus non licere quos, phibuit, secundum quos dictum est: Quicunq; dormierit cum cognata sua &c. vbi aliqua ptermisit intelligenda, sicut sororẽ de vtroq; parente, & vxorẽ fratris matris. id est auũculi. Nã de vxore patrui, primũ prohibuit: Sine filijs morieni, sorẽ intelligendũ est lege constitutũ, vt q̃ de his nati fuerint, filij non reputentur, i. nullo iure succedant parentibus. i ¶ Custodite legẽ &c. Nõ sufficit ptem legis custodire, necesse habem⁹ obseruare oia pcepta & iudicia. k ¶ Nolite ambulare &c. Non solũ Iudęis, sed omnib⁹ gẽtib⁹ hæc obseruãda sunt, si deo seruire volunt.

Rusticus

Quæstio

H

Allegoria

† sororis matris suæ & sororis patris sui. vel auunculi sui

† patrui sui

☞ Lacte

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶ Pecus quoque oc. Non quia peccauerit, cũ non habeat liberũ arbitriũ, sed in detestationem criminis, & ne exemplo talis animalis aliqui inclinarentur ad idem vitiũ. b ¶ Interficientur ambo. Hoc est intelligendũ, q̃ aliqs sciẽter mulierem mẽstruatam cognouerit, & fuerit de hoc cõuict⁹, i. iudicio. Si aũt esset occultũ, immũd⁹ esset septẽ dieb⁹, vt dictum est. ſ. xv. ca. Qui coierit cũ vxore patrui. Sequitur: c ¶ Absq; liberis morient. Quod exponit Ra. Sa. dicẽs, q̃ si tũc haberẽt pueros, sepelirẽt eos añ mortẽ suã, & si nõ haberent tũc, nec haberẽt de cętero sicut priuati à deo, & sic morerentur absq; liberis. ¶ Beat⁹ Aug. aliter exponit dicens, quòd si ex tali matrimonio aliqui pueri nascerẽtur, illegitimi reputarentur, nec succederent in hęreditate, & ideo per hoc intelligitur pœna exhęredationis, & eodem modo exponitur casus sequens. d ¶ Custodite leges meas. Hîc consequenter ponitur prędictæ determinationis ratio. ad hoc enim determinata est pœna prędictarum transgressionum, vt homines saltem timore pœnæ coercerentur à transgressione legis, & hoc est quod dicitur: e ¶ Ne & vos euomat terra, Tanquam abominabiles. f ¶ Nolite ambulare in legitimis &c. id est in ritu & modo viuendi ipsarũ.

✠ figu

a ¶ Lacte.delitijs beatitudinis, qbus nihil suauius, nihil dulcius, & sine omni labore & dolore erũt, sicut mel & lac, quæ sine nostro labore præparant. b ¶ Ego dñs qui separaui. Ne cogitetis dicentes, quid comedemus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: hæc enim omnia gentes inquirunt. Qui autem sublimiorem cõuer

Matt.6.d. sationẽ & retributionẽ sequuntur, separa-

Moraliter. ri debẽt à cęteris gẽtibus. c ¶ Separate &c. Moraliter. Iumẽta vel pecora populares, volatilia, contemplatores lex appellat. Omnis popularis mũdus ꝓpter simplicitatem à pluribus iudicatur. Similiter contemplatiuus, sed nõ ita est. popularis enim debet esse prudens in bono, simplex in malo. hic enim solus mundus est. Cõtẽplatiu⁹ quoq; cõscięntiã debet habere mũdã, & fidẽ nõ fictã. Qui hæc nõ habẽt ad vaniloquia cõuertũtur, nõ intelligẽtes neq; quę loquũtur, neq; de qbus affirmãt. Diligẽter ergo mũdi separandi sunt ab imũdis, vt mũdos sequamur, imũdos fugiamus. Notãdũ ẏ ò

Nota q̃ discretè in ꝺrupedib⁹ & volatilib⁹ hic legislator distinguit, & nõ in reptilib⁹ terrę. Cũcta em̃ quæ mouent in terra imũda sunt, terrena aũt sapiũt qb⁹ deus venter est

Phil.3.d. ipsorũ. d ¶ Et quę &c. Augu. videt dicere, ꝙ nõ sunt hęc natura imũda, sed ꝓ aliquo sacramẽti signo, qa dicit, qa ostẽdit eis imũda, tã imũda eis nõ essent, nisi ostẽsa fuissent. e ¶ Lapidi. Quia varis erroribꝰ simplicẽ populũ seducũt. vnde ventrẽ nutriunt & auditoribus placere cupiũt: quales hodie in eccłia multi sunt, de qb⁹ Paulus ait: Hi em̃ nõ seruiũt Christo, sed suo vẽtri, & pe, dulces sermones & benedictiões seducũt corda innocentium.

Nicolaus de Lyra.

Deu.8.b 1.Re.2.b. a ¶ Ego dñs ꝓ signũ circũcisionis & dationẽ legis. b ¶ Separate. In Heb. habẽt. Bestiã mũdã ab imũda. Iumẽtũ em̃ ꝓ priè acceptũ, dicit q̃si iuuamẽtũ, qꝺ ſ. deleuit hoi tm̃ in laborãdo, sicut equ⁹, asin⁹ & ista, quę oĩa sũt imũda ad esum. & ꝺ ꝺistinctio mũdi ab immũdo nõ habet hĩc locũ.

B c ¶ Eritis mi. quia si aĩalia mũda debent separi ab imũdis, multò fortiꝰ hõ q est rõnalis creatura debet separari à peccatoribus. d ¶ Vir siue. hĩc q̃rit ponit intẽta cõclusio. itẽtio em̃ pricipalis q̃re determiatę sũt pœnę i calib⁹ prędictis, est ad destructionẽ idolatrię, & circũstãtiarũ ei⁹, ꝺ finaliꝰ cõclꝺit: Vir siue &c. nõ est hoc intelligẽꝺũ, si aliq fuerit arreptitij à ꝺemonib⁹ eis loquẽtib⁹ absq; ꝓcuratiõe illorũ, in qb⁹ sunt tales ſpũs mali, qa tale qꝺ est pœnale, & nõ culpabile. Si aũt ꝓcurationẽ alicui⁹ hoc fuerit directè vel iuꝺirectè, ita quòꝺ sit ei culpabile, tũc incurrit pœnam istam.

Moraliter. ✻ d ¶ Vir siue mu. Per pythonicũ spm̃ itelligũt ars & voluitas ad inuenięꝺa mẽꝺacia, & maxime cũ tali fictiõe, ꝙ habeãt talia ex reuelatiõe ꝺei vel angeli boni vel etiam mali, vel ex aliq̃ ẏ tute occulta q̃cũq; sit illa. & ꝺe istis ꝺicit, morte moriant, qa moriunt hĩc morte culpę, & postea morietur morte ghẽne, Apocal.xx.ꝺ. ꝺicitur mors secũda.

In ca.xx. vbi ꝺicit in postilla: Qꝺ si negligẽs populus terræ.

ADDITIO I. Ex hac litera nõ habet, ꝙ negligẽtes corrigere crimina eãꝺẽ pœnã incurrãt sed solũ si sunt cõsentiẽtes. ꝺicit em̃ i lra: Succiꝺãt; ipsum & oĩs q cõsenserint, nõ enim ꝺixit: Et oĩs qui neglexerint, sed qui consenserint. Ex quo patet, ꝙ negligentes licet sint digni pœna, nõ tamẽ eandem pœnã incurrũt, sicut trãsgressores, nisi cũ hoc sint cõsentiẽtes.

In eo.cap̃lo, xx. vbi ꝺicitur in postilla: Qui maleꝺixerit patri suo vel matri, morte moriatur &c.

ADDITIO II. Qꝺ aũt ex vna maleꝺictiõe patris, quis incurrat pœnã capitalem, ꝺictum fuit, suprà in additione super Exo.xxj.

¶ Replica correctorij contra Burgẽn. ibidem.

CAP. XXI.

DIxit quoq; &c. f ¶ Ne cõtaꝺ est nihil omittat ex his q̃ expediat sacerdotẽ ꝺocere, & si nolũt obeꝺire, q C ex inobeꝺiẽtia moriunt, nisi tm̃ in cõsanguineis & ꝓpinquis &c. Optet em̃ sacerdotẽ ꝺiligẽtiã aꝺhꝺere ꝓsonę peccet, sed cognatis præcipuè, & ꝺomui Sacerdotũ suæ. Si qs em̃ suorũ, & maxime ꝺomestico diligentia. 1.Timo.5.a cũ curã nõ habet, fiꝺẽ abnegauit &c. In his ergo peccãtib⁹, sacerdos necessariò pollui, vtpote q quotiꝺie imò semp̃ ꝺebet eis quę ad salutẽ sunt, puiꝺere: & circa eos ne peccẽt, q̃ morte ꝺigna sunt vigilare. In patre quoq; & matre hoc iꝺẽ intelligenꝺũ est. Sæpe em̃ ꝺoctorẽ filium sacerꝺotalis ꝺignitas facit, q̃ nõ est nupta viro. Si em̃ cognati sacerꝺotũ semetipsos separauerint, vt alia ꝺomus sit in eis peccantibus, non polluuntur. Quanꝺiu enim eis aꝺhęrẽt, propinquitatis & cognationis legem custoꝺientes, cõtaminationis eorum rectè sunt participes. cohabitantium enim non poterit ignorare peccatum.

g ¶ Nisi tantum in consanguineis. Hieroni. ad Fabiolam. Super omnem aniAllegoricè mam quæ mortua est, nõ ingreꝺietur sacerꝺos. Non aꝺeꝺet scilicet vbi peccatũ est, & in peccato mors. Anima quæ peccauerit, ipsa moriet, cũius sit potens & ꝺiues, & mulEzech.18.c. tituꝺinem offerat victimarum. Si mortuus est, non tangitur à pontifice, nõ viꝺetur. Si autem reuiuiscit, & ad vocem saluIoh.11.c. toris egreꝺitur ꝺe sepulchro, & fascijs peccatorum solutus incꝺit, intrat ad eum pontifex, cum eo manet, & cum eo resurgente prandet. Super matre sua & patre non inquinabitur. Multa nos cogit facere affectus, & ꝺum corporum propinquitates respicimus, corporis & animæ creatorem offenꝺimus. Qui autem amat aut patrem aut ma- D trem super Christum, non est eo ꝺignus. Mat.10.d. Multi monachorum ꝺum parentibus miserent, animas perꝺiꝺerunt. Super patre aut matre pollui nõ licet, quanto minꝰ ergo sup fratre, sorore, consobrinis, familia ac seruis. Gen⁹ regale & sacerꝺotale sumꝰ, illum attenꝺamus patrem, qui nunq̃ moritur, aut qui 1.Petri.2.b.

NI. DELY. ☞ ꝓ nobis

Cap. XXI.

DIxit quoq; &c. Posq̃ posita Diuisio sunt ꝑcepta ordinatiua vitę, q̃ps tũad cõmunẽ statũ, hĩc consequẽter ponunt ꝑcepta ordinatiua vitę, quantũm ad ꝺiuinum cultum: & primò quantũm ad ministrantes, secunꝺò quãtũm ad ministrata: ca.xxij. Circa primũ ostẽꝺit primò qꝺ circa sacerꝺotes minores sit obseruanꝺũ, sed ò qꝺ circa sacerꝺotẽ magnũ, ibi: Pontifex tertiò q sũt iepti ad sacerꝺotiũ, ibi: Locutusq; est ꝺns. Circa primũ inhibet sacerꝺotibus minoribꝰ ne interĩnt funeribꝰ, nisi certarũ psonarũ, q̃ in litera exprimuunt, & patet litera. Causa hui⁹ ꝺuplex est. Vna quia ex hoc cõtrahebant quãꝺam immunꝺitiam seu irregularitatem, impeꝺientem eos ad tempus à ministerio tabernaculi: à qua oportebat eos primò purgari. & iꝺeo magis arcebantur à funeribus, quàm alij, qui non habebant sic ministrare in tabernaculo. Secunꝺa ratio est: quia sacerꝺotes qui magis ꝺebebãt habere cognitionem, ꝺe resurrectione ☞ futura, nõ ꝺecebat

¶ Moraliter. ¶ Dixit quoq; ꝺns ad Moysen. f ¶ Necontaminetur sacerꝺos in mortuis ciuium suorum: nisi Moralit tantũ in &c. Hĩc minores sacerꝺotes arcent ab ingressu ad funera, nisi valꝺe ꝓpinquorũ, ſ. patris, matris, filij, filię, fratris, & sororis virginis. Pontifex aũt ab omi funere arceꝺ penitꝰ, vt habetur infrà eo.ca. Per hoc autem significat, quòꝺ minores sacerꝺotes, nouæ legis ꝺebent ab operibus mortuis, quæ sunt peccata, magis cæteris hominibus elongari: & põtifices multò magis ꝺebent à talibus elongari, quanto sunt in statu ꝺigniori. De vtrisq; verò ꝺicitur:

O ✻ Non raꝺent caput

Princeps huius mundi eiicietur foras.

ego expũlsurus sum ante uos.

Facere coegerunt

Eiiciendo a cordibus hominum.

Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. Vobis au-

Viuentium quam olim habuerunt.

tem loquor. Possidete terram

Gratia non meritis.

In æternum possidendam.

eorum, quam dabo uobis in hę-

Abundantem.

reditatem, terram fluentem la-

cte & melle. Ego dominus deus

uester, qui separaui uos à cæteris

Populares.

populis. Separate ergo & uos iũ-

mentum mundum ab immun-

Contemplatiuos.

do, & auem mundam ab immunda, ne polluatis animas uestras in pecore & in auibus, & cunctis

Hic nihil discernit, omnia enim erant immunda.

quæ mouentur in terra, & quæ uobis ostendi esse pólluta. Eritis

Et si videantur munda.

Impolluti. Fabius forma vitæ vobis

mihi sancti, quia sanctus sum ego dominus, & separaui uos à cæteris populis ut essetis mei. Vir

Vtrisq; sexui cauet qui vtrisq; creauit.

siue mulier in quibus pythonicus uel diuinationis fuerit spiritus,

Quia corruptus alios corrumpit.

morte moriatur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit su-

Populus cui maxime nocent.

per illos.

Cap. XXI.

DIxit quoq; dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad

Litera a pollutionibus mortuorum abstinere præcipit sacerdotes.

eos: Ne contaminetur sacerdos

Id est luctu scilicet mortuorum, vel peccatis mortiferis.

in mortuis ciuium suorum, nisi

Quibus debemus adhibere maiorem curam.

tantũ in cõsanguineis ac propin-

Un ca.xx. vbi ꝺicit in postilla: Qꝺ si negligẽs populus terræ.

ADDITIO I. Ex hac litera nõ habet, ꝙ negligẽtes corrigere crimina eãꝺẽ pœnã incurrãt sed solũ si sunt cõsentiẽtes. ꝺicit em̃ i lra: Succiꝺãt; ipsum & oĩs q cõsenserint, nõ enim ꝺixit: Et oĩs qui neglexerint, sed qui consenserint. Ex quo patet, ꝙ negligentes licet sint digni pœna, nõ tamẽ eandem pœnã incurrũt, sicut trãsgressores, nisi cũ hoc sint cõsentiẽtes.

In eo.cap̃lo, xx. vbi ꝺicitur in postilla: Qui maleꝺixerit patri suo vel matri, morte moriatur &c.

ADDITIO II. Qꝺ aũt ex vna maleꝺictiõe patris, quis incurrat pœnã capitalem, ꝺictum fuit, suprà in additione super Exo.xxj.

¶ Replica correctorij contra Burgẽn. ibidem.

☞ pro nobis moritur. Qui deo viuens mortuus est: vt nos mortuos E viuificaret. Si qd habem⁹ de Aegypto, qđ princeps mūdi suū pos
Roma. 6.b sit agnoscere, tenēti Aegyptiæ cum pallio relinquamus. Syndone
Iohan. 12.c. operť adolescēs vinctū dominū sequebať. Incurrisset in laqueos,
Gen. 36.c. nisi expedit⁹ & nudus p sequētiū impet⁹ declinasset. Reddamus pa-
Mar. 14.c. rentib⁹ q̄ parētū sunt: si tamē viuum, si fi-
1. Timo. 5.a lios suos seruiētes deo p̄i p̄ferri sibi glo-
rianť. Sed hoc de maximo pōtifice intelli-
Allegoricē gitur: sicut in sequentibus ostenditur. Mi-
noribus verō aliquid indulgeť. a ¶ Non
radent ca. Hiero. ad Fabiolā. Summus
aūt pontifex nec discooperiet. Qui habet
cidarim, & nomē dei portat in frōte, & di-
ademate ornať est regis, & ad p̄fectā Chri
sti puenit ętatē, & semp eius gloria, ptegen
dus est. Vestimenta sua nō scindet: qa can-
2. Re. 13.d. dida, qa impolluta. Thamar amissā pudi-
Mar. 26.d. citia scidit tunicam. Cayphas pdito sacri-
ficio rupit publicē vestimenta sua. Super
oēm aīam q̄ mortua est nō ingrediēť: & de
sanctis nō egrediēť ne polluat sanctificatio
nē dei sui. Nā p otioso ỹ bo quoq; rōnē
Matth. 12.c reddem⁹. Quicqd nō ędificat audiētes, in
piculū ỹ tiť loquētiū. Si aliq̄d reprehēsibile
dicim⁹, de sanctis egredimur, & vocabulū
Christi polluim⁹ in quo nobis blandimur.
Titum. 1.b Quantō ergo magis pōtifex quē (oportet
ešset sine crimine, tantarumq; virtutum vt
Deute. 5.a. semp morē in sanctis) paratus victimas of
ferre p populo, sequester hoīm & dei, &
carnes agni & sanguinē sacro ore cōficiēs,
qa oleū sctm̄ Christi dei sui sup eū ē, nō pol
Gal. 3.d. luat vestimēta sua. Quotq̄t enim in Chri-
Lu. 10.c. sto baptizamur, Christū induim⁹ seruem⁹
tunicā q̄; accepim⁹, & sanctū custodiam⁹
in sancto. Ille montanus habitator qui de
Ierusalem descendit in Hiericho, non prius
vulnerať est q̄; nudatus. Vxorē virginem
accipiet &c. Pontifex cui hæc p̄cepta dan-
tur, Christ⁹ à qbusdā intelligiť, de q̄ dicit:
F Tu es sacerdos i ęternū scd'm ordinē Mel-
Psal. 109.a. chisedech. Et in Zacharia, Audi Iesus sacer
Zach. 3.d. dos magne &c. hīc est cui sordida pecca-
torū nostrorū vestimēta tolluntur, vt reci-
piat gloriā quā habuit priusq; mūd⁹ ešset.
Sed ne scripturę vim facere putemur, iter-
p̄temur in mēbris qđ referatur ad caput,
& sic disputemus de vero lumine, vt de-
riueť ad eos qb⁹ Christ⁹ donauit, vt lumē
Matth. 5.b. sint. ¶ Non radent ca. &c. Nimis ęgrē
Barbam & dolere sacerdotes de mortuis prohibet
caput rade. lex, tāq; q̄ speciē futurę vitę habēt & pplm
docent, ppterea nō solū in ,ppriis pētis vi-
gilare & sanā mentē habere, sed etiā in alie-
nis q̄ suprà taxata sunt, caput & barba sa-
1. Cori. 11.a pientiā & p̄fectionem significāt. Vñ caput
nr̄m dicit Christ⁹, in quo solo rectē sapim⁹.
Et meritò barba p̄fectionē, & caput sapiē-
tiā significat, quia venientib⁹ ad annos di-
Ephi. 2.a. scretiōis, & iuuenilis ętatis, barba nascitur.
Pētōres dicunť mortui, scd'm illud. Cùm
ešsem⁹ mortui pētis, cōuiuificauit nos sibi Christ⁹. nō ergo oportet
sacerdotis caput aut barbā radi sup mortuū: qa nō oportet cogita
tiōes q̄ sicut capilli caput, ita sapiam ornant, alio peccāte corrūpere,
sed integras conseruare vt possit exhortari, arguere, increpare.
Malac. 1. d. b ¶ Polluēt nomē &c. Quod est magnū in gentibus, vos autē
dicit Malachias, polluistis illud in eo qđ dicitis, Mensa domini de-
serta est. In peccato enī sacrificij nomen dei polluunt sacerdotes.
c ¶ Scortū &c. Sacerdos quilibet, nam de summo postea dicet
q̄ nō nisi virginem ducat vxorē. d ¶ Quæ rep. &c. Quia cul-
pabilis inuenť. hīc nō debet ducere sacerdos vxorem, nec p̄dicere
eius obseruātiā literalem. e ¶ Sit ergo san. Si sacerdotes datam
iā sibi à deo sctificationem custodiūt, sanctificāt ipm deū, q̄ cū in na
tura sctūs sit, à ptcipibus glorię suę voluit sctificari. f ¶ Sacer.
filia. Graue est cuiuslibet filiam fornicari, sed maximē sacerdotis,
Sacerdotis filia. qui debet habere filios subditos in omni castitate. f ¶ Sacer. fi.
Ysa. 1.c. Synagoga non solùm vxor: sed & dei filia appellatur. sed vtrunq;
deprauans, aliena facta est. Vnde: Relinquetur filia Sion si-
cut vmbraculum cut vmbraculū in vinea &c. Et alibi. Fornicata est mater eorū, qđ G
igne sit exusta, incendij monstrāt vestigia. g ¶ Pontifex &c. Oseæ. 2.
Christus magnus dominus noster, & magna virtus eius, qui pro
bis factus est sacerdos & hostia. h ¶ Consecratę sunt. Alij
sacerdotes in sanguine vituli & arietis consecrabant vel consum-
mabant. s. manus suas. ipse verò proprio
sanguine crucifixis manibus. i ¶ Ve-
stimenta nō &c. Efici. Ex quo eīm ver-
bū caro factū est, tot⁹ carni suæ ineši, nec
vnq̄; ab ea vel crucifixa vel sepulta sepa-
ratus est. De melioribus eius indumentis
dicitur: Amictus lu. sicut. ve. Abyssus Psal. 103.a.
sicut vestimentum amictus eius. Hīc est
pontificis habitus, quo profunda sa-
pientiæ & scientiæ luce indicatur vesti-
tus. hæc verè sancta sunt indumenta.

☞ Ad omnem † extremi-
tatē barbę
suę

Nicolaus de Lyra.

✠ futura, non decebat ita lugere mor-
tuos sicut cōm̄ ppm. a ¶ Nō radent
caput nec barbā, nec; in carnib⁹ &c.
hoc expositū est suprà, xix. ca. hīc tamen
replicatur, quia licet oēs ad hoc tenerent,
specialiter tamē sacerdotes, q̄ debebāt esse
alijs mundiores. & hoc est quod subditur.
c ¶ Incensum enim dñi. sup altare thy
miamatis. d ¶ Et pa. &c. oppo. sup mē-
sam ,ppositionis. e ¶ Et ideo sancti
erūt. i. ab immūditijs magis elōgati, & q̄
vtilitas vxoris redūdat in virū, cū sint vna
caro, ideo subditur: Scortum & vile pros-
tibulum non ducet vxorem. & quia simi
liter stuprum filię redundat in patrem,
qui eam debet custodire, ideo sequitur:
g ¶ Sacerdotis filia si deprehensa
&c. fuerit in stupro. i. defiorata ipsa eō Sacerdotis
sentiente. h ¶ Flammis exuretur. filia depra-
quia filia sacerdotis debebat pollere mazo hensa in sti
ri mū ditia, ideo puniebať grauiori pœna. pro flam-
Alię autem virgines dicto modo defiora- mis exuitur
tę non puniebantur morte, nisi essent viro H
affidatę, vt dictum fuit suprà. Exo. xxij. & † diuersi
idem habetur Deutero. xxij. Dicit tamen fornicati
Ra. Sa. q̄ hoc est intelligēdū de filia sacer-
dotis maritata, vel saltem affidata, & non
de illa quę est omnino libera à viro. Sed
hoc videtur contrarium textui, qui nullā
facit exceptionem. Item contra intentionē
legis, quia sic non esset differentia quantū
ad hoc inter filiam sacerdotis & filiam ho
minis alterius: quia filia cuiuscunq; mari-
tata vel affidata, si fornicetur, debet lapida
ri secundū legem datam, Deu. xxij. & Exo.
xxij. & ita lex hęc de filia sacerdotis esset su-
perflua ideo prima expositio videtur me
lior. i ¶ Pontifex, id est sacerdos
maximus &c. Hīc consequenter osten-
ditur quid obseruandū sit circa sacerdotē
summum cùm dicitur: k ¶ Caput su
um non discooperiet, vestimenta
non scindet. amouēdo cidarim de capite suo pro luctu mortui.

✠ Et ad omnem Moraliter.

* a ¶ Non radent caput nec barbam. Moraliter caput ra-
dere, est suo superiori detrahere. Similiter radere barbam, est vigo-
rem animi sui ad mollitiem reducere. b ¶ Nec; in carnibus
suis faciant incisuras. i. in capitulis vel collegijs suis non faciant
schismata vel discordias. f ¶ Scortum & vile prostibulum
non ducet vxorem. Per scortum intelligitur carnalis sapientia,
quę vilis est: quia est terrena animalis & diabolica, vt dicitur Iaco.
iij. d. Hanc autem sapientiam non debet sibi coniungere pontifex
vel sacerdos nouę legis, sed sapientiam spiritualem quę desursum
est, de qua dicitur Sapien. viij. a. Hanc mihi quęsiui sponsam assu-
mere. g ¶ Sacerdotis filia. per hanc intelligitur monialis Chri
sti summi sacerdotis filia spiritualis. Si deprehensa fuerit i stupro &
violauerit nomen patris sui, votū castitatis frangendo. h ¶ Flā
mis exuretur. scilicet gehēnę, nisi purgetur per opera pœnitētię.
h ¶ Pontifex. id est sacerdos maximus. Sequitur posita

* Nec egredietur

quis, id est super patrem & ma
trem, & filium ac filiam, fratrem
quoq; & sororem uirginem, quę
a ¶ Alienata scilicet a domo sacerdotis.
non est nūpta uiro, sed nec in
principe populi sui contamina-
a ¶ Sapientiam. b ¶ Perfectionem sapientię
bitur. Non radēt cāput nec barbā
c ¶ Id est non scandalizentur aliquo peccante nec
carnalem ex his sapientiam debent sumere.
nec; in cārnibus suis facient
b
incisurās. Sancti erunt deo suo,
a ¶ Vnde Malachias: O sacerdotes qui polluitis
nomen meum. Et paulopost: offertis super altare
meum panem pollutum.
b & nōn polluent nomē eius. Incen c
sum eīm domini, & panes dei sui d
offerunt, & ideo sancti erunt. e
a ¶ Synagogam. de qua dicit Esaias. Quomodo
facta est meretrix ciuitas fidelis &c. Esa. 1. f.
c Scōrtum & uile prostibulum f
d non ducet uxorem, nec eam quę
repudiata est à marito: quia con-
secrat⁹ est deo suo, & panes pro-
e positionis offert. Sit ergo san-
ctus, quia & ego sanctus sum do
f minus, qui sanctifico uos. Sacer- g
a ¶ Christi. ¶ Synagoga
dōtis filia si deprehensa fuerit in
stupro, & uiolauerit nomen pa
a ¶ Incendit uas arreneę Iesralem significatur.
tris sui, flāmis exuretur. Pon- h i
a ¶ Vnctus pręparticipibus suis.
tifex, id est sacerdos māximus in
a ¶ Narrabo fratribus meis nomen tuum &c. ¶ Iu-
stificatus. Qui facere uoluerat patris mei ille meus frater &c.
ter frātres suos super cuius caput
a ¶ Vncit te deus deus tuus oleo lętitię pręconsortibus tuis.
b ¶ Lxx. oleum dicit scripturа id est ipsum Christum.
fusum est unctiōnis oleum, & cu
h ius manus in sacerdotio conse- j
a ¶ Lxx. consummare ¶ Dominus repleuit decorem
indutus est, induit eum. &c. Psal. 92. a.
crā tæ sunt, uestitusq; est sanctis k
uestibus, caput suum non disco-
a ¶ Cidari. ¶ Ornatum detrahendo. ¶ Quia lugentes
detrahebant sibi ornamenta. b ¶ Qui mos erat lugentibus.
¶ Ecclesiam non patiemur scindi per hæreses.
i ōperiet, uestimenta non scindet,

a ¶Ad omnē mortuū &c. Lxx. Animā mortuam. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Hac morte maximè gentes perierunt, quę nec legem nec doctrinam habuerunt: sed ipse peccata omnium tulit, & tamen impollutus mansit. ¶Aug. Ad omnem mortuū &c. Lxx. Sup oēm animā mortuā nō introibit. Quomodo dicat aiam mortuam, corpus mortuum, difficile est intelligere. corpus tamen anima destitutum, rectricis suę nomen accipit. quoniam reddendum est illi sicut ęditicium quod ecclesia dicitur, cùm homines exierint, tamē ecclesia vocatur. Sed cùm corpus viuentis anima non dicatur, quomodo anima cū mortuum fuerit dicitur: Porrò si animam mortuā intelligimus à corpe sepatā, vt mortem dicamus ipsam sepationem, sicut dicimur mortui pctō q à pctō nō vtimur, sic anima corpori mortua, quia ipso nō vutur. Quo modo potest quis intrare super animam mortuam, quod sacerdotibus ꝓhibetur? an vitam temporalem animam vocauit, q̄ mortua est in corpore, anima migrante quę mori nō potest: Nō qa illa vita anima fuerit, sed quia ꝓ presentiam eius subsistebat nomē eius acceperit: Ania enim omnis carnis sanguis eius est, qui mortuus est in corpore mortui. Non enim abscedēte anima abscessit. Vetuit ergo scriptura sūmū sacerdotē sup patris vel matris sun intrare, qđ sc̄m non ꝓhibuit. ¶De sanctis nō exibit. dum. s. eorum funera celebrantur. De sanctis prohibitus est exire, sicut septē diebus quibus sanctificabatur. De sanctis prohibitus est exire, non autem semper. Sanè si vxores ducere, filios gignere, sacerdotes summi non vetabantur: magna oritur quęstio, cū lex hominem coniugali concubitu mundū dicat vsq; ad vesperum, etiā cū abluerit corpus suū aqua, & iubeat sacerdos summ⁹ ꝓpter incēsum cōtinuationis bis quotidie itrare itra velū, vbi erat altare incēsi, nec quenq; immūdū ad sc̄ta fas esset accedere, quō quotidie id summ⁹ sacerdos in plebat, si filios ꝓcreabat: De egritudine rīderi pōt, q̄ gratia dei nō egrotabat. Consequitur ergo, vt aut continens esset, aut aliquibus diebus incensum intermitteret: aut si illud intermitti non posset, q̄ non, nisi per summum sacerdotem imponi posset, non fieret immundus coitu coniugali, merito precipuè sanctificationis suę. Aut si etiā ad ipsum ptinet, quod de oīb⁹ filijs Aaron in sequētib⁹ dicit, vt nō accedat ad sancta. si cui accidit aliquid immūdiuę, illud ꝓ pecato restat accipere quod nōnullis diebus nō imponebat incēsum.

☞ a ¶Ecce autem egressus. Hīc ponitur casus occidēs de blasphemo in iurgio, & describitur iste casus post descriptionem dictarum solennitatum. quia in solennitatibus solent homines lautius comedere & bibere, & p cōsequens iurgari de facili, & inter iurgia prorumpere ad blasphemias. primò igitur describitur huius blasphemi trāsgressio. secdò punitionis determinatio, ibi: Miserūt eum. tertiò determinationis executio, ibi: Locutusq; est Moyses. Circa primum sciendum, q; dicunt hīc aliqui Hebræi, q; iste blasphemus, in eo quòd erat de tribu Dan ex parte matris, voluit figere tabernaculū suū cū illis qui erāt de tribu Dan, sed fuit ꝓhibitus ab illo iuxta quē volebat figere tabernaculum: eò quòd occupabat spatiū suū, & sic mutati sunt adinuicē. & causa eorū deducta est ad Moysen, q; sentētiauit cōtra illū. qa castra nō situabant secūm lineā matrū, sed patrū, vt habet Nume. ij. a. vbi dicitur: Singuli per turmas atq; vexilla & domos cognationū suarum castrametabuntur. In Heb. habetur. Et domos patrum suorum castrametabūtur: propter quā sententiā conturbatus, positq; exierat de loco iudicij blasphemauit nomē domini. & ideo hīc fit mentio expīsa de matre sua & de tribu Dan: & secūm hoc exponitur litera, cū dicitur: Ecce autem egressus scilicet de loco iudicij vbi fuerat condemnatus. b ¶Quam pepererat de vi. &c. Iste vir AEgyptius fuit ille quem interfecit Moyses, & genuit istum blasphemum de adulterio, prout tactum fuit Exodi. secdo. c ¶Iurgatus est i castris. i. propter situationē tētorū sui in castris ratiōe ꝓdicta. d ¶Cūq; blas. Hebræi dicunt: Cumq; et planasset nomen domini. Dicūt enim aliqui ꝓ in publico nominauit nomen dīi tetragrāmaton, quod erat illicitū noīare, nisi in sacerdotū benedictionibus: & illud nomen maledixit. e ¶Vocabatur autem mater. de qua dictum fuit Exodi. ij. f ¶Miseruntq; &c. Hīc consequenter ponit punitionis eius determinatio, & secdo ratione huiusmodi determinationis fit quædā repetitio de lege taliōis cibi: Qui peul. Circa primū dicunt alij Hebræi, q; ideo fuit missus in carcerē, donec sup hoc scirent sīa dei, eò quòd ignorabat vtrū incurrisset pœnā mortis. Alij aūt dicūt, q; bn sciebat ipsum incurrisse pœnā mortis, qa iā ꝓcepti fuerat à dño Exo. xxj. b. Qui maledixerit patri morte moriat, & multò fortius incurrit hæc pœna ꝓ maledictione dei, q; est pater ꝓ creationem. & ideo fuit reclusus, vt sciret qua morte deberet mori: quia hoc nō fuit determinatum à dño. & ideo determinat hīc, cū dicitur. g ¶Educ blasphemum extra castra: tanq; omnibus abominabilē & execrabilē. h ¶Et ponāt om. i. ipsum blasphemantem. i ¶Manus suas super ea. tanq; testes, dicendo: Malitia tua te adduxit ad mortem, non nos. k ¶Et lapidet eum vni. ppls. ad terrorē aliorū. l ¶Et ad filios Isrl loqueris: ꝓtestando q; simili morte morietur q; blasphemauerit nomen domini.

Qui peullerit

* & successerunt eis sancti epi imitantes per sectionē apostolorum, qui similiter translati sunt, & sic erit de imitatoribus apostolorum vsq; ad finem mundi: & hæc est mutatio dexteræ excelsi. a ¶Ecce autem egressus filius mulieris &c. Hīc agitur de cuiusdam blasphemi pœna, per quam significatur punitio hæretici qui blasphemat ecclesiam dei, cùm dicitur: g ¶Educ blasphemū extra castra. Nam hæreticus excōmunicandus est & separandus ab ecclesia, & si permanserit obstinatus, iustitiæ seculari debet tradi morte puniendus, ideo subditur: k ¶Et lapidet eū vni. &c.

Qui peullerit

a ¶Non vbiq;. ¶Ecclesia, vel corporibus sanctis, secundum illud: Templum dei sanctum est, quod estis vos.

co sanctō, quia sanctum sancto / rum est de sacrificijs domini, iu / re perpetuo. Ecce autē egressus a / filius mulieris Israēlitidis, quē pe / pererat de uirō Ægyptio inter fi b / liōs Israēl, iurgatus est in castris c / cū uiro Israelita: Cumq; blaspheſ d / masset nōmen: * & maledixisset e / ei, adductus est ad Moysen. Vo / cabatur autem mater eius Salu / mith filia Dabri de tribu Dan. / b Miseruntq; eum in carcerem, f / dōnec † nossent quid iuberet do / minus. Qui locutus est ad Moy / sen dicēs: Educ blasphemum ex g / tra castra, & ponant omnes qui h / audierunt manus suas super ea i / put eius, & lapidet eum uniuer / fus populus. Et ad filios Israēl lo k / queris. † Homo qui maledixerit l / deo suo, portabit peccatū suum, / & qui blasphemauerit nomen / domini, morte moriatur. Lapi / dibus † opprimet eum omnis / multitudo populi: siue ille ciuis,

a ¶Filium dicens minorem patre, & huiusmodi.

¶Remissio vel pacifica.

a ¶Lex seruat blasphemos euangelio iudicandos.

¶In euangelio.

¶Consonando legi.

¶Iasciens.

¶Pœnam peccati venialis.

a ¶Scienter. ¶Aquila: Vir qui blasphemauerit deū suum, & accipiet ibi iniquitatem. & denominans nomen domini, morte moriatur.

¶Spiritus. Dominus enim spiritus est.

¶In ecclesia nutritus.

a ¶Scientes. ¶Ecclesiæ, vel corporibus sanctis, secundum illud: Templum dei sanctum est, quod estis vos.

a ¶Catholicos. ¶Per secularem scientiam impugnans spiritualem.

¶Renitentia vel pacifica.

¶Quia contra dominum qui caput est Christi, blasphemauit.

¶Qui peullerit

* & successerunt eis sancti epi imitantes per sectionē apostolorum, qui similiter translati sunt, & sic erit de imitatoribus apostolorum vsq; ad finem mundi: & hæc est mutatio dexteræ excelsi. a ¶Ecce autem egressus filius mulieris &c. Hīc agitur de cuiusdam blasphemi pœna, per quam significatur punitio hæretici qui blasphemat ecclesiam dei, cùm dicitur: g ¶Educ blasphemū extra castra. Nam hæreticus excōmunicandus est & separandus ab ecclesia, & si permanserit obstinatus, iustitiæ seculari debet tradi morte puniendus, ideo subditur: k ¶Et lapidet eū vni. &c.

Qui peullerit

Nare nomen dei sit grauius. deus autem & dñs idem est. Vnde: Dñs deus tuus deus vnus est. Et alibi: Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. Nomen eius quod est, cuius nominatio ita punitur? Quare nomina dei in scripturis manifestantur, si qui nominant sic puniuntur? Sed blasphemia quę scienter committitur, maxima pœna vindicatur. Vnde, Qui peccauerit in spiritum non dimittetur ei. i. qui in scientia blasphemauerit, quę est donum spiritussancti. Vnde, Et alij datur p spm sermo sciętię &c. Maledicit ergo deū qui nescienter blasphemat: & peccatum recipit. i. pœnam peccati, quia sciam quā debebat habere, nō habuit. Nomen verò domini nominat, qui in scientia blasphemat hoc aūt facit qui ei⁹ scientiam per spiritum acquisiuit. Nemo enim potest dicere dominus Iesus nisi in spūsancto. Ideo iuste sine misericordia punitur, siue à patribus tanq̄ ciuis eruditus, siue nouiter didicit tāq̄ pegrin⁹. Nominat autem talis, & blasphemat, sicut filius Israēlitidis noiauit & blasphemauit. a ¶Qui pcusserit & occiderit hominem. Lxx. Qui pcusserit aiam hominis &c. id est qui ad iniquitatem traxerit. Animam verò, animalem hominem intelligit, qui non percipit quę sunt spiritus dei. ¶Augu. Qui pcusserit animā hois & mortuus fuerit &c. Nō ait q pcusserit hoiem, & mortuus fuerit sed aiam hois, cū potius feriat corp⁹. vñ: Nolite timere eos q corp⁹ occidunt. Aiam ergo vitā corpis appellat, quae fit p aiam: & hinc voluit ondere hōicidā q aiam hois pcutit. i. pcutiēdo vita hoiem priuet. Cur ergo addidit, & mortu⁹ fuerit, si iā hoc ipso ostē dit homicidiū, q aiam hois pcusserit. i. hō à pcutiēte vita priuatus sit: an exponere voluit quomō accipiēdū sit qđ dixit, animam hois pcussam, & sic ait, & mortu⁹ fuerit, tāq̄ diceret. i. mortu⁹ fuerit: hoc est em̄, aiam hois esse pcussam. b ¶Fracturā &c. Lxx. Cōtritionē pro cōtritione, id est si docēdo, suadēdo, scādalizādo, & aliquā virtutē prius cōtriuerit. c ¶Dentē, p den. Virtutē loquēdi. Dētes em̄ pro verbis ăcipiunt. vñ: Filij hominū dētes eorū arma & sagitta. &c. Et pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes ei⁹ lac. can. Clariora em̄ & apertiora sunt verba euangelij lacte legis.

d ¶Qui pcusserit &c. Hęc secm̄ literā Iudęis erāt necessaria, q nō poterāt capere, Si qs pcusserit te in dexterā maxillā, præbe illi & alterā. Sed cū essent maliuoli, mala inferre volebāt, & nō pati. Ideo metu alterne pœnę erāt à scelere reuocādi. e ¶Et adduxerūt &c. Experimēto ipso legē cōfirmatā ostēdit, vt & tu blasphemare timeres, & pēm fugeres, qđ non solū princeps, sed tota multitudo vindicat. Oēs enim cōiter blasphemos debent punire, q olim auctori nō metuerūt detrahere, & oēs ab eo separare.

Nico. de Lyra.

✠ a ¶Qui percusserit & occiderit hominem &c. Hīc occasione huius addit ire repetendo de lege talionis, cùm dicitur: Qui percusserit & occiderit hominē, morte moriatur. & intelligitur de occidente ex proposito non à casu, vt patet per illud qđ habetur Exodi. xxj. vbi dicitur quòd interficiens à casu debebat saluari in ciuitate refugij. b ¶Qui percusserit animal reddat vica. Id est animal eiusdem speciei & valoris, vel pretiū secm̄ arbitrium iudicum. c ¶Qui irroga. i. fecerit. d ¶Maculam. hīc accipitur macula p mutilatiōe seu lęsiōe, q̄ nō pōt curari sine notabili deformitate, eo modo quo aial dicebat maculatū secm̄ legē. Et qualiter istud sit intelligendū, dictū intelligendum, dictum fuit plenius Exo. xxj. vbi plenius actum est de lege talionis. e ¶Qui percus. ho. punieť. & secm̄ expositores nostros intelligit de pcussiōe, ad quā nō sequit mors, nec mutilatio, nec deformitas notabilis: qa talis debet puniri ad arbitriū iudicū. In Heb. habet: Qui pcusserit hoiem moriat. Et dicit. Ra. Sa. q̄ loquit ista lex nō de quocūq; hoie, sed de pēr, qa pcutiēs patrē graui pcussione debet mori, cuā si mors nō sequat, vt dictum fuit, Exo. xxj. Vel dicēdū, q̄ loquit de hoie gñaliter, & de pcussiōe ad quā sequit mors & repetit id qđ in principio huj⁹ ptis dictū fuerat ad maiorē expōnē. f ¶A Equū iudiciū &c. Accipit hīc pegrin⁹, Gētilis cōuersus ad Iudaismū, q licet recipet q̄tū ad ea q̄ ptinēt ad salutē, nō tn̄ q̄tū ad ea q̄ sunt honoris in regimine ppli, p q̄ dicit aliquis simplr ciuis: ad qđ recipiebant alię Gētiles cōuersi post tertiā gñationē, alię post decimā, & alię nūq̄, vt habet, Deut. xxiij. Si qs aūt Iudęus interfecisset Gētilē nō cōuersum ad Iudaismū, non incurrisset pœnā mortis, secm̄ qđ dicit Ra. Sa. put exposui Exo. xxj. g ¶Locutusq; est. hīc ponitur executio pœnę secundum sententiam domini cōtra blasphemum supradictum, & patet litera.

* a ¶Qui pcus. &c. Ille moraliter occidit hoiem q̄ trahit ipsum ad mortalē culpā: & sic incurrit mortis gehennę pœnam. b ¶Qui pcus. aial &c. iferēs em̄ dānū tenet ad restōnē, si non habet vñ debet agere pœnitentiam secm̄ culpę quantitatem.

GIOS. ORDI.

CAP. XXV.

LOcutusq; est domin⁹ &c. D
f ¶Quando ingressi &c. Elici. Terra, cōueniatio bona, de qua dicit: Spūs tuus bonus deducet me in terrā &c. g ¶Sex annis &c. Dū. sūn hac vita, & in visibili creatura summ⁹, quā significat senar⁹. Sex em̄ dieb⁹ creata sunt oia q̄ videnť, septimo aūt anno sabbathū erit terræ dñi. Cū em̄ post pfectū tēpus sabbathū venerit (de quo Paulus ait: Reliquit̄ sabbathiśm⁹ pplo dei, quē dies septima significat, in qua regeuit de⁹ ab oīb⁹ opib⁹ suis. (. visibilib⁹.) tā nō erit opandi tēpus. h ¶Seres agrū &c. Per agrū & vinea cū illū seminari & illā amputari, phibuit, oē gen⁹ agri itelligēdū est: neq; em̄ i oliueto vł q̄libet alteri⁹ grūs agro aliq̄d opandū est.

Quę sponte

Psal. 142. a.

Heb. 4. c.

Agrū serere.

NICO. DE LY.

CAP XXV.

LOcutusq; &c. Supr⁹ actū est de solēnitatib⁹ dierū, hīc cōsequēť agit de solēnitatib⁹ annorū & diuidit i duas. i pē principalē, & ꝛdētalē, secd̄a ibi: Qñvēdes qppīa. Pria adhuc i duas: qa prīo agit de solēnitate anni septimi, secd̄ò de solēnitate anni q̄ngessimi, ibi. nūerabis q̄q. Circa primū sciēdū, q̄ ann⁹ septim⁹ erat remissiōis, qa tūc remittebant debita nō potēt⁹ soluere, & serui dimittebant liberi. Hoc tn̄ est intelligēdū de impotēt⁹ & seruis Iudęis, vel conuersis ad Iudaismū, vt habet Deute. xv. vbi agitur de anno. vñ. q̄tū ad ista, sed hīc agit de ipso inq̄tū erat solēnis ad quietē terrę. & hoc est quod dicit: i ¶Quando ingressi fueritis terram, quiescendo. Dicit autē Augu. q̄ terra colebat septimo anno & seminabat, sed nō colligebat à dñis, sed totū paupib⁹ dimittebat, & secm̄ hoc itelligit q̄es terrę, qa non exercebatur

Diuisio.

Annus septimus.

Moraliter. h ¶Locutusq; est dominus ad Moysen &c. Hīc agitur de septimo anno, in quo quies erit terrę cū dicitur.

* Septimo aūt

Moraliter

Cap. XXV.

LOcutusq; est dominus ad Moysen in monte Sinai dicens: Loqre filijs Israēl, & dices ad eos:

a ¶Nouiter ecclesiæ adiunctus.

siue peregrinus fuerit: † Qui blas

a ¶Animæ quæ est peccatum.

phemauerit nomē domini, mor-

te moriatur. † Qui percusserit & a

occiderit hominem, morte mo-

a ¶Qui animaliter viuit, qui comparatur iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

riatur. Qui percusserit animāl, b

a ¶Quamuis popularem & hebetem errare fecerit, seipsum compensabit.

reddet uicārium, id est animam

a ¶Non ex toto ad impietatem traxerit.
b ¶Peccati.

pro ānima. Qui irrogauerit mā- c d

culam cuilibet † ciuium suorum, si

a ¶Secundum culpam sustinebit pœnam.

b cut fēcit, sic fiet ei. Fractura pro

a ¶Si oculum scientiæ cæcauit.

c fractura, ōculum pro oculo, den-

a ¶In futuro iudicio.

tem pro dente restituēt. Qualem

¶Cuiuscunq; i. virtutem contriuerit, ipsius virtus conteretur & pro nihilo reputabitur.

inflixerit maculam, talem sustine

a ¶Stultum hebetem.

d re cogetur. Qui percusserit iūmē

a ¶Seipsum pro iumento. b ¶Aliquo modo nocendo.

tum, reddat āliud. Qui percūsse- e

a ¶Discretum rationalem. b ¶Ipse sicut homo. c ¶Vel rectum.

rit hōminē, pūnietur. † Æquū iu- f

a ¶Nouiter ecclesiæ iunctus.

diciū sit inter uos, siue pēregrinus

a ¶Ab infantia in ecclesia educatus.

siue ciuis peccauerit, qa ego sum

dominus deus uester. Locutusq; g

est Moyses ad filios Israēl, & edu

xerūt eum qui blasphemauerat,

extra castra ac lapidibus oppres-

serunt. Fecerūtq; filij Israēl, sicut

præceperat dominus Moysi.

h

a ¶Conuersationem bonam.

i

f Quādo ingressi fueritis terrām,

a ¶In lege & præceptis. b ¶Sic.
¶Vt posti sabbathi: et terra.

quam ego dabo uobis: sabbāthi-

zet terra sabbathum domino.

a ¶Toto tempore præsentis vitæ.
b ¶Legem in cuius operatione populus Iudæorum laborabat.

g Sex annis seres ăgrum tuum,

a ¶Euangelicam vitam, cuius Christus vitis vera, nos palmites, pater agricola. Io. 15. a.

& sex annis putabis uineam

☞ E a ¶ Quæ spõte &c. Eorum. s. quæ hîc sacimus, in futuro fructũ mãducabimus. vnde Labores manuũ tuarũ, quia mãducabis, beatus es, & bene tibi erit. b ¶ Sed erunt &c. Nõ prohibet dominus vesci eis quæ sponte nata sunt: sed reponere in vsum propriũ. c ¶ Numerabis quoq; Interrogemus Iudæos si septimum diẽ (vt aiũt) legilator honorauit, & ab operibus vacare præcepit, quare quinquagesimũ annũ celebrari pœpit. Septẽ enim hebdomadæ annos. xlix. faciũt. Nõ ergo quinquagesimo vacare oporteret, nisi mysteriũ lex significaret, quod Iudæorũ infirmitas nõ caperet. Duplex enim a deo † omniũ significat consummatio, vna cuiusq; singularis, altera omniũ communis, quãdo tẽpus operãdi nõ erit in superioribus primã, in his insinuat secũdã. d ¶ Septẽ. In hebdomada dierũ, humanũ seculũ diuiditur. Cũ igit hic numerus multiplicatus in semetipso fuerit, & tota cõpleta ætas seculi, & tempus diuolutum ad finem peruenerit, succedet quinquagesimus quasi. xlix. anno in quo erit resurrectio. vnde subdit: Et clangens buccina mẽse septimo &c. Vnde Apostolus. In tuba dei descẽdet de cœlo, & mortui q in Christo sunt, resurgent incorrupti. Oportet enim suscitantem præcedere tubã: ideo i quadragesimo & nono anno in quo communis est consummatio tuba canere præcepit. e ¶ Mense septimo. Quia qua si septimo mense ætatis mundi Christus venit. primus mensis qui in paradiso fuit, secũdus vsq; ad diluuiũ, tertius vsq; ad Abrahã, quartus vsquequo descensum est in Aegyptum, quintus vsq; ad transmigrationem, sextus vsq; ad aduentum Christi, septimus ipse aduentus. f ¶ Sanctificabis q; an. Quasi in sanctimonia expectetur & cogitetur. pacem enim debemus sequi & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. g ¶ Vnusquisq; Patriarcharum & prophetarum, est quædam familia hospitalis, cui præest Abrahã. Est & alia castitatis, cui præest Ioseph. Est & alia mansuetudinis, cui præest Moyses. h ¶ Quando vendes &c. Quisq; vendere potest vel emere. Vnde Paulus: Omnia vestra sunt, sicut, & vos nostra. Hoc secundum literam moraliter in format, vt in contractibus proximis compatiamur, ne quis nimium molestus de paupertum necessitatibus negotietur: ne studeat possessiones aliorum acquirere, sed indigentibus commodare, & commodata paulatim de fructibus agrorum recipere.

☞ Iuxta numerũ

Nicolaus de Lyra.

non exercebatur pro vtilitate temporalium colentium. Omnes autem Hebræi, & Andreas super locum istum dicunt, q; terra anno septimo nõ colebatur nec seminabatur, & hoc magis cõcordat textui, qa statim subditur: Sex annis seres agrum tuum &c. subditur: a ¶ Septimo autem &c. Si enim coleret non esset requies terræ. vnde & subditur: Agrũ non seres &c. b ¶ Quæ sponte gignet humus non metes. Illa sunt quæ nascuntur in campis ex granis deciduis tempore messis absq; alia cultura: & illa non debebant domini camporum appropriare sibi. c ¶ Et vuas primitiarũ tuarum. Dicunt aliqui, q; loquitur hîc de fructibus vineæ ante quartũ annũ, qui erat immũdi, vt habet supra. xix. ca. sed nõ est verisimile de fructibus anni septimi loqui, q absq; cultura nascebant. vnde præmittitur: Anno. vij. agrũ nõ seres, & vi. t. nõ putabis, & de vtriusq; fructibus subdit: d ¶ Sed comedentur vobis in cibum. qa inde viuebant cõiter dñi & serui, pauper & peregrini, etiã bestiæ: nõ solũ domesticæ, sed etiã syluestres, vñ subdit. e ¶ Iumẽtis tuis &c. In Hebræo habet: Iumẽtus tuis & bestijs. & q; bestias hîc intelligunt aialia syluestria secũm Hebræos. f ¶ Numerabis quoq; hîc cõsequenter agitur de solennitate anni quinquagesimi, de quo duplex est opinio; tã apud Hebræos quã apud Latinos, eò enim q; dicitur hîc: Numerabis quoq; tibi septẽ hebdomadas &c. dicunt aliqui, q; annus iubileus erat vltimus annus huius nume. s. xlix. dicebatur tñ quinquagesimus respectu præcedentis iubilei inclusiue & secũdum hoc annus iubileus erat idẽ cum anno septimo remissionis hebdomadæ vltimæ annorũ prædictorum. Alij aũt dicũt, q; annus iubileus erat annus immediatè sequens annos. xlix. prædictos. & sic erat quinquagesimus à præcedẽti iubileo exclusiue. Et secũm hoc annus iubileus erat immediatè sequẽs annũ septimũ vltimæ hebdomadæ; & tunc erãt duo anni sibi succedẽtes immediatè in quibus terra quiescebat ita q; nõ colebatur nec seminabat; & vtriq; optimo põt litera de facili applicari. g ¶ Et clanges buccina. Dicunt aliqui, q; iste clangor fiebat mense septimo anni præcedẽtis iubilei: Sicut homines ante natiuitatẽ dñi præmant festum, clamando, natale, natale. Alij autem dicunt, q; iste clangor fiebat septimo mẽse anni iubilei. & hoc videtur verius. vñ & vocatur iubileus ab ipso clangore secũdũ qd dicit Ra. Sa. & rationabiliter. vbi enim dicimus iubileũ, in Hebræo habetur יובל bel: quod significat cornu vel buccinã. vñ Exo. xix. b. vbi dicit: Cũ aũt cœpit clangere buccina. In Hebræo habet יובל iobel. H h ¶ Sanctificabisq; id est applicabis ad diuinum cultum. i ¶ Et vocabis. quia tũc remittebantur seruitutes & debita, & etiã exules permittebantur redire ad terrã suã. vnde sequit: k ¶ Reuertet. Cætera patet ex prædictis. l ¶ Qñ vẽ. Hæc est pars incidẽtalis, in qua ponuntur duo incidẽtia ex prædictis: eò em q; dictum est immediatè, q; in anno iubileo omnes redibãt ad possessiones suas: sequitur

Septem ætates mundi.

Hebr. 12. d.

Gen. 18. a. Gen. 39. d. Nu. 12. d.

1. Cor. 3. d.

Psal. 127. Quinquagesimus quare in præcepto.

† visibiliũ. † separationis siue sanctificatiõis tuæ. s. quas tibi vt proprias separaueras.

Chald. interpr. quas tibi reliquisti.

1. Tes. 4. d.

Clanget buccina.

† separationis tuæ. s. de supra

† agri fructum

† libertatem Moraliter

✻ a ¶ Septimo autem anno &c. Per annũ verò septimũ potest intelligi septenarius virtutũ, q; bus quiescit terra. s. hõ de terra formatus, vt habetur Gene. j. qa q; quatuor virtutes cardinales habet homo quietẽ in seipso. Nã p tẽperantiã & fortitudinẽ qescũt vires concupiscibilis & irascibilis à passionibus inordinatis. Per prudentiã aũt & iustitiã quiescunt intellectus & voluntas à motibus & actibus indebitis. Per tres virtutes theologicas. s. fidẽ, spem, & charitatẽ quiescit homo in deo quiete, quæ datur per gratiam in vita præsenti. f ¶ Numerabis quoq;. Hîc agitur de quinquagesimo anno, qui erat annus requietionis generalis, per quem figurata fuit requies patriæ cælestis, propter quod annus ille dicebat iubileus, ad significandum continuã cælestium iubilationem; Psal. lxxxiij. a. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Item in anno iubileo singuli redibant ad possessiones suas, in signũ quòd in patria cælesti singuli electi accedunt ad mansiones sibi debitas secundũ gradus variorum meritorum; propter quod dicit saluator. Iohannis xiij. a. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Iohan. xiij. a. Docendo. quia dixisset vobis, vado parare vobis locũ.

✻ Si attenuatus frater

tuam, colligésque fructus eius.
§ Cætera require.

Septimo autem anno sabba, [a]
a § Quia nihil erit necesse operari, nec opera legis vel euangelij.

thum erit terræ rẽquietionis do,
a § Legis mandata implendo. § Per hoc omnem culturam prohibet. § A parte totum.

mini. Agrum non serẽs, & ui,
a § Euangelica mandata pure obseruando. b § Coles. c § Quæ naturalis lex suggerit, nec doctore indigent nec literis.

[a] nẽam non pũtabis. Quæ spon, [b]
te gignit humus, non metes: & [c]
a § Lxx. vuam sanctificationis tuæ id est mysteria Christi.

† tuas primitiarum tuarũ nõ col,
liges, quasi uindemiam. Annus
[b] enim requietionis terræ est. Sed [d]
erunt uobis in cibum tibi & ser,
a § Quem inuitasti non vt frustra & ancillam subiecisti.

uo tuo, ancillæ & mẽrcenario
a § Lxx. inquilino, id est proselyto qui adiacet tibi, qui terram bonam intrasti.

tuo, & ãduenæ qui peregrinatur
a § Idiotis. b § In fidelibus manifestis.

apud te. Iumẽtis tuis & pẽcori, [c]
§ Putabunt viuere in secula seculorum.

bus omnia quæ nascuntur præ,
bebunt cibũ. Numerabis quoq; [e]
§ Lxx. septem requies.

[d] tibi septem hebdomadas anno,
rum, id est septies septem*: quæ
[e] simul faciunt quadraginta nouẽ,
& clanges buccina mense septi, [g]
a § Perfectionem significat, quia denarius perfectus est. b § Quia bonitate & clementia genus humanum perfecte a corruptione liberarit. § Quia omnes a corruptione liberabuntur. Quibus in Adam dictum est: Terra es & in terram ibis. Gen. iij. d. secundum aliam literam.

mo, decimã die mensis, † prõ,
pitiationis tempore in uniuer,
[f] sa terra uestra: Sanctificabisq; [h]
annum quinquagesimum, &
a § Omnium peccatorum, omnium laborum. b § Quia generalis resurrectio.

uocabis † rẽmissionem cũn, [i]
§ Vel tuæ.

ctis habitatoribus terræ uestræ:
§ Initiatui vel remissiuus.

ipse est enim iubileus. Reuerte, [k]
§ Lxx. patriam, paradisum scilicet qui vera patria est.

tur homo ad possessionem su,
[g] am, & unusquisque rediet ad fa,
miliam pristinam, quia iubileus
est quinquagesimus annus. Non
§ Vt supra. § Quia tempus fruendi, non operandi.

seretis neque metetis, sponte
in agro nascentia, & † primitias
§ Reponenda in vsum proprium.

uindemiæ non cõlligitis ob san,
ctificationem iubilei, sed † sta,
a § Quia reddet vnicuiq; iuxta opera sua.

tim oblata cõmedetis. Anno
a § A deo venimus ad quem redeundum est.

iubilei rẽdient omnes ad pos,
a § Patriam cælestem, singulorum remunerationem. § In domo patris mei mansiones multæ sunt. Iohan. xiij. a. § Docendo.

[h] sessiones suas. Quando uẽn, [l]

& de vtriusq; fructibus subdit: d ¶ Sed comedentur vobis in cibum. qa inde viuebant cõiter dñi & serui, pauper & peregrini, etiã bestiæ: nõ solũ domesticæ, sed etiã syluestres, vñ subdit. e ¶ Iumẽtis tuis &c. In Hebræo habet: Iumẽtus tuis & bestijs. & q; bestias hîc intelligunt aialia syluestria secũm Hebræos. f ¶ Numerabis quoq; hîc cõsequenter agitur de solennitate anni quinquagesimi, de quo duplex est opinio; tã apud Hebræos quã apud Latinos, eò enim q; dicitur hîc: Numerabis quoq; tibi septẽ hebdomadas &c. dicunt aliqui, q; annus iubileus erat vltimus annus huius nume. s. xlix. dicebatur tñ quinquagesimus respectu præcedentis iubilei inclusiue & secũdum hoc annus iubileus erat idẽ cum anno septimo remissionis hebdomadæ vltimæ annorũ prædictorum. Alij aũt dicũt, q; annus iubileus erat annus immediatè sequens annos. xlix. prædictos. & sic erat quinquagesimus à præcedẽti iubileo exclusiue. Et secũm hoc annus iubileus erat immediatè sequẽs annũ septimũ vltimæ hebdomadæ; & tunc erãt duo anni sibi succedẽtes immediatè in quibus terra quiescebat ita q; nõ colebatur nec seminabat; & vtriq; optimo põt litera de facili applicari. g ¶ Et clanges buccina. Dicunt aliqui, q; iste clangor fiebat mense septimo anni præcedẽtis iubilei: Sicut homines ante natiuitatẽ dñi præmant festum, clamando, natale, natale. Alij autem dicunt, q; iste clangor fiebat septimo mẽse anni iubilei. & hoc videtur verius. vñ & vocatur iubileus ab ipso clangore secũdũ qd dicit Ra. Sa. & rationabiliter. vbi enim dicimus iubileũ, in Hebræo habetur יובל bel: quod significat cornu vel buccinã. vñ Exo. xix. b. vbi dicit: Cũ aũt cœpit clangere buccina. In Hebræo habet יובל iobel. H h ¶ Sanctificabisq; id est applicabis ad diuinum cultum. i ¶ Et vocabis. quia tũc remittebantur seruitutes & debita, & etiã exules permittebantur redire ad terrã suã. vnde sequit: k ¶ Reuertet. Cætera patet ex prædictis. l ¶ Qñ vẽ. Hæc est pars incidẽtalis, in qua ponuntur duo incidẽtia ex prædictis: eò em q; dictum est immediatè, q; in anno iubileo omnes redibãt ad possessiones suas: sequitur

† separationis tuæ. s. de supra

† agri fructum

† libertatem Moraliter

✻ a ¶ Septimo autem anno &c. Per annũ verò septimũ potest intelligi septenarius virtutũ, q; bus quiescit terra. s. hõ de terra formatus, vt habetur Gene. j. qa q; quatuor virtutes cardinales habet homo quietẽ in seipso. Nã p tẽperantiã & fortitudinẽ qescũt vires concupiscibilis & irascibilis à passionibus inordinatis. Per prudentiã aũt & iustitiã quiescunt intellectus & voluntas à motibus & actibus indebitis. Per tres virtutes theologicas. s. fidẽ, spem, & charitatẽ quiescit homo in deo quiete, quæ datur per gratiam in vita præsenti. f ¶ Numerabis quoq;. Hîc agitur de quinquagesimo anno, qui erat annus requietionis generalis, per quem figurata fuit requies patriæ cælestis, propter quod annus ille dicebat iubileus, ad significandum continuã cælestium iubilationem; Psal. lxxxiij. a. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Item in anno iubileo singuli redibant ad possessiones suas, in signũ quòd in patria cælesti singuli electi accedunt ad mansiones sibi debitas secundũ gradus variorum meritorum; propter quod dicit saluator. Iohannis xiij. a. In domo patris mei mansiones multæ sunt, si quominus dixisset vobis, vado parare vobis locũ.

✻ Si attenuatus frater

A a ¶ Iuxta numē. i. secundū virtutē cu
†promano iusq; Anni enim ætatem significat, in q̄
manifestatur quid possit quisq; secundū
corpus. b ¶ Quāto plures. a. si pōt
multū operari, multū fructum exiget: si
multùm nō pōt, parū repēdet. feret eñ
Matth.13. hic trigesimum, iste sexagesimū, ille cen
tesimū fructum. c ¶ Facite præce.
Ne quis audita moderatione vendendi
& emendi segnior fieret, & cōdescensio
ipsa noceret, cautè adiungit: Facite præ
cepta &c. Neminē siquidē vult vacare
sed secundū virtutē fructificare. Virtu
tem quoq; cōscientia cuiusq; examinat.
d ¶ Et iudi. &c. Nō corrumpētes in
†decipere tētionē vel operationē eorū, velut si qs
proximos eleemosynam tribuit non alij noceat vt
alij prosit: p̄ceptū eñ q̄ eleemosynam
fieri iussit, iustā esse voluit. e ¶ Quod
si dixe. &c. quia p̄ duos annos terram
vacare p̄ceperat, ne conturbarenē tanq̄
solliciti quid comederent, aut quid bibe
Matth.6. rent ait: Dabo benedictionē meā &c. Et
notandum, quia cū Christus dicat: Nolite
cogitare de crastino. Iex iubet ne cogi
tent de tribus annis. f ¶ Dabo be
Aliter nedic. Christum. Vnde benedixim⁹
vobis in nomine dñi. i. Christo q̄ est no
mē patris. Qui patrē nobis nominauit,
& manifestauit, hic in sexto anno venit
i. in perfectiōe quā significat senarius, &
vt hominē reformaret quē formauerat
die sexto. q̄ ibi sext⁹ dies, hic sextus an
nus dicit: quia inter formationē nostrā
& reformationē multa tēpora desluxe
runt. g ¶ Terra quoq;. Aug. Alij eo
dices habent: Terra nō venundabit in
prophanationē, ne quis. s. terrā quam ac
cepit à deo audeat vendere prophanis,
qui in ea impietatem exerceant, & deos
B alienos colant. Alij in confirmationem,
id est nō ita cōfirmet venditio, vt in tē
pore remissionis nō recipiat eam vendi
tor, quia mea est &c. Ideo secundū p̄ce
ptum meum quisquis habet, vti debet.
Substantia possessiones uestre. h ¶ Si attenuatus. Quæ sit nostra
substantia quomodo eā alienamus, quō
eā recipim⁹ p̄ ordinē docet. Habet quis
q̄ possessionē bonā, conuersationē san
ctam, alius virginitatē habet, alius conti
nentia polleat: hic p̄eminet sacerdotio, ille
pauperum patrocinio: quisq; secūdum
virtutē habet possessionē, sed per desi
dium cogitationes nostræ infirmantur,
& à ppria possessiōe ex parte cadimus,
Galat.6. docet quomodo restituat. i ¶ Potest
redimere. Secundum illud: Si præoc
cupatus fuerit homo in aliquo delicto,
vos q̄ spirituales estis, huiusmodi instrui
te in spiritu lenitatis; alter alterius onera
portate &c. & sic liberare fratrem pos
sumus à paupertate & redimere posses
sionem eius, vt quodā modo cōmunis
sit. k ¶ Vsq; ad annum. Annus, qa
nnes horas se habet & dies et mēses,
& circuitu oēs, perfectionem significat.
Peccatum autē perfectum & diuturnū
non nisi perfecta pœnitentia emendat,
in qua ieiunium, oratio, eliciū eleemo
syna, & lachrimæ peraguntur: per hæc eñ
plena remissio acquiritur. l ¶ Qui vē
diderit domum. Non exprimitur vē
ditor, nec proximus nec propinquus di
citur. Nō eñ vn⁹ est, sed totus pp̄s: nec
de cognatione Iudæorū, sed Sodomæ
& Gomorræ. ¶ Qui vendiderit domū
&c. In superiori capitulo spiritualem
cuiusq; cōuersationem exposuit, hīc ge
neraliter

a ¶ Aliquam doctrinam bonam. b ¶ Ecclesiastico. c ¶ Dis
cernendo.

des quippiam †ciui tuo, uel emēs ab
a ¶ Supra virtutē doctrinā ingerēdo, onera ip̄portabilia imponēdo.
eo, nec cōtristēs fratrem tuum, sed iu
xta numerum annorum iubilei emes
a ¶ Secundum hoc quod fructificare potest discipulus.
ab eo, & iuxta supputationē frugum
b uendet tibi. Quātò plures anni remā
serint post iubileū, tantò crescit & pre
tium. Et quantò minus tēporis nume
raueris, tantò †minoris emptio con
stabit. Tēpus enim frugū uendet tibi.
a ¶ Grane onus imponendo.
Nolite †affligere contribules uestros,
a ¶ Qui dicit: Tollite iugū meū super vos, quia suaue est, &
sed timeat unusquisq; dēum suū: quia
c onus meum leue. a ¶ Qui dixit Non omnes capiunt verbum
ego dñs deus uester. Facite præcepta
illud: qui potest capere capiat. a ¶ In memoria. ¶ Opere.
d mea, & iudicia cūstodite, & implete
a ¶ Id est diuina lege spiritualia scripturæ & bona cōuersatione.
quam deus possidere & colere præcepit.
ea, ut habitare possitis in terrā absque
ullo pauore, & gignat uobis humus
a ¶ Vitam æternam.
fructus suos, q̄bus uescamini usq; ad
a ¶ Saturbor cum apparuerit gloria tua: Psal. 16. 2.
b ¶ vel diaboli vel cuiuslibet persecutoris.
saturitatem, nullius impetum formi
e dantes. Quòd si dixeritis, quid come
a ¶ In cuiusque consummatione.
demus anno septimo, si nō seuerimus
f neq; collegerimus fruges nostras, da
bo benedictionem meam uobis an
a ¶ Quo reformatus est homo. ¶ Ideo b ¶ Quibus in æter
na beatitudine nutriamur, qui hic Christo iuuante virtutem
& operum semina secimus.
no sexto, & faciet fructus trium an
norū, seretisq; anno octauo, & come
detis fruges ueteres usq; ad nonū an
num: donec noua nascātur, edetis ue
g tera. Terra quoq; nō uendetur in per
a ¶ Non uestra, qui aduenæ estis. b ¶ Nascendo.
petuum, quia mea est, & uos aduenæ
a ¶ Viuendo, qui cogimini migrare moriendo. b ¶ Qui cæ
lum & terram implebo. Ierē. 23. c.
& coloni mei estis. Vnde cuncta re
gio possessionis uestræ sub redēptio
a ¶ Perditis diuitiis spiritualibus.
h nis conditione uēdetur. Si attenuatus
a ¶ Fidelis. b ¶ Diabolo. c ¶ Cogitationem peccati suscipiens.
frāter tuus uēdiderit possessiūnculam
¶ Conuersationem. a ¶ Cognatione fidei.
i suā, & uoluerit propinquus eius, po
d test redimere quod ille uendiderat.
a ¶ Qui sibi comparatur.
Si autem non habuerit proximum,
a ¶ Satisfactionis.
& ipse pretium ad redimendū potue
a ¶ Bonæ conuersationis.
rit inuenire, computabuntur fructus
a ¶ Peccauit. b ¶ Satisfactionis & correctionis.
ex eo tēpore, quo uēndidit, & quod rē
a ¶ Opponet. b ¶ Diabolo. c ¶ Satisfactione reddita.
liquū est, redderē emptori, sicq; recipi
et possessionem suam. Quòd si non
a ¶ Operatio. b ¶ Per se vel per proximum.
¶ Vt prauam cogitationem ad nihilum deleat.
inuenerit mānus eius, ut rēddat pre
a ¶ Diabolus. b ¶ Prauæ suggerendo.
tium, habebit emptor quod emerat
k usque ad annum iubileum. in ipso e
nim omnis uenditio redibit ad dñm,
l & ad possessorem pristinum. Qui c

nera liter de synagoga vel ecclesia tracta C
re intendit, quia ecclesia gentium liber
tatem accipit, synagoga in perpetuum
seruit, exceptis Leuitis. d est apostolis, &
qui adhærent eis. ¶ Origen. Qui vē
diderit domum &c. et cætera. De Iacob Gen. 25. d.
scriptum est: Homo simplex & ha Exo. 1.
bitans domi. Et de obstetri.

¶ Tribus Iudeorū

Nicolaus de Lyra.

suas, sequit q̄ possessiones non po
terant vendi, nisi vsq; ad iubileum: & †minus
ideo necessarium fuit determinare mo emptori
dum venditionis. Item quia dictum est
suprà, q̄ septimo anno non poterat se
minari nec meti, oportebat determina
re de modo prouisionis: & ideo primò
traditur modus venditionis in genera
li, secundò modus prouisionis anni se
ptimi & octaui, ibi: Quòd si dixeritis.
tertiò reuertitur ad modum venditio
nis in speciali, ibi: Terra quoq;. Circa
primum sciendum, q̄ ex quo non pote
rant vendi possessiones nisi vsq; ad an
num iubileum, ad hoc q̄ esset iusta ven
ditio, oportebat habere respectū ad ter
minū iubilei, vt quantò plures essent
anni vsq; ad iubileū, tantò plus vende
rentur: & quantò pauciores tantò mi
nus, & patet litera. a ¶ Quod si di
xeritis &c. Hīc consequenter agitur
de modo prouisionis, quia dominus q̄
est verax & potens ad implendum, dicit
q̄ anno sexto terra proferet fructus in
tanta abundantia, q̄ etiam sufficeret ad
sustentationem hominum vsq; ad tem
pus quo noui fructus haberentur de se D
minatis octauo anno. & patet litera. Modus vē
b ¶ Terra quoq;. Hīc reuertitur ad ditionis
modum venditionis in speciali. & pri Diuisio
mò agitur de venditione agrorum. se
cundò domorum, ibi: Qui vendiderit
domum &c. tertiò personarum, ibi: Si
paupertate compulsus. Circa primum
determinatur, q̄ vendens possessionem
suam ex paupertate, poterat redimere si
veniret ad pinguiorem fortunam, & si
militer propinquus eius. & si emptor
leuasset aliquos fructus, valor de pre
tio debebat defalcari, & residuum reddi
emptori. terra enim promissionis erat
ipsius dei immediatè. Iudæi autem ibi
habitantes non erāt, nisi sicut coloni. Et
ideo dominus noluit eam aliter vendi
seu alienari, & patet litera. c ¶ Qui
vendiderit domum intra muros Venditio
vrbis habebit licē. Hīc agitur in spe domorum
ciali de venditione domorum, vbi de
terminat

* c ¶ Si attenuatus frater tuus vē Moraliter
diderit possessiunculam suam. Per
fratrem attenuatum significatur Chri
stianus animi virtute destitutus, qui
vendit possessiunculam suam, id est
animam suam diabolo per mortalem
culpam. d ¶ Propinquus eius po
test redimere. Per propinquum istū
intelligitur prædicator vel homo qui
cunque bonus, qui per bonam exhor
tationem suam vel consilium reducit
eum ad gratiæ statum. e ¶ Qui ven
diderit domum intra vrbis ha
bebit &c. Per vrbem ecclesia desi
gnatur, de qua dicitur Esa. xxvi. a.
Vrbs fortitudinis nostræ Sion sal
p * uator ponet

E ☞ cibus Hebræorum, quia timebant obstetrices deum, fecit eis
Exo.1.d. domos. Timor ergo obstetricibus causa fuit domorum. Iacob ve-
rò simplicitas & innocentia domum inhabitare fecit vel dedit. Hęc
Heb.9.c. est domus non manufacta in cælis, quam nemo ædificare potest, ni
si cum timore domini: nemo habitare, nisi in simplicitate mentis &
puritate cordis, licet sępe q bene
agendo & bene viuẽdo & rectè
credendo hanc domũ constru-
xit, incurrit peccatũ alicuius de-
biti, & hanc à crudelissimo fœne-
ratore cogit venũdare, & labo-
res suos in alios transfundere, sed
clementia legislatoris occurrit:
vt infra certũ tẽpus redimi pos-
sit: si tamẽ man⁹ eius inuenerit p
tiũ pœnitẽtiæ, s. lachrymis cõgre-
Esa.61.a. gatũ, & marub⁹. i. laborib⁹ bo-
ni operis inuẽtũ: Ann⁹ aũt est q
venit dñs mittere cõfractos in re
missionẽ, & pœnitẽtibus dare sa
lutẽ. Domus aũt q̃ in cælo est, in
ciuitate murata est. Murus cæli
firmamentum est, hanc possunt
† redimi poterit habere pauci, q scilicet cõuersa-
Phil.3.d. tionẽ habẽt in cælis. Quibus di-
2.Cor.2.b. cit: dei ædificatio estis. Alij habẽt
† & q rede- domos in vicis, quib⁹ nõ est mu
merit ab Le- rus, sed adiacet ager fœcundus, il
uitis dom⁹ li fortasse q sibi pparant habita-
et vrbis pos- culũ in terra viuentiũ, de quibus
sessionis suę dicit: Beati mites, quoniam ipsi
Matt.5.a. possidebunt terrã. Istas domos
si fortè lapsus acciderit, semp est
facultas recuperãdi. Si enim nos
aliqua culpa moralis inuenerit
nõ in crimine mortali, nõ in blas
phemia fidei, quæ muro ecclesia
stici & apostolici dogmatis cin-
cta est: sed vel in sermonis vel in
morũ vitio cõsistat, hoc est enim
F vẽdidisse domũ q̃ in agro est, vt
in vico cui mur⁹ nõ est. hęc ergo
culpa, hęc vẽditio semp reparari
põt. nec interdicit de hmõi pœ-
nitentia aliqñ agere et sed de gra-
uioribꝰ criminibꝰ, qđ est in infi-
delitate impœnitentẽ pseuerare
vsq; in finẽ in iniquitate perdura-
re. in grauioribꝰ eñ criminibus
semel tñ concedit pœnitẽtiæ lo-
cus. cõmunia q̃ frequẽter incur-
rimus, semp pœnitẽtiã recipiũt,
& semp redimunt. a ¶ Agro-
rũ iure. Quia euangelio ꝓximi
sunt, nõ legi. Ideo semp possunt
redimi, & ex quo Christ⁹ venit
vsq; ad fm aduentũ per ptes re-
Mat.13.f. dimunt. ¶ Lxx. Ad agrũ terræ
æstimabunt. de quo s. dicit: Simi
le est regnũ cęlorũ the. absconꝺ. in
agro. i. euãgelio, in q̃ thesaur⁹ est
mysteriũ Christi. s. b ¶ A Edes
Leu. Si sacerdotalis fuerit dom⁹
vl Leuitica, vbicũq; fuerit siue in ciuitate, siue ĩ agro, semp habet re
dẽptionẽ. Sacerdos mẽs cõsecrata deo dicit. & vocat Leuita, qa sem
p assistit deo & voluntati ei⁹ ministrat. Perfectus ergo vt ute & ope
2.Re.It'.2. mũ cęlestẽ vẽdere, sicut Dauid q aspexit vxorẽ Vriæ fiati redemit
2.Cor.10.b dicẽs, peccaui. Si ergã scripturas diuinas legim⁹, & sctõrũ patrũ in his
delicta aliq̃ recẽsem⁹, si fm Ap̃m dicim⁹: Quia hęc oia ĩ figura cõti
gebãt illis, & scripta sunt ad correptionẽ nr̃am, hoc mõ sẽp dom⁹
eorũ redimit: qa p culpis eorũ ã doctoribꝰ satisfactio reddit, ostẽdẽ
tib⁹ semp ex diuinis scripturis hęc formas fuisse & imagines futurorũ,
nõ qb⁹ delicta sctõrũ arguerent, sed qb⁹ pctõres in societatẽ sctõrũ
vẽturi ostẽderent. Ita ergo possessio sacerdotalis nunc; à sacerdote
1.Cor.13.b separat, etiã si aliqñ distracta fuerit semp redimit: quia charitas, oia
1.Cor.3.c. patit, oia sperat, nunc; charitas cadit. potest autẽ distrahi. i. in pec-
catũ incidere, quia põt aliquis superędificare ligna, fœnũ, stipulã, q̃
sunt opera peccati, qui hæc ædificat, diabolo domum vendit: qui
dat pretiũ peccati, satisfactionẽ. s. desiderij. c ¶ Suburbana. Alij
agri. i. conuersationes, virtutum & doctrinę. Hæ separatę sunt à ci-
uitatibus eorũ quæ per ipsos consistũt, & saluantur & non vẽdun
tur; quia gratis accipiuntur, gratis dantur. d ¶ Si attenuatus.
Mirare legislatoris sapientiam &
pietatem: in humilibus enim subli-
mia exponit: secundũ literã vbi dat
regulam pietatis. e ¶ Qui edu.
Quasi sicut de dñio Ægyptiorũ
vos liberaui, & abiectis peccatori-
bus in terrã Chananæorũ iam mã
datam induxi, ita nolo vos sub do-
minio percatorũ teneri, nec; pecca
torũ societatẽ amplecti, sed cũ pœ-
nitere voluerint, & cohabitatione
& facultatis largitione susientetis.
f ¶ Si paupertate. Multa pieta
te litera plena est, sed spiritualis in-
tellectus plenior. g ¶ Sed quasi
mercẽnarius. Vterque subdicus
est, sed tamen hic liber est: sic q per
vos cõuersus est, subiect⁹ qdem est,
sed dignitate gratiæ diuiç frater est.
☞ Nec affligas

Nicolaus de Lyra.

terminat, q̃ dom⁹ q̃ erat intra
ciuitates vel villas muratas, si ven-
derentur poterant redimi infra an-
num venditionis: aliter non pote-
rant redimi de cætero, etiam in an-
no iubileo. Domus autem quę erat
in villis non muratis semper pote-
rant redimi vsq; ad iubileum, defal- † desinat
catione tamen facta de pretio quã- rit murus
tum valuerant emptori. Ratio aut- eius antę H
tem huius diuersitatis erat, vt ciui-
tates & villæ muratæ remanerent
magis populatę: & ideo statutum
fuit, vt domus illarum venditæ nõ
possent redimi nisi primo anno, vt
per hoc homines essent minus p-
ni ad vẽdendum. Excipiũtur tamẽ
ab hoc dom⁹ Leuitarum, quæ erat † 14.q.3.c
in vrbibus muratis, quæ venditæ puram.
ab eis poterant semper redimi mo
do supradicto. Cuius ratio assigna
tur in litera, quia Leuitæ non habe
bant partem in agris sicut alię tri-
bus: & ideo domus eorum quæ
erant in vrbibus, reputabantur eis
quasi pro hæreditate agrorum: &
ideo simili modo redimi poterant,
& patet litera. a ¶ Suburbana
autem eo. non væneant, id est
vẽdentur. b ¶ Quia possessio
sempiterna est. Suburbana eñ
propriè dicta erant quædam loca
in circuitu ciuitatum, quæ erant
communia, vt habet Nume. xxxv.
vbi ista materia tangitur plenius. &
ideo dicitur hîc possessio sempiterna, quia communitas non mo-
ritur, sed personæ singulares. & ideo nullus poterat aliquid ven-
dere ibi, quia non habebant aliquid proprium. c ¶ Si pauper
tate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum
op. Hîc consequenter agitur de venditione personarum, vbi de- Venditio
terminatur personarum
Moralis
quator ponetur in ea murus & antemurale. Domus autẽ intra vr-
bem istam significat ordinem vel beneficium ecclesiasticum. Ille igi
tur domum intra vrbem vendit, qui pro beneficio vel ordine ec-
clesiastico consequi pecuniam intendit, sed dictą domus infra an
num poterat redimi. Per qđ significatur, q̃ si talis intentio corru
pta manet intra animum, per pœnitentiã possit deleri: si verò trã
ierit animum per factum exterius, pœna quæ taxatur in iure per
pœnitentiam non remouetur. Cætera huius capituli moralia sunt
vel mysticatio parum valet, propter quod pertranseo.

☞ Syra egrauenditur ab his quibus inhabitanda dabatur.
a ☞ Legis & propaetiæ b ☞ Ierusalem.
uendiderit domum intra murõs urbis, habe-
a ☞ Id est in vno tantum anno in quo Christus omnibus remissionem dedit,
& maxime ladaris. vnde: Vt prædicarem annum placabilem domino.
Ebr.10.a.
bit licentiam redimendi, donec unus annus
☞ In aduentu Christi.
impleatur. Si non redemerit, & anni circulus
☞ Diabolus. ☞ Dæmones.
fuerit euolutus, emptor possidebit eam &po
steri eius in perpetuum, & redimi non poterit
a ☞ Lxx. remissione, quam rogauit eis Christus dicens: Pater ignosce illis, qa
nesciũt qd faciũt. Luc.23.e. b ☞ Quia sine lege. vnde pagani dicuntur.
etiam in iubileo. Si autem in illa fuerit do-
☞ Gentilis ecclesia. b ☞ Patriarchas, prophetas, legem.
a mus quæ muros non habet, agrorũ iure uen
b ☞ Remissione crucis.
detur. † Si ante redempta nõ fuerit, in iubileo
a ☞ Quotquot eis fociantur. b ☞ Apostolorum qui hæreditatem non
possident in terra.
b reuertetur ad dominum suum. Ædes Leuita
rum, quæ in urbibus sunt, semper possunt re
dimi. † Si redemptæ non fuerint, in iubileo re
a ☞ Omnes familiæ apostolis adhærentes eorum erant possessiones.
uertentur ad dominos, quia domus urbium
Leuiticarũ pro possessionibus sunt inter fili-
☞ Apostolorum.
c os Israël. Suburbana autem eorum non uæ- a
d neant, quia possessio sempiterna est. Si atte- b
a ☞ Dignitate, conuersatione.
nuatus fuerit frater tuus, & † infirmus manu,
☞ Operatione virtutum. a ☞ Qui nunc ad fidem venit. b ☞ Qui adhuc
errat hinc & illuc.
& susceperis eum quasi aduenam & peregri-
a ☞ Pane verbi dei. b ☞ Ne moriatur a deo alienus. ☞ Id est a bun
dantius virtutum operationem exigit.
num, & uixerit tecum, ne accipias usuras ab
eo, nec amplius quàm dedisti. Time deũ tu-
a ☞ Ne nimia opprimas cum angarijs. ☞ Quasi imitare Psalmum
dicentem: Factus sum infirmus & infirmus. 2. Corint. 9. d.
um, ut uiuere possit frater tuus apud te. † Pe-
cuniam tuam non dabis ei ad usuram, & fru-
a ☞ Cuius iugum suaue, qui hominem nolo peccare, nec supra vires alicu-
ius exigere.
gum superabundantiam non exiges. Ego dõ
c minus deus uester, qui eduxi uos de terra
Ægypti ut darem uobis terram Chanaan,
a ☞ Virtutis attenuatione.
f & esse deus uester. Si paupertate cõpulsus c
a ☞ Præcio doctrinæ & correctionis. ☞ Conuertendum & corrigendum
se tibi tradiderit. ☞ Fidelis æqualis vocationi & conuersationi.
b ☞ Nimia crudelitate affligens.
uenditus fuerit tibi frater tuus, non eum op-
a ☞ Id est non subditur tibi tanquam seruus, sed libertate qua Christus
nos libauit. b ☞ Non vere, quia cito domum & agrum recuperabit.
g mes seruitutis famulorum, sed quasi mercen
narius & colonus erit, usque ad annum iubi-

A ☞ a ¶ Nec affli. &c. sed. quia in quo iudicas, iudicaberis: & eadem mensura qua mensi fueritis, remetiet vobis. b ¶ Seruus & ancilla. Ostendit quid distet inter eos quos ex infidelibus deo saluamus, quoscp̃ ia fideles, & nobis similes vocationis & conuersationis dignitate pro tempore virtutibus attenuatos corrigimus. hi enim vsq; ad iubileū apud nos operant, illi autē serui sūt perpetui. c ¶ Qui ex hisiudæorū cognati, hæretici, q̃ exde nobiscū prædicāt mysteria, quasi sint i terra nostra: sed non recte & perfecte credunt. d ¶ Hos habebitis. Quos de gentibus aut de iudæis aut de hæreticis cōuertimus, quasi seruos & ancillas in perpetuū acquirimus, quia p̃ eis doctrinę pecuniā expendim⁹: & filijs nostris id est discipulis docendos tradere possum⁹, sicut Paulus Tito Cretēses: Timotheo Ephesios docendos cōmisisse. e ¶ Fratres au. Quasi non exde dignitate apud vos erūt, quos de impijs cōuertistis, & quos ipsos repastis. f ¶ Si inualuerit. id est si nouiter fidei vestrę cōiunctus, Gentilis vel iudæus vel hæreticus virtutib⁹ daruerit: vt possit arguere & exhortari. ¶ Si inualuerit &c. secm̃ literā quantū dilgit libertatē ostendit. Ideo em̃ Nota cōtra Israelitā alienis nō p̃mittit seruire, sed p̃cipit redimi. g ¶ Qui voluerit. Turpe est hominē in fide ab infantia nutritū, talib⁹ subire magisteriū, q̃ repente magistri facti sunt. vñ Hier. Heri in foro, hodie in altari, heri socius histrionū, hodie cōsecrator virginū. h ¶ Patru⁹ &c. Patrueles sunt, qui nos in fide genuerūt, fratres eorū cōsimiles p̃dicatores filij fratrū discipuli cōsimilū. i ¶ Cōs. Qui remotior patruo vel patrueli, sed propinquior affini. Qui em̃ suorū & maxime domesticorū curā non habet, fidē abnegauit. k ¶ Affinis, In cognatiōe fidei incarnationis Christi, q̃ de carne eius & ossib⁹ sumus. l ¶ Sinautē. Pro libertate nostra & gloria spūsctūs agit, & quencunq; seruū p̃cti, virtutib⁹ redimi p̃cipit. m ¶ Et ipse. Qui pauper fact⁹ est in pctō, cū pri⁹ virtute & doctrina diues esset, recte seipsum liberat dū exhortādo cōsulendo ad virtutē reuocat. n ¶ Supputatis. i. trasādo apud se qua ꝑ tute, qua correctione studioſę penitētię remissionē pctōrū possit app̃hendere & p̃cedere. Sicut em̃ pecuniā reddit emptori, annum remissionis non expectat: sic q̃ æquales ad delendum peccatū cupit ꝑ tutes, pœnitentiā anticipat. Sicut Zache⁹ qui multa abstulerat ait, Dimidiū bonorū meorū do pauperib⁹, & si qd aliquē defraudaui, reddo quadruplū. Ideo dñs ait illi: Hodie salꝰ huic domui facta est. o ¶ Reddet. i. fm ea q̃ peccauit, oportet p̃tiū reddere. Qꝫ gula peccauit, ieiunium corrigat, qꝫ garrulitas admisit, silētiū deleat: & similiter contrarijs curant contraria.

CAP. XXVI.

Go do &c. p ¶ Non facietis. Cultum idolorū tā visibiliū q̃ inuisibiliū, phibet. q ¶ Scul. In edificijs do morū & terminatur, quòd si aliquis Hebræus esset emptus in seruum, vel Hebræa in ancillā, deberet tractari amicabiliter, & non sicut serui aliarum nationum: & in anno iubileo poterat talis egredi liber. & si annus septimus remissionis veniret ante annum iubileū poterat egredi similiter, vt dictum fuit Exo. xxj. Erant enim omnes, Hebræi serui ipsius dei immediate, eò q̃ redemerat eos de seruitute Ægypti, & ideo nolebat eos aliter vēdi. Secus autē erat de seruis emptis aliarū nationū & hoc est qꝫ subditur: a ¶ Seruus &c. qui nō sunt cōuersi ad iudaismū. b ¶ Et de aduenis. i. de cōuersis, sicut patet Iosue. ix. Quòd Gabaonitæ semper fuerunt serui multitudinis, licet essent cōuersi ad iudaismū. Si aūt aliqs Iudæus esset venditꝰ in seruū alicui cōuerso ad iudaismū poterat redimi per seipsum, si pinguior fortuna sibi occurreret: vel p̃ ppinquos suos: defalcatiōe tñ facta de p̃tio redēptionis, q̃tū eius seruitus valuerat emptori. & hoc ē qꝫ dicitur: c ¶ Si inualuerit. Etsi p̃dictis modis nō potent redimi, egredi et liber cū liberis suis in anno iubileo. Cuius causa reddit cām dicit: Mei enim serui sūt filij Israel, quos eduri de terra Ægypti: & ideo nolebat, q̃ possent vendi simpliciter & ad semp̃ in seruitutem humanam.

¶ In. c. xxv. vbi dicit in postilla: Sciendū q̃ annus septimus erat re.

ADDITIO. D

Quòd autē in anno septimo nō remittantur debita, nisi tm̃ nō potētibus soluere, nō credo q̃ habet fundamentū in litera, nec Hebrei q̃ in istis locis literā exquisite sequunt hoc dicunt: sed q̃ remissio debitorū de qua hīc agitur, intelligit generaliter tā de potentib⁹ quā impotētibus. Qualiter autē hoc sit intelligēdū in proprio loco videndū est. s. Deut. xv. c. *Replica* correctorij contra Burg. Illud qꝫ notat. c. xxv. p̃tractabit Deu. xv. j.

MIC. DE LY. Diuisio

stus. b ¶ Nolite perdere. Origenes. Nolite exterminare plebem Caath &c.
Intellige prius collocationem tabernaculi
& sanctasanctorum, quæ interiecto à
sanctis velamine dirimuntur, quæ vi
dere non licet nisi solis sacerdotibus. Post
ea verò quomodo mouentibus castra
filijs Israel soluitur tabernaculum, & Aaron
& filij eius sacerdotes, intra sanctasancto
rum operiunt singula operimentis suis,
& operta ibidem relinquentes, introdu
cunt filios Caath huic officio deputatos,
& faciunt eos eleuare humeris suis quæ
operuit manus sacerdotalis: Ideo dicitur à
domino: Ne exterminetis de tribu sua
plebem Caath: quasi in eo exterminandi
essent, si sanctasanctorum nuda & pa
tentia contigissent, quæ nec intueri fas erat.
Si quis dignus est ex his qui deo minis
trant, & diuina capere & videre mysteria,
quæ videre cæteri non valent: hic Aaron
& filij eius intelligũtur esse qui ingredi pos
sunt ad ea quæ alijs adire fas non est. Huic
soli reuelata patet arca testamẽti, & vrna ha
bens manna. Hic considerat propitia
† Hic est cultus torium, Cherubin, mensam sanctam,
candelabrum luminis, & altare in
censi, qui scilicet verbo dei & sapientiæ
mysterij a

motione castrorum, tunc intra
bunt filij Caath, ut portent inuo
luta, & non tangant uasa sanctua
rij ne moriantur. Ista sunt onera
filiorum Caath in tabernaculo
fœderis, super quos erit Eleazar
filius Aaron sacerdotis: ad cu
ius pertinet curam oleum ad con
cinnandas lucernas, & compo
sitionis incensum, & sacrificium
quod semper offertur, & oleum
unctionis, & quicquid ad cul
tum tabernaculi pertinet, omni
úmque uasorum quæ in sanctua
rio sunt. Locutúsque est domi
nus ad Moysen & Aaron, di
b cens: Nolite perdere populum
Caath de medio Leuitarum: sed
hoc facite eis, ut uiuant & non
moriantur, si † tetigerint sancta
sanctorum. Aaron & filij eius
intrabunt, ipsíq; disponent ope
ra singulorum, & diuident quid
c portare quis debeat. † Alij nul
la curiositate uideant quæ sunt
in sanctuario prius quàm inuol
uantur, alioquin morientur. Lo
cutúsque est dominus ad Moy
sen dicens: Tolle summam e
tiam filiorum Gerson per do
mos ac familias & cognationes

¶ Lxx. a vicesimoquinto anno & supra.

suas à triginta annis & suprà,
usque ad annos quinquaginta.
Numera omnes qui ingredium
tur & ministrant in tabernaculo
fœderis. Hoc est officium fa
miliæ Gersonitarum, ut por
tent cortinas tabernaculi & te
ctum fœderis, operimentum a
liud, & super omnia uelamen
ianthinum, tentoriúmque quod
pendet in introitu tabernaculi
fœderis, cortinas atrij & uelum
in introitu, quod est ante taber
naculum. Omnia quæ ad altare
pertinẽt, funiculos & uasa mini
sterij, iubente Aaron & filijs eius,
portabunt filij Gerson, & scient
singuli cui debeant oneri manci
pari. † Hic est cultus familiæ
Gersonitarũ in tabernaculo fœ

mysterijs operã dat, & deo soli in sanctis vacat. Sciat sanè non sibi es
se licitũ operire ea quibus nõ licet, sed opera cæteris minus capaci
bus tradere portanda humeris. Cũ eñ ex verbis mysticis pfecti do
ctores opera iniungũt populis, & plebs implet quæ mãdantur, sed
non intelligit rationẽ, operta sanctasanctorum super humeros por
tantur. Moyses intelligebat, quæ esset vera circuncisio, quod verũ
pascha, quæ verę neomeniæ, & vera sabbatha: & tamen ea per rerũ
corporaliũ species adumbrabat. Et cũ sci
ret verum pascha immolandũ esse Christũ, 1.Cor.5.c.
ouem corporalem immolari mandabat in
pascha. Et de farinę azymis diem festum agi
cùm sciret diẽ festum agendũ esse in azymis
syncer itatis & veritatis. Hæc & huiusmodi
erant sanctasanctorum, quæ cùm Moyses
portanda cæteris traderet, rebus & operi
bus implenda, velata tñ communi sermone
tradebat. Humeri autem opera significant.
c ¶ Alij nulla &c. In ecclesiasticis quoq;
obseruationibus sunt quæ omnibus facere
necesse est, non tamen ratio omnibus pa
tet. Quòd enim genua flectimus orantes, &
ex omnibus cæli plagis ad solam orientis
plagam vel partem conuersi oramus, non
facilè patet cuiquam. Eucharistiæ quoque Tropolo.
percipiendę

Nicolaus de Lyra.

officium Caathitarũ, quod erat portare
illa quæ erant inuoluta per sacerdotes.
a ¶ Super quos. Dictũ est ca. præceden
ti, quòd erat super omnes Leuitas. Dicendũ
q; erat super Caathitas immediatè, sed sup
Gersonitas & Merarit as erat mediatè.
b ¶ Ad cuius pertinet. Dicit Ra. Sa q;
portabat illud in manu dextera. c ¶ Et
compositionis. in sinistra. d ¶ Et sacri
ficium quod &c. i. omni die de quo di
ctum fuit Exodi. xxix. portabat in brachio D
quantum requirebatur pro ipsa die ad offe † Alij non
rendum in hora quietis castrorum. Sequi: ingredient
e ¶ Alij nulla curiositate videant vt videant
quæ sunt in sanctuario priusquam. qñ operiẽt
Et ideo erat eis inhibitum ne intrarẽt taber sanctuariũ
naculum, donec omnia essent inuoluta, nec
operimenta aliquo modo retraherẽt ad vi
dendum ea quę essent interius. f ¶ Alio
quin morientur: sicut. j. Regum. vj. Be
thsamitæ mortui fuerunt, eò quòd viderũt
arcam domini nudam. g ¶ Locutusq;
est dominus. Hîc describuntur onera
Gersonitarum, cùm dicitur: Tolle summam
etiam filiorum Gerson. Sequitur: i ¶ Vt
portent cortinas tabernaculi: quæ
sunt de quatuor coloribus. k ¶ Et
tectum fœderis. Id est operimentum de
sagis. l ¶ Operimentum aliud: sci
licet de pellibus. Ista autẽ exposita sunt Exo
di. xxvj. m ¶ Et velum in introi
tu quod est ante tabernaculum &c.
In Hebræo habetur sic: Velum ostij atrij
quod est ante tabernaculum & altare q; cir
cumitũ. Et hęc videtur verior litera, vt di
ctum est capitulo præcedenti. n ¶ Fu
niculos & vasa ministerij. In Hebræo
habetur: Funiculos & vasa ministerij sui.
Et accipitur hîc vasa, id est instrumenta, Vasa
secundum modum loquendi Hebraicum.
Vnde &. j. Reg. xx. g. vbi dicitur de Ionatha
q; tradidit puero arma sua. In Hebræo ha
betur vasa sua. Vasa enim quibus mi
nistrabatur

h ¶ Hoc est officium. Per quos cleri Moraliter
ci significantur, vt suprà dictum est. Ipsi
portabant cortinas & vela tabernaculi
operimenta & funes: per quę tria significan
tur quæ debent

percipiendę, vel eo ritu quo geritur explicandę, vel eorum quæ geruntur in baptismo verborū, gestorū, ordinū, interrogationū, & responsionū, quis facilè explicet rationem? Hęc tamen (licet velata) humeris portamus, cùm ita implemus vt à magno pontifice & filijs eius tradita & commendata suscipimus, nisi quis sit inter nos Aaron, aut filius Aaron, quibus

† vt faciant opus tabernaculi

conceditur hęc nuda perspicere: ita tamē vt sciant sibi velanda esse, nisi cæteris dari, & in opus proferri ratio poposcerit.

a ¶ A triginta. Tricenarius qui denario ter multiplicato componitur, integritatem fidei & perfectionē operis significat, sine quibus nemo accedere debet ad

Gene. 41. f. Reg. 5. a.

diuina ministeria. Ioseph tricenarius Aegypti susceperit gubernacula: & Dauid regnum, quod septuaginta. i. perpetua gete

Ezechi. 1. a.

dignus compleuit. Et Ezechiel prophetię dona promeruit. Et quia per fidem aduersa debent longanimiter ferri, & præmia

3. Reg. 6. a.

sublimiter sperari, arcæ vel templi altitudo, & tabernaculi longitudo .xxx. cubitis mensurantur. b ¶ Quinquaginta &c. In hoc quoque libro de hostium spolijs quidam offerunt in dona dei quinquagesimam portionem, qui nō processerunt ad bellum. Quidam verò quingētesimam. In Genesi quoq; vbi detractabat de indulgentia Sodomorum, si fortè possent ad veniam peruenire, huiusmodi mysteriorū conscius Abraham, à quinquagesimo numero cœpit pro indulgentia domino supplicare dicens: Si

Gene. 18. c.

inuenti fuerint quinquaginta in ciuitate, non saluabis propter quinquaginta ciuitatem &c. Oportet ergo operari Leuitas in sanctis vsq; ad quinquaginta annos.

F Inferiores quidem opera, meliores verò opera operum. Horum autem superiores spiritalibus officijs deseruire, & introire in sancta sanctorum, & ibi operire quę operienda sunt, & tradere filijs Caath portanda humeris, & manibus vehenda.

c ¶ Omnes qui ingrediuntur &c. Orig. Dicitur de Leuitis quod operentur à .xxv. anno & suprà, vsq; ad quinquage-

Opera operum

simum annum. Omnis, inquit, qui procedit ad opus operum, & ad opera quę portantur tabernaculi testimonij &c. Nota distinctionem sermonum, vbi de operibus filiorum Israel loquitur. Non dixit opera operum, sed sola opera: vbi verò de officijs Leuitarū, dixit opera operum. Sicut enim sunt sancta & sanctasanctorum, sic sunt opera & opera operum. Vnde mihi videtur, quòd Moyses vbi sensit esse quædam opera visibilia quibus inesset mystica intelligentia, hæc non solum opera, sed opera operum dixit. Quæ verò communia & præsentis temporis intellexit, hæc tantùm opera nominauit. Sunt ergo opera operum: sicut in præsenti lectione vi in Exodo, & in cæteris locis sub occultis præcipitur mysterijs, & partim in pśenti, & partim in futuro explendis quæ non cuilibet, sed solis Leuitis tradenda mandant, scilicet à .xxv. anno vsq; ad quinquagesimū: quia in .xxv. sensuum quinq; perfectio declaratur, vt quinquies quina numerentur. Quod indicat eum vocari ad opera operum in ministerio peragenda, qui omni ex parte multiplicatis & purificatis sensibus inuenitur perfectus. d ¶ Ad annum quinquage-

Quinquagesimus annus.

simum. Quinquagesimus autem annus remissionem & indulgentiam significat.

Nam

deris. Erūtq; sub manu Ithamar filij Aarō sacerdotis. Filios quoq; Me-b rari p familias & domos patrū suorū recēsebis à trigīta annis & suprà, usq; ad annos qnquaginta, oēs qui ingrediunt ad officiū ministerij sui † & cultū fœderis testimonij. Hæc sunt onera eorū. Portabūt tabulas c tabernaculi & uectes eius, columnas ac bases earum, columnas quo-d que atrij per circumitum cū basibus & paxillis & funibus suis. Omnia uasa & supellectilem ad numerum accipient: sicq; portabunt. Hoc est e officium familiæ Meraritarum, & ministerium in tabernaculo fœderis, eruntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Recensuerunt f igitur Moyses & Aaron & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, à triginta annis & suprà, usq; ad annū quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis, & inuenti sunt b duo milia septingenti quinquaginta. Hic est nūerus populi Caath † qui intrat tabernaculū fœderis. Hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonē domini p manū Moysi. Numerati sunt & filij Gerson p cognatiōes & domos patrū suorū à triginta annis & suprà, usq; ad annū quinquagesimū, oēs q ingrediūtur, ut ministrēt in tabernaculo fœderis, & in uēti sūt duo milia sexcēti trigīta. Hic est popul⁹ Gersonitarū, quos nūera uerūt Moyses & Aarō iuxta uerbū dñi: Nūerati sunt & filij Merari p cognatiōes & domos patrū suorū, à tri-d ginta annis & suprà usq; ad annū qnquagesimū, oēs q ingrediūtur ad explēdos ritus tabernaculi fœderis, & inuenti sunt tria milia ducenti. Hic est numerus filiorū Merari quos recēsuerūt Moyses & Aarō iuxta præ-

Ad imperium.

ceptum dñi per manū Moysi. Oēs qui recēsiti sunt de Leuitis, & quos* fecit ad nomē Moyses & Aaron & principes Israēl p cognatiōes & domos patrū suorū à triginta annis & suprà usq; ad annū qnquagesimū in gredientes ad ministeriū tabernaculi, & onera portāda, fuerūt simul octo milia quingēti octoginta. Iuxta uerbum domini recensuit eos Moyses unūquēq; iuxta officiū suum, & one-e ra sua, sicut præceperat ei dominus.

Nā qnquagesimus annus est qui iubilęus apud Hebręos dicitur, in quo possessionum seruitutis & debiti fit remissio. Et quinquagesimus dies posi paschā festus traditur in lege. Et dominus in euangelio inducens debitores cùm parabolam remissionis & indulgentiæ doceret, vnum in quinquaginta, & alium in quingentis denarijs fuisse dicit obnoxios. Quinquaginta autem & quingenti cognatus est numerus. Decades enim quinquagintā faciunt qngentos. ¶ Aliter quoq; hic numerus sacratus est. Septem enim septimanis si addaś vnius numeri perfectio quinquaginta faciūt dies. Septuaginta quoq; septimanis, si addaś vnius decadæ cōsummatio fiunt quingenti.

G Leuit. 25. b. Leuitic. 25. Luc. 7. f.

Nicolaus de Lyra.

Ministrabatur in altari incensi, & in altari holocaustorum. portabant Caathitæ, vt prædictum est: Sed Gersonitę portabant instrumenta quæ pertinebant ad officia sua, sicut martellos & cauillas, quibus funes cortinarum & aliorum operimentorum tabernaculi figebantur, & similia.

f

a ¶ Eruntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Immediatè, sed sub Eleazar mediatè. b ¶ Filios quoq; Merari. Hic describūtur onera Meraritarū, vnde subditur: c ¶ Portabunt tabulas tabernaculi. Hęc expośita sunt Exo. xxvj. d ¶ Colūnas quoq; atrij. Hæc expośita sunt Exo. xxvij. f ¶ Recēsuerunt. Hic colligitur numerus Leuitarū, & primò per partes secundum tres familias prædictas. s. Caathitarum, Gersonitarum, & Meraritarum. secundò istas partes aggregando, ibi: Omnes qui recensiti sunt de Leuitis &c. & patet litera vsq; ad finē ca. vbi dicitur: g ¶ Vnūquęq;. Quia aliqui fuerūt cantores, & aliqui melodiam facientes in cymbalis, & alijs instrumētis musicis, de quibus non fecerat mentionem.

† operiūt in tabernaculo

H

* tur, quę debent in clericis esse. Primum est ornamētum spirituale quatuor virtutum cardinalium, quod significatur per cortinas & vela, quæ texebantur ex quatuor coloribus. Secundum est charitatis cōnexio, quę significatur per funes. Tertium, est exterior honestatis conuersatio, quæ per operimenta tabernaculi significatur. e ¶ Hoc est officium familiæ Meraritarum. Per quos significantur religiosi: ipsi enim portabāt dura, scilicet tabulas, vectes, columnas, & bases. Tabulę verò simul coniunctæ per vectes & bases, faciebant parietes tabernaculi, sicut habetur Exodi .xxvj. per quod datur intelligi, quòd religiosi docendo populum, verbo & exemplo, & pro bono statu populi deprecando, dati sint à deo quasi murus defensionis post prælatos ecclesiæ populo Christiano, propter quod de malis religiosis dicitur Ezech. xiij. a. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis vos murum pro domo Israel &c. Per columnas verò significatur, quòd ipsi sunt vocati in partem sollicitudinis ad supportandum onus ecclesię, & hoc ex fraterna charitate: prælatis autem hoc conuenit ex officij autoritate. Per hoc autem, q̄p onera Leuitarum disponebantur per filios Aaron mirabilis vis

Moralitas Trinitatis

Religiosi quid facere debeant.

* recedat

*tos vi

A * tos,vt habetur Exo.xxviij.sub patre suo,datur intelligi q̃ omnia ecclesiæ officia per sũmum põtificem & prælatos ecclesię sunt dispo
Moraliter nenda .Itẽ p hoc q̃ omnia prędicta portabãtur velata ,significatur quòd opa bona sacerdotũ,clericorũ,& religiosorũ agenda nõ sunt ad ostẽtationẽ suã,sed ad dei laudẽ & ,primi ædificationẽ,ita q̃ opa
sint in aperto,tamẽ hæc intentio maneat in secreto cordis. ¶ Grego.Homel.xxxvj. Sic autem sit opus in publico,quatenus intentio maneat i occulto,vt de bono opere ,proximis prębeamus exemplum,& tamẽ in intentione qua soli deo placere quærimus,optemus secretum.

GLO. ORDI.

Cap. V.

Locutusque est dominus.
G Allego. a ¶ Omnem leprosum. Allego. Leprosi sunt hæretici vanis errorum maculis polluti, non habentes vnaformem colorem doctrinæ vel fidei:nec absq̃dunt imperitiam,sed ostẽdunt. Nulla verò falsa doctrina est,quæ non aliqua vera aliquando admisceat. Vera ergo falsis permista in aliqua disputatio ne vel narratione cuiuslibet, tanquam in vnius corporis colore apparentia, significant lepram tanquam veris falsisque colorum locis humana corpora variantem.
Mystice. b ¶ Vir siue mulier. Ra. Mystice. Hoc capitulo admonemur,vt si quid p negligẽtiam delinquimus,per confessionem & pœnitentiam diluamus & damnum restituamus. Si autem proximo damnũ intulimus, coram illo pœniteamus,& damnum restituamus. Si verò non supereſt confitendo, pœnitendo,& eleemosynas largiendo,domino satisfaciamus. ¶ Aug. Alia litera. Vir siue mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciens despexerit & delinquerit,anima illa annuntiabit peccatum suum quod peccauit, & restituet delictum:caput & quintas eus adiciet super il
Literaliter lud,& reddet ei cui deliquit. Si autem non fuerit homini proximus,ita vt reddat illi delictũ ad ipsum;delictũ quod reddit dño sacerdotis erit,excepto ariete propitiationis,
per quẽ exorabit in illo pro eo. Hîc ea peccata intelligenda sunt,quorũ in his rebꝰ peperatio est,quæ pecunia restitui possunt. Non enim aliter diceret quomodo restituẽ
da sunt,nisi dãni pecuniaris fuissent. Iubet eĩm restitui caput & quintã,i.totũ illud quicquid est,& quintã eius partẽ excepto ariete,qui fuerat offerendus in sacrificiũ,ad expiandũ delictum. Iubet autem quod restituitur facerdotis esse,id est ipsum caput & quintã, sinõ est ,primus ei,in quẽ cõmissum est. Vbi intelligit tunc dño reddendũ q̃ sit sacerdotis,si nõ supereſt qui damnum passus est,nec proximus ei i.hæres. Sed de ipso homine nihil dixit. Sed cũ dicit:Si non fuerit proximus, breuiter insinuat tunc quæri ,primũ eius,si ipse nõ fuerit. Si autem nec ,primus erit,dño restituetur,ne impunitum remaneat admissum. Quòd tamẽ nõ cadat in sacrificiũ,sed sit sacerdotis:Sic sanæ verba scripturæ distinguẽda sunt. Si autẽ non fuerit homini proximus,ita vt reddat illi delictum ad ipsum. Locutionis enim est q̃ addidit,ad ipsum. Aut fortè ad ipsum, dixit, quòd ad ipsum pertineat ,ipse possideat. Deinde sequit:Delictũ q̃ reddit dño,sacerdotis erit. Delictũ autẽ dicit,cùm reddit ea res,quę per delictũ ablata est. c ¶ Reddent ipsum. Augu. Quæritur quomodo in Exodo legit. Si quis furatus fuerit vitulũ aut ouem,restituere debere quinq; vitulos vel quatuor oues,si occiderit vel vendiderit. Si autem quod absitulerit saltum apud eum reperitur,duplum esse restituendũ:cùm hîc restitui iubeat caput & quintam. Quod longè est etiam ã duplo:quantò magis à quadruplo,vel quinquies tantò. Nisi fortè quia hîc ait:Vir aut mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis,peccata ignorantiæ voluit intelligi peccata humana. Fieri enim potest,vt per negligentiam trąsciat homo rem alienam in rem suã:quod ideo peccatũ est,quia si diligenter attenderet, nõ admitteretur. Et hæc voluit capite & quinta restitui,nõ sicut furta mulctari. Nã si furta & fraudes hîc intellexerimus,quę nõ p ignorantiã,sed furãdi vel fraudãdi animo cõmittunt. & tõ dicta humana q̃ in homes fiũt,tũc ille(ni fallor)erit exitus q̃stionis hui⁹,vt ideo q̃ secit non reddat vel duplum,quia nõ reprehẽditur vel conuincitur:sed ignorãtibus à quo factũ sit,vel vtrũ factum sit ipse annũtiet delictũ suũ. Cùm eĩm dixisset scriptura: Vir aut mulier q̃cunq; fecerit ab oĩbus peccatis humanis,& despiciẽs despexerit & deliq̃rit i.cõtẽnendo cõmiserit,ista adiũxit:anima illa annũtiabit peccatum quod peccauit, & restituet delictũ, caput & quintas eius. Fortè ergo tantùm,quia annuntiauit. & ideo nõ eo damno plectẽdus fuit,quo furẽ cõprehensum vel cõuictũ plecti oporteret. ☞ Excepto ariete

Cap. V.

Locutusq; est dominus ad Moysen dicens: Prę
a ¶ Ecclesiæ ne vitam polluant innocentium.
b cipe filijs Israël
a ¶ Hæreticum,
ut ejciãt de cã
3 a ¶ Hæreticum,
stris omnem leprosum, & qui
a ¶ Superfluis cogitationibus abundat.
¶ Qui.f.luxu carnalium desideriorum æstuat. b ¶ Opere.
seminẽ fluit,pollutusq; est super
a ¶ Qui.f. mortuorum in peccatis impietatem & exempla sequitur,& eorum sordibus inquinatur.
mortuo, tam masculum quàm
a ¶ Ecclesiæ.
fœminam ejcite de cãstris ne
a ¶ Contagione morum.
contãminent ea, cùm habitaue-
3 a ¶ Nocentes cum innocentibus.
rint uobiscum. Fecerúntque ita
filij Israël,& ejecerunt eos extra
castra,sicut locutus est dominus
Moysi. Locutusq; est dominus c
ad Moysen,dicens: Loquere ad
b filios Israel: Vir siue mulier cùm d
fecerint ex omnibus peccatis quę
solent hominibus accidere, &, e
per negligentiam transgressi fue
rint mandatum domini atq; deli
querint,confitebuntur peccatum f
c suum,& †reddent ipsum caput, g
a ¶ Id est eo sensu corporis,quo malum intulimus,bona reddere studeamus.
quintámque partem désuper ei h
in quem peccauerint. Sinautem i

NICO. DELY.

Cap. V.

Locutusq; est dominus. Descripta dispositione populi, hîc consequenter describitur remotio impedimenti.impeditur autem per corruptionem immunditię corporalis,iniustitiæ & suspicionis. Et ideo primò Diuisio
tollitur corporalis immunditia, secundò corrigitur iniustitia,ibi: Locutusq; est dominus. tertiò examinatur diffidentia, ibi: Locutusq; est. Circa primũ tangit triplex immunditia de castris tollenda,s.leprosorũ, seminifluorũ,& super mortuos pollutorũ, cùm dicitur: b ¶ Præcipe filijs Israël. Dicit Ra.Sa.quòd licet totus exercit⁹ Israël Castra Israël
diceretur castra generaliter, tamen in speciali erant ibi tria castra. Prima erant tabernaculum & atrium circa ipsum, & dicebantur castra deitatis : tum quia ibi colebatur deus: tum quia ibi cum Moyse loquebatur. Secunda erant habitationes Leuitarum circa atrium,prout descriptæ sunt suprà,in.c. Tertia erant reliqui populi habitationes. Dicit igitur , quòd leprosi ejciebantur extra tria castra predicta,ne inficerent alios,quia lepra est morbus infectiuus aliorum. Seminifluii ejciebantur de duobus primis, quia ibi requirebatur maior munditia,sed permittebantur habitare in castris populi,quia non est morbus infectiuus aliorum. Polluti autem ex tactu mortui ejciebantur ex primis castris,quia non erat eis licitum ingredi atriũ,vbi vigebat cultus diuinus, donec essent mundati propter dei reuerentiã:permittebantur tamen esse in castris populi & Leuitarũ. c ¶ Locutusq; est dominus. Hîc consequenter remouetur impedimentum,quod est iniustitia,quæ turbat pacem communitatis,& maximè in retentione rei alienæ. Et primò agitur de retentione rei non sacræ, cùm dicitur: d ¶ Vir siue mulier cum.Illa quæ cõmunius accidunt sunt circa defraudationem aliorum. e ¶ Et per negligentiam transgressi fuerint.negligendo custo.dire mandata dei. f ¶ Confitebuntur peccatum suũ. non violentia testium:quia tunc tenerentur, reddere duplum,vt habetur Exo.xxij.Sed lex ista loquitur in casu in quo aliquis pœnitentia ductus vult facere satisfactionem proximo. g ¶ Reddent ipsum caput.id est ipsum debitũ. h ¶ Quintamq; partem desuper ei in quem pecca.id est proximo quem defraudauerint.& ista pars quinta superaddit propter dãnum quod habuit ex rei suæ detẽtione,& vt homines essent minus proni ad retẽtionẽ rei alienę. i ¶ Sinautem.i.debeat recipere,sicut est in restitutiõe rei vacãtis.
→ Dabunt domino

Moraliter. a ¶ Locutusq; est dominus ad Moysen dicẽs: Moraliter
Pręcipe. Per leprosum intelligit hęreticus.per hominẽ qui semine fluit doctor verbosus:qui ad sui iactantiam dicere studet extranea. per hoc quòd diffluit ad falsa & periculosa.per pollutũ super mortuo significatur discipulus doctrinã doctoris sequẽs & approbans; & isti ejciendi sunt de castris scilicet de scholis & fidelium collegijs: ne sua peruersa doctrina alios inficiant & corrumpant. d ¶ Vir ne siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis &c. In quisiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis &c. In quibus damnificatur proximus furto, fraude, vel dolo. f ¶ Confitebuntur peccatum,satisfaciẽdo deo per pœnitẽtiam & proximo. Ideo subditur: g ¶ Et reddent ipsum.i.illud quod est ablatum. h ¶ Quintamq; partem.i.damnum quod sustinuit de absentia rei suæ. i ¶ Sinautem.tunc est vaga restitutio, & debet reddi domini i.in prijs operibus expendendo secundum dispositionẽ prælatorum vel confessoris discreti secundum aliquos,qui tenẽt in hoc locũ dei.

☞ E Ioh.15.a. Mystice. Psal.109.a. 1.Cor.4.a. † redimens vt restituat delictum ei, delictum restituitur Allego. † quo ipse cōciliat, vel expiatur † oblationes

a ¶Excepto ariete. Arietis oblatio Christi passionem significat, in qua maximè confidimus: quia sine eo nihil possumus. Ipse est sacerdos, qui nos patri per oblationem carnis suæ reconciliat. Ideo illi munera nostra offerimus, quo intercedente veniam merear. b ¶Ad sacerdotem. Christum scilicet, cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Eius, scilicet iudicio cūcta reseruās, ne forte iudicet rem incertam. vnde: Nolite ante tempus iudicare quoadusq; veniat dominus &c. c ¶Farinæ hor. Ra. Farina hordeacea scientiam veteris legis significat, quę bene hordeo comparat. Quia sicut hordeum magno labore a palris purgatum ad farinam perducitur, ita litera legis contrita mola discretionis farinam sensus spiritalis emittit. Et rectè decima pars sati offertur, quia lex decem præceptis cōstat, cuius decima pars quodlibet mādatum est, contra quod praua vxor egisse dicit. Offertur ergo mulier sacerdoti cum oblatione decimæ partis: cùm Christi iudicio secūdum legem diuinitus datam damnanda aut liberanda reseruatur. d ¶Non fundet. Ra. &c. Non decet oleo adulationis vel indiscretæ misericordiæ, nec thure superfluę laudis, vel inordinatæ orationis impœnitentes linire, sed zelo iustitiæ secundum præceptum domini vitium instanter & ordinatè persequi. e ¶Aquam sanctam. Huic aquæ miscet sacerdos pulvillum terræ de pauimento tabernaculi, cum Christi decreto, commemoratio patriarcharum, prophetarum, & apostolorum intromissa reperitur.

☞ Scribetęq; sacer-

Nicolaus de Lyra.

F ✠ a ¶Dabunt domino & erit sacerdotis. conuertendo in vtilitatē suam, quia de restitutione vaga debet minister dei & pauper sustentari. b ¶Excepto ariete. q offertur pro expiatione peccati ipsius defraudantis. Non solùm enim peccauerat cōtra proximū ipsum defraudando, sed etiā contra deum mandatum ipsius trāsgredièdo, & ideo sicut per restitutionem fiebat satisfactio homini, ita per oblationem arietis sacrificium ipsi deo: de qua oblatione habetur Leuit. v. Secundò agitur de restitutione rei sacræ, quia primitiæ & decimæ quodammodo inter res sacras computantur, quia determinantur per legem deberi dei ministris, cùm dicitur: c ¶Omnes quoq; primitiæ, quas offerunt filij Israēl. id est offerre tenentur, vt habetur Exo. xxiij. d ¶Ad sacerdotem pertinent. Dixerat enim in Exo. quòd debebant offerri in domum domini, & nō determinauerat scriptura cuius esset: ideo hîc expressit quòd sunt sacerdotis. vnde si aliquid fuerit retētū de eis, debet ei restitui. Sequit: e ¶Et quicquid in sanctuario offertur a singulis &c. Hoc nō potest intelligi de omnibus oblatis generaliter, quia aliqua totaliter incendebantur ad honorem dei, vt holocausta: & aliqua secundum partem, sicut hostię pro peccato: cuius pars non incensa remanebat sacerdoti, & hostia pacifica, cuius vna pars incendebatur, & aliam comedebat ofserens, & alia remanebat sacerdoti. & ideo dicendum quòd intelligitur de primitijs, quæ debebant dari sacerdotibus ex determinatione legis, vt habetur Deute. xviij. & ideo si aliquid erat detentum, debebat ei restitui. Vnde in Hebræo habetur. Quæ vir sanctificauerit, eius erunt id est sacerdotis, & intelliguntur sanctificata per determinationem legis vt primitiæ, vel per votum, sicut si aliquis promisit dare aliquid ministris dei. f ¶Et tradītur manibus. Per hoc intelligitur, q; sacerdos non poterat talia accipere & tollere violenter de domibus dominorum sed solùm accipiebat ab alijs sibi tradita uetur suspicio adulterij, quod turbat pacem inter virum & vxorem & per consequens totam familiam. Et primò circa hoc ponitur casus, secundò examinatio eius, ibi: Adducet eam, tertiò effectus, ibi: Quas cum biberit. ¶Circa primum dicit Ra. Sa. quòd istud hîc dictum de sacrificijs zelotypię immediatè ponitur post illud quod dictum est de retentione primitiarū, ad designādum quòd qui in hoc defraudat sacerdotem, meretur vt confusibiliter appareat coram socerdote, adducendo vxorem suam pro adulterij suspicione. & hoc est q̄ dicitur: h ¶Vir cuius vxor errauerit. & patet litera, i ¶Adducet eam. Hîc ponitur examinatio dictę suspicionis per sacrificium zelotypiæ, cùm dicitur. k ¶Offeret oblationem pro illa. scilicet examinanda. l ¶Decimam partem. Non dicit similę, quia est farina delicatissima, purgatissima sicut in alijs sacrificijs, quia istud est vile. m ¶Hordeaceæ. Non triticeæ, eadem ratione. Adducit enim Rab. Saalia rationem, quia hordeū est pabulum iumenti, cui adultera assimilatur. n ¶Non fundet super eam oleum. Quia est fomentum luminis, adulterium autem fit in tenebris, secundum illud Iob. xxiij. c. Oculus adulteri obseruat caliginem. o ¶Nec imponet thus. Quia significat deuotionem, vt dictum fuit Exodi. xxx. Hoc autem sacrificium non offertur ex deuotione, sed ex suspicione adulterij. & hoc est quod subditur: ¶Quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigās &c. Sequit. p ¶Et statuet coram domino. ad tentandum si ex terrore confiteretur adulterium, & quia pro ea offerebat sacrificiū. q ¶Assumetq; aquam sanctā. Dicit Ra. Sa. quòd vocatur sancta, eò quòd accipiebatur de labro æneo de speculis mulierum deuotarum facto. Iosephus autem dicit, quòd dicitur sancta, eò quòd ibi diluebatur nomen domini tetragrammaton scriptū in schedula, vt habetur infrà. r ¶Et pauxillum terræ de pauimento tabernaculi &c. eò quòd istud sacrificiū fiebat p vili causa. s ¶Discooperiet caput eius. ad maiorem confusionem ipsius, & vt ex hoc stupefacta recognosceret adulterium. t ¶Et ponet super manus illius sacrificium recordationis. eò quòd fiebat pro suspicione adulterij præteriti. v ¶Ipse autem tenebit aquas amarissimas. non formaliter, sed effectiuè: quia effectum amaritudinis faciebant in muliere, quando erat culpabilis.

✠ In quibus

non fuerit † qui recipiat, dabunt a domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, † ut sit placabilis hostia. O, omnes quoq; † primitiæ, quas offerunt filij Israēl sacerdoti, meretur vt confusibiliter appareat coram socerdote, adducendo vxorem suam pro adulterij suspicione. & hoc est q̄ dicitur: h ¶Vir cuius vxor errauerit. & patet litera, i ¶Adducet eam. Hîc ponitur examinatio dictę suspicionis per sacrificium zelotypiæ, cùm dicitur. k ¶Offeret oblationem pro illa. scilicet examinanda. l ¶Decimam partem. Non dicit similę, quia est farina delicatissima, purgatissima sicut in alijs sacrificijs, quia istud est vile. m ¶Hordeaceæ. Non triticeæ, eadem ratione. Adducit enim Rab. Saalia rationem, quia hordeū est pabulum iumenti, cui adultera assimilatur. n ¶Non fundet super eam oleum. Quia est fomentum luminis, adulterium autem fit in tenebris, secundum illud Iob. xxiij. c. Oculus adulteri obseruat caliginem. o ¶Nec imponet thus. Quia significat deuotionem, vt dictum fuit Exodi. xxx. Hoc autem sacrificium non offertur ex deuotione, sed ex suspicione adulterij. & hoc est quod subditur: ¶Quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigās &c. Sequit. p ¶Et statuet coram domino. ad tentandum si ex terrore confiteretur adulterium, & quia pro ea offerebat sacrificiū. q ¶Assumetq; aquam sanctā. Dicit Ra. Sa. quòd vocatur sancta, eò quòd accipiebatur de labro æneo de speculis mulierum deuotarum facto. Iosephus autem dicit, quòd dicitur sancta, eò quòd ibi diluebatur nomen domini tetragrammaton scriptū in schedula, vt habetur infrà. r ¶Et pauxillum terræ de pauimento tabernaculi &c. eò quòd istud sacrificiū fiebat p vili causa. s ¶Discooperiet caput eius. ad maiorem confusionem ipsius, & vt ex hoc stupefacta recognosceret adulterium. t ¶Et ponet super manus illius sacrificium recordationis. eò quòd fiebat pro suspicione adulterij præteriti. v ¶Ipse autem tenebit aquas amarissimas. non formaliter, sed effectiuè: quia effectum amaritudinis faciebant in muliere, quando erat culpabilis.

✠ In quibus

a Patri. b ¶Humani generis.

pro ariete qui offertur pro expiatione, † ut sit placabilis hostia. O, omnes quoq; † primitiæ, quas offerunt filij Israēl, ad sacerdotem

a ¶Bonæ voluntatis verborum & operum. b ¶Qui seipsum pro nobis obtulit sponte. ¶Non ad alium.

pertinent, & quicquid in sanctuario offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. Locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israël, & dices ad eos. † Vir cuius uxor errauerit, maritumq; contemnens, dormierit cum alterо uiro*, & hoc maritus deprehendere nō quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest: quia non est inuenta in stupro: si spiritus zelotypiæ concitauerit uirum contra uxorem suam, quæ uel polluta est, uel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro ila, decimam partem sati farinæ hordeaceæ: Non fundet super eam oleum nec imponet thus, quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio † inuestigans adulterium. Offerēt igitur eam sacerdos & statuet coram domino, assumetq; aquam sanctam in uase fictili, & pauxillum † terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cūq; steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput † eius, & ponet super manus illius sacrificiū recordationis, & oblationem zelotypiæ. Ipse autem* tenebit aquas amarissimas,

a ¶Subditus qui magistro in omnibus obedire debet, sicut vxor viro suo. a ¶Fornicatio fidei. b ¶Iudiciario scilicet ordine conuinci. a ¶A vero magistro. a ¶Aperto scilicet actu hæresis. b ¶Zelus scilicet iustitiæ & quis perditæ. a ¶Legitimum magistrum. ¶Hæresi. a ¶Adulationis vel indiscretæ misericordiæ. a ¶Diuinam sapientiam comprehensam scilicet in vili littera legis. a ¶Peccati vindictam ostendentes.

† memorię memorātis iniquitatē. lex. memorationis cō memoratis peccatum † mulieris * sacerdos

* coitu seminis

* h ¶Vir cuius vxor errauerit. maritumq; contemnens dormierit cum altero viro &c. Per virum, doctor intelligens significatur. Per vxorem eius sapientia de qua dicitur, Sapientiæ. viij. a. Hanc amaui à iuuentute mea, & quæsiui mihi sponsam assumere. De qua debet esse zelotypus, & maximè cum tradit eam in scriptis, timēdo ne sit ibi fornicatio per cōmissionē aliquā falsorū cum viris. ideo subdit: i ¶Adducet eam, id est ad magis peritum & grauū doctorē, vt examinet eā. Per hoc autē quod subdit. q. mulier polluta putrescat & moriebat innocēs autē nō lędebat, sed fiebat liberos, significatur quòd doctrina habens commissionem falsorum cum veris, est occasio mœroris: illa verò quæ pura est & sana, gaudij & fructificationis.

* Maritus
† adulterio confitetur
† pulueris

Allegorice: maledi / cta vel deſi / ciciētes / mulcta eſto / ad aqua / ſis amara, / maledicta / vel deficere / faciat

Plan. 20c.

Iohan. 5.

A ☞ a ¶ Scribetq; ſacerdos in libello &c. Quia. ſ. pœna peccatorum in ſcriptura ſancta explanatur. Quicunq; autem eā piè & fideliter hauſerit: ſupplicia peccatorum, quæ in ea narrantur pertimeſcens & abſtinens à peccatis, fiet ei aqua amariſſima in ſalutem. Qui autem contempſerit, inflato vētre cōputeſcet femur eius, & erit in maledictionem & in exemplum: quia iuſto dei iudicio punietur, & erunt ei in opprobrium deſideria ſua & actus. b ¶ Dabit ei bibere. vt manifeſtetur peccatum illius, vel hīc ad correctionem: vel in futuro ad damnationem. Nihil enim occultum, quod nō reueletur. Hinc dominus ait: Sermo quem locutus ſum vobis, ille vos iudicabit in nouiſſimo die.

Nico. de Lyra.

☞ a ¶ In quibus &c. Iſta congeſtio ſecundum Ioſephum non eſt aliud quàm diluuio ſchedulæ p̄dictę, ex cuius effectu ſequebatur maledictio ſuper mulierem, quādo erat culpabilis. Secūdum alios eſt imprecatio ſacerdotis ſuper mulierem, q̄tūm ad mala futura ſuper eam, quæ infrà exponuntur. b ¶ Si non dormiuit. Incipit à mulieris innocentia, quam debet prælatus deſiderare, & non culpā. Sequitur: c ¶ Det te dominus. id eſt omnes videntes te tibi maledicēt propter cōmiſſum adulterium. ¶ Vel aliter: quia maledicētes aliīs ponent te in exemplum dicētes, ita tibi malè accidat ſicut tali mulieri, te denotātes. dicit exēplū, eō q; alię mulieres exēplo, illius terrebūtur & formidabunt adulterari. d ¶ Putreſcere. Primò nominatur iſta pars corporis, qua primò committitur adulterium.

B

e ¶ Et tumens. Quia in illa parte circa vmbilicum in mulieribus viget luxuria, ſicut dicit beatus Grego. Homi. xxxij. quia viris luxuria in lumbis conſiſtit, fœminis in vmbilico, teſtatur dominus &c. f ¶ Et reſpondebit. ſuper ſe recipiens prædictā adiurationem. & bis dicitur Amen, ſemel pro parte innocentiæ, & ſemel pro parte culpæ. g ¶ Scribetq; ſacerdos in libello iſta maledicta. Secundum Ioſephum non ſcribebat niſi nomen domini tetragrammaton, ex cuius virtute veniebant ſuper mulieres iſtæ maledictiones. Secundum alios verò ſcribebat iſtas maledictiones prout in textu ſunt expreſſę, tamen videtur magis credendum Ioſepho, qui talia ſacrificia videre potuit & forte vidit.

h ¶ Et dabit ei bibe. Etiam violenter, ſi nollet accipere. i ¶ Quas cum hauſerit. Sciendum tamen, quòd iſte hauſtus ſiue potatio mulieris non fiebat ante oblationem ſacrificij, ſed pòſt, licet modo contrario ſcribatur: quia non ſemper ſcribuntur geſta eodem ordine quo facta ſunt. Et ſequitur: k ¶ Tollet ſacerdos de manu &c. Hoc fiebat ante potationem. Ideo ſequitur poſtea, & ſic porum det mulieri. l ¶ Quas cum biberit. Hīc conſequenter deſcribitur veritatis manifeſtatio per effectum ſequentem, & patet litera vſq; ibi: m ¶ Quę ſi polluta non fuerit erit innoxia. Quia aquæ ei non nocebunt, ſed proficient. Ideo ſubditur: n ¶ Et faciet liberos. Quia ſi fuerit ante ſterilis, fiebat fœcunda. Dicunt etiam aliqui Hebræi, quòd virtute illius aquæ concipiebat etiam abſq; virili ſemine, & hoc erat vnum de miraculis permanentibus, ſicut dictum eſt de deſcenſu mannę. o ¶ Maritus abſq; culpa erit.

in quibus cum execratiōe maledicta cōgeſſit, adiurabitq; eam & dicet: Si nō dormiuit uir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro, nō te nocebunt aquę iſtę amariſſimę, in quas maledicta congeſſi. Sinautem declinaſti à uiro tuo, atq; polluta es, & cōcubuiſti cum altero uiro, his maledictionibus ſubiacebis. Det te dominus in maledictiones exemplumq; cunctorum in populo ſuo. Putreſcere faciat femur tuum, & tumēs uterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquę maledictę in uentrē tuum, & utero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit mulier: Amen, amen. Scribetq; ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere.

a ¶ Hoc fit cum ſanctę trinitatis confeſſio in ſacrificio legis inuenitur, quę digne in ara fidei offertur.

*Quas cū exhauſerit, tōllet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypię, & eleuabit illud coram domino, imponetq; * ſuper altare, ita duntaxat, ut prius pugillū ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare: & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cum biberit, ſi polluta eſt, & contempto uiro adulterij rea, pertranſibunt eam aquę maledictionis, & † inflato uentre cōputeſcet femur: Eritq; mulier in maledictionē & in exēplum omni populo. Quòd ſi polluta nō fuerit, † erit innoxia & faciet liberos. Iſta eſt lex zelotipiæ. Si declinauerit mulier à uiro ſuo, & ſi polluta fuerit, maritusq; zelotypię ſpiritu concitatus adduxerit eam in conſpectu domini, & fecerit ei ſacerdos iuxta omnia que ſcripta ſunt, maritus abſq; culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam.*

a ¶ Adulationis.

a ¶ Carnalis voluptas & æſtus.

¶ Timoris & abſtinentę.

bona opera.

Cap. VI.

Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens. Loquere ad filios Iſraël, & dices ad eos: † Vir ſiue mlier, cùm fecerint uotum,

culpa erit. ſi illa langueſcat vel moriatur. C

Et hoc pater, quòd illa purgatio non erat illicita tempore veteris teſtamenti. Item quia fiebat per diuinum miraculum, vt patet ex dictis: quod tamen non fit ad approbationem illicitorum.

¶ In ca. v. vbi dicitur in poſtil. Ideo ſubditur: Et faciet liberos: quia ſi fuerat ante ſterilis, fiebat fœcunda.

ADDITIO.

Non me recolo legiſſe in voluminibus Hebræorum, quòd mulier innoxia ad huiuſmodi zelotypia virtute illius aquæ conciperet abſq; virili ſemine, nec ad hoc concedendum litera nos cogit, quæ nihil aliud dicit, niſi faciet liberos, quod ſatis propriè poteſt intelligi de muliere quæ ex virili ſemine concipit filios. Pari etiam ratione diceretur quòd ſi aliqua virgo coniugata accuſaretur, modo prędicto, & à viro & eſſet innoxia, quòd illa virgo conciperet abſq; virili ſemine, quod ſingulariſſimum fuit in virgine glorioſa. vnde ridiculum videtur dicere, quòd deus tantum miraculum faceret in facto zelotypiæ pro tam modica re; quæ ſolùm hoc pro liberatione totius generis humani facturus erat.

NIC. DE LY.

Cap. VI.

LOcutus eſt dominus. Poſtquam deſcripta eſt ordinatio populi quantùm ad legem communem, hīc conſequenter deſcribitur ordinatio ſecundum obligationē ſpecialem, ſcilicet Nazaræorum. Et ponitur iſtud capitulū immediatè poſt illa quæ dicta ſunt de muliere adultera, quia per illam populus pejoratur: ſic econtrario per Nazaræos melioratur: & quia contraria iuxta ſe poſita magis elucęſcunt. Sciendum tamen, quòd votum Nazaræorum inaliquibus erat perpetuum, vt in Samſone & Samuele & ſimilibus, in quibus præceſſit figura religioſorum noui teſtamenti. In aliquibus verò erat temporale, & de iſtis hīc agitur. ¶ Circa quod primò deſcribitur actus promiſſionis, ſecundò ritus profeſſionis, ibi: Omni tempore. Tertiò ſtatus perfectionis, ibi: Iſta eſt lex cōſecrationis. Quartò modus benedictionis, ibi: Locutus eſt dominus. Circa primū dicitur: q ¶ Vir ſiue mulier &c. id eſt diuino cultui ſpecialiter applicenī per deuotionē & orationē.

☞ A vino & omni

Moraliter. p ¶ Locutus eſt dominus. In hoc capitulo agitur de Nazaræi obſeruantia & eius oblatione. Circa quod notandum, quòd Nazaræi fuerunt in duplici gradu. Nam aliqui fuerunt Nazaræi ad totum tempus vitæ ſuæ, ſicut legitur de Samuele, 1. Reg. 1. & de Samſone Iudic. xiij. & iſti fuerunt figura religioſorū in noua lege, quorum votum per totam obligat vitam. Alij verò fuerunt Nazaræi ad tempus determinatum. & iſti voto peracto redibant ad vitā communem aliorū, propter quod nō fuerunt figura religioſorum. de quibus dicitur Luc. ix. g. Nemo mittens manum ad aratrum & aſpiciens retrò, aptus eſt regno dei. Sed illorum fuerunt figura qui faciunt votū de aliquo opere ſupererogationis ad tempus exercendo: vt de peregrinatione vel alio pio opere. & q̄m̄ illo tēpore debent religioſius viuere. Ideo ſubditur:

C

D

Nazaręorū votum Diuiſio

† crepabit vterus eius & cadet

-& in exēplum

† ſed miſida & innocēs erit

Moraliter

†35. diſt. vinolenti.

R ij ✻ A vino &

☞ a ¶A vino & omni quod inebriare potest. Isidorus In duo-
E decima mansione, id est Sinai, præcipitur Nazaræis vt vinum & sice-
Moraliter ram, & omne quod inebriare pōt non bibāt nec comedant. In ,p-
Prou. 31.a. uerbijs quoq; præcipit vt potētes & iracūdi vinū nō bibāt, ne obli-
uiscantur sapientię. In Nazaræis continentium vita signatur, his vi-
†Nazarei num prælabetur, id est luxuria. Et sicera, id
est omnis voluptas terrena. Sicera enim ex
diuerso conficitur genere, sicut voluptas
ex diuersa vitiorum passione. Illi enim non
†separare bibunt vinum, sed siceram bibunt, qui ad
decipiendos homines vmbras quasdam &
imagines simulant virtutum. Vua passa ve
scuntur, qui ad humanos oculos abstinen-
tiæ pallore inficiuntur, vt gloriam capiant
†separabūt se b hominibus. Acetum bibunt, qui post
vitæ sanctitatem ad vetustatem præterito
rum labuntur vitiorum, & corruptione
veteris nequitiæ delectantur. b ¶Noua
cula non transibit id, est nec dolum, nec
malitiam in mente retinebit ne polluatur,
scilicet cęsaries capitis id est cogitatio men-
tis. Sed innocentiam teneat vsq; ad finem
Matt. 10.c. vitæ. Aliter enim non erit votum accepta
bile. Qui autem perseuerauerit, saluus erit.
†acino vuę c ¶Super mortuū non ingredietur:
vsq; ad cor Id est mortuum in peccatis nō imitabitur,
ticē vel fol- nec iniquitatis eius viam ingredietur, ne p
liculum dat laborem suum. Non enim qui inchoat
2. Tim. 2.a. sed qui consummat, coronabit. d ¶Nec
super patris: Id est nullus carnali eum re-
trahat affectus, omnis persona, omnis di-
gnitas, omnis consanguinitas Christi serui
tio postponenda est. e ¶Consecratio
Eph. 4.d. dei: Id est spiritussancti gratia in corde eius
diffusa est. vnde: Nolite contristare spiri-
tumsanctum in quo signati estis omnes.
f ¶Omnis dies separationis: Id est
F vsque in finem perseueret sine contami-
natione peccati atque delicti. g ¶Sin
autem mortuus fuerit. Id est si mortali
peccato pollutum imitari voluerit: & vsq;
ad consensum descenderit, sciat necesse est
eius continentiam esse pollutam & caput
radendum, id est mentem purgandam à
Mistice praua cogitatione & noxia delectatione.
Quid iuxtu h ¶Radet illico. Tempore scilicet con
res & pulli punctionis; quo cognoscit se deliquisse, sta
columbarū tim se emendare studeat, & semper similem
ruinam timeat. i ¶Duos turtures.
Turtures castitatem, pulli columbarū sim-
plicitatem significant. Qui ergo vult ad re
surrectionem bonorum peruenire, offerat
vero sacerdoti, id est Christo, castitatē mē-
tis & corporis, & simplicitatē in fide catho-
lica per quam in ecclesiam intrat, vt per
tanti pontificis opitulatione expietur.
Iohan. 1.a. k ¶Et deprecabitur. Vnde: Aduo-
catus noster apud patrem. Vel quia faciet
Roma. 8.c. nos deprecari secundū illud: Spiritus po-
stulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹.

☞ Vt dies pri-

† expiabit eum

Nico. de Lyra.

☞ a ¶A vino & omni quod inebriare potest abstinebunt: Quia talia ad peccata alia deducunt, secundum qđ dici tur Prouer. xx. a. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. b ¶Acetum ex vino & ex qualibet alia potione. In Hebræo habetur: Ex quolibet inebriatiuo. c ¶Et quicquid de vua exprimitur, non bibent. etiam agrestem: ne per hoc appropinquarent ad potationem vini. e ¶Ab vua passa vsq; In Hebræo habe tur: A cortice vsq; ad granula, quæ sunt in medio granorum vuæ, & per hoc intelligitur q̄ nihil de vua penitus debeant gustare.

Omni tempore se

f ¶Omni tempore separationis su. Hic consequenter posit G
ritus professionis, & primō respectu personę proprię cum dicit:
g ¶Nouacula non transibit super caput eius. Cuius ra-
tio est, ad detestandum cultum idolatriæ, vbi sacerdotes habe-
bant capita rasa, secundum quod dicitur Baruch. vj. c. Sacerdotes
sedent habentes tunicas scissas, & capita &
barbam rasam. ideo fuit præceptum facer-
dotibus veteris legis, vt non raderent ca
put nec barbam, vt habetur Leuitici. xxj. a.
Et eadem ratione Nazaræus nō radebatur Nazarę
tempore consecrationis suæ, quia illo tem- quare non
pore erat deputatus diuino cultui, vt dia rasi
citum est. Secūdò describitur ritus suæ pro-
fessionis respectu aliorum, cùm dicitur:
h ¶Omni tempore consecrationis
suæ super mortuum nō ingredietur.
Quia idolatræ in cultu suo vtebantur ossi † mādā-
bus mortuorum, & ideo sacerdotes mino dum est
res, quæ per tempora certa ministrabant
non debebant ingredi ad mortuos, nisi vel
de propinquos: Summus autem sacerdos
qui semper debebat esse paratus ad diui-
num obsequium, totaliter erat separatus
ab ingressu super mortuum, vt habetur
Leuitic. xxj. a. Et eadem ratione Nazaræus
tempore quo implebat votum suum. Alia
etiā ratio assignatur, scilicet ne per affectio- †Leuit. 21.
nem ad propinquos mortuos mens eius à
contemplatione dei retardaretur vel impe-
diretur. k ¶Si autem mortuus
fuerit subito quispiam coram eo: Id
est in eodem tabernaculo in quo manet, vt
dicit Rab. Sal. i ¶Polluetur ca-
put consecrationis eius. Eo quòd non
habuit debitam diligentiam subtrahendi se
& etiam quia debet imputare peccatis sciā
talem casum impedientem ipsum.
m ¶Quod radet illico. Quia sicut H
præmittitur, sanctus erit crescente cæsarie
capitis eius. Et quia illud incrementum à
tempore quo incepit votum vsque tunc
pollutum est propter casum superuenien-
tem. ideo præcipitur talis rasio. n ¶Die
purgationis suæ: Id est prima, in qua a-
spergebatur aqua lustrationis, & verum se
ptima purgabatur etiam per sacrificium,
quòd notatur cùm dicitur: o ¶In
octauo autem die offeret duos tur- †pullos
tures. Et patet litera vsque ibi:
p ¶Sanctificabitque caput eius.
id est disponet ad implendum votum.
q ¶Et consecrabit domino die se
parationis illius. Quia in illis debebat e
se intentus deuotioni & orationi & pa
operibus. r ¶Offerens agnum
anniculum pro peccato, ita tamen in
memoriam illius agni, p̄ cuius immolatio-
nem fuerunt liberati de seruitute Aegypti.
☞ Ista est lex

Moralit

* a ¶A vino & omni quod in
ebriare potest abstinebunt. Per quod
significatur, quòd illo tempore debent esse
in potu magis sobrij. d ¶Vuas re-
centes siccasque non comedent:
Id est tunc debent esse in cibo magis parci.
g ¶Nouacula non transibit su-
per caput eius: Id est non resecabit alia
quid de illis quæ cadunt sub obligatione
votiui. i ¶Super mortuum non
ingredietur, nec super patris qui-
dem & matris & fratris sororisque
funere contaminabitur. Id est nō con
sentiet alicui in opere mortalis peccati.
k ¶Si autem mortuus fuerit quispiam, coram eo pol
luetur caput consecrationis eius. Per quod designatur quòd
opus bonum in charitate factum, si perueniat mortale peccatum,
mortificatur.

* Cum dies

b ¶ Mitte viros qui conside. ter. Raba. Duodecim exploratores mittuntur ad sanctam terram. Botrus Mysticè

☞ defertur in ligno

NI. DE LY. Cap. XIII.

PRofectusq̄ est populus. Hīc consequenter ponit impedimentum ex transgressione exploratorum, & bene coniungitur præcedēti, quia sicut Maria peccauit verbis malis & falsis, ita & exploratores. Et dīuiditur in partē principalē, & incidētalem. Secunda pars incipit. xv. ca. Circa primū primò prœmittit transgressio exploratorū, secundò aliorum. xiiij. ca. Circa primū ponitur primò exploratorum itineratio, secūdò eorum relatio, ibi: Locutiq̄ sunt eis. Circa iter exploratorum primò ponitur locus vnde recesserūt. In deserto Pharan. Ex hoc videtur q̄ retrocessissent, quia suprà. x. ca. dicitur recedendo de monte Sinai, primò requieuit nubes in solitudine Pharan. Dicēdum quòd Pharan est nomen generale deserti, in quo sunt multa loca determinata, quorum vnus est Aseroth. Suprà. x. ca. accipitur Pharan pro prima parte deserti ꝓpe montem Sinai, hīc autē pro vltima versus terram promissionis, & Aseroth est in medio. Secundò ponitur eorum missio, cū dicitur Moysi: b ¶ Mitte viros qui. Diuisio

Circa qđ sciendū, q̄ populus incitabat Moysen ad mittendum exploratores, qui considerarent terrā ante ingressum eorū, sec⁹m qđ habetur Deu. i. b. Accessistis ad me omnes, atq̄ dixistis: Mittamus viros qui considerent terrā, & renuntiēt per quod iter debeamus ascendere. Hoc aūt nō videbatur bonū ipsi Moysi, eò q̄ dominus ei dixerat, q̄ esset eorum ductor, vt habetur Exo. xxxiij. Verūtamē propter importunitatem populi consuluit super hoc dīm, qui respondit ei: Mitte vi. &c. ita q̄ fuit permissio ad malum populi male petentis. sciebat enim dominus q̄ per exploratores deciperētur. Exploratores quare missi. D

c ¶ Fecit Moyses. In Hebrēo habetur, quod dixerat, quia non fuit propriè præceptum sed permissio. d ¶ Mittens princip. * sic nominant

Moraliter. Profectusq̄ est popul⁹. Sequit. b Mitte viros &c. Allegoricè per exploratores terræ promissionis significantur sacerdotes & scribę veteris legis, qui p̄ scripturas explorabāt Christi aduentum quantū ad tempus, & quantū ad locū, & alias circūstantias. vnde Mat. ij. a. requirēte Herode vbi Christus nascerēt, responderunt: In Bethleem Iudæ, allegātes ad hoc scripturā quæ habetur Micheę. v. a. tamē aliquantulū aliter in verbis. Et tu Bethleē terra Iuda nequaq̄ minima es in principibus Iuda; ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israēl. Vnde super illud Mat. xxj. Hic est hęres: Dicit Hieronym⁹. Ex hoc patet, principes Iudęorum non ex ignorantia, sed ex inuidia crucifixisse dīm Iesum Christum. Sed quia prædicabat cōtra vitia eorū, subuersa fuit in eis cognitio quam habebant de ipso. Christus aūt conuenienter potest dici terra promissionis, eò q̄ ad terrā viuentiū nos introducit, & quia corpus eius terrenū est, terra promissa nobis in lege & prophetis. Per hoc autem q̄ pauci exploratores, scilicet Caleb & Iosue tantùm in veritate steterunt, alijs ab ea declinantibus & peruertentibus populum, figuratum fuit, q̄ in aduētu Christi pauci de doctorib⁹ Iudęorū starent in veritate, scilicet Nicodemus, Gamaliel, Nathanael & aliqui alij, alijs à veritate declinantib⁹, & seducentibus populū, & inducentibus eum ad petendum mortē Christi, vt habetur Matth. xxvij. & Marci. xv. & Luę. xxiij. Apostoli verò qui steterunt in veritate, non fuerunt de doctoribus Iudęorum, sed fuerunt homines simplices & sine literis, vt habetur Actuum. iij. capitulo. Moraliter Allegoricè

¶ Moraliter autem per exploratores in veritate non stantes, & ab ea populum auertentes, significantur prælati & doctores ecclesiæ mali, qui per notitiam scripturarum exploratores sunt terræ viuētium sed per suam vitam malam ab eius ingressu deficiūt & etiam alios impediunt. Matth. xxiij. b. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Moraliter

E ☞ defertur in ligno, vbi & Christi breuiter passio demõstratur. Murmurat populus Iudæorũ, gigantũ formidans impetũ. Pugnatur contra Amalec & Chananæũ volẽte deo & vincẽte pplus. Audit quæ debeat in terra sctã facere sacrificia. Dathan & Abiron & filij Core cõsurgunt cõtra Moysen & Aaron, & terræ voragine gluttiuntur. Inter mortuos & viuentes põtifex medius thuribulo armatus ingreditur, & currẽsira dei sacerdotis voce prohibetur. Virga Aaron & florem profert & folia, & in æternam memoriam virens siccitas consecratur. Necdum templum vel ciuitas, necdum sacerdos & Leuitæ sacrificia obtulerant, & partes eorum mysticus sermo describit. Vitula rufa in holocaustum crematur, & cinis eius piaculoris aspersio est. a ¶ Ascendite ad meridianã plagam. Cumq; veneritis ad montes considerate &cætera. Augustinus. Alia litera: Et dixit ad eos: Ascendite de ista eremo: & videbitis terram quæ sit, & populum qui insidet super eam, si fortis est an infirmus, si pauci sunt an multi. Expositisse intelligitur secundum quid dixerat. si potens est an infirmꝰ, hoc est si pauci sunt an multi. Quomodo enĩ possent de mõte, prospicientes sentire humanarũ virium fortitudinem? Potest & alius sensus multò esse congruentior veritati. Quod ait. Ascendetis in montem in ipsam terram, quam explorare volebant. Non enim possent facilè exploratores intelligi, nisi peregrinantes omnia perquirebãt. Nam si de vertice mõtis eos putauerimus conspexisse terram & explorasse, quomodo possent exquirere omnia quæ Moyses præcepit? Quomodo intrare ciuitates, quas leguntur intrasse, & de illa valle botrum tollere, propter quẽ

F vallis botri dicitur? In ipso ergo monte explorabatur terra, quia ipsa erat quæ exploraretur, & ibi erat quidam depressior locꝰ, de qua valle botrus ablatꝰ est. b ¶ Quẽ portauerunt &c. Isido. Botrum in ligno de terra promissionis duo aduehũt, quia Christus pendens in ligno crucis, præmissus gentibus, de terra genitricis Mariæ secundum carnem natus. Duo baiuli, qui sub onere botri incedebant, vterque populus est, cuius prior Iudaicus cæcus & auersus, ignarus pẽdentis gratiæ, & pressus onere suspensi, cui subijcietur iudicanti. vnde: Obscurentur oculi eorum ne videant &c. Qui verò posterior veniebat, populũ gentium significabat, qui credens, & Christum ante oculos habens, semper quẽ portat videt, & quasi seruus dominum, & discipulus magistrum sequitur, secundum illud: Si quis vult post me venire, tollat crucem suam, & sequatur me. Hic est botrus, qui effusum in salutem nostram vinũ sanguinis sui, crucis contritione perfudit, & expressum passionis suæ calicem propinauit ecclesiæ. Quem in malo granato socia muneris gratia secuta est mater ecclesia, habens intra se per granorum numerum multitudinem populorum. per rubrorem, id est sanguinis Christi signaculum, coruscantem, habentem etiam diuersa spiritus sancti charismata, quibus se indignos increduli iudicantes, terram carnis Christi fluentem lacte & melle, accipere non meruerunt, quam per fidem eius serui, id est Christiani consecuti sunt. De cuius doctrina dicitur: Quãm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ficus cum botro de terra promissionis attulerunt, id est imaginem legis cum figura Christi. De Christo enim dicitur: Frater meus vt botrus cypri: quia nec Christus sine lege, nec lex sine Christo esse potest. c ¶ De malis quoq; granatis. quę legem significant, quia nec Christus sine lege, nec lex sine Christo. G d ¶ Exploratores terræ post quã. Isid. Exploratores, qui ad terram vberem missi terruerunt populum, ne crederent posse haberi terram à domino promissam, Scribas & Phariseos significẽt. Sicut enim illi per Moysen missi sunt, vt soli foecunditatem sollicitè considerarent, sic isti per legem & prophetas, vt per scripturarum inuestigationem domini specularentur aduentum. In quo erat terra, id est caro sancta, in qua regnum dei, & vbertatem spiritualium fructuum, & vitam æternã consequi possent. Sed sicut illi desperatione terruerunt populum, ne crederẽt deo promittenti, sic isti suaserunt populo Iudæorum, ne Christo crederent, ad Ægyptum huius seculi redire cupientes, manna fidei repudiantes, & quærentes ollas peccatorum nigras, & carnes blasphemiarũ repudiatas, & pepones vitiorũ & libidinũ corruptione marcẽtes.

☞ In desertum

Ephraim, Osee filium Nun. De tribu Beniamin, Phalti filiũ Ra

¶ Alias Geddiel.

phu. De tribu Zabulon, Geldehel filium Sodi. De tribu Ioseph, † sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. De tribu Aser, † Sur filium Michaël. De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapsi. De tribu Gad, Guël filium Machi. Hæc sunt nomina uirorũ, quos misit Moyses ad considerandam terram †. Vocauitq; Osee fi- 2

¶ Id est Saluatorem.

lium Nun, Iosue. Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan & dixit ad eos: A- 1
a ¶ Scilicet contemplandam.

scẽdite * ad meridianam plagam. Cumq; veneritis ad montes, considerate tẽrram qualis sit, & populum, qui habitator est eius, utrum fortis sit, an infirmus, pauci numero an plures, ipsa terra bona an mala, urbes quales, muratæ an absque muris, humus pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. † Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quando † iam præcoquę uuę uesci possunt.

¶ Peregrinantes.

Cumq; ascendissent, exploraverunt terram, à deserto Sin usque Rohob intrãtibus Emath. Ascenderúntque ad meridiem & uene- b
runt in Hebron, ubi erant Achiman & Sisai & Tholmai, filij Enac. Nam Hebron septem annis c
ante Tanim urbem Ægypti condita est. †Pergentesq; usque ad d
a ¶ Christi, qui de crucis ligno pependit.

Torrẽtem bõtri, absciderunt palmitem cum †uua sua, quem por- b
a ¶ Duo populi. ¶ Quibus figuratur ecclesia, quæ Christum sequitur.

tauerũt in uecte dũo uiri. De malis quoq; granatis & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nehel eschol, id est Torrẽs botri, eò quòd botrũ inde † portassent d
filij Israël. Reuersiq; exploratores e
terrę post quadraginta dies omni

Allegorice

Exod. 2.a

† Sihor

supra 1.b

Nicolaus de Lyra.

✠ sic nominantur, quia pro tunc erant boni, sed postea fuerunt deteriorati. Certa patent vsque ibi: a ¶ Vocauitq; Osee filium Nun Iosue. Quòd autem in præcedentibus vocatus est Iosue, hoc est per anticipationem. Ratio autem quare Moyses mutauit nomen eius fuit, quia Moyses orauit dominum vt reuerteretur cum salute corporis & mentis, quod & factũ est, vt patet ex sequentibus, ideo vocatus est Iosue qui interpretatur salus. Cętera patẽt vsq; ibi: b ¶ Et venerunt in Hebrõ, vbi erant Achiman & Sisai & Tholmai, filij Enac. In Hebrẽo habetur: Et venit in Hebron. Et dicit Ra. Sa. q; solus Caleb iuit illuc, & orauit dominum super sepulchra patrum, vt dominus preseruaret eum à deceptione aliorum exploratorum, quos videbat iam inclinatos ad malum. Et hoc accipit ex hoc quod habet, Iosue. xiiij. vbi Caleb dicit Iosue: Iuravitq; Moyses in die illo: Terra quam calcauit pes tuus, erit possessio tua. Et sequitur ibidem: Benedixitq; Iosue & tradidit ei Hebron in possessionem. c ¶ Nam Hebrõ septem annis ante Tanim vrbem Ægypti cõdita est. Hoc autem interponitur ad respondendum tacitæ quæstioni, quia immediatè fecerat mentionem de filijs Enac qui erant gigantes, & in Tanim Ægypti ciuitate commorabantur gigãtes propter eã gigantes Titanes vocati sunt. Ideo posset aliquis mirari & quærere, maximè versiens de Ægypto sicut erant filij Israël, quomodo in Hebron essent gigantes? ideo dicit q; Hebron fuit edita ante Tanim, quasi diceret, non est mirum si ibi habitant gigantes, quia Hebrõ est antiquior & propinquior tempori diluuij q; Tanim, in quo vigebat natio gigantum. d ¶ Pergentesq; vsq; ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerũt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de &c. Causa hu⁹ nominis exprimit in litera & patet. e ¶ Reuersiq; exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circũsta, venerunt ad Moysen & Aaron & ad omnẽ cætum filiorum Israel in desertum Pharã &cætera. Dicit Rab. Sa. q; maius tempus satis requirebatur ad peragrandum tanta terræ spatia, sed dominus breuauit, quia disposuerat differre ingressum terræ promissionis per quadraginta annos, secundum numerum dierum quibus exploratores considerauerunt terram, vt habetur capitulo sequenti.

✠ Locutiq; ei

Literaliter

† Chanaan

✠ hac

Mystice

† primitiæ vuarũ sũt.

Chald. iterpres primę vuæ maturescunt

Psal. 98. f.

Moraliter

Matt. 16. d.

† Deut. 1. g

† botro

Psal. 118. a.

Can. 1. d.

† de tribu

† sctã

† abscidẽs sent

† ei regiõ circumsita

A ☞ a ¶In desertum Pharan qđ est.Rab.Salitudo Pharan decem & octo mansiones continet.In quarum vltima reuersi exploratores ad Moysen renuntiauerunt quę viderunt,portantes botrum cum malis granatis & ficis.Et in sequentibus scriptum est:Profecti de Asiõgaber, castrametati sunt in deserto Sin,hęc est Cades,quæ non sancta(vt pleriq; æstimant) sed mutata vel translata interpretatur. In hac mansiõe moritur Maria & sepelitur, & propter aquas contradictionis Moyses & Aaron offenderunt dominum,& prohibentur transire Iordanẽ.

Tropolo. ¶Gitur vo.CAP. XIIII.

b ¶Terra &c.Orige.Quę est terra ista sancta quidem & bona,sed ab impijs habitata? Qui sunt hostes qui habitant in terra sanctorum? Quomodo ejciendi vt succedãt sancti? Euangelia promittunt sanctis regna cęlorum.Et Apostolus dicit:Nostra autẽ conuersatio in cælis est.In cælis est ergo hęreditas q̃ pmittitur sanctis.Putas ergo,qa ibi nũc nullus habitator si q debeat expelli?A diebus Iohã. baptistæ regnũ cælorũ vim patitur &c.Nisi essent inde aliqui expellendi,nunq; diceretur per vim esse deripiendum regnũ cælorum. Et nisi cũ aliquibus nobis esset pręliũ,nõ diceret Apostol?:Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem &c.De his etiam dicitur:Inebriatus est gladius meus in cælo:Necesse est ergo, vt vincas spirituales nequitias q̃ in cælestibus esse dicuntur,q̃ sunt veri Chananęi, & expellas de cælestibus locis,vt habites pro illis.Scito tamen esse eos gigantes.Gigas dicitur omnis qui deo resistit,qđ illi principaliter faciunt. Tibi ergo datur vt ejcias gigãtes. Vnde: Quis accipiet à gigãte spolia?Et alibi: Nemo potest introire in domum fortis, & vasa eius diripere , nisi prius alligauerit fortem. Comparatione ergo humanæ naturæ & dæmoniacæ na-

Nicolaus de Lyra. ☞ turæ

↷ a ¶Locutiq;.Hîc cõsequenter ponit exploratorũ relatio,cũ dicit: b ¶Venimus in terrã &c.fluit lac.&c.quia ibi est abundantia pascuorũ & nemorũ, in qbus apes mellificant sine humano labore.Inceperunt narrationẽ suã à cõmẽdatione terræ,vt magis crederet eis ppls positea in detrahẽdo de ea,sicut detractor aliquando incipit à commendatione personæ cui vt detrahere,vt per talem commendationem inclinet corda audientium ad credendum,q̃ in dicendo mala de illa persona non moueatur odio,sed veritatis amore,& sic sibi magis credatur:& ideo subdiderunt difficultates obtinendi terrã illam,cũm dicitur: c ¶Sed culto.fortissimos habet,quibus non poterimus resistere. d ¶Stirpem Enac.id est gigantem. e ¶Amalec habit.in me. Hunc populum primò recitant, quia habitabat in parte per quã ingressi erant,& vt terrerent populum Israel, cui Amalec aliàs molestus fuerat,vt habet Exod.xvij. f ¶Chananæus vero.q.d.per istas partes non est ingressus nobis possibilis propter aquas.& ex his fuit territus populus, & incepit murmurare contra Moysen.Et ideo Caleb,qui fuerat fidelis in hac missione,ad reprimendũ murmur populi & timorem, dixit: g ¶Ascendamus & pos.&c.po.valde faciliter cũ dei adiutorio. h ¶Alij vero &c.excepto Iosue. i ¶Detraxeruntq; terræ.nõ ex sterilitate,quia contrariũ dixerãt, sed ex morbida,& pestilenti habitatiõe,ita q̃ homines nõ possunt ibi diu viuere: Ideo dixerunt: k ¶Terra quam lu.dicit Rab.Sa.q̃ in illa terra viderunt in qualibet villa homines sepelientes mortuos suos,qđ dominꝰ faciebat ad bonum filiorum Israel,vt pauci remanerent ad pugnandum cum eis, & ipsi exploratores retulerũt ad malum populi Israel. l ¶Ibi vidimus monstra q̃dam.id est homines vltra quantitatem naturalẽ alios mirabiliter excedentes,vt sic filij Israel terrerentꝰ ex conditione terræ & habitatorum eius. m ¶Quibus comparati quasi locustæ videbamur. Modus loquẽdi est hyperbolicus,& secũdũ veritatẽ,hominibus timẽtibꝰ aduersarij sui videntꝰ eis multò robustiores q̃ sint in veritate,& trepidãt vbi nõ est timor.

CAP. XIIII.

¶Gitur. Post trãsgressionem exploratorũ, hîc cõsequenter ponit trãsgressio aliorũ,& primò quãtũ ad eorũ desperationẽ,secũdò quãtũ ad eorũ psumptionẽ, ibi: Et ecce mãe.Circa primũ ponit dicta trãsgressio.secũdò trãsgressionis punitio, ibi: Et dixit dñs. Circa primum sciendũ, q̃ ex verbis exploratorũ fuerũt territi & desperati de cõsecutiõe terrę à deo sibi pmissæ. & ideo primò prorupẽrũt in verba murmurationis.& ideo dicit:Et murmu.&c Secundò desperationis,ibi: o ¶Vtinam mortui essemus in AEgy.& nõ in. In Hebræo habet: Vel in hac solitudine mortui essemus.Et hoc patet per ꝟba dñi dicẽtis infrà eo.c.sicut locuti estis audiente me,sic faciã vobis,in solitudine hac iacebunt cadauera vestra.Tertiò in verba rebellionis dicẽtes: Cõstituamus nobis &c. p ¶Quo audi.Moyses.&c.cecidit. in ter.ne dominꝰ iratꝰ ereꝯ,& vt furia populi frangeretur. q ¶At vero Iosue &c.dolentes de transgressione populi & de afflictione Moysi, r ¶Sciderũt vestimenta.In signũ magnę tristitiæ.& habẽt simile in pluribꝰ locis veteris ac no.te.

Diuisio

D

↷ Nolite

Moraliter. n ¶Igitur vocifera.In hoc ca,agit de murmuratione populi Israel cõtra Moysen & Aarõ,& eiꝰ rebellionẽ ꝯ deũ, ppter q̃ data fuit sna mortis in deserto sup eos,q exierũt de AEgypto à viginti annis & suprà exceptis Caleb & Iosue.Per hoc allegoriꝫ fuit figuratũ q̃ pauci de Iudęis cõparatiue ingressuri erãt ad fidẽ Christi in aduẽtu eius,qui qdẽ ingressus per fidẽ est introitus terræ viuentũ in spe.& hoc etiã scribit in quodã libro Hebraico q dicit Canhedrin apud Hebræos autẽtico exponẽdo illud Hie.iñ.e.Assumã vos vnũ de ciui,& duos de cog.&c. Glo. Mensuratus est egressus de AEgypto ingressui eorũ in terrã ,pmissam,qa duo trñ de sexcẽtis milibꝰ ingressi sunt:ita erit in die bꝰ Messiæ,qđ pater impletũ.nã pauci valde de Iudęis i Christũ crediderũt respectu nõ credẽtiũ.Mora.autẽ p hoc q̃ pauci exeũtiũ de AEgypto intrauerũt terrã ,pmissionis,significatũ fuit,q̃ pauci de credẽtibꝰ q exierũt spiãliter de AEgypto p ꝟtutẽ baptismi terrã viuentiũ.i. cælestem patriã sunt intraturi:Matt.xx.b. Multi sunt vocati, pauci verò electi. & Lucæ xiij.e. Contendite intrare p angustã portã:dico vobis,qa multi qrũt itrare & nõ poterũt.

Allegoricè

Moraliter

Moraliꝫ

E turę nos locutæ sumus. Præcipuè si dubia sit fides nostra, & nos perterreat infidelitas: illi verò gigantes erũt, nos locutæ. Si verò sequimur Iesum, & verbis eius credimus, tanquam nihil erunt in conspectu nostro. Hortaẽ enim nos & dicit: Si amat nos deus, introducet nos in terrã hanc, quia bona est, & fructus eius mirabilis. Figura ergo ꝓcessit in patrib⁹, veritas cõplet in nobis. Ieierunt illi gigantes, & consecuti sunt terrã eorũ, omnẽ terrã Iudæ, & Ierusalẽ ciuitatem, & montem Sion. Ad nos autẽ dicit: Non accessistis ad ea quæ visibilia sunt, sed ad inuisibilia. Accessistis enim ad montem dei viuentis, & ad ciuitatem cęlestem Ierusalem, & ad multitudinem angelorũ. Et alibi: Ierusalem quæ sursum est, liberа est, quæ est mater nostra. Ierusalem ergo cęlestem esse credimus, & ad typũ huius terrenæ, & quæ scripta sunt de hac terrena, ad illam cęlestem spiritaliter referimus. Et sicut illi de terrestri Ierusalem iecerunt Chananæos & Pherezæos & cæteras gentes, ita & nos qui accessimus ad montem dei, & ad regna cælestia, necesse est, vt expellamus de his contrarias potestates, & spiritualia nequitię in cælestibus. Et sicut illi iecerunt Iebusæum de Ierusalem, quæ vocabatur Iebus & postea vocabatur Ierusalẽ, ita nos oportet prius expellere Iebusæum de Ierusalẽ, & sic cõsequi eius hęreditatem. Illi armis visibilibus & corporalibus vincebant, nos inuisibilibus & spiritalibus. Vnde: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem &c. Induite vos loricã charitatis, & galeã salutis, & assumite scutũ fidei & gladiũ spiritus, qd̃ est verbum dei. Cũ talibus armis sequens Iesum ducẽ, sicut patres calcauerunt ceruicem gẽtium, & tu calcabis ceruices dęmonũ. Ipse enim sequentibus se ait. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpẽtes & scorpiones. Vult ergo Iesus semꝑ res mirabiles facere, vult de locustis vincere gigantes, & de his qui in terris sunt cælestes superare nequitias. Hoc est fortasse quod dicitur. Quia qui credit in eum non solùm faciẽt illa quæ ipse fecit, sed & maiora. Maius enim mihi videtur, si homo in carne positus fragilis & caducus, fide tamẽ Christi & verbo eius armatus superet dęmonũ legiones, cũ quibus ipse sit qui vincit in nobis, plus tamẽ esse dicit, quòd per nos vincit, tantùm est vt nos armis istis semper simus parati & armati, & conuersatio nostra semper in cælis sit: omnis motus noster, actus, cogitatus, & sermo, cælestis sit. Quantò enim illic ardentius ascendemus, tantò illi præcipites descendent, & quantò nos superiores, tantò illi inferiores. Si vita nostra sancta & secundum deum sit, mortem confert illis: Si segnis & luxuriosa, potentes aduersum nos gigantes facit, & quantũ nos dilatamur in terris, tantò illis latiora spatia cõcedimus in cælis. Augeamus ergo vt illi minuantur, nobis ingredientibus illi pellantur, & ascendentibus cadãt. a ¶ Neꝙ timeatis populum terræ huius quia sicut panem ita possumus. Augustin. Caleb, & Iesus naue loquentes ad populũ, ne timerent ingredi terrã promissionis dixerunt: Vos autẽ ne timueritis ꝓpter terrę: qm̃ cibus nobis sunt, abscessit enim tẽpus ab eis, dominus autẽ in nobis, ne timueritis eos. Quod dictũ est, cibus nobis, sunt, hoc est cõsumemus eos. Quòd verò auditũ est: Abscessit enim tẽpus ab eis, dominꝰ autẽ in nobis satis diligenter non dixerunt abscessit ab eis dominus, impij enim fuerunt. Sed quoniam etiam impijs occulta dispensatione datur tempus florẽdi & regnãdi, inquiunt tempus ab eis discessit. Dominus autẽ in nobis. Non dixerunt, tempus abscessit ab eis, & nostrũ successit: sed, dominus autẽ in nobis, non tẽpus. Illi enim tempus habuerunt, isti dominũ temporum creatorem & ordinatorem & omnium dispensatorem. b ¶ Feriam igitur eos. Cõminatio hæc non est iracunda, sed prophetia. Assumendus enim erat populus nationum, sed non per Moysen: excusauit ergo se Moyses. Sciebat enim quia gens quæ promittitur, non per se vocãda erat, sed per Iesum, nec Mosaicus, sed Christianus populus erat appellandus. Ideo pluribus exorat pro populo illo. ¶ Origenes. Feriam igitur. Fit comminatio hæc à domino, non vt diuina natura passibilis, & iræ subiecta ostendatur, sed vt Moysi charitas

Hebr. 12. c.

Gal. 4. d.

†irritabit me Eph. 6. b.

F

Lu. 10. c.

†fiet super

‡Exo. 32. c.

Literaliter

circumituimus ualde bona est. †Si propitius fuerit dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. Nolite [a] rebelles esse contra dominũ, neꝙ [b] timeatis populum terræ huius, quia sicut panem, ita possumus eos deuorare. Recessit ab illis o- [c] mne præsidium, dominus nobiscum est, nolite metuere*. Cumꝙ [d] clamaret omnis multitudo, & lapidibus uellet eos opprimere, ap- [e]

5 Maiestas domini, exiit eos in nubibus cæli.

paruit gloria domini super tectũ fœderis cunctis filiis Israël. Et dixit dominus ad Moysen: Vsqꝙ [f] quo †detrahẽt mihi populus iste? Quousqꝙ non credent mihi in omnibus [g] signis, quæ feci corã eis? [h] Feriam igitur eos pestilentia atqꝙ [i] consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem quã hæc est. Et ait Moyses ad dominum. †Vt audiant [k] [l] Ægyptij, de quorum medio eduxisti populum istum, *& habita- [m] tores terræ huius, qui audierunt, quòd tu domine in populo isto sis, & facie uideris ad faciem, †& nubes tua †protegat illos: & in columna nubis præcedas eos per diem, & in colũna ignis per noctẽ, quòd occideris tantã multitudinẽ quasi unum hominem, &* dicãt: Non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat, †idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo dñi, [n] [o] sicut iurasti dicẽs: dñs †patiens & [p] [q] multæ misericordiæ, auferens in- [r] iquitatẽ & scelera, nullúmque in- [s] [t] [v]

sen: excusauit ergo se Moyses. Sciebat enim quia gens quæ promittitur, non per se vocãda erat, sed per Iesum, nec Mosaicus, sed Christianus populus erat appellandus. Ideo pluribus exorat pro populo illo. ¶ Origenes. Feriam igitur. Fit comminatio hæc à domino, non vt diuina natura passibilis, & iræ subiecta ostendatur, sed vt Moysi charitas

G

Mystice

quã erga

†ſũ voluerit nos ducere vt ſi voluerit dñs propitius ſit erga nos

*eos

†& audiẽt

*in ſortem ditionis H

†Exod. 8.

†tarde ad iram

Nicolaus de Lyra.

[a] ¶ Nolite rebelles esse cõtra dominum. Tum quia rebellando Moysi rebellabant deo, cuius erat nuntius: Tũ quia dominus præceperat eis, qꝙ irent ad terram promissionis, & sic rebellabant ei in persona propria. b ¶ Neꝙ timeatis populum terræ huius, quia sicut panem ita eos possumus deuorare, id est absꝙ vlla difficultate. c ¶ Recessit ab illis omne præsidium. Quia virtute diuina erant timore percussi, ita quòd non remanserat in eis consilium, & virtus resistendi: sed quia populus ita erat desperatus, quòd non recipiebat admonitionem, ideo voluerunt se cõuertere ad occisionem. vnde subditur. d ¶ Et lapidibus eos vellet opprimere. scilicet Moysen & Aaron Iosue & Caleb. e ¶ Apparuit gloria domini, ad defensionem eorum & terrorem malorum. f ¶ Et dixit dominus. Hîc consequenter ponitur dictæ trangressionis punitio. Circa quod primò ponitur dei comminatio. Secũdò pœnæ relaxatio quantùm ad vnam partem, ibi: Dixitqꝙ dominus. Circa primum igitur primò ponitur transgressionis repetitio breuiter, cùm dicitur: Et dixit dominus ad Moysen. Vsqꝙ quo detrahet mihi populus iste: Quasi dicat ab exitu de AEgypto inceperunt: vt patet Exod. xiij. & continuauerunt vsqꝙ modò. g ¶ Quousqꝙ non credent mihi in omnibus signis, quæ fuerunt tam mirabilia, quòd deberent credere eis. h ¶ Feriam igitur eos pestilentia atqꝙ consumam. licet hoc non fecerit, tamen verum dixit, quia loquebat secundum demerita populi, vt sit sensus: meruerũt vt hoc eis facerem. i ¶ Te autem faciam principem. hoc autẽ intelligitur cõditionaliter. i. si facerem primum, facerem & istud secũdum, quia merita tua exigunt. k ¶ Et ait Moyses, ad auertendum iram dei, ne populꝰ totaliter deleret. et ad hoc allegat blasphemiam nominis dei si hoc fieret, dicens: l ¶ Vt audiant AEgyptij. q. d. si hoc fieret, veniret ad eorum notitiam, & tunc intenderent in tuam blasphemiam, quia nesciunt populi culpã. m ¶ Et habitatores terræ huius q audierunt, qꝙ tu. id est terræ Chananæorũ, ad quam ibant, & imputent impotentiæ tuæ dicentes, qꝙ licet potueris educere populũ de AEgypto, non tñ introducere in terrã promissam, quia fortior est in ciuitatibus & habitatoribus eã AEgyptus. & hoc est quod dicit: Non poterat introducere &c. & ideo concludit: n ¶ Magnificetur ergo fortitudo. introducendo populum istum ad terram, quam ei promisisti: quod nõ posset fieri si iste populus penitus deleretur, quia non remanerent reliquiæ ex ipsis. o ¶ Sicut iurasti dicens. li dicens, non refertur ad literam immediatè sequentem, quia non sunt verba domini, sed Moysi: vnde & similia verba dixit Moyses domino, Exod. xxxiij. sed refertur ad iuramentum dei factum Abrahæ, Genẽ. xxj. vbi dicitur sic: Per memetipsum iurauit dixit dominus. & sequitur: Possidebit semen tuum &c. p ¶ Dñs. Per omniũ gubernationẽ. q ¶ Patiẽs. per pœnitentiæ pœnarũ expectationẽ. r ¶ Et multæ misericor. per pœnæ relaxationẽ. s ¶ Auferens iniquitatem. i. peccata facta contra primum. t ¶ Et scelera. cõtra deũ. v ¶ Nullúmqꝙ innocentem derelinquẽs. quia oẽs cõtrahũt pœnã originale, & adulti cũ hoc saltem veniale.

¶ Qui vilipe-

A quam erga populum habebat, & dei bonitas quę supra oẽm mentem est, appareret. Scribitur enim deus iratus & comminari, vt sciat homo tãtũ sibi esse loci apud deũ, tantũq; fiduciæ, vt si etiam aliqua indignatio sit in deo, humanis obsecrationibus mitigẽt, & tantũ de deo impetrare posse hominẽ, vt propria statuta cõuertat. Bonitas em̃ quæ sequit̃ iracũdiã, & Moysi fiduciam ostendit apud deũ, & alienã ab iracundiæ vitio diuinã docet esse naturã. Et mysteriũ in futuro explẽdum cõunet sermo, q̃ quẽ, p̃mittit de⁹, q̃ alium populũ hoc abiecto resuscitet.

†peperciſti populo iſti ab

a ¶ Paruulos. Orig. Sed filij ipsorũ, q̃ sunt hîc mecũ, quicũq; ignorãt bonũ vl̃ malũ &c. Patres nostri fuerũt populus ille prior, nos filij ipsorũ sumus illi quia peccauerũt abiecti sũt & ceciderũt, nos autẽ filij ipsorũ pro ipsis surrexim⁹, & erecti sum⁹, q̃ nesciebam⁹ bonũ vel malũ. Ex gentibus em̃ sumus, neq; bona q̃ ex deo veniunt noueram⁹, neq; mala q̃ ex peccato generant. vnde: Vide aũt sęueritatẽ & bonitatẽ dei in eos, qdẽ q̃ ceciderũt sęueritatẽ, in te aũt bonitatẽ, si p̃ manseris in bonitate &c.

†Deut.28.

Rom.11.

b ¶ Annis pro die. Orige. Quali pro die p̃ annũ recipietis peccata vestra. xl. annos. Timeo hoc mysteriũ discutere. Video em̃ q̃ in hoc cõprehendit̃ ratio peccatorũ & pœnarũ. Si em̃ cuiq; peccatori ann⁹ ascribit̃ ad pœnã, p̃ vnius diei peccato, & secundũ rationem dierũ quibus peccat totidẽ annorũ numer⁹ in supplicijs consumit̃, vereor ne fortẽ nobis q̃ quotidie peccamus, nec ipsa fortẽ secula aut etiam secula seculorũ sufficere possint ad pœnas luendas. In eo q̃ populus ille pro. xl. dierũ delicto. xl. annis cruciat̃ in deserto, nec terrã sanctam introire p̃mittit̃: Similitudo futuri iudicij videtur ostendi, vbi peccatorũ rõ discutiẽda est, vbi erit aliqua fortasse bonorũ operũ recõpẽsatio, vel eorũ q̃ in vitã suã q̃s q̃ mala recepit, sicut de Lazaro dicit̃.

Ysiche

B

Luc.16.

Sed hoc nul⁹ ad integrũ nouit, nisi cui pater omne iudicium tradidit. ¶ Orig. Neget q̃s fortasse bõitati dei cõuenire, vt p̃ vni⁹ diei pcãtõ, annũ suppliciorũ repẽdat, imõ dicat etiã si diẽ p̃ die reddat, q̃uis iustũ, nõ videt̃ esse begninũ. Sed si vulnus corpori infligat̃, aut os confringat̃, aut neruorũ iunctura resoluat̃: sub vnius em̃ horæ spatio solent hęc corpori⁹ accidere. & plurib⁹ postmodũ cruciatib⁹ aut doloribus exactis, multo vix tpe sanari. Quanti em̃ tumores in loco, quãta torm̃ta generant̃? Si verò accidat vt in eodẽ vulnere vel in eadem fractura iterũ quis vulnerẽt, & frequẽtius frãgat̃, quãtis pœnis quãtisq; cruciatib⁹ pot curari? Quãto aũt tpe (si tñ potuerit) ad sanitatẽ perducit̃? Et vix aliquando ita curabit̃, vt vl̃ debilitatem corporis vel fœditatem effugiat cicatricis. Trãsit ab exẽplo corpis ad vulnera animę, q̃ quoties peccat, toties vulneratur peccatis velut telis. vñ: Assumite scutũ fidei in q̃ possitis oĩa tela maligni ignea nequissima extinguere. Patit̃ autẽ nõ solũ vulnera iaculorũ, sed & fracturas pedũ eũ laqui parant̃ pedib⁹ eius, & supplãtant̃ gressus ei⁹. Hęc & huiusmodi vulnera quãto tpe putas posse curari? O si possim⁹ p̃ vnũq̃dq; pctm̃ videre quõ anima vulnerat̃. Sermo malus vulnus infligit, sed nõ in lingua: vulneratur anima etiã p̃ cogitationes & cõcupiscẽtias malas.

Ezech.4.a

† ꝓhibitio ne mea q̃ ego prohibeo vos ingredi terram

noxium derelinquens, qui uisitas peccata patrum in filios, in tertiã & quartam generationem. Dimitte obsecro peccatum populi tui huius secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut †propitius fuisti egredientibus de Ægypto usque ad locum istum. Dixitq; dominus: Dimisi iuxta uerbum tuum: Viuo ego, & implebitur gloria domini uniuersa terra. †Attamen omnes homines, qui †uiderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem uices, nec obedierunt uoci meæ, non uidebunt terram pro qua iurauí patribus eorum: nec quisquam exillis, qui † detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quam circumiuit, & semen eius possidebit eam: quoniam Amalecites & Chananæus habitant in uallibus. Cras mouete castra & reuertimini in solitudinem per uiam maris rubri. Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? Querelas filiorum Israël auditi. Dic ergo eis: Viuo ego dicit dominus, sicut locuti estis audiente me, sic faciam uobis. In solitudine hac iacebunt cadauera uestra. Omnes qui numerati estis à uiginti annis & suprà, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam leuaui manum meam, ut habitare uos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue filium Nun. Paruulos autem uestros, de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam, ut uideant terram, quæ uobis displicuit. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Filij uestri erunt uagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem uestram, donec cõsumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis terram. †Annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates uestras, & scietis †ultionẽ meam, quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ conspirauit aduersum me. In solitudine hac deficiet & morietur. †Igitur omnes

a ¶ Qui visitas peccata patrũ. quia vsq; ad quartam generationem contingit patres videre filios suos & econuerso, & sic filij vt frequenter fiunt imitatores paternorum scelerum, & patres puniuntur in eis, quando vident pœnas eorum.

b ¶ Dimitte obsecro peccatum populi tui &c. q. d. toties & tam grauiter te offenderunt, q̃ indigẽt tua maxima misericordia.

c ¶ Dixitq; dominus. Hîc consequenter ponitur pœnæ relaxatio, quantũm ad vnam partẽ, cùm subdit̃: d ¶ Dimisi iuxta verbum tuum. Et bene dicit iuxta: quia non totaliter dimisit, sed quantũm ad hoc, q̃ non deleret totum populum simul. adeò subditur: e ¶ Viuo ego. Modus est assertionis diuinę, & est sensus, sicut verum est, q̃ ego sum viuens, quia sum vita per essentiam, sic verum est verbum meum de non delendo totum populum simul. ideo subditur: f ¶ Et implebitur gloria domini vniuersa terra: Id est per facta mirabilia, q̃ faciam introducendo populum in terram promissam, diuulgabitur gloria nominis mei per vniuersam terram, sicut patet de siccatiõe Iordanis & subuersione Iericho, & similibus. Aliqui tamen exponunt & bene, q̃ hoc intelligatur de Christo qui secundum carnẽ descẽdit de illo populo, per quem impleta est omnis terra gloria domini.

Viuo ego †Quia †gloriam

†irritauit me

g ¶ Attamen. Hîc cõsequenter reseruat partẽ pœnæ debitæ, & primò quãtùm ad communitatem populi dicens:

h ¶ Omnes homines, qui viderunt maiestatem meam &c. Propter q̃ debuissent mihi credere & obedire.

i ¶ Et tentauerunt me iam per decẽ vices. Semel ante egressum de Ægypto, Exod. v. Secundò in recessu Exo. v. Tertiò in deserto Sur ad aq̃s Marath, Exod. xv. Quartò in murmure pro defectu carnium, vt hîc cap. xi. Quintò plus colligendo de manna & seruando vsq; mane. Exod xvj. Sextò in Raphidim p̃ defectu aquæ, Exod. xvij. Septimò in conflatione vituli, Exo. xxxij. Octauò ex impatientia laboris, vt hîc capi. xj. in principio. Nonò ex concupiscentia saporis, Nume. xj. Decimò ex desperatione in hoc loco. Cætera patẽt vsq; ibi.

D

Decẽ vices b⁹ popul⁹ murmurauit

k ¶ Omnes qui numerati estis a viginti annis & supra & mur. Ex quo patet, quòd illi qui erant minoris ætatis non incurrerunt hanc pœnam, similiter nec filij Leui, quia nõ fuerunt numerati à viginti annis, sed primò ab vno mense, vt dictum est supra. iij. cap. Et secundò numerati sunt à xxx. anno, & suprà, vt dictum est. iij. ca.

l ¶ Paruulos autẽ vestros, de q̃bus dixistis, quod prædæ hostibus forent. Hîc determinatur pœna quantùm ad illos, qui erant infrà. xx. an. quia licet non fuerint in deserto, mortui tamen retardati sunt ab ingressu terræ promissionis propter peccata patrũ suorum. xxxix. annis. & hoc est quod subditur: m ¶ Filij vestri vagi erũt in deserto annis quadragũta. Primus annus egressionis de Ægypto, qui iam transierat computatur in istis. xl. n ¶ Et portabunt fornicationem vestrã. id est pœnã peccatorũ vestrorũ, quib⁹ recessistis à dño, sicut fornicatrix à legitimo viro. o ¶ Igit̃. Hîc determinat̃ pœna explor atorum,

† Exod.14.b

† Iudic.8.c 1.Cor.10.b

T ij cui subditur

Id est pœnam fornicationis.

Exponit mysterium numeri.

E malas. Frangitur aũt & conteritur per opera peccati. Quę oĩa si videremus, & vulneratæ animæ cicatrices sentiremus, vsq; ad mortem resisteremus contra peccatum. Sed sicut dæmoniaci, vel mente capti non sentiunt si vulnerentur (quia carẽt naturalibus sensibus) ita cupiditatibus seculi amentes facti, vel vitiis inebriati, non sentimus quanta vulnera, quantas contritiones animæ peccando acquirimus. & ideo congrua ratio est pœnæ, i. curæ & medicatiõis tempus extendi, & per vnũquodq; vulnus pro qualitate plagæ medẽdi sparia propagari. Sic ergo & dei æquitas & benignitas in ipsis animę supplicijs euidens fiat, vt hęc audiens qui peccauit resipiscat, & vltrà nõ peccet. Conuersio enim in præsenti vita et fructuosa pœnitentia celerem confert medicinam. Quæ non solùm vulnus pręteritum sanat, sed vltrà non sinit animam peccato vulnerari. ¶ Orig. Aliud adijciam: Si peccator sum, nunqd pœna mihi erit eadem Moraliter
si semel peccaui, quæ si secundò & tertiò & frequentius? Non pro modo enim & numero & mensura peccati etiã pœnę quanPsal.79.a.
tas metienda est. Vnde: Potabit nos in lachrymis in mensura. Mensura autẽ erit quã
Psal.74.b. quisq; sibi in hac vita vel minus vel plus peccando quæsierit. Calix quoq; in manu domini vini meri dicitur esse plen⁹ musto. Miscetur enim vnicuiq; & fit iudicium, nõ solùm ex malis quæ gessit, sed etiam ex bonis, cùm autem vtrq; misceantur, sex eius (quam ego puto partem malorũ dici) non
†Deut.1.g. ad integrum exinanietur. Sed hæc in manu dei sunt, nostrũ autem est citius emendare
Ezech.18. & pœnitere, prętorita lugere, futura cauere.
1.Ioh.2.a. Quia vt conuersus ingemueris, saluus eris.
Ro.8.f. Habemus enim aduocatum qui interpellat
F pro nobis multò præstantiorem Moyse, qui tamẽ pro populo illo exauditus est. Et fortasse propterea Moyses scribitur priori populo veniã impetrasse, vt multò magis confidamus q aduocatus noster Iesus veniã nobis impetrabit à patre. a ¶ Parati
Allegoricè sumus. Rabi. O mira proteruitas humanæ mentis, & horrenda stultitia cęcati cordis. Mandat deus promissionibus suis credere, & de sua potentia confidere, & sic terram possidendam intrare. Humana stultitia diffidit, & salutaria monita respuit. Ecõ trario suum negat auxilium, illi contra dei voluntatem terram inuadere volunt. Quibus similes sunt qui promissionibus dei nõ credunt, & prohibita faciunt. Sed spiritales Amalecitæ & Chananęi, qui habitãt in mõtibus superbię, percutientes eos persequuntur vsq; ad Horma. Amalecitæ populus lingens sanguinem, Chananæi negotiantes vel mot⁹, Horma anathema interpretatur. Aĕrię ergo nequitię quæ nostrum sanguinem sitiunt. & terrenis negotijs implicare nos volunt, si in peccatis perseuerauerim⁹, & montem superbiæ ascenderimus, concidentes nos iaculis ignitis persequũtur vsq;
Eph.6. ad perpetuũ anathema. Nõ ergo de nobis p̃sumam⁹, sed nostrã infirmitatẽ cõsiderãtes dei p̃ceptũ sequamur p omnia. Sic eñ omnes hostes superabimus, sic patrię cælestis gaudia q̃ nobis promissa sunt, percipiemus.

Nicolaus de Lyra.

Hęc subditur: a ¶ Mortui sunt atq; percussi. id est subitò & horribiliter ad terrorẽ aliorum ex sententia domini. b ¶ Iosue autẽ filius Nun & Caleb filius Iepho. Dicit Rab. Sa. q ex hoc dat intelligi, q̃ successerunt eis in hæreditate, quia propter peccatũ eorũ filij ipsorũ fuerunt priuati hæreditate in terra promissionis, & hoc iustè: quia auertẽrãt corda populi à consecutione terrę p̃missæ. c ¶ Et ecce. Hic consequẽter ponit transgressio populi ex p̃sumptione, quia sicut prius ad mandatũ dei ire noluerant, ita postea cõtra voluntatẽ dei & inhibitionem Moysi ire volebant, & patet litera vsque ibi: d ¶ At illi contenebrati, id est

uiri, quos miserat Moyses ad contemplandam terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terrae quòd esset mala, mortui a sunt, atque percussi in conspectu domini. Iosue autem filius Nun, & b Caleb filius Iephone, uixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terram. Locutusq; est Moyses uniuersa uerba hæc ad omnes filios Israël, & luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes, ascenderunt uerticem montis c atq; dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo dominus locutus est, quia peccauim⁹. Quibus Moyses: †Cur, inquit, transgredimini uerbum domini, quod uobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere: non enim est dominus uobiscum, ne corruatis coram inimicis uestris. Amalecites & Chãnæus ante uos sunt, quorum gladio corruetis, eò quòd nolueritis ac quiescere domino, nec erit dominus uobiscum. At illi †contenebrati d tia ascenderunt in uerticem mõntis. Arca autem testamenti domini & Moyses non recesserunt de castris. Descenditq; Amalecites & Chanæus qui habitabant in montibus, & percutiens eos atq; concidẽs per e secutus est eos usque Horma.

a ¶ Lingentes sanguinem.
b ¶ Negotiũa dei motus.
¶ Spirituali ignito.
¶ Nequitia mentis.
a ¶ Superbiæ.
¶ Superbiæ.
¶ Anathema.

Cap. XV.

Locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israël, & dices f

ADDITIO

Suprà in additione super Exod. xxxiij. sup illud verbum: Quo transeũte corã eo ait: Dominator domine deus &c. Fuit ostensum, q̃ illa v̄ba dominator &c. nõ fuerit Moysi orantis, sed ipsius dei docẽtis Moysen vias suas, quibus deus rationalem creaturam regit, prout ibi fuit plenius declaratum: quæ quidem vię pro maxima pte misericordiã sonant, quæ quidẽ misericordia maximè diuinã omnipotentiã manifestat prout in collecta dicit: Deus q̃ omnipotentiã tuã parcẽdo maximè & miserando manifestas, idcirco Moyses edoctus à deo de vijs dñi supradictis, cũ modo diuinas miserationes implorabat pro populo propriè dicebat: magnificẽ ergo fortitudo domini. Fortitudo enim dñi, q̃ sua omnipotentia est, magnificat maximè, i. maximè manifestat miserãdo. Qđ aũt sequit in litera fm trãslationẽ nostrã: Sicut iurasti dicẽsin Hebręo habẽt: Sicut locut⁹ es dicẽs. Vñ li dicẽs, ppri⁹ refert ad literã imediate sequentẽ q̃ fuerũt v̄ba dñi docẽtis Moysẽ vias suas vt dictũ est. Et notandũ, q̃ in hoc loco de patrũ meritis Moyses nõ fecit mentionẽ in speciali, sicut in pcẽdo vituli dixit suprà xxxij. cap. Memẽto Abrahã & Isaac seruorũ tuorũ. Nec i generali nõ eñ dixit: Qui custodis misericordiã in milia: Cui⁹ratio est, quia in hoc loco diuinis trãs miserationibus innitebat, non aũt meritis patrũ. Similiter p̃termisit in hoc loco: Miserator & misericors, q̃a vt in p̃dicta additione fuit expositũ, horũ duorũ nominũ adiectiuorũ. Primũ intelligit de creatione sec⁹m quã natura creata, p ductũ de non esse ad esse, qđ pertinet ad misericordiã. Sec⁹m de his q̃ addũtur super naturã, vt sibi fuit expositũ. de quibus ad p̃sens Moyses non fecit mentionẽ, sed primò implorabat patientiã diuinã dicẽs: Patiẽs eo q̃ iram dei videbat erga eos sic accẽsam, q̃ oẽs simul minabat consumere, vñ dixit: Quòd occideris tantã multitudinẽ q̃si vnũ hoiem. vñ Moyses in hoc loco nõ videt petiuisse relaxationẽ omnimodã istius delicti, sed longanimitatẽ diuinã, & etiam q̃ pẽtã eorũ nõ simul fuissent punita, sed successiuè, vñ dicit: Qui visitas peccata patrũ in filios. vñ in Deut. Moyses repetit orationes q̃s fecit, p populo dicẽs ca. ix. d. Et oraui dñm & dixi &c. & etiã de orõne, p Aarõ facit mẽtionẽ, nõ tñ de hac orõne aliq̃d dicit, q̃a nõ petebat remissionẽ omnimodã, nisi q̃ de⁹ se haberet lõganimiter erga eos: qđ pater in executione q̃a oẽs illi q̃ fuerũt in hoc pcẽ exploratores fuerunt condemnati, non solùm ad mortẽ tẽporalẽ in deserto, sed etiã ad mortem æternam. Ad qđ aliqui allegant illud Psal. xciij. b. Quadraginta annis &c. quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

REPLICA correctorij secundũ Burg. In ca xiij. Burg. singularis est: allegans circa orationem Moysi quasi verba dñi sint, quẽadmodũ suprà Exo. xxxiij. longa digressione confinxit: Sed ea quę intendit hîc & ibi non esse fundata, vide in correctorio vltimò.

Locutus est. Hîc ponitur quoddã CAP. XV. incidens, eò q̃ circa idẽ tẽpus de colligente ligna in sabbatho accidit casus, & tñ obseruatio sabbathi fuit statuta à principio creatiõis mũdi, vt habẽt Geñ. a. Et bñdixit ✠ dñs die Moraliter. f ¶ Locutus est. In hoc capitulo ponuntur aliqua de modo offerendi sacrificia, quæ sunt mystice superius exp̃posita: ppter

G ¶ Persecutus est eos vsque Horma. Nomen est loci impositum ab euentu, vt habetur infrà xxj. cap. sed hîc ponitur per anticipationem.
¶ In cap. xiiij. vbi dicitur in postilla: Et ideo concludit, magnificetur ergo fortitudo domini.

H †auerti nõ etiã domũ mi secũ

† roborari vel consortari, aut repugnantes & obuiantes

A ¶ a Sacrificium &c. Fidem incarnationis Christi, q̄ in lege plenissimè commendat, vel obseruantiā decalogi. ¶ Hiero. Iosephus. Lex præcipit in priuatis publicisq; sacrificijs etiam farinam mundissimam adnexi, in agno quidem assarij mensuram, in ariete

Literaliter

duorum, in tauro triū, & super altare etiā oleum mistū. Nam & oleū offerunt immolantes: in boue quidē hin medietatem, & in ariete huius mensuræ tertiā partē, et quartā in agno. Hin autē mensura Hebrę orū antiqua, ferè choros antiquos duos capiens, scdm quā oleū offerebant. Est autē (vt in Ruth legit) ephi mēsura triū modiorum, hin autē (vt illi volunt qui de pōderibus & mensuris scripserunt,) sextarij mensuram tenet, qui ita nominat, quia sexta pars est cōgij. ¶ Hiero. Alleg. Iubet ergo per singulas species animaliū q̄ offeruntur sacrificium adhiberi, quia nos in terrā ecclesiæ per domini gratiā intrabimus per singulas spēs bonorū operū, sciēt iam spirituālē in meditatione legis adhibere debemus. Mensura igitur ephi quæ tres mensuras habet, significat fidē sanctæ trinitatis, cuius debem⁹ decimā offerre, i. fidē incarnationis Christi, q̄ in lege plenissimè cōmendatur, vel obseruantiam decalogi. Iubemur quoq; offerre oleū. i. charitatē & misericordiam, & vinum ad libamentū. i. gratiā spīalem vel cōmunicationē passionis Christi, & hæc iusta partitio nem mensurę hin i. secundū distributionē perfectæ deuotionis. Senarius em̄ quia p fectus est, p fectionē cuiusq; rei significat. Quid est ergo in agni oblatione decimā partē ephi offerre similæ conspersæ oleo iuxta quartam partē hin, & vinum eiusdem mensuræ ad liba fundenda, nisi simplicitatē morū cū legis scientia, & prudētia euangelica exhibere? Nō placet enim simplicitas sine prudentia: neq; prudētia sine simplicitate. Vnde: estote ergo prudentes sicut serpen. & simp. si. co. Omnis enim stultitia & versutia deo abominabilis est.

Allegorice

Ruth. 3. d.

Trinitas & fides

† segreges votū. i. spetiale votū facies

B Mattb. 5. b.

b ¶ Et arietis. Augu. In oblatione arietis duæ decimæ similæ offeruntur, olei & vini, tertia pars hin. Qua aries rectorum ordinem sinat, bene cū duabus decimis offertur, cum quilibet decalogum legis intellectu & operatione tenens, rectoris officio delegatur. Olei verò atq; vini tertia pars hin exhibetur, quando ab eo charitas & misericordia & gratia spiritualis doctrinæ circa subiectos impenditur.

Moraliter

c ¶ Quādo vero &c. Raba. In bouis oblatione tres decimæ similæ & medietas hin in oleo vel vino. Bos verò prædicatores significat, qui agrum dominicum colunt, & vomere euangelico extirpāt vitiorum spinas, & multiplicant segetem virtutum. Hi cum tribus decimis similæ offeruntur, quia decalogum legis scientia, doctrina, & opere tenentes, fidei sanctę trinitatis veri sunt assertores. Hi charitatem debent habere, & proximis per misericordiam consulendo exemplum præbere, & in gratia diuina quantūm possunt, p ficere: vt ad vitæ perfectionem & sanctitatem perueniant, secundum illud: Sancti estote, quia ego sanctus sum. Quòd autē in hac via desit, in cælesti beatitudine per dei gratiam in se perficiendum sperent.

Norma fidei regula

† deuotio deuotionē Leuit. 3. a.

Theophyl.

d ¶ Cū veneritis in terram &c. Raba. Cū quilibet p̄sentē ecclesiā per fidē intrat, necesse est vt terram carnis suæ, id est corpalē vitā diligenter in dei timore exerceat, vt frugē virtutū producat in refectionē ęternā. Iubemur ergo non solū de artis, sed & de pulmentis primitias conse-

crare deo. i. non solùm de prędicationis officio laboris primordia domino consecrare, sed & de domesticis disciplinis, quas in se q̄sq; solerter exercet, inchoationem bonæ voluntatis domino dedicare. Siue em̄ in seipso aliquis virtutibus studeat, siue alijs piū laborem impendat, non sibi sed diuinæ gratiæ imputet, vt ei cōsecret omnis boni initiū, à q̄ sperat p fectiōis supplemētū. e ¶ Quod si per. Aug. Quod præcipit quō peccata expient, quę nō sponte cōmittunt, meritò quærit quę sint ipsa pcā nolentiū? vtrū quę à nescientibus cōmittunt? an q̄ facere cōpelluntur? Nā & hęc cōtra voluntatē dici solēt. Sed vult qs ꝓpter qđ facit, cū vult viuere, si qs nisi fecerit, mortē minet, vult ergo facere, qa vult viuere. Et iō nō p se-

Aug. Quæ sint peccata nolentium.

† ad separā dū votum i. inspeciale votum

¶ ipsum appe

Nicolaus de Lyra.

erunt quidam portio veri pontificis, id est Christi, alij Leuitarum,
vel angelis vel alijs cęlestibus virtutibus segregati. quidā & portio
hominum, qui in hac vita prudentes dei dispensatores fuerunt, vn- H
de ei cui dominus crediderat quinq; mnas, & fecerat decem, ait: Luc. 19. d.
Esto potestatem habēs super decem ciuitates &c. Quæ em̄ hîc pote
stas super ciuitates intelligitur, nisi gubernacula animarum? Vnde
mihi videtur ꝙ inter angelos alij principatum & potestatem super
alios gerant, alij subiaceant & obtemperent potestati. Sic nec ille
cui potestas decem ciuitatum vel quinque datur, immeritò ad hāc
peruenit potestatem. Omnia ergo apud deum ratione & iudicio
fiunt, nec ad gratiam tantùm, sed pro merito. alius princeps mul-
torum esse ponitur, alius principatui subiectus. ¶ Idem: Agri an-
gelorum corda nostra sunt, quisq; eorum ex agro quem colit of-
fert primitias domino. ¶ Orige. Sicut Christus rex regum, ita pri- Mystici.
mitię primitiarum, q̄ non pontifici iā sed deo oblatæ sunt: quia fe Hebr. 9. d.
ipsum hostiā obtulit deo, & surgens à mortuis sedet ad dexteram Ephes. 2. d.
dei. Dicitur autē primitiæ & primogenitus totius creaturæ. Quod Colos. 1. b.
vtrū sic ꝙ singulas creaturas intelligi debeat, vt inter homines primi
tiæ dormitiū dicit & intelligit, an celsiori & diuiniori intelligētia,
non est p̄ntis tēporis ꝓsequi. ¶ Sed si mererer ego magnū & sum-
mo pontifice dignū offerre sensum, vt ex his quæ loquimur & do-
cem⁹ aliquid egregium summo pontifici placeret, poterat angelus
qui ꝓesti ecclesiæ ex oibus dictis nostris aliq̄d eligere, & loco pri
mogenitorū vel primitiarum de agello nostri cordis dōo offerre.
Sed vtinā ꝓhis quæ loqmur dānari nō mereamur, sufficeret no-
bis hæc gratia. a ¶ Vniuersa frugum Aug. Primogenita eia Summo
quęcunq; in terra eorū fuerint, quantumcūq; obtulerint dño, tibi pontifi.
erunt. Hîc primogenita nō fœtus primos vel primitiuos pecorū
dicit. Nam ipsa Græcè πρωτότοκα nominantur: hæc autem πρωτογενήματα. Sed Latinè his duabus reb⁹ duo nomina nō sunt reperta: &
ideo ista, πρωτογενήματα, quidam primitias interpretati sunt, sed
primitię ἀπαρχαὶ dicuntur & aliud sunt. Hæc igit̄ tria ita dis-
cernuntur: quia πρωτότοκα, sunt primitiui animaliū fœtus & ho-
minum πρωτογενήματα verò primi fructus de terra sumpti, vel
de arbore vel de vite. Primitiæ autē de fructibus quidē, sed tam re
latis ab agro sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primi-
tus sumebant. b ¶ Quicquid primum. Orige. Possunt fortè
illi primogeniti dici qui cum mulieribus non sunt coinquinati, vel Apoc. 14. b
etiam martyres

Nicol. de Lyra

Hanc. a ¶ Quicquid primum erum. i. quod primò nascetur.
Vt pro homine.

a ¶ Corda humana.

b Quicquid primū erumpet è uul-
tua cunctæ carnis quam offe-
runt domino, siue ex hominibus

a ¶ Primogeniti sunt cum mu-
lieribus non sunt coinquina-
ti vel martyres.

b Vniuersa frugum initiâ, quæ gi-
gnit humus & domino depor-
tantur, cedent in usus tuos. Qui
mundus est in domo tua, uesce-
tur eis. Omne quod ex uoto red-
diderint filij Israël, tuum erit.

a ¶ Rationalibus.

etiã martyres. Primitię q̃q; eccle/
A się possunt dici virgines: decimę
Quare ob/ lationes & decimę de/ rum. y ò q̃ post cõiugiũ cõunctes sunt.
a ¶ Omnes. Rab. In vtroq; testa/
mẽto ministris altaris oblatiões &
decimę ad necessaria tribuunt, ne
terrenis possessiõib⁹ audeãt ihiare,
nec lucrũ de ministerio q̃rere. vñ:
†supra.3.g Matt.10.a. Gratis accepistis, gratis date. Noli
te possidere aurũ neq; argẽtũ, neq;
Mystice pecuniã. ¶ Mystice aũt, decimę ob
seruãtiã legis significãt, vel synceri
tatẽ integritatis fidei, vel pfectionẽ
boni operis, quę maxime habere
debent qui ministerio diuino se
exhibẽt. In denario enim numero
creaturę & creatoris cognitio cõ/
prehenditur, quia septenarius respi/
cit ad humanam naturã, tribus. s.
vim animę ostẽdẽtib⁹. vnde: Dili/
Deut.6.a. ges dominũ deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex tota fortitudine tua. Corpus
autem ex quatuor constat elemen
tis. Septenarium autem si terna/
rio numero fidẽ & confessionem
†Deut.18.a trinitatis exprimenti adiunxeris,
denarium complebis. b ¶ Pa/
Pactũ salis ctum salis. Raba. Pactum salis
nominat oblationum vniuersita/
tem quæ ad ministeriũ vel ad ius
sacerdotum pertinet. vnde in Le/
Leui.2.d. uitico: Quicquid obtuleris sacri/
Mistice. ficij sale cõdies &c. ¶ Mystice
†Dedeci. ostendit sapiẽtiam conuenire sa/
cerdotib⁹ & predicatorib⁹ diuinę
B legis, non secularem sed apostoli
1.Cor.2.b. cam, de qua Paulus dicit: Sapi/
entiam loquimur inter perfectos
†moriamĩ sapientiã non hui⁹ seculi. De qua
Matt.5.b. apostolis dicit: Vos estis sal terrę.
k Sicut em̃ omnis cibus sale condi
tur, sic omnis sermo apostolica
sapientia. Aaron ergo & filijs ei⁹
pactũ est salis sempiternum, quia
non solũm episcopis necessaria
†Loquere est sapientia, sed etiã presbyteris,
diaconibus, & omnibus ordini/
bus: & hoc coram deo. i. vt pu/
Hereditas tuę veritã, Roma.8.b ra & simplex sine versutia & ma/
litia deo placeat. Sapientia enim
hui⁹ mũdi inimica est deo.

GLO. ORDI.

CAP. XIX.

Locutusq; est do. Aug. Alia litera. Et locutus est dñs ad Moysen & Aarõ di/
cens: Ista est distinctio legis, q̃cũq;
cõstituit dñs &c. Nõ est distinctio
nisi inter duo vel plura. Distin/
Augustin. De diffin. dict. legis. ctionem em̃ singularitas nõ reci/
pit, nec distinctionem cuiuslibet
rei memorauit, sed addidit legis,
nec cuiuscũq; legis. Assiduè enim
in scriptura dicit de vnaq̃q; re, de
qua legitimè precipit, hęc est lex
istius vel illius, nõ vniuersalis lex,
quę continet oia quę legitimè pre
cipiuntur. Hîc verò cũm dixisset:
Hęc est distinctio legis, adiunxit,
q̃cũq; consti

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Vt p hoĩs primoge/
nito pretium accipias. Qđ
est quinq; siclorũ argẽti, vt dictũ
est suprà

¶ Idiotis simplicibus

siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita dunta/
a xat, ut p hominis primogenito pretium acci/
pias, & omne animal quod immundum est, b
redimi facias, cuius redemptio erit post unum
mensem, siclis argenti quinque pondere san/
ctuarij. † Siclus viginti obolos habet. † Pri/ c
mogenita autem bouis, & ouis, & capræ non
facias redimi, quia sanctificata sunt domino.
Sanguinem tantùm eorum fundes super al/
tare, & adipem adolebis in suauissimum
odorem domino. Carnes verò in usum tu/ b
um cedent, sicut pectusculum consecratum
& armus dexter tua erunt. Omnes primi/

a ¶ Archangeli, angeli, apostoli, & quilibet doctores ecclesiæ.

tias sanctuarij, quas offerunt filij Israël domi/
no, tibi dedi & filijs ac filiabus tuis iure per/

a ¶ Sapientiæ diuini condimenti.

b petuo. Pactum sâlis est sempiternum coram c
¶ Episcopis. ¶ Sacerdotibus, diaconibus.
domino, tibi ac filijs tuis. Dixitque domi/ d
nus ad Aaron: † In terra eorum nihil possi/ e

a ¶ Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. &c. Psal. 15.b.

debitis, nec habebitis partem inter eos. Egõ b
pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel.

a ¶ Qui continẽtes post cõiugiũ viuũt.

¶ Verisi.

† Filijs aũtẽ Leui dedi omnes decimas Israëlis f
in possessionem pro ministerio quo seruiũt mi
hi in tabernaculo fœderis, ut nõ accedãt ultrà fi
lij Israël ad tabernaculũ, nec committant pecca
tum † mortiferum, solis filijs Leui mihi in taber
naculo seruientibus & portantibus peccata
populi: Legitimum sempiternum erit in ge/
nerationibus uestris. † Nihil aliud posside/
bunt, decimarum oblatione contenti, quas
in usus eorum & necessaria separaui. Lo/ l
cutúsque est dominus ad Moysen dicens: m
† Præcipe Leuitis atque denuntia: † Cùm ac/
ceperitis decimas à filijs Israël quas dedi uo/
bis *, primitias earum offerte domino, id est
decimam partem decimę, ut † reputetur uobis
in oblationem primitiuorum, tam de areis
quàm de torcularibus & uniuersis, quorũ acci
pitis primitias, offerte domino, & date ea Aa/
ron sacerdoti. Omnia quę offertis ex decimis
& in donaria domini † separatis, optima &
electa erunt *. Dicésque ad eos: Si præcla/
ra & meliora quæque obtuleritis ex decimis,
reputabitur uobis quasi de area & torcula/

a ¶ Orige. Allego. Non solum cibus vel pecu/niam largiatur, sed & affectũ misereñdi habeat & compatiendi.

ri dederitis primitiãs & comedetis eas in omni/
bus locis uestris, tam uos quàm familiæ uestrę,
quia pretium est pro ministerio, quo seruitis
in tabernaculo testimonij, & non peccabitis
super hoc, egregia uobis & pinguia reseruan

tes: Ne polluatis oblationes
filiorum Israel & moriamini.

Cap. XIX.

Locutúsque est dominus ad
Moysen & Aaron, dicens:

est suprà. iij. ca. & intelligit de pri/ C
mogenitis aliarũ tribuũ à tribu
Leui, cui⁹ primogeniti erãt deo
oblati ad ministeriũ tabernaculi.
b ¶ Et oĩe animal q̃d⁹ im/
mundum est redimi facias.
Hoc non intelligit g̃naliter de o/
mni ali immundo, sed de omni idi
gẽte redẽptiõe. Inter alia em̃ im/ †Primoge/
mũda aliq̃ erãt quorũ primogeni/ nitum
ta nõ redimebant̃ sed iterficieban/ Exo.30.b.
tur sicut primogenitum canis, & Leui.27.c.
aliq̃ quę nõ redimebant̃ pecunia, Ezech.45.d
sed p eis ouis offerebaf, sicut pri/
mogenitũ asini. c ¶ Primoge/
nita aũt bouis & ouis & ca/
non fa/re/quia san/sunt dño.
Quia debebãt immolari ipsi deo.
d ¶ Carnes vero in vsum
tuum ce/sicut pec/cõse/i/sicut
de alijs sacrificijs q̃rũ vna pars est
offerẽtiũ, pectusculũ tñ & armus
dexter de illis ptinẽt ad te, sic car/
nes de istis. e ¶ Pactũ salis est
sempiternũ. In omni sacrificio
ponebaf sal, & ideo stabilitas ali/
cuius pacti designaf noie pacti sa/
lis. f ¶ In terra eorum nihil
possidebitis. Ex quo em̃ accipie/
bãt victum à populo nõ debe/
bãt habere partem in hereditate.
g ¶ Nec habebitis partem
inter eos. Hoc addit ad denotã/
dũ, q̃ nec etiã in p̃da hostiũ debe/
bant habere ptem, vt dicit Rab.
Sa. h ¶ Ego pars & hæredi
tas tua. Quia oblata & sanctifica
ta dño erant assignata pro victu
suo. i ¶ Filijs autẽ Leui. Hîc
cõsequẽter agit̃ de mercede Leui/
tarũ, & patet lĩa vsq; ibi: k ¶ Et D
portantibus pcãta po. Quia si †Deut.18.a.
ex eorũ negligẽtia aliq̃ se ingerant
indebite ad tabernaculum punit̃
tur. l ¶ Quas in vsus eorũ &
necessa/separa. Per hoc ostẽdit
q̃ Leuitę nõ poterãt tñ decimas
comedere, sed etiã i alia sibi necef †De decí.
saria cõmutare. m ¶ Locutusq; c.2.
est dñs. Hîc consequẽter agitur † & reputa/
de mercede summi sacerdotis spe bit vobis
cialiter, quia Leuitę de decimis re ceptio ve/
ceptis à populo debebant dare stra acti da/
partẽ decimã summo sacerdoti, retis frumẽ/
& de illis debebant dare illa quę tũ de area
erant meliora, aliter peccarent si & plenitu/
sciẽter sibi meliora retinerẽt: & ex dinẽ de tor/
his patet litera vsq; ibi: n ¶ Ne culari.
polluatis. i. decimas vobis obla/ *separabi/
tas ab ipsis p pẽtiõẽ dictũ. o ¶ Et tis
moriamini. i. si hoc feceritis.

NIC. DELY.

CAP. XIX.

Locutusq;. Hîc cõ/
sequẽter agit̃ de offi
cio sacerdotis iquã/
tũ est mediator dei
ad pplm, & hoc p/
prie respicit purificationẽ q̃ à deo
deriuaf ad pplm p sacerdotis offi
ciũ. In lege aũt erant duę purifi/
cationes.

Moraliter. p ¶ Locutusq; Moraliter
est dñs &c. In hoc capso agit̃
de imolatione vaccę rufę, de cui⁹
cinerib⁹ aq̃ cõmistus fiebat aqua
lustrationis ad purificationẽ im/

V iij * mũdor

Quæcunq; cõstituit dñs, p̃cipiẽdo. s. non creando. Quidam em̃ quæ E cunq; præcepit dñs, trãstulerũt. Si ergo hęc est distinctio legis, quæcunq; præcepit dñs, magna est ista distinctio, & rectè intelligitur duo testamenta intelligere vel distinguere. Eadẽ sunt enim in veteri & in nouo testamento: ibi obumbrata, hîc reuelata. Non enim tantũ sacramẽta diuersa sunt, sed etiam pro

†hoc est statutum legis quod

missa. ibi videnť tẽporalia proponi, quibus spirituale p̃miũ occultè significet, hîc autẽ manifestè spiritualia promittuntur, & æterna. Temporaliũ em̃ bonorũ & carnalium & spiritualium atq; æternorũ: quæ certior distinctio est, quã pallio Christi: In cui⁹ morte claruit, nõ trãsitoriã felicitatem pro magno munere sperandã & optandam cũ vnigenito filio (quem tantaq; pati voluit) longè aliud deus à se peti & expectari apta distinctione declarauit. Hanc ergo passionẽ Christi velut distinctionem duorum testamentorũ, hoc qđ de iuuencę rufę mactatiõe dicit satis cõgruè figurat. Locut⁹ est em̃ dñs ad Moysen & Aaron dicẽs: Ista est distinctio legis, quęcũq; cõstituit dñs, deinde mandare incipit, hæc adiungens, dicens: Loquere filijs Israël. Potest etiam ita distingui: Et locutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Ista est distinctio legis, quæcunque constituit dominus dicens: non quæcunq; constituit dominus creans, sicut cælum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, sed quæcunq; cõstituit domin⁹ dicẽs, in duobus. s. testamentis vt deinde sequatur: Loquere filijs Israël & accipiant à te iuuencam rufam sine vitio. Iuuenca rufa carnẽ Christi significat. Sexus fœmineus infirmitatem carnalem, rufam passione cruentatam. Quòd autẽ ait, accipiant à te, in ipso Moyse figurã ostendit legis: quia secũdum legem visi sunt sibi occidere Christum, quia soluebat sabbathum, & obseruationes legis prophanabat. a ¶ Vaccam.

Iohan. 9. c.

Per masculum fortitudo, per fœminam infirmitas significatur: per vaccam ergo infirmitas dominicæ incarnationis ad sacrificium assumpta figurat. Mortuus est em̃ Christus ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. ¶ Vaccã rufam, rubrã. s. sanguine passionis. vñ: Dilectus meus candidus & rubicundus. Candidus. s. ex diuinitate, rubicundus ex sanguine, candidus etiam per iustitiam vitæ. ¶ Grego.

2. Co. vlt. a.

Cañ. 5. c.

F

Moraliter

Moraliter. Vaccam rufam mactamus, cùm carnem à lasciuia voluptatis extinguimus: quã cũ hyssopo, ligno cedrino, & cocco offerimus, quia cũ macerationẽ corporis sacrificium fidei, spei, & charitatis adolemus. b ¶ Nulla sit macula. Augu. sine vitio. Hanc enim carnem cæteræ hostiæ significabant, vbi similiter sine vitio pecora imolari iubebantur. Erat enim in similitudine carnis peccati, sed non caro peccati. Sed hîc vbi euidentius legis distinctionem voluit deus commendare, parum fuit dicere sine vitio, nisi diceretur quæ non habet in se vitium. Quòd si repetendi causa dictum est, fortè non frustra est q̃ eam rem ipsa repetitio firmius commendauit, q̃uis non aberret à vero: & ideo additum intelligatur, quæ non habet in se vitium, cùm iam dictum esset iuuencam sine vitio. Quia in se non habuit vitium caro Christi, in alijs autem habuit, qui membra eius sunt. Quę em̃ in hac vita caro sine peccato, nisi illa sola, quæ non habuit in se vitiũ? c ¶ Nec portauerit. Omnis qui peccat, seruus est peccati. Quia ergo Christus nũq̃ peccauit, iugum non portauit. ¶ Augu. Alia litera. Et non est super eam suppositum iugum &c̃. Non em̃ subiugata est iniquitati, cui subiugatos inuenies liberauit, & vincula eorum dirupit. vnde: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis &c̃. Super illius enim carnem non est positum iugum, qui potestatem habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. d ¶ Tradetisq;. Vacca ad immolandum sacerdoti traditur: quia dominus incarnatus pro redemptione nostra sacrificium semetipsum fecit, datus manibus Iudaici populi. ¶ Aug. Alia litera. Et dabis eam ad Eleazarũ sacerdotem &c̃. Cur nõ ad Aaron? Forte prefiguratum est nõ ad tẽpus qđ tunc erat, sed ad posteros huius sacerdotij passionẽ dñi peruenturam. e ¶ Qui eductam extra castra. Aug. Quia extra portam passus est Christus, vt nos à conuersatione p̃sentis vitæ quasi à ciuitate educeret. ¶ Augu. Et ejiciam eam extra castra. Sic ejectus est dominus passurus extra ciuitatem. ¶ Augu. In locũ mũdũ, quia non habuit causam malam. Et occident eã in conspectu eius, sic occisa est caro Christi in conspectu eorum, qui futuri erant in nouo testamento domini sacerdotes. f ¶ Immolabit. Isido. Moraliter. Vaccam rufam (cuius cinis est expiatio populi) immolare non poterit, nisi qui terrena opera non fecerit, iugũmque delicti non traxerit, & vinculis peccatorum ligatus non fuerit. g ¶ In conspectu omnium. Gregor. Quia Christus in conspectu omnium quasi

Iohan. 8. d.

Psal. 115. b.

Iohã. 10. d.

Augustin⁹

Heb. 13. d.

Iohã. 19. c.

Moraliter.

†Ista est religio uictimæ, quam constituit dominus: Præcipe filijs Israël, ut adducant ad te uaccam rufam ætatis integræ, in qua

a ¶ Quia omnis operatio eius perfecta.

nulla sit macula: nec portauerit iugum: tradetisq; eã Eleazaro sacerdoti. † Qui eductam extra castra immolabit in cõspectu oĩm, & tingens digitũ in sanguine eius

a ¶ Quia peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Pe. ij. d.

mniũ quasi extinctus est. In cõspectu patris immolat⁹, q̃a quod ante oculos hominum pœna, hoc ante oculos patris sacrificium fuit. G

h ¶ Et tingens digitum in sang. eius. Augus. Alia litera: Et accipiet Eleazar sanguinem eius, & asperget contra faciem testimonij à sanguine eius septies. Quia Christus secundũ scripturas fudit sanguinẽ i remissionẽ peccatorum, ideo contra faciem tabernaculi testimonij, quia nõ aliter declaratũ est, quã fuerat diuino testimonio prænuntiatum. Et ideo septies, quia ipse numerus ad emundationem pertinet spiritalem. ¶ Greg. In digito discretio operationis signatur. In sanguine vaccæ digitum tingere, est in passione domini nostra opera consecrari, vt passionem eius quam cognoscim⁹ imitemur. Passus est em̃ nobis reliquẽs exẽplum, vt seqũmur vestigia eius.

Myſtica.

1. Pet. 2. d.

¶ Grego. Bea

Nicolaus de Lyra.

¶ Cationes. Vna ab immũditia spirituali, quæ contingit ex peccatis, & ista quæ erat grauior purificabatur p̃ oblationes & sacrificia, vt habetur Leuit. xiij. &. v. Alia autem erat ab immũditia corporali, quæ cõtingit ex tactu alicuius rei immundæ vel alia immunditia corporali, per quam efficiebatur homo ineptus ad ingrediendum locũ cultus diuini, ita q̃ tales immunditiæ erant quasi quædam irregularitates impedientes accedere ad locum diuini cultus, q̃diu manebant. & tales purificabantur per aspersionem aquæ lustrationis, in qua commiscebantur cineres vaccæ combustæ: & de ista purificatione agitur hîc. ¶ Circa quod primò ponitur ritus oblationis, secundò modus expiationis, ibi: Habebunt quoq; filij Israël. Adhuc circa primum describitur vaccæ immolatio, secundò ex hoc aliquorum in quinatio, ibi: Et tunc demum. Circa primum dicitur sic: a ¶ Ista est religio victimę &c. Quia imolabatur pro purificatione totius populi, vt posset accedere ad cultũ dei, qui cultus in sacra scriptura vocatur religio: & ideò hęc victima specialiter nominatur nomine religionis. b ¶ Præcipe filijs Israel, vt adducant. Quia pro purgatione multitudinis fiebat ista immolatio, ideo animal immolandũ debebat exhiberi à toto populo. c ¶ Ad te vaccam. Erat enim immolanda pro peccato idolatriæ vituli, ideo dicitur vacca magis q̃ vitulus: quia sic nominatur ille populus, Osee v. Sicut vacca lasciuiens declinauit Israël: & eadem ratione adducebatur ad Moysen, & non ad Aaron, quia timore populi fecit idolum vituli, vt habetur Exod. xxxij. d ¶ Rufam. In Hebræo habetur: Rubeam: quia idolum prędictum fuit aureum propter similitudinem coloris. e ¶ Ætatis integræ. In Hebræo non habeť, Ætatis: & ideo integritas refertur ad colorem vaccæ, quæ debebat esse rubea integraliter absque varietate aliqua alterius coloris. f ¶ In qua nulla sit macula, id est defectus membrorum, quia talia defectuosa non erant immolatitia. g ¶ Nec portauerit iugum. ad significandum, q̃ filij Israël in idolatria vituli abiecerant à se iugum legis dei. h ¶ Tradetisque eam Eleazaro & non Aaron. Quia Eleazar non peccauit in confiatione vituli. i ¶ Qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium. Non solùm de castris dotatis & Leuitarum, sed etiam populi, ad designandum q̃ idolatria debebat simpliciter à toto populo elongari, quia periculosius inficit q̃ lepra, propter quam tamen ejiciebantur leprosi de tribus castris prædictis, vt dictum est suprà. v. capitulo. k ¶ Immolabit in conspectu omnium. In Hebræo habetur: In conspectu suo: quia sicut dicit Rab. Sa. Eleazar debebat eam immolare per alterum coram se & multitudine. l ¶ Et tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fortes tabernaculi. Non q̃ de loco extra castra rediret ad tabernaculum, vt dicunt aliqui: quia non debebat inde recedere, donec vacca esset incinerata: sed de illo loco vertebat se versus illam partem, vbi erant fores tabernaculi, aspergens versus illam partem, sicut Daniel. vj. dicitur q̃ apertis fenestris orabat contra Ierusalem, existens tamen in Chaldæa.

Diuiſio.

Religio ſig nificatę.

H

¶ Septem vi

mundorũ. Per hãc vaccam, quæ debebat esse sine macula, figurata fuit caro Christi sanctissima. & licet hæc vacca in trãslatione nostra dicať rufa, tñ in Heb. dicit rubea, quia caro Christi fuit in suo sanguine rubricata. Debebat etiã esse ętatis integrę, quia Christus tricesimo tertio anno ętatis suę p̃ nobis fuit imolat⁹. secũm aũt alios passus fuit. xxxiij. anno: sed hoc nõ refert ad p̃positũ, nã vterq; annus est ætatis perfectæ. i ¶ Qui eductam extra. In quo figuratum fuit, q̃ Christus extra Ierusalem erat passurus: vt habeť Iohan. xix.

Moraliter. Vacca ſine macula.

*Asperget cõtra

☞ A ¶Grego. Eleazar sacerdos immolat, & in sanguine digitū tingit: quia plebs Iudæa ex reproborum parte humilitatem domini vsque ad passionem persecuta est. In electis verò operationem humilitatis eius imitata. a ¶Asperget contra fores tabernaculi. Tabernaculum synagogam significat. Qui ergo tinxerit digitum contra fores tabernaculi aspergat, id est quisquis passionis eius vias imitatur, synagogæ non credenti & resistenti per exempla bona & prædicationem rectā signū bene viuendi præbeat. ¶Grego. Asperget: id est resistenti plebi per prædicationē rectā & opera passionis Christi exempla mōstrabit. b ¶Septem vicibus. Quia septem sunt dona spiritussancti, quę per Christi sanguinē sup ecclesiæ populos distribuūtur: in quo ab omni delicto purgātur. ¶Gregor. Septē vicibus &c. In septenario perfectio significatur vel accipit. vnde & septē diebus vniuersum tempus impletur, & spiritussanctus septiformis vocatur. Septem ergo vicibus in sanguine digitum intingere, est perfecta operatione mysterium passionis imitari. Et septem vicibus contra synagogam aspergere est perfecta prædicatione passionem infidelibus nūtiare. c ¶Comburetq; eam cunctis videntibus. Gregori. Per pellem & carnem & sanguinem & simum sacrificia in veteri testamento habita, quæ infirmitatem domini nuntiabant, significantur. Quia omnia postmodum spiritaliter à patribus intellecta iuxta exterius mysterium stercora sunt vocata. vnde Paulus: Omnia arbitratur vt stercora, quę flammæ traduntur. Quamuis enim primum carnaliter sint exhibita, postmodum per spiritumsanctum intelligentiæ igne consumpta sunt. ¶Augustinus. Et cremabunt eam in conspectu eius. Puto quia crematio ad signum pertinet resurrectionis. Natura enim est ignis, vt in superna moueat, & in ipsum conuertatur quod crematur. Nam & ipsum cremare de Græco in Latinum ductum verbum est à suspensione. Quòd verò additum est, in conspectu eius, id est in conspectu sacerdotis significare videtur, quia illis apparuit resurrectio Christi, qui futuri erant regale sacerdotium. d ¶Tam pelle & carnibus eius &c. Augusti. Quòd verò sequitur pellis eius & carnes & sanguis eius cum stercore eius comburentur. Id expositum est quomodo cremabitur, & significatum est, q̄ non solùm substantia mortalis corporis Christi quæ commemoratione pellis & carnium & sanguinis intimata est, sed etiam contumelia & abiectio plebis quæ in stercore significaretur, conuerteretur in gloriam quam cōbustionis flamma significat. ¶Grego. Per pellem & carnem exterior Christi operatio significatur. Per sanguinem subtilis & interna virtus exteriora facta viuificans. Per simum lassitudo, sitis, esuries, & timor mortis, & quęcunque ex humanitate pati voluit. Quicquid em̄ defectu mortalitatis habuit, quasi simus in eo abijciendum fuit, quæ omnia igni cremenda sunt, id est iuxta veritatem spiritussancti intelligenda, vt quæ ab eo corporaliter gesta sunt per incorporeum diuinitatis spiritum disposita sentiantur. e ¶Lignum quoq; cedrinum & hyssopum coccumq; bis tinctum. Grego: Cedrus lignum altum & imputribile est. Hyssopus herba valde humilis, quæ tamen inflationem amouet pulmonis. Per cedrū ergo altam: perseuerās contemplatio. Per hyssopum mansueti cordis humilitas signatur. Qui enim contemplatione ad superna tollitur, per humilitatis compassionem debet condescendere inferioribus, nec se ex eo quod habet erigat, sed his qui illud non habent, prædicando libenter impendat. ¶August. Alia litera. Et accipiet sacerdos lignum cedrinum & hyssopum & coccinum, & mittet in mediū cōbustionis iuuencæ. Lignum cedrinū spes est, quæ in supernis firmiter habitat. Hyssopus fides, quæ est humilis herba radicibus hęrens in petra. Coccinum charitas, quod feruorem spiritus igneo colore testatur. Hæc tria debemus mittere in resurrectionem Christi, tanquam in medium combustionis illius, vt cum illo sit abscondita vita nostra. ¶Grego. Potest intelligi per cedrum spes, quæ alta petit. Per hyssopum (quæ etiam odore stomachi immunditiam purgat) fides quæ nimis aduersa æquanimiter tolerat: & quicquid ex anteactis peccatis contractum fuerat mundat. Per coccum verò charitas. Vnusquisque igitur nostrum in flammam quæ vaccam vorat, cedrum hyssopum & coccum bis tinctum mittat. i. in sacrificio dñicę passionis fidem, spem & charitatē exhibeat, ne passionē redēptoris sui sine causa audiat. Hinc Paulus: Nunc autem manent fides, spes, charitas: maior autem horum est charitas. Vnde & hic coccus extremus ponitur, quia fide & spe completa cùm ad æternam patriam venerimus, sola in nobis charitas ad vltimum multiplicatur.

a asperget contra fores tabernab culi septem uicibus, comburetc eam cunctis uidentibus, tam pelle & carnibus eius, cū sanguine & simo flammæ traditis. Li- e
a ſCrucem.
f gnum quoque cedrinum & hyſ- g ſopum, coccumq; bis tinctum h sacerdos mittet in flammam que i uaccam uorat. Et tunc demum
a ſInfidelitatis operibus.
b ſAqua baptiſmi. & penitentia mundato.
lotis uestibus & corpore suo, in-

catur. ¶Grego. Mittatur in flāmam quæ vaccā vorat: cedrus, id est perseuerantia & altitudo nostræ cōtēplationis cōburat igne dñico. Mittatur & hyssop⁹. i. humilitas cordis nostri, veritatem mansuetudinis trahat ex admistione dñicæ passionis. Mittatur coccus bis tinctus, id est charitas, quę nos ad amandum deum & proximum excitat, assiduè nos contemplari passionē dñicam cōpellat, vt in ipsa discat opa recta quę faciat. f ¶Hyssopum. Isidor. Baptismū, quia hyssopo tincto sanguine agni spargebantur. g ¶Coccumq; bis tinctum. Isido. Coccus bis tinctus, sanguis Christi quo mente & corpore abluimur. Hęc tria purgant peccata, cedrus. i. fides crucis, hyssopus baptismus vel martyrium, coccus sanguinis dñici sacramētum. ¶Greg. in cocco bis tincto virtus charitatis exprimitur quæ flamma sancti amoris succensa, duobus præceptis exhiberi iubetur, dilectione. s. dei & proximi. Bis tinctus ergo coccus est charitas duplici præcepto formata, vt sic diligatur deus, ne deseratur proximus, & sic proximus ne contēnatur deus. h ¶Sacerdos. Gre. Omnes qui in Christo credimus sacerdotes sum⁹. vñ: Vos aūt estis genus electū, regale sacerdotiū &c. Alta ergo quę p cōtēplationē sentim⁹, & qđ ex mansuetudine humilitatis agimus, qđ per ignē charitatis exhibemus, passionis Christi sanguine tingere debem⁹, vt omne qđ in nobis est, illū imitet à quo est, quia extra imitationē passionis nō tam virtus q̄ vitiū est. ¶Gre. Potest iste sacerdos q vaccę carnes pellē, sanguinē, simū q̄ comburit, ordinē Iudaici sacerdotij cū plebe suppolita in necē domini consentientis significare. vñ sequitur: Et tunc demū lotis vestibus & corpore suo. i ¶Et tunc demum. Idem. Potest intelligi q̄ iste sacerdos & lotus sit vestibus, & tamen vsq; ad vesperā immundus, quia Iudaicus populus ex parte eorū q crediderunt mundus, ex parte eorū q non crediderūt vsq; ad vesperā pmanet immund⁹. Lauat ergo vestimēta & corp⁹, quia credēdo ☞ exteriora opera D

Nicolaus de Lyra.

✠ b ¶Septē vicibus. ad denotandū q̄ peccatū idolatriæ quo dammodo æquipōderat omnibus alijs peccatis, eò q̄ importat totalem recessum à deo, vniuersitas aūt septenario numero designat. c ¶Cōburetq; eā cunctis vidētibus. In Hebræo habet: In conspectu suo, quia istā cōbustionē faciebat p alium. d. ¶Tā pelle & carnibus &c. Flammæ traditis. ad denotandū, q̄ de peccato idolatriæ nulla cōditio vel circūstantia debebat in populo remanere. e ¶Lignum quoq; cedrinum & hyssopum. Ista ponebant in igne ad reprimendum fœtorē exalantē ex cōbustione pellis & simi vaccæ. f ¶Coccumq; bis tinctū. Qui diu seruat colorem, ad designandum q̄ cineres debebant seruari per totum annum ad purificationem populi, prout subditur postea: Vt sint multitudini filiorum Israēl in custodiā &c. g ¶Et tunc demum lotis vestibus &c. Hic quæritur quomodo cōburēs vaccā maculabat ex hoc, cùm illa combustio fieret ad hoc, q̄ ex cineribus vaccæ combustæ immundi purgarentur. Ad hoc respondetur, q̄ im- ✠ mūditia dupliciter

✠ a ¶Asperget contra fores tabernaculi. ad significandum q̄ per aspsionē sanguinis Christi mundat ecclesia pfectē, quæ Moraliter. perfectio significat numero septenario, eò q̄ totum tēpus reuoluit septē diebus. b ¶Comburetq; eam. ad significandū, q̄ Christus ex maximo charitatis feruore fuit passus. Per hoc autē q̄ cineres vaccę ags viuētibus cōmistæ purgabāt immūditias carnis, significabat, q̄ virtus Christi passi in aquis baptismalibus purgaret immunditias mentis, & in aq⁹ pœnitētiæ immūditias post baptismū cōtractas. Heb. ix. d. Si sanguis hircorū aut vitulorū aut cinis vitulæ asperſus inquinatos sanctificat ad emūdationem carnis, q̄tò magis sanguis Christi, q p spiritūsanctū semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit consciētias nostras ad seruiendū deo viuenti? Per hoc autē q̄ in combustione vaccæ ponebat lignum cedrinum, hyssopus, & coccus, significabantur tres psonæ cū Christo passæ, duæ per cōpassionē mentis, & tertia p compassionem carnis. Prima fuit beata virgo Maria p hyssopū, quę est humilis herba significata quia fuit humillima. Luc. i. e. Respexit humilitatē ancillæ suæ. Secunda fuit Iohānes Euangelista, significatus per cedrum, quæ est arbor multū alta: ipse verò fuit eleuatus ad videndum secreta cęlestia. Apoc. i. Tertia fuit latro Christū cōfitens in cruce significatus p coccū bis tinctum, quia Christo cōpatiebat mēte dicēte, Lu. xxiii. s. Hic autē nihil mali fecit. Et cum Christo pariebatur in corpore.

exteriora opera & interiorem mentē à prauis actionib⁹ mūdat, & E plenè tunc ad castra reuertit, cū ad finē pfectē reuocat. Sed qa Iudea in infidelitate partim perdurante, ad fidem Gentilitas ingreditur, & mysteria diuinę incarnationis intelligit, rectè: Colliget autem cinerem vacce vir mundus &c. ¶ Augustinus, ¶ Lauabit vestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit castra, & immundus erit sacerdos vsque ad vesperam. Lauatio vestimentorum & corporis, mundatio est exteriorum & interiorū. hoc sacerdos. Deinde sequitur & qui cōburet eā, lauabit vestimenta sua, & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit vsque ad vesperam. In eo q cōburit, eos figuratos arbitror, qui Christi carnē sepelierunt, resurrectioni eam velut cremationi mandantes. a ¶ Vsq; ad vesperam. Augu. Ad vesperam sacerdos intrat, quia infidelis populus q vsque †De conse. di. 3. c. aquā ad vesperā, id est finē mundi extra mandata vitæ, velut extra castra positus est, prauis operib⁹ cōmaculatus, aqua baptismi & pœnitentia lotus ad cognitionem in fine mundi quasi in castra reuertitur. b ¶ Colliget autem. Augu. Et congregabit homo mundus cinerem iuuencæ, reliquias. s. interfectiōis & combustionis, scilicet famam, quę secuta est passionem & resurrectionem Christi, quia sunt reliquiæ homini pacificō. Cinis erat Christus, quia velut mortuꝰ ab infidelibus condemnabatur, & tamen mundabat, quia resurrexisse à fidelibus credebatur. Et quia hæc fama in cæteris gentibus, quæ non erant de consortio Iudæorum maximè claruit, dictum est: Congregabit homo mundus cinerem iuuencæ. Mun F dus. s. ab interfectione Christi, quæ Iudæos fecit reos, & reponet in locum mundum, id est honorabiliter tractabit tamen extra castra, quia extra celebrationem Iudaicæ cōsuetudinis euāgelicus honor claruit. ¶ Gregorius. Vaccam sacerdos comburit, cineres vir mundus colligit, quia infirmitatem domini Iudęus mactauit, subtilia †De conse. dis. 4. c. nec quemq;. eius mysteria Gentilis intelligit. Mundi sunt qui passionem Christi gentibus prædicant. c ¶ Effundet eos. Quia Gentilis sacramenta quę agnouit, prædicare non Moraliter. cessat, sed nescientibus manifestat. ¶ Grego. Vir mundus in loco purissimo vaccæ cineres fundit dum quilibet doctꝰ ex Gentilitate assumptus, mūda p humilitatē Gentium corda requirit: & mysteria eis redemptoris tradere non desistit. Quod cùm agit, fides gentium multiplicat, diuina virtus agnoscitur, disciplina præceptorū tenetur. Vnde subdit, vt sint multitudini filiorum Israël in custodiā. Israël enim interpretatur vir videns deum. Et bene cōuersa Gentilitas Israël dicitur, quę deū iam fide cōtēplatur. d ¶ Extra castra. Quia omnis Gentilitas extra legē, extra sacrificiū, extra synagogā. e ¶ Purissimo. Quia prauis ac pollutis mentibus non sunt secreta dīuicæ incarnationis tradenda, Augustin⁹ Tropolo. sed his qui ad fidē venientes cor mundauerunt. f ¶ Multitudini fi. Augusti. Alia litera. Et erit synagoga filiorū Israël in conseruationem. Aqua aspersionis purificatio est. Postea declarat plenius quemadmodum ex hoc cinere fiebat aqua aspersionis, vnde mundabantur à contactu mortuorū. i. ab iniquitate huius moribundę vel morticinę vitæ. Sed mirū est qđ sequitur: Et q cōgregat, inquit, cinerē iuuēcę, lauabit vestimēta sua, & immundus erit vsq; ad vesperā. Quomodo erit ex hoc immundus q mūdus accesserat? nisi quia & hi q sibi videt mundi in fide Christiana agnoscūt, quia oēs peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis p sanguinē ipsius. Hunc tū vestimēta sua lauare dixit, nō etiam corpus, credo q illius cineris congregatione & repositione in loco mundo. Si hęc spiritaliter Act. 10. g. intelligant, iā intrinsecus vult intelligi fuisse mūdatū. Sicut Cornelius audiens & credens qđ p dicauit Petrus, ita mūdat⁹ est, vt ante visibilē baptismum cum suis qui aderant donum acciperet spūs sancti. Sed nec visibile sacramentum cōtemni potuit, vt ablutus etiam extrinsecus lauaret quodammodo vestimēta sua. g ¶ In custodiā. Quia subtiliora sacramēta nūdis Gentiliū cordib⁹ tradita, in mētis munitionē ꝓtuntur tionem vertuntur. Quia dū secreta & subtilia operationis illius per G imitationem attendimus, per hoc nobis immunditiā prouidemus. propter operationem, in custodiam nr̄a fiant cineres, ꝓpter baptismū verò in aquam aspersionis. Tunc cineres in nostrā custodiam, quidē custodimus, cū redemptorē nostrū, p iniquitatibus nr̄is passum consideramus solicitè. Perpendimus enim quid retribuat bonis, qui voluit mori pro malis: quid ad iustitiam fidei adducti eius gratiæ debeamus, qui in iniquitate positi intercessionē mortis eius accepim⁹. h ¶ Habebunt hoc. Augusti. Alia litera. Et erit filius Israël & proselytis qui apponunt legitimū æternū &c. Quid aliud Moraliter ostendit q̄ baptismum Christi, quē significabat aqua aspersionis & Iudæis & gentibus profuturū. i. filijs Israël & proselytis tanquā naturalibus ramis & inserto pinguedini ra Romani. dicis oleastro. Quem autē non moueat, qđ post ablutionem de singulis quibusq; dicitur & immundus erit vsq; ad vesperam? Non hīc tm̄, sed in omnibus, vel penè oīb⁹ talibus mūdationibus vbi nescio quid intelligatur, nisi q̄ omnis homo post remissionem plenissimā peccatorum p manendo in hac vita contrahit aliquid vnde sit immundus vsq; ad finē vitæ, vbi em̄ dies iste quodāmodo claudet quod significat vespera. i ¶ Qui tetigerit ca. Augusti. Qui tetigerit morticinū &c. Incipit dicere quomodo immundi facti homines, aqua illa aspersionis purificent: Qui tetigerit, inquit, mortuū ois anima hominis immunda erit septem dieb⁹, hic purificabit die tertio, & die septimo & mundus erit. Et hīc nihil aliud intelligo, nisi tactum mortui, hominis esse iniquitatem. Septem verò dierum immundi- H tiam ꝓpter animam & corpus dictam, animam in ternario, corpus in quaternario. Secm̄ hoc dictū arbitror per prophetam: In tribus & quatuor iniquitatibus non auertam eum. k ¶ Si die tertio. &c. Augu. Amosa. †in finem perpetuū Si aūt purificatus nō fuerit die tertio & die septimo, nō erit mūdus. Ois qui tetigerit mortuū ab omni alia hois, & mortuus fuerit tacto mortuo antequam fuerit purificatus tabernaculū dñi pollut, exterei animam illa ex Israël. Notandum est, q̄ difficillimè reperitur in his libris aliquid euidentius de vita animæ post mortē fuisse conscriptum. De vita animæ post mortem. Hīc ergo cùm dicit: Si fuerit mortuus ante purificationem, manere in illo immunditiā & exteri animam illam ex Israël id est à cō- ☞ sortio populi

Nicolaus de Lyra.

✠munditia dupliciter cōtrahit. Vno modo ex immunditia rei tactæ, & sic tangēs mortuū efficiebatur immundus. Alio modo ex indignitate tangentis, sicut si laicus tangeret calicem consecratum peccarer, & hoc modo redigens vaccam in cineres, & etiam colligentes cineres illos efficiebantur immundi, quia cineres illi ordinabantur ad purificationem totius populi: & ideo tangēs illos quocunque modo debebat se reputare ad hoc indignum, & maculam aliquam cōtrahere, & per consequens indigere aliqua purgatione: ista tamen purgatio non fiebat per aspersionem cum aqua lustrationis, de qua dicetur infrà, sed per ablutionem corporis & vestiū, & sic patet litera vsq; ibi: ¶ In custodiā & in aquā aspersionis. Ad hoc enim custodiebantur cineres, vt cum aliqui essent mittendi ponerentur de cineribus illis in aqua munda, & tunc ex illa aqua aspergerentur illa quę erant mundanda per modum q̄ habetur infrà. b ¶ Habebunt hoc. Hīc consequenter describitur expiationis ritus quantùm ad immunditiam contractā ex mortuo & primò quātùm ad hoc q̄ ista immunditia est in hominibus, secundò ꝓ put est etiā in alijs rebus ibi: Ista est lex. Circa primum dicitur sic: c ¶ Qui tetigerit cadauer. ista q̄ non poterat ingredi atrium tabernaculi, cuius ratio est: tum ꝓpter reuerentiam illius loci, quia ex cadauere mortui exeunt humores corrupti, quibus tangētes cadauer fiebāt inepti ad accedēdū ad sacra: tū quia idolatrę & ✠ sortilegi circa Tāgens cadauer hois

sortio populi dei. Quid aliud intelligi vult, nisi manere animę pœnā, etiam post mortem, si dum viuit mūdata non fuerit hoc sacramēto, quo Christi baptismus figurat: Qm̄ aqua aspersionis, inquit, nō est aspersa super cū, immūdus est, adhuc immūditia eius in ipso est. Adhuc. i. etiam post mortem. a ¶ Polluet taberna. q̄tū in se est, secundū illud: Spiritū nolite extinguere cùm extingui ille nō possit. Nam si ex hoc tabernaculū immundum factū vellet intelligi, mundari iuberet. b ¶ Vas quod &c. Grego. Tegimen operculi vel ligatura est censura disciplinæ, qua quisquis non premitur, quasi vas immundum pollutumq; reprobatur. Quasi enim vas sine operculo vel ligatura polluitur: qui per studium ostētationis patens nullo velamine taciturnitatis opetitur. c ¶ Si quis in agro. Aug. Alia litera. Omnis qui tetigerit super faciē campi vulneratum, aut mortuum, aut ocisi hominis os aut monumentum &c. Quæritur, quid intelligit vulneratum aut mortuum? Si enim aliud voluit intelligi vulneratum aliud mortuum, cauendum est ne putetur immundus esse, etiam qui tetigerit vulneratum viuum, quod vtiq; absurdum est. Sed quia possunt & mortui esse vulnerati, & ipsos mortuos intelligitur discreuisse, vt etiam vulneratum mortuum intelligamus. i. vulnere peremptum aut mortuum sine vulnere. d ¶ Lauabit &se. Augustin. Alia litera. Et lauabit vestimenta sua, & lauabit aqua, & immundus erit vsq; ad vesperā. Alia est aqua aspersionis, & alia illa qua lauit vestimenta sua. Et lauabitur aqua, quam puto spiritalem intelligendam per significationē, non p̄ p̄prietatē. Nam sine dubio visibilis erat, sicut omnes vmbræ futurorum. Sed qui sacramento baptismi rectē abluitur (quod illa aspersionis aqua figurabat) mundatur spiritualiter, vt sit mūdus & corpore & spiritu. Quòd verò hyssopo dixit aquā aspersionis aspergi, qua herba diximus significari fidem, quid aliud occurrit, nisi quod scriptū est: Fide purificans corda eorum. Non enim prodest baptismus, si deest fides. A viro autem mundo dixit hæc fieri, vbi significantur ministri portantes personam domini, qui verè vir mundus est. Nam de istis ministris in sequentibus dicit: Et quicunq; asperget aquam aspersionis lauabit vestimenta sua, id est obseruabit & corpore. Et qui tetigerit aquam aspersionis, immundus erit vsq; ad vesperā, & omne quodcunq; tetigerit immund⁹, immundus erit, & anima quæ tetigerit, immunda erit vsq; ad vesperam.

Nicolaus de Lyra

✠ sortilegi circa mortuos faciebant superstitiosa, & ideo immundi ex tactu cadaueris prohibebantur ab ingressu atrij, donec essent mundati aqua lustratiōis per modum qui subditur, cū dicitur: Aspergef ex hac aqua, & patet: a ¶ Omnis qui tetigerit. Hīc exprimitur pœna intrantis tabernaculum vel atriū si non est purificatus à tali immūditia, cuius pœna est mors. vñ subditur: Peribit ex Israel. b ¶ Ista est lex. Hīc agitur de purificatione prædictæ immunditiæ prout se extēdit nō solùm ad homines, sed etiam ad res alias. cùm dicitur: c ¶ Omnes qui ingrediuntur &c. s. hominis mortui &c. d ¶ Vas quod. Ex hoc habetur, q̄ si in tentorio mortui esset vas, quod haberet operculum, non contrahebat immunditiam, quia immunditia talis nō cōtrahebat in superficie exteriori, sed interius, vbi reponebant illa ḡbus hoies vtebant. e ¶ Situe. qa idolatræ & sortilegi in superstitionibus suis vtebantur ossib⁹ mortuorū, & circa sepulchra talia exercebant, & etiam qa talia habent in se immūditiā corporalē. f ¶ Tollent de cine. com. atq; &c. Sic aūt nominat, qa sicut prędictū est, illa vacca īmolabat in expiationē peccati idolatrię vituli. g ¶ In quib⁹ cum hō mun. tinxe. hyssopum. Quę est herba odorifera, ad denotandum q̄ per talem aspersionem amouebatur fœtor vel immūditia contracta. h ¶ Atq; hoc modo. id est asperget immundū ex tactu mortui, & modis prædictis. i ¶ Tertio. Ad tollendā enim talem immunditiam requirebatur talis ritus: aliter incurrebatur pœna mortis, vl secundū alios pœna excōmunicatiōis. vnde subditur: k ¶ Si quis hoc ritu. antequā ingrediatur atrium domini. Peribit anima illi⁹ &c. l ¶ Ipse quoq; qui aspergit. Licet esset mundus, vt prædictum est, tamen ex tactu rei sacræ debebat se reputare indigere aliqua purgatione, eò q̄ debebat se reputare indignum tali tactu, vt suprà dictū est de colligente cineres. ista tamen purgatio non fiebat per aspersionem aquæ lustrationis, quia si aspergeret seipsum, contraheret maculam sicut & aspergens alium, & si aspergeretur ab alio, eadem ratione & ille aspergens ipsum indigeret aspergi per aliū, & sic in infinitum, propter quod ista purgatio fiebat per lotionem vestium suarum. m ¶ Quicquid teti. Et ideo etiam talia indigent purgatiōe. n ¶ Et anima quę illorum quippiam. i. de illis quæ sunt sic polluta. o ¶ Immunda erit. i. abstinebit ab ingressu atrij, non tamen ad expiationē eius requirebatur aspersio aquæ, vel ablutio vestium, sicut in prædictis, sed purgabatur per transitum temporis.

¶ In ca. xix. vbi dicitur in postil. Circa primū dicitur sic: Ista est religio victimæ.

ADDITIO I.

In Hebræo in hoc loco non dicitur: Ista est religio victimę, sed dicitur sic: Istud est ceremonium legis, præcipe filijs Israel &c. Et dicunt expositores Hebræorum, q̄ hoc præceptum vocatur sic: quia non habet rationem literalem sic claram, sed potius secretā. Multa enim sunt in hoc præcepto deuiantia ab alijs sacrificialibus, vt patet intuenti. Vnde in hoc loco Ra. Moy. Gerunden. excusans se à reddendo rationem de hoc p̄cepto talia verba scripsit: Nos autemqui pro peccatis nostris sumus contaminati in hac captiuitate, ignoramus munditiā sanctitatis, donec veniat super nos spiritus de alto, & effundat deus aquas mundas super nos, & mundemur. amen, sic fiat in diebus nostris. Hæc ille. Vtinam ille Rabi saperet & seipsum intelligeret.

Nota de re bi Moyse

¶ In eo. ca. xix. vbi dicitur in postilla: Ad designandum q̄ cineres debebant seruari per totum annum.

ADDITIO II.

Cineres vaccęnō solùm seruabantur per totum annum, sed per plures annos. Tradunt enim Hebræi, quòd sex vaccæ fuerunt tantùm immolatæ per totam durationem vtriusq; templi. Quarum prima fuit facta in deserto tempore Moysi, de qua hīc habetur, cuius cineres durauerunt per totum templum primum. Secunda fuit facta tempore Esdrę sacerdotis in principio templi secundi: alias autem duas Simeon iustus immolauit in diuersis temporibus, qui fuit summus sacerdos: & durauit per octoginta annos in officio, aliæ autem duæ per Iohannem summum sacerdotem patrem Mathathiæ, à quo descenderunt Machabæi &c.

Sex vaccæ immolatæ.

GLO. ORDI.

Cap. XX.

E

Sin solitudo

VEneruntq; filij &c.Isid.Tricesima tertia mansio est in deserto Sin:hęc est Cades.Sin aũt interpretat̃ sancta p̃ antiphrasim: sicut dicit̃ luc⁹ cũ minie luceat, vel bellũ cũ sit horridũ.In hac mãsiõe moritˇ & sepelit̃,quæ significat ꝓphetiã mortuã,sicut Moyses & Aaron legis & sacerdotij finẽ, q non valẽt ad terrã promissiõis pduenire,nec populũ de solitudine huius mũdi educere,qđ facit sol⁹ Iesus,id est saluator dei filius.b ¶Percutiẽs virga.Aug.Quia de petra aqua educta est,Apostolus exposuit dicẽs:Et oẽs eũdẽ potũ spiritalẽ biberũt.Bibebãt em̃ de spiritali cõsequẽte eos petra,petra aũt erat Christus.Significata ergo de Christo ꝓfluẽs gratia spiritalis,qua interior irrigat̃ sitis.Sed q̃ virga petra pcutit̃,crux Christi figurat̃:ligno em̃ accedẽte ad petrã gratia manauit,& q̃ bis pcutit̃ euidẽti⁹ significat crucem.Duo em̃ ligna sunt crux.c ¶Quia non credidistis.Isido.Hic Moyses dominũ offendit,& prohibetur Iordanem trans-

† moritur Maria

Augusti.

1.Cor.10.a.

Mystice

† vel cõgregationem

Moyses offendit dñm

NICO. DELY.

Cap. XX.

Diuisio F

VEnerũtq; filij &c.Hic consequẽter ponit impedimentum prouenies ex aquis contradictiõis, vbi primò ponit retardatiuũ itineris ex aqua deficiẽte,secundò addit impedimẽtũ ex hoste insurgente:ibi:Misit interea.¶Circa primũ p̃mittit Mariæ obitus,secundò aquæ defectus,ibi:Cumq; indigeret aqua.Circa obitum Mariæ præmittit locus,cũ dicit:b ¶In

Sin

desertum Sin.Iste locˢ est alius ab illo q vocat̃ סין Sin.Exo.xvj.vñ & ille scribit̃ p̃ literã samech,iste autẽ per sade sic צין Tsin.Describit etiã tempus cũ dicit: c ¶Mense.s.quadragesimi anni ab exitu filiorũ Israel de Aegypto,positq; fuerant vagi p̃ desertũ, secundum sententiã dñi vt dictũ est suprà,xiij.ca.d ¶Et

Cades

mansit.Dicunt aliqui,q̃ iste est locus de quo missi fuerũt exploratores,vt habet suprà.xiij.ca. ita q̃ populˢ fuit bis in isto loco,semel an no secũdo egressiõis de Aegypto,qa q̃n recesserũt de mõte Sinai,venerunt illuc,& tunc inde missi sunt exploratores,qui redeuntes fecerũt desperare populum de cõsecutione terræ promissionis,vt dictum est.xiij.ca.& tunc dominus fecit eos reuerti per desertum,& postea quadragesimo anno ab exitu de Aegypto redierunt ad eũdem locum.Alij autem dicũt q̃ iste est alius locus ab illo.vnde & ad differentiã eorũ locus,vñ exploratores missi sunt vocatur Cadesbarne,vt habetur Deute.j.& Iosue.xiij.Iste autem vocatur Cades absolutè sine additione. e ¶Mortuaq; est ibi .Dicit Rabi Sa.q̃ mors Mariæ conuenienter describitur post capitulũ de purgatiõe p̃ aquas lustrationis, quia sicut fit expiatio per dictã aspersionem,ita suo modo per iustorũ mortem,secũdum qđ dicit Psal.cxv.a.Pretiosa in

† De cele. missa .c. in quadam.

conspectu domini mors sanctorum eius.

Diuisio

f ¶Cumq; indi.Hic describitur aquæ defectus,vbi propter hoc describitur primò populi murmuratio,secundò defectus reuelatio ibi:Ingressusq;.Circa primum dicitur:Cumq; indigeret aqua populus. Dicit Rabi Sal.q̃ hoc subditur post mortẽ Marię,ad insinuandum,q̃ dum viuebat per eius merita

†De pœ.di. 2.c.si enim.

populus in deserto existens,per magnũ tempus ante non

Cap. XX.

VEneruntq; filij Israël & omnis multitudo in desertum Sin mense primo, & mansit populˢ in Cades:Mortuaq; est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Cumq; indigeret aqua populus,coierũt aduersum Moysen & Aaron, & uersi in seditionẽ dixerũt: Vtinam perissemus inter fratres nostros corã domino.Cur eduxistis †ecclesiã domini in solitudinẽ, ut & nos & iumẽta nostra moriamur? Quare nos fecistis ascẽdere de Ægypto: & eduxistis in locũ istũ pessimum,qui seri nõ potest, qui nec ficũ gignit, nec uineas,nec malagranata:insuper & aquã non habet ad bibendum? Ingressusq; Moyses & Aaron dimissa multitudine tabernaculũ fœderis, corruerunt proni in terrã, clamauerũtq; ad dominum atq; dixerunt:Domine deus audi clamorẽ populi huius & aperi eis thesaurum tuũ fontẽ aquę uiuę,ut satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusq; est dominus ad Moysen dicens:Tolle uirgam ,& congrega populũ, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas.Cumq; eduxeris aquam de petra,bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur Moyses uirgam quæ erat in conspectu domini,sicut præceperat ei, cõgregata multitudine ante petrã, dixitq; eis:Audite rebelles & increduli:Num de petra hac uobis aquam poterimus ejicere? ¶Cumq; eleuasset Moyses manum percutiens uirgã bis silicẽm, egressæ sunt aquę largissimæ,ita ut populus biberet & iumenta. Dixitq; dñs ad Moysẽ & Aarõ: c †Quia non credidistis mihi,

a ¶Iudæus sub lege Moysi positus.

b ¶Ligno crucis affigens. ¶Propter duo ligna eiusdẽ crucis. b ¶Christum.

¶Spiritalis gratiæ.

a

b

c d e

f

g

h

i

k

l

m

n

o

p

q

r

s

t

u

v

x

y

z

pus antè non habuit defectũ aquæ. g ¶Et G
versi in seditionem:id est rebellionẽ & cõtentionem cõtra Moysen & Aaron.h ¶Dixerũt: Vtinam perissemus inter fratres nostros.Hoc est cum illis qui perierũt tempore Core:quia mors illorum fuit breuis,ista autem prolixa,& per consequens grauior.

i ¶Quare nos fecistis ascendere de Aegypto .Vbi viuebamus in abundantia: & adduxistis in locum istum pessimũ. Cuius causam subdunt dicentes: k ¶Qui seri non potest.Et sic patitur defectum fructuum,quos profert terra per humanum laborem,& etiam eorum quos sponte gignit. Ideo subditur: l ¶Qui nec &c.Ista tamen querela erat irrationabilis,quia manna sufficiebat pro omni cibo hominibus bonis,vt dictũ est suprà.xj.ca.m ¶In super. Ista plus habebat de ratione,quia sine aqua non potest homo conuenienter viuere. n ¶Ingressusq;.Hic ponitur defectus reuelatio quantũ ad defectum aquæ,qui non poterat tolerari competenter vbi præmittitur Moysi & Aaron oratio,quæ debet esse solitaria,& hoc notatur cùm dicitur: o ¶Dimitta multitudine.humilis & supplicatoria.Ideo subditur: p ¶Corruerunt proni .Debet etiam esse deuota.ideo subditur: q ¶Clamauerũtq; ex magno affectu & feruore.Debet etiam esse rationabilis & discreta:ideo subditur: r ¶Et aperi eis.Ista em̃ petitio erat discreta & rationabilis:quia de hoc quod erat necessarium. Consequenter ponitur domini exaudito cũ subditˇ. s ¶Et apparuit gloria domini: H
id est nubes in qua dominus solitus erat loqui cum Moyse quasi paratus petitionem eorum exaudire:vnde subditur: t ¶Tolle virgam &c.Ista fuit virga Aarõ:quia de ipsa subditˇ: v ¶Tulit igitur Moyses virgam quæ erat in conspectu domini.De virga autẽ Aaron dicitur ca.xvij.Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij.x ¶Audite rebelles & increduli.Hoc dixit Moyses,quia frequenter consimilia acciderant in populo. y ¶Num de petra hac aquam vobis poterimus ejicere. Istud verbum Moysi poterat dupliciter intelligi,affirmatiuè & negatiuè ,quia si protulit vt dicunt expositores catholici communiter:quia licet non dubitaret de potentia dei,quin posset illud, dubitauit tamen de effectu,ne impediretur propter malitiam populi,& ideo dubitãdo de effectu dixit:Num de petra &c.vt si effectus fuisset secutus,sic intelligeretur,non obstãte incredulitate vestra poterimus ejicere aquam de petra virtute diuina:si autem non sequeretur,sic intelligeretur :Num de petra &c.q.d.nõ poterimus propter malitiã vestrã.z ¶Percutiẽs virga bis silicem.quia primo ictu non ediderunt aquæ propter dubitationem Moysi, secundo tamen ictu ediderunt propter implemento diuini promissi.Consequenter ponit dubietatis punitio,cùm dicitur: a ¶Quia non &c.tu & Aaron, vt sanctificaretis

-clamauerunt ad dominum atq; dixerũt Domine deus audi clamorem populi huius.Aperi eis thesaurum tuum fontẽ aquæ viuę,& satiati cesset murmuratio eorum.

-& increduli

⇝me.i.sanẽti

Moraliter a ¶Veneruntq; filij &c. Moraliter
In hoc ca.agitur de aqs contradictionis, vbi Moyses & Aarõ peccauerunt ,dubitando de verbi diuini impletiõe propter malitiã populi,secũdum doctos Latinos,secundũ Hebrœos autẽ peccauerũt trãsgrediẽdo ỿ bũ dñi,q nõ dixerat eis pcutite petrã,sed loquimini ad petrã & illa dabit aquas,sicut plenˢ dixi locũ istũ literaliter exponẽdo.Per hoc igit̃,q̃ isti q erãt sctissimi peccauerũt,debet incuti timor alijs q̃tucũq; sctis,ne cadãt in pctm̃:sc̃m illud.1.Co.x.c.Qui se existimat stare,videat ne cadat.

*Misit interea

danē trānsire: turbatus enim murmure populi, dubitāter petram
A virga percussit, quasi nō posset deus aquam de petra educere, qđ
Exo.17.b. fecerat antè. Hīc Moyses Iudaicū populum sub lege positū significat. Nā sicut Moyses petrā virga pcutiēs de dei virtute dubitauit: ita ille populus sub lege per Moysen data positus Christum ligno
1.Cor.10.b. crucis affixit: & eū dei virtute esse non credidit. Sed sicut percussa petra manauit aqua sitientibus, sic plaga dominicæ passionis effecta est vita credētibus. Hāc ergo carnalem de Christi diuinitate dubitationem in ipsō Christi altitudine deus mori iubet, cū mortē carnis Moysi in monte præcipit fieri. Sicut em petra Christus, ita & mōs Christus.
1.Cor.1.d. petra humilis fortitudo, mons eminens magnitudo. Prudentia enim carnis viuit, cūm tanquam petra percussa Christi humilitas in cruce cōtemnit. Christus enim crucifixus
Roma.8.a. Iudæis scandalū, gentibus autē stultitia. Prudentia carnis morit, cū tanq; mōtis eminentia Christus excelsus agnoscit. Ipsis em vocatis Iudęis & Grecis, Christus dei virtus &
1.Cor.1.c. dei sapientia est. a ¶ Hæc est aqua con
Augusti. tradictionis, vbi iurgati filij &c. Aug. Quod de aqua illa dictū est quæ de petra
Aqua contradictiōis profluxit, hæc est aqua cōtradictiōis, qa male dixerūt filij Israēl ante dūm, & sanctificatus est in ipsis. Prius maledixerunt, quando locuti sunt cōtra beneficiū dñi, quo educti erāt de Aegypto, & postea sanctificatus est in ipsis, cū in miraculo eius sanctitas declarata est. An fortè duo genera hominum demonstrauit cōtradicentium gratiæ Christi, & percipiētium, vt illis sit aqua cōtradictionis, istis sanctificationis. De ipō em dicitur:
Iuq.2.c. In signū cui cōtradicetur &c. b ¶ In mō
Literaliter tem Hor. Tricesimaquarta mansio est in mōte Hor in extremis finib⁹ Edom, in quē
B ascendit Aaron iuxta præceptū dñi, & mortu⁹ est anno quadragesimo egressiōis Israel de Aegypto, ex quo. s. nouus populus terram promissionis intratur⁹ erat. Et quanq; in mōte sacerdotium Eleazaro filio reliquerit, & lex eos q eā impleuerint ad summum pduxerit, ipa tū sublimitas nō est transIordanē, sed in extremis terrenorū operū finibus.
Et plāgit eū popul⁹ xxx. dieb⁹. Aarō plāgit:
Ioā.20.g. Iesus verò non plāgit. In lege descēsus ad inferos, in euangelio ad paradisum ascensus.

Nico. de Lyra.

¬ me. i. sanctitatē meā in impletione promissionis mei absq; dubio credēdo, & fidem vestram absq; dubio corā populo pronuntiādo. imò cōtrariū fecistis, ideo: a ¶ Non in
†vel nihil detrimenti ex †pcibus nostris trahimus Hebr. troducetis hos populos in terram quam dabo eis, sed moriemini ante ingressum, & licet multū desiderarēt ingredi, qa tū sciuerūt q verbū dei erat diffinitiuū: iō verbū dñi humiliter acceptauerūt: & tūc non orauerunt pro eius retractione postea tā Moyses orauit dominū pro ingressu terræ sed non fuit exauditus, vt habetur Deu. iij. Sequit: b ¶ Et sanctificatus est in eis. Per hoc em q filij Israel viderūt, q virdicta dei nō parcebat Moysi & Aarō, qui erāt sancti & amici sui, fuerūt territi & magis obedientes ne incurrerēt offensam dei.
Hebræi autem dicūt, q Moyses & Aaron peccauerūt, eò q nō fecerūt sicut pceperat
†congregabitur deus: quia dixerat: Loquimini ad petram corā eis, & illa dabit aquas, vt patet in textu, ita q ex solo ꝟ bo absq; pcussiōe dedisset aquas, qđ fuisset nouū signū diuinæ potētię. Non em legit q adhuc factū fuisset simile, & ideo subdit postea: Quia nō credidistis mihi, vt sanctificaretis me corā filijs Israel. q. d, si corā filijs Israel dixissetis: Ecce lapis iste qui non audit nec videt & tamen

ut sanctificaretis me coram filijs
Israēl, non introducetis hos po- a
pulos in terram quam dabo eis.
a Hæc est aqua contradictionis,
ubi iurgati sunt filij Israēl contra
dominum, & sanctificatus est in b
eis. Misit interea nuntios Moy- c
ses de Cades ad regē Edom, qui
dicerent: Hæc mandat frater d
tuus Israēl: Nosti omnem labo- e
rem, qui apprehendit nos, quo-
modo descenderint patres no-
stri in Ægyptum, & habitaueri-
mus ibi multo tempore, afflixe- f
rintq; nos Ægyptij & patres no-
stros, & quomodo clamaueri-
mus ad dominum, & exaudie-
rit nos, miseritq; angelum qui e-
duxerit nos de Ægypto*. Ecce g
in urbe Cades, quæ est in extre-
mis finibus tuis, positi obsecra-
mus ut nobis transire liceat per
terram tuam. Non ibimus per h
agros nec per uineas, nec bi-
a ¶ Gratis scilicet, sed pretium dabimus, quod declarat in sequentibus.
bēmus aquas de puteis tuis: sed
gradiemur uia †publica, nec ad
dextram nec ad sinistram de-
clinantes, donec transeamus ter-
minos tuos. Cui respondit E- i
dom: Non trāsibis per me, alio-
quin armatus occurram tibi.
Dixeruntq; filij Israēl: Per tri-
tam gradiemur uiam, & si bibe-
rimus aquas tuas nos & pecora
nostra dabimus †quod iustū est.
† Nulla erit in pretio difficultas,
tantùm† uelociter transeamus.
At ille respondit. Non† transi- †transibis
bitis. Statimq; egressus est ob- j
uius cum infinita multitudine
& manu forti, nec uoluit ac- k
quiescere deprecanti, ut conce-
deret transitum per fines suos.
Quamobrem diuertit ab eo Is- l
rael. Cumq; castra mouissent
b de Cades, uenerunt in montem
Hor, qui est in finib⁹ terrę Edom,
ubi locutus est dominus ad Moy
sen dicens: †Pergat Aaron ad m

& tamen obedit verbo dei, emittendo aquas absq; vlla percussiōe, C
multò foritus vos qui estis ratiōales, verbis dñi debetis obedire absq; vlla flagellatiōe: in hoc sanctitatē meā, pfessi fuissetis verbo & facto: quod quia non fecistis prout vobis imposuerā, iō non introducetis hos populos &c. c ¶ Misit interea. Hīc addit impedimen- Diuisio
tū ex hoste insurgente, & hoc tripliciter. primò Idumæorū, secundò Amorrhæorū, ca. xxj. & tertiò Moabitarū ca. xxij. Circa primum primò ponit impedimentū ratione regis Edom insurgentis, secundò subditur impedimentum ratione pontificis morientis, ibi: Cūmq; castra mouissent. Circa primum adhuc primò ponit populi deprecatio ad regē Edom, & vt inclinaretur ad exaudiendū petitionē primò allegat, ppinquitas generis cùm dicitur: d ¶ Hec mādat. Idumæi enim & Israelitæ erant de duobus fratribus. s. Esau & Iacob. Secūdò afflictiōnem laboris, cùm dicitur: e ¶ Nosti. Afflictis enim est compatiendum. Tertiò ordinatio diuinæ voluntatis, cui nō est resistendum, & hoc notatur cùm dicitur: f ¶ Et quomodo cla. Quartò retardatio sui itineris, cùm dicitur: g ¶ Ecce in vrbe &c. q. d. nisi possimus transire per terram tuam ab itinere, quod accepimus de mādato dei erimus grauiter impediti. Consequenter remouent illa propter q̄ petitio eorū posset denegari, cùm dicitur: h ¶ Non ibimus. i. nullū damnū terræ tuę inferemus, sed pacifice transibimus. Consequenter describit *Et
huius petitionis denegatio, cùm dicitur:
i ¶ Non trā. Et patet litera se. Notādū tū
q̄ huius cōtrariū videt haberi Deut. ij. vbi
Moyses dixit: Misit ergo nūtios ad Sehō regē &c. & subditur: Nobis cōcedas transitū
sicut fecerunt filij Esau. Ad hoc rndent expositores nostri cōiter dicētes, q̄ licet rex
Edom nō cōcesserit filijs Israel trāsitum per D
mediū terræ suæ sicut petebāt, tñ concessit
eis transitū per extremitates regni sui. Rab.
Salo. dicit quòd illud quod est allegatū de †regia
Deute. non refertur ad transitum, sed ad cibum concessum pro pretio. duo em petebat Moyses à Sehon rege dicēs: Alimenta
pretio vende, & postea subdit: Nobis cōcedas transitum, quòd paret Deute. ij. & qđ
subditur: Sicut fecerunt filij Esau. hoc refertur tantūm ad primum, quia vt dicit, licet
filij Esau denegassent Israelitis transire per
terram suam: tamen portabant eis cibaria
venalia, vbi transibant filij Israel iuxta extremitates regni Edom magis propter lucrū
suum, q̄ propter sustentationem filiorum †ptiū earū
Israel. k ¶ Quamobrem diuer. i. de medio regni, non tamen ab extremitatibus secundum primā expositionem prædictam, † transibis
vel totaliter à regno eius secundum aliam.
l ¶ Cumq; castra. Hīc interponitur impedimentum ratione mortis Aaron, cùm
dicitur: m ¶ Pergat Aaron ad populos suos, id est ad limbum patrum.
¬ Non enim

*c ¶ Misit interea nuntios &c. Per Moraliter
Edom, qui interpretatur terrenus, intelligūtur mali Christiani, in bonis terrenis tantū modo confidētes, & ifi frequenter nituntur
impedire bonos Christianos q sunt fratres
eorū in fide à pfectu i via morū, ne ipi pueniant & alios inducant in terram viuentiū,
& hoc aliquando faciunt prælati malo consilio informati: & aliqui curati peruersi
qui bonos homines & literatos impediunt
à prædicatiōibus & confessionibus audiē
dis in hoc similes regi Edom, q filios Israel impediuit in progressu
ad terram promissionis. m ¶ Pergat, inquit, Aaron &c.
Hīc agitur de morte Aarō, & Eleazari substitutione. cùm dicitur:
*Cūmq; nu.da.

populos suos. Non enim intrabit terram quam dedi filijs Israël, eò quòd † incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle Aaron & * filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. Cúmque nudaueris † patrem uestę suą, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur & morietur ibi. Fecit Moyses ut præceperat dominus: & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. † Cumq; Aaron spoliasset uestibus suis, & induit eis Eleazarum filium eius: Illo mortuo in montis supercilio, descendit * cum Eleazaro. Omnis autem multitudo uidēs occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

P ✠ a ¶Non em̄ intrabit in ter. Videtur q̄ hæc nō fuerit causa quare mortuus est Aarō añ ingressum terrę promissionis: qa añ factū de aquis cōtradictiōis dixerat dñs, q̄ Caleb & Iosue tm̄ intrarent terrā, vt dictū est. xiij. c. Ad hoc em̄ dicit cōiter q̄ illa sentētia tantū fuit super murmuratores, de quibus non fuerunt Moyses & Aaron. Pōt etiā aliter rn̄deri ex textu, quia ibidem dicit: In solitudine hac iacebunt cadauera uestra, omnes q̄ numerati estis à uiginti annis & suprà, in qua numeratiōe nō cōtinent Leuitę vt ibidē dictū fuit, de quibus fuerūt Moyses & Aaron. b ¶Tolle Aaron: non violenter, sed persuasiuē, vt prompte obediat diuinæ uoluntati de suo transitu & filij successiōe. Isti enim duo debebāt eum consolari de morte. s. quia deus uolebat, & quia filij eius ei in honore succedebat. c ¶Cumq; nudaueris patrē uestę suą. i. tunica pontificali. d ¶Indues ea Eleazarum filium eius: vt antequam moriatur, videat filium suum sui honoris successorem. Dicit em̄ Augustinus q̄ hoc factum fuit, vt pontifex nouus præberet officium sepulturę defuncti: Sed hoc nō videt conuenire ei q̄d dicit Leuit. xxj. b. q̄ summus sacerdos nō debet aliquem sepelire. Et ideo dicit Rab. Sa. q̄ Moyses fecit illud officium, dicens q̄ cùm ascendissent in montē viderunt ibi speluncā à deo paratā, & in ea lectum stratum, & ante lectum lampadem ardentē, & reuelatum fuit Moysi q̄ erat locus sepulturæ Aaron, & tunc ad dictū Moysis ipse Aarō posuit se in lecto illo, & extendit manus & pedes, & clausit os & oculos, & sic deus accepit eius spiritū in pace, propter quod Moyses hoc uidēs defide rauit talē modū mortis, & fuit sibi cōcessus à dño, secm̄ q̄d dicitur Deute. xxxij. g. Iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus. Potest tamē teneri dictū Augustini, q̄ Eleazar sepeliuit patrē suum, & q̄ hoc fuit specialiter illi cōcessum, ppter excellētiā Aarō.

F Nec valet obiectio Rab. Sa. quia sicut Leuiti. xxj. prohibetur summus sacerdos aliquē sepelire, ita etiam sepulturę presentialiter adesse, & tamen oportet cōcedere q̄ Eleazar prēsens fuit in morte patris sui, tam ex textu quàm ex uerbis oīm expositorum Hebræorū & catholicorū. e ¶Fecit Moyses vt præceperat dominus. persuadendo ipsi Aaron modo p̄dicto. f ¶Et ascenderūt &c. Dicit Ra. Sa. q̄ multitudo non ascendit, sed tantùm Moyses, Aarō & Eleazar: tamen omnis multitudo uidit quando ascenderunt.

g ¶Omnis autem &c. Per hoc enim uidit, quia uiderūt q̄ nō redibat cum alijs duobus, ideo dicitur hīc: h ¶Vides occubuisse: de præterito. i ¶Fleuit super &c. Cùm quia diligebat eū, tum quia propter reuerentiā pōtificalis officij. Ex hoc aūt cœpit ecclia cōsuetudinē faciendi memoriam defunctorum die tricesima sepulturę. Quòd autē hīc dicit Aaron esse mortuum & sepultū in monte Hor, videtur contradicere ei quod habetur Deut. x. b. vbi dicitur: Mortuus & sepultus est in Mosera. Ad hoc dicunt alij, & Mosera & Hor vnus mōs est diuersimodē nominat⁹. Ra. Sa. dicit contrariū; pbās per illud q̄d habetur infrà. xxxiij. ca. vbi dicit q̄ inter Moseroth q̄ est idē loc⁹ qui & Mosera, vt dicit Israëlitis: Nomina em̄ propria Hebraica frequēter variant à parte finis, licet idē significent, sicut in Latino idem significāt Colinus & Coletus, & inter montem Hor sunt sex mansiones. Dicit igitur q̄ Aaron secundū veritatem fuit mortuus & sepultus in Mosera, vt dicit Deute. x. sed postea filij Israël venientes ad montē Hor fuerunt Aaron ac⁊i funus esset ibi prǽsens, & ex hoc dicitur ibi mortuus & sepultus.

Moraliter * c ¶Cumq; nudaueris patrē uestę suą &c. Per hoc autem, q̄ Aaron nudatus uestibus sanctis statim mortuus fuit corporaliter, significatum fuit, quòd in nouo testamento pontifices & curati & etiam clerici seculares vel religiosi statim quòd nudantur uestibus virtutum mortui sunt spiritualiter, licet adhuc corporaliter viuant: Apoc. iij. a. Nomen habes quòd viuas: & mortuus es. Per hoc autem, q̄ Aaron spoliato, Eleazar indutus fuit, significatur q̄ aliquibus à gratia cadētibus alij subrogantur, Apoc. iij. c. Tene q̄d habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

¶In ca. xx. vbi dicitur in postil. Audite rebelles & increduli.

ADDITIO Opinio Hebræorū quā hīc recitat postil. est solū Ra. Sa. Alij em̄ expositores Hebræorum variè se habēt. Cæteris tm̄ dimissis Ra. Moy. Aegyptus G dicit q̄ peccatū Moysi in hoc loco fuit, q̄ dixit: Audite rebelles & increduli. In q̄bus verbis manifestauit se irā magnam habere cōtra populū. In quo dicit: q̄ Moyses errauit dupliciter. Primò qa in tanto homine sicut Moyse, à quo oēs debebat addiscere modū viuendi vitiū irę erat valde vituperabile, p̄sertim in publico. Secūdò quia ex hoc dabat occasionem, vt populus crederet deū fuisse iratum in hoc loco contra eos, quod tamen, vt dicit, non fuit sic, cùm ipsi petiissent illud quod erat sibi necessarium. s. aquam in quo non peccabant, sicut nec in petendo panē suprà, Exo. xvj. Et ideo in hoc loco vt dicit, nō fit mētio q̄ deus iratus fuerit. In hoc aūt q̄ Moyses nō fuit locutus petræ, sicut dixerat eis: Loquimini ad petram, sed bis percussit eam, dicit q̄ nō peccauit Moyses. Nam in hoc quod dictum fuit sibi: Tolle virgam & congrega populum, intelligit q̄ tolleret virgā ad petiendū: quia in alijs locis quando accipiebatur virga à Moyse in faciēdis prodigijs seu signis, hoc erat per extensionē virgæ cum manu vel percussionē & huiusmodi. ¶Circa quod attendendū q̄ hęc sentētia Ra. Moy. videt veritatē obtinere in hoc q̄ euacuat motiuū Ra. Sal. dicentis q̄ in percussione per virgā fuit peccatū Moysi. Sed motiuū principale Rab. Moy. nō videt valere. Moyses enim licet p fectus fuisset, legitur tm̄ q̄nq; fuisse iratus, sicut suprà Leuit. x. fuit iratus contra Eleazar & Ithamar, etiam sine causa rationabili, vt ibidē habetur, &. j. xxxj. ca. legitur: Iratusq; Moyses pricipibus exercit⁹ &c. q̄d fuit satis in publico: nō tm̄ ex hoc fuit punitus nec reprehēsus. verba em̄ dñi dicētis: Quia nō credidistis mihi, manifestē ostendūt, q̄ peccatū illud ad incredulitatē ptinet: nō aūt ad irā, vñ vi dei tenēdū cū expositoribus nris. s. q̄ pētm̄ Moysi ptinuit ad dubietatē seu incredulitatē, put i positilla declarat. Si aūt cōtra hoc dicat quare hīc dubitauerūt ne impediret diuini miraculi, ppter malitiū populi magis q̄ in alijs locis: Dicēdū, q̄ in hoc loco maximē videt populū peccasse, tū quia eligebāt magis fuisse punitos per acerbissimā mortē corpalem & perire â facie dei, sicut legit̄ de Core & sociis eius suprà, Nūe. xvj. q̄: esse in hac vita sub diuino regimine, q̄d patet ex hoc q̄ dixerūt: Vtinā perissem⁹ inter fratres nostros &c. q. d. eligibilius fuisset nobis pire inter frēs, q̄ nō solū mortui sunt, sed pierūt corā dño. i. à facie dñi q̄: in hac vita esse. Tū qa cōtēpserūt beneficiū liberatiōis de Aegypto, q̄d ptinet ad maximā ingratitudinē, cū dicūt: Quare nos fecisti ascēdere de Aegypto. Tū qa nō fundabāt principaliter q̄rimoniā suā in defectū aquę, sed pot⁹ i defectum aliarū rerū q̄ nō erāt sic necessaria vitę, vñ dicūt cōquerēdo de illo deserto: Nec sicum gignit nec vineas nec malogranata. vnde videtes Moyses & Aaron tātā insaniam, dimissā multitudine ingressi sunt tabernaculū fœderis, & corruerūt, pni nō ad adorādū, p eis, quia nō credebant hoc esse rōnabile. hoc em̄ q̄d sequit̄ in trāslatiōe nr̄a: Dñe dedi audi clamorē ppli huius, & aperi ei thesaurū tuū aquę viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorū: nō est in Hebrǽo, sed statim cū dicitur: Corruerunt proni in terrā. Sequit̄: Et apparuit gloria dñi sup eos. Vñ i hoc loco misericordia diuina excedit vota ipi⁹ Moysi, q̄ nōcre debat eos esse dignos exaudiri. Ex qua q̄dē tā seditiosa & peruersa ppli murmuratione Moyses timuit seu dubitauit, ne impediretur diuinū bñficiū, & ex hoc quodāmodo turbat⁹, prupit illa⁹ ba q̄ dubitationē sonāt. Num de petra hac vobis aquā poterimus ejcere? Cui⁹ snię vanitas patet p Psal. dicētē: Et irritauerūt eū scilicet ppli. Et vexat⁹ est Moyses, ppter eos, quia exacerbauerant spm̄ ei⁹. s. ipsius Moysi. Et distinxit in labijs suis scilicet ex illa exacerbatione vexatus, prupit in talia verba labijs suis quæ erāt distinguenda quia dubia. vnde totū illud pētm̄ fuit primò & principaliter i ppso. & Moyses errauit ex quadā infirmitate distinguens in labijs suis mō prędicto, q̄d ppriè consonat snię doctorū nostrorum, & deuiat à sniis Rab. Sa. & Ra. Moy. Considerādum etiam, q̄ pœna quæ fuit imposita ipsi Moysi & Aaron valde leuis fuit. s. q̄ nō transirēt Iordanē. Ipsi em̄ iam erant in fine dierum suorum, vt. j. Deut. xxxj. a. Moyses dicebat: Non possum vltrà ingredi & egredi, quę quidē pœna magis redundabat in damnū ppli, qui talib⁹ pastoribus carebat. vnde infrà Deut. iij. d. Cū Moyses deprecaretur deū, vt reuocaret istam sniam legitur: Iratusq; est dominus mihi propter vos, & nō exaudiuit me. Ex quo patet, quòd principale peccatum fuit in populo.

Augusti. Augusti. Die tricesima mēoria defunctorū

† Aaron † Deu. 10. b. † rebelles fuerint † Eleazar Quęstio H Psal. 105

GLOS. ORDI.

Cap. XXI.

Vod cū audisset. Audiuit Chananæ⁹ q̄ venisset Israel in locū exploratorū, vbi quōdam offendit populus, intuit prēlium, & captiuū duxit Israel. Rursumq̄ in eodē loco pugnat, ex voto victor vincit, victi fugant. In quo intelligit, vt cū nos dei auxilio destituros inuaserint hostes & captiuauerint, nō desperem⁹. Pōt em̄ fieri, vt vincam⁹, vbi victi sumus. b ¶ Anathe. Aug. Alia litera. Et anathematizauit eū & ciuitates eius, & vocatum est nomen loci illius Anathema, vt nihil inde victor in vsus suos auferret, sed totū in pœnam voueret. Est enim anathematizare quōd vulgo dicitur deuotare. Græcè enim ἀναθεματίζω anathematizo, idē est quod deuoueo, detestor. c ¶ Profecti sunt &c. Tricesimaquinta mās̄io est in Salmona. Tricesimasexta mās̄io est in Phinon. Hæ duæ in ordine historiæ non inueniuntur. In his mortuo Aarō, murmurat Israēl cōtra dominum & Moysen. Manna fastidit, à serpētibus vulneratur. Pulchrè autem Salmona interpretatur imaguncula, quia ibi expressa est imago Christi per serpētem æneum, qui in ligno pependit. Phinon verò interpretat os, quia cùm passionem Christi cognoscimus, q̄ corde credimus, ore pronūtiamus. Corde em̄ creditur ad iustitiam, ore aūt cōfessio fit ad salutem. d ¶ Fac serpentē. Isidorus. Morsus serpentum exaltato & inspecto æneo serpente sanabantur. Quia Christus antiquū serpentem in patibulo triumphauit, & venena eius exclusit, vt qa verè expressēq̄ imaginem filī dei & passionē eius conspexerit, sanet. vnde: Sicut exaltauit Moyses serpentē in deserto &c. Æneus serpēs in ligno suspēditur, quia ex cæteris metallis est durabilius, & Christus p̄ humanitatē in serpente mortuus, viuit p̄ diuinitatem quasi æneus.

Profectiq̄

NICO. DE LY.

Cap. XXI.

Vod cū audisset. Hīc ponitur impedimentū, quantūs ex inuasiōe Chananæorū. Sciēdū tn̄ q̄ Chananæi vno mō accipiuntur generaliter pro omnibus illis q̄ descēderunt de Chanaan, & hoc modo accipiūtur hīc, quia Araddæi, Amorrhæi & Chananæi descenderunt de Chanaan, vt habet Gene. x. Alio mō dicunt Chananæi specialiter illi qui descēderūt de Chanaan: & cum hoc habitabāt in terra promissionis: de quibus non agitur hīc, sed postea: qa filī Israēl nō erant in termino, sed adhuc in via in qua filī Israēl fuerūt impediti. primò ab Araddæis, secundò ab Amorrhæis, ibi: Misit aūt Israēl. ¶ Circa primum ponitur impedimentū ex inuasione Araddæi, secundò ex murmuratōe populi, ibi: Profecti sunt aūt. Circa primū dicit: Q̄d cū audisset Chananæus rex Arad: qa (sicut dictū est) descēderat de Chanaā per Araddæū, iō dicit Chananæ⁹ & rex Arad. b ¶ Venisse. scilicet Israēl p̄ exploratorū viam. Dicūt aliq̄, q̄ isti sunt exploratores, quos misit Moyses, vt dictum est suprà. xiij. ita q̄ exercitus Israēl incedebat p̄ eandē viam per quā illi exploratores perrexerāt. Sed hoc non videtur verū, quia exercitus multū declinauerat à via recta, vt circūiret terrā Edom. Nō est autem verisimile, q̄ exploratores tanta quærerent diuerticula, maximè quia cōpleuerūt iter suum in breui tpe, vt dictū fuit suprà. xij. ca. Et ideo dicūt aliq̄, q̄ exploratores hīc dicunt illi qui p̄cedebāt exercitū Israel ad, puidēdū locū castrorū, vt dictū fuit suprà. x. ca. c ¶ Duxit ex eo prædam. s. ex Israel. Quę aūt fuerit ista fīda, nō exprimit in litera, sed dicit Rab. Sa. q̄ fuit tm̄ vna ancilla ab eis capta, sed hoc non bene cōsonat textui: videlicet q̄ pro tā modica re diceret: Victor existēs. Itē qa subdit: d ¶ At Israel voto domino se obligans. Nō est autem verisimile, q̄ pro perditione tam modicę rei fieret talis solēnitas voti. e ¶ Delebo vrbes eius, in memoriam diuini auxilij. f ¶ Et vocauit nomen loci illius Horma, id est anathema. Istud est additū a translatore, p̄ expositione huius nois Horma. Hebraicè dicit חרמה harmah, id est excisio destructio. vnde suprà dictū est: Delebo &c. Sciēdū tn̄ q̄ destructio alicuius ciuitatis, p̄prię dicitur Horma, quādo occisi habitatoribus spolia ciuitatis separantur à communibus vsibus, & applicantur diuino cultui. & p̄pter hoc spolia ciuitatis Hiericho vocantur Horma siue Anathema, vt habet Iosue. vij. quia occisi fuerunt habitatores. & q̄quid fuit auri & argēti & æris & ferri, fuit domino consecratum. g ¶ Profecti sunt autem. Hīc subditur impedimentum ex murmuratione populi cùm dicitur: h ¶ Et tædere cœpit populū itineris ac la. propter deuiationem magnā à recta via ratione prædicta. i ¶ Locutusq̄ cō. do. & Moy. Litera sequens solùm loquitur de Moyse, tamen hīc ponitur deus cum eo, quia secundum dictum saluatoris: Qui vos spernit, me spernit. k ¶ Cur eduxisti nos de Ægyp. &c. Timebant enim, ne sicut quando partes eorum declinauerunt à recta via post desperationem quam conceperāt ex verbis exploratorum accidit mors & pestilentia in populo, vt supradictū est. xiij. ca. ita accideret i hac deuiatione. l ¶ Deest panis. Quia manna nō sapiebat eis. vnde subdit: m ¶ Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. quasi dicant: Non præbet nobis fulcimentum virtutis. Quare autem manna diuersimodè sapiebat bonis & malis, dictū suprà. xj. ca. n ¶ Quamobrem: id est, quia murmurabant de beneficio diuino de quo deberēt gratias agere. o ¶ Misit dominī. Dicunt aliqui & dicunt igniti, eò q̄ volantes p̄ aerē emittebant scintillas ardentes. Alij autē eò q̄ p̄ morsus eorum calefiebat caro, ac si ignirēt. Sequitur: p ¶ Fac ser. In Hebræo, æneū, nō habetur in hoc loco, sed postea habetur: Fecit ergo Moyses serpentem æneum. q ¶ Et pone &c. In Hebræo habetur: In pertica: & in idē redit. sic enim positus fuit, vt posset à longe & à pluribus videri. vñ Iohā. iij. Quemadmodum exaltauit Moyses serpentem in deserto &c.

Qui percussus.

Moraliter a ¶ Quod cum &c. Arad interpretat descendens: ideo p̄ Arad intelligit diabol⁹ rex inferni, q̄ videns fideles per filios Israel significatos ad terram viuentiū anhelare, nititur eos impedire, & aliquādo debellat eos & deprædatur, sicut rex Arad victor existens duxit ex Israēl prædam, sed quoniam varius est euentus belli, nō debēt fideles ex hoc desperare, sed cū dei adiutorio fortius vires resumere, quod notatur cùm dicitur: d ¶ At Israel voto &c. Est enim votū promissio deo facta de meliori bono, & sic triumphant de diabolo. h ¶ Et tædere &c. Isti figurāt acidios generaliter ex operis boni labore fractos, & specialiter pauperes religiosos ex defectu victus & vestitus iniustè murmurantes contra suos superiores emēdare non potentes: maximè cùm in religionis ingressu ordinis grauia diligenter eis fuerint explicata.

n ¶ Quamobrem misit dominus super populum ignitos serpentes. Per quos significantur dæmones, quos dominus permittit tales murmuratores inuadere, & ignem concupiscentiæ fortius in eis ascendere, propter quod debent pœnitentiā agere, recognoscere culpā, & veniā implorare. Et tunc p̄ aspectū serpentis æneiſanantur, id est per aspectū Christi passi fide vera. Sicut enim serpēs æneus similis fuit animali venenoso, tamen nihil habuit de veneno: sic Christus habuit carnem similem peccatrici, nihil tamen habuit de veneno peccati. ideo dicitur Iohan. iij. Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam ęternam.

Ex eo loco

E a ¶Profectiq; filij Israël castrametati &c. Tricesima septima mãsio est in Obotin, q̃ vertitur in magos vel phythones. Quia post imaginem dei quæ in cordis ratione monstratur, & confessione fi dei, quę ore profertur, consurgunt serpentes & maleficę artes. Nos autem omni custodia seruantes cor nostrum, obturemus aures, ne audiamus voces incãtantiũ, & carmina sy renarũ b ¶Vnde egressi. Hieroni. In Ieabarim. Aceruꝰ. lapidum transeũtium. Hi sunt sancti, qui per hoc seculum ad alias mansiones transire festinant. Sunt enim sancti lapides, qui voluuntur super terrã le ues & politi & rotunditate sua rotarũ cur ribus similes. Sunt alij de via tollẽdi ne am bulãtiũ pedes offendãt. vnde Esaias: Erigite lapides de capite platearum. ¶Qđ autẽ dicitur in finibus Moab, & suprà scriptũ est, in solitudine Moab, q̃ respicit Moab cõtra solis ortum, ostẽdit iuxta literam quòd hucusq; fuerint in finibus Idumæorum, & nunc veniant ad terminum Moab, de alia ſprouincia ad aliã. Non eñ semp vni virtuti studendũ est, sed de virtute in virtutẽ eũ dum, & de alia ad aliã transeundũ. Hærent eñ sibi, & ita cõnexę sunt, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Hoc autẽ eorũ propriè est qui solis iustitiæ ortum considerant.

c ¶Venerũt ad torrentem Zareth &c. Tricesimanona mansio fuit in Dibon gad, sicut in serie mãsionum scriptũ est, qđ interpretaꝰ fortiter intellecta tentatio. Sed pro hac in ordine historię dicit: quia de Ieabarim venerũt ad torrentẽ Zareth. Deinde castrametati sunt trans Arnon, quæ est in solitudine finium Amorrhæi, in terminis Moabitarũ & Amorrhæorũ. Et postea venerũt ad puteũ, vbi cecinerũt carmen hoc: Ascẽde putee, quẽ foderunt principes &c. Et de solitudine in Mathana, deinde ad torrentes dei: & pòst ad excelsa, & de excelsis F ad vallem quæ est in regione Moab. Hæc loca in finibus Amorrhæorũ quidã interpũtates putãt nõ mãsiões esse, sed trãsitꝰ nec præiudicare debere catalogo mãsionũ extra ordiariã expositionẽ. Alij spiritualibꝰ spũalia cõparãtes, nolunt regiones significari: sed p noia locorũ, pfectus virtutũ, q̃ post magos & cõgregatiões lapidũ sæpe veniamꝰ ad torrentẽ Zareth, qđ interpretaꝰ aliena descensio: & in descensione positi transeamus ad Arnon. i. maledictionem, quæ est posita in finibus Amorrhæorum, q̃ amari hostes sunt, vel multa loquuntur. Si autẽ transeamus terminos Moab (qui de incestu natus est, & ã vero patre recessit) occurrit nobis puteus quem non plebeius, non ignobilis fodit, sed principes & duces, qui canentes prophetant, quòd transituri sint de deserto. i. Mathana. i. donum, inde ad Nahaliel. i. torrentes dei, deinde ad Bamoth, qđ interpretatur excelsa, vel aduenientis mors, quando conformes efficimur mortis Christi. Postea occurrit nobis vallis humilitatis, quæ tamẽ in vertice montis Phasga posita est, qui interpretatur dolatus. s. nihil habens informe vel rude, qui respicit solitudinem, quę Hebraicè dicitur Sin, quia in virtutum culmine positi totius mũdi ruinas & omniũ peccatorum respicimus vastitatẽ. Dibongad interpretaꝰ fortiter intellecta tẽtatio. Post Dibongad pugnaꝰ contra Sehon regẽ Amorrhęorũ, & Og regẽ Basan. Cũ aũt venerimus ad summũ & biberimꝰ de fonte principũ: ascẽdẽtes mõtẽ Phasga, ne superbiamus, sed ꝓpositã nobis solitudinẽ timeamus. d ¶In libro bellorum. Aug. Nõ dixit in quo libro scriptũ sit, vel cuius prophetæ vel patriarchæ. Neq; negandum est, fuisse iam libros siue Chaldęorũ, vñ egressus ẽ Abrahã, siue Aegyptiorũ vbi didicerat Moyses oẽm illorũ sapiẽtiã, vt cuiuslibet alterius gẽtis, in quorũ librorũ aliquo potuit hoc esse scriptũ. Qui tñ nõ ideo sit assumẽdus in eas scripturas, quibꝰ diuina cõmẽdaꝰ autoritas. Licuit eñ diuinæ autoritati vñ voluit verũ testimonium sumere, sed non ideò omnia quæ ibi scripta sunt, accipienda confirmat. Cur autem hoc loco istud commemoratum sit, non euidẽter apparet: nisi forte vt fines illic inter duas gentes constituerentur, bello actum est, quòd eiusdẽ loci homines propter magnitudinem bellum domini esse dixerũt, vt scriberetur in aliquo eorum libro bellum domini. e ¶Ex eo loco &c. Orig. Quid est q̃ magnopere præcipit dominus Moysi populũ cõgregare, vt det eis aquas de puteo biberẽ? quasi nõ sponte ad bibẽdum conueniret populus? Ait spiritus p Salomonẽ in ꝓ uerbijs: Bibe aquã de tuis vasis, & de puteorum tuorum fonte, & ne supereffundantur tibi aquę extra tuũ fontẽ. Quãuis in alijs exemplaribus legerimꝰ: Et effundant tibi aquę extra tuũ puteum. Habet ergo quisq; in semetipso puteum, imõ puteos multos & vasa aquæ multa. vnde ait: De vasis tuis, & de fonte puteorum tuorũ. Habuit Abraham puteos & Isaac. In euangelio super puteum sedebat saluator requiescens post laborem, & dicens: Quia si quis biberit ex aquis, quas puteus continet terre

Prou. 3. d. Esa. 33. c. Tropolo.

Esa. 62. d.

†cumulis Abarim

Virtutum connexio.

Mala. 4. a.

Literaliter

† dicetur †quod fecit vł oues siue oppressio quã fecit †& †& qđ effusiones vel aqua cũ impetu currẽs

1. Cor. 2. d.

Mistice

Gene. 19. g.

Phil. 3. c.

Gene. 12. b.

Quæstio de puteo

Signo. Qui percussus aspexerit a eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpẽtem æneum, & posuit † pro signo. Quem cùm percussi aspi-
a cerent, sanabantur. Profectiq; fi- b
lij Israël castrametati sunt in O-
b both. Vnde egressi fixere ten- c
toria in † Ieabarim in solitudine d
quæ respicit Moab contra orien
talem plagam, & inde mouen- ¶Aliena descensio.
c tes uenerunt ad torrentem Za-
reth. Quem relinquentes castra- ¶Maledictionem.
metatisunt contra Arnon, quæ
est in deserto, & prominet in fi-
nibus Amorrhæi. Siquidem Ar
non terminus est Moab, diui-
dens Moabitas & Amorrhæos:
d Vnde † dicitur in † libro bello- e
rum domini: † Sicut fecit in ma- f
ri rubro, † sic faciet in torrentibus g
Arnon. † Scopuli torrẽtium incli- h
nati sunt, ut requiescerent in Ar
non, & recomberent in finibus
e Moabitarum. Ex eo loco † appa- i
ruit puteus super quo locutus est.

Nicolaus de Lyra.

a ¶Qui percussus aspexerit eũ viuet. i. sanabitur. Dicit Rab. Sa. q̃ in serpente non erat virtus sanandi, sed aspicientes serpentem, recognoscebãt afflictionem illam sibi à deo iustè illatam, petentes ab eo misericordiã, & ipse sanabat eos. Ratio autem mystica est, quia serpens ille figurabat Christũ passurũ in cruce, vt habeꝰ Iohã. iij. ꝑ cuiꝰ intuitũ & fide & deuotiõe sanantur à morsibꝰ sathanę. b ¶Profectiq; remoto impedimento. Hìc consequenter ponitur itineris continuatio. c ¶Fixerè tentoria in Ieabarim'. In Hebræo habetur בעיה עברים in hijehaabarim. i. in solitudinibus Abarim. Abarim enim est nomen mõtis, in quo Moyses moriturus ascendit, vt habetur Deute. xxxij. Circa quem sunt solitudines. d ¶In solicitudine quę respicit Moab. i. in illa parte solitudinis circa montẽ prædictũ existẽtis, q̃ respicit terrã filiorum Moab. Dicit aũt Ra. Sa. hìc q̃ petierunt filij Israël transitũ ꝑ terrã Moab, sed non fuit eis cõcessus, & ideo iuerũt in circuitu, & nõ intrauerunt in terrã Moab: & hoc etiã habeꝰ Iud. xj. c. vbi dicit: Et circumiuit Israël ex latere terram Edom & terram Moab. Quòd autem dicitur Deut. ij. f. Concedas nobis transitum, sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seyr, & Moabitæ, qui morantur in Ar: quòd videt contradicere dicto eiꝰ. Rñdet q̃ li, sicut fecerũt, refertur ad cibũ cõcessum eis pro pretio à Moabitis, nõ ad transitũ ꝑ eorũ terrã, sicut dictũ fuit de filijs Esau capitulo ꝓcedẽti. e ¶Vnde dicitur. Hìc eõsequenter ponitur diuini beneficij oblatio, & primò in transitu periculoso. vñ dicit in libro bellorũ dñi. i. bñficiũ istud ibi dẽ scribitur. Dicũt aũt aliq̃, q̃ iste liber nõ est trãslatus, sicut nec plures alij. vñ. ij. Regũ dicit: In libro iustorum, qui non habetur apud nos. Alij autẽ dicũt, q̃ intelligit de libro Numeri, vbi hoc scribit; quia libri Hebræorum in quibus continent bella Iudęorum, communiter appellant libri bellorũ domini, quia virtute eius vincebãt. Hebræi aũt dicũt, q̃ hìc est textus: In narratiõe bellorũ dñi, quia dictio Hebraica hìc posita est æquiuoca ad librũ & ad narrationẽ: & est sensus secũm Hebræos, qñ narrabunt bella quę fecerũt filij Israël dei adiutorio protecti, narrabitur etiã istud quod subditur: f ¶Sicut fecit in mari rubro. Pugnans pro Hebræis Aegyptios demergẽdo & Hebręos saluãdo, vt habeꝰ Exo. xiiij. g ¶Sic faciet in torrentibus Arnon. i. pugnabit ibi pro eis. vnde subditur; h ¶Scopuli torrentium inclinati sunt. Dicunt enim Hebræi, q̃ in loco vbi debebãt trãsire filij Israël, erãt scopuli magni proteñ si super aquã, in quibus erant cauernositates, & in eis aduersarij Hebræorũ posuerãt homines armatos latenter, vt inde cũ lapidibus & sagittis interficerẽt filios Israël desubtus trãseuntes, sed dominus fecit illos scopulos inclinari super aliã partẽ aquę, & sic illi qui latebãt ibi fuerũt mortui ex illa inclinatione, & filij Israel habuerunt liberũ trãsitũ super scopulos inclinatos, & postea illi scopuli diuina virtute reuersi sunt ad locum suum. i ¶Ex eo loco apparuit puteus. Non sic est intelligendum, q̃ illẽ puteus fuerit in loco, vbi inclinati sunt scopuli, sed ex illo loco transierũt vltrà, & posuerunt castra, & ibi datus fuit iste puteꝰ, vt populꝰ biberet & iumẽta. vñ in Hebræo habeꝰ: Ex hoc loco ad puteũ. i. venerũt ad locũ vbi datus est puteꝰ.

C Prou. 5. d.

Gene. 26. Iohan. 4. b.

† super vestimẽti vel gelicam

Abarim

† commemoratiõe, aut cũ bella domini commemorabuntur

† in Beer. i. puteus hic aũt puteus est

H

Tunc cecinit

Moraliter

* i ¶Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus. Per quem significatur sacra scriptura, vbi hauritur salutaris sapientia de quo dicitur Iohan. iiij. b. Puteus altus est, nam intellectus sacræ scripturæ profunditatis est magnæ. Ideo subditur:

*Quem fode-

net terrenus,sitiat rursus.Qui autem biberit ex illis,quas dat Iesus, A
fiat in eo fons aquę viuę salientis in vitam ęternam.Alibi autem di-
Iohan.7.f. citur:Qui credit in eum flumina de ventre eius fluent aquę viuę.
Qui ergo credit in eum,non puteū, sed puteos nō solū fontes sed
& flumina habebit in sen:nō quę mortalem solēt conferre vitā,sed q̄
conferāt æternā.Secundū hęc ergo quæ in
Prouer.5.c. prouerbijs legimus: vbi putei cum fonte
nominantur,accipiendum est verbum dei:
puteus verò, si profundum mysterium te-
git,fons autem si ad populos effluit. Quæ-
rendum est autē quomodo pluraliter pu-
Ps.cxviij.c. teos,& singulariter fontem in ꝓuerbijs di-
cit Sapiētia.Bibe aquas de fonte puteorum
tuorū.Videam⁹ ergo quorū puteorū vnū
dixit fontem.Ego puto q̄ scientia ingeniti
Fuderūt li beales po- patris vnus possit intelligi puteus, & alius
puli cū legis- agnitio vnigeniti filij:alius enim à patre fi-
latore lius,nec idem qui & pater.vnde: Alius est
Iohan.8. qui testimonium de me dicit pater. Tertius est puteus cognitio
Iohā.14.b. spiritussancti.Alius enim est à patre & filio spiritus. vnde: Mittet
vobis pater aliū paracletum spiritum veritatis.Est ergo hæc trium
personarum distinctio in patre & in filio & spiritusancto,quæ ad
pluralem puteorum numerum reuocatur,quorum vnus est fons,
quia vna est substantia & natura trinitatis. ¶ Origenes.Pos-
Tripolo. Sapi.7.c. sunt & illi putei videri de quorū scientia dicit,qui repletus est scien
tia dei,ipse enim mihi dedit eorum quæ sunt scientiam veram, vt
scirem scientiam mundanam & elementorum virtutem,& initium
& finē & mediętatē temporū,& vicissitudinū permutationes & cō
mutationes temporū,anni circulos & astrorum positiones, naturas
animalium & iras bestiarum &c.Vides quanti sunt putei in rerū
scientia. Puteus est scientia virgultorum,& fortè cuiusq; virgul-
ti natura habet proprium puteum. Item est puteus animalium
Colo.2.d. sciētia, & fortè quęq; species animalium proprium habet puteū,&
hęc singula(quoniā profundā habēt scientiā)merito putei esse di-
cūtur.Et dum absconditū fuit mysterium Christi à seculis & gene
rationibus,restē horum scientia putei dicunt.Cū autem credentibus
manifestauit deus per spiritum,efficiuntur hæc omnia fontes & flu
mina,vt iam non habeat in occulto horū scientia:sed riget creden-
Iohan.7.f. tes & satiet.Ideo credo saluator dicebat:Quia qui credit in eum,&
aquā doctrinæ eius biberit,nō iam puteus nec fons,sed fient in eo
B flumina aquæ viuæ.Sicut enim vnus puteus,i.sermo dei efficitur
puteī & fontes & flumina,ita & anima hominis quæ est ad imaginē
dei potest in se habere & producere puteos & fontes & flumina.
Sed putei qui sunt in anima nostra indigent fodiente,vt munden-
tur,& quod terrenum est auferatur,vt venæ illæ rationabiliū sen-
suum quas eis inseruit deus,pura & syncerà fluēta producāt. Dum
enim terra tegit,non potest pura laticis vnda ꝓfluere.Ideo scriptū
Gene.21.d. est:Quia pueri Abrahā fodiebant puteos,sed operiebant eos ter-
Gene.26.d. ra Philistæi.Isaac quoq; qui hæreditatem patris susceperat ,patris
puteos fodit,& terrā remouit quam iniecerant Philistæi. ¶ No-
Moraliter tandū autem,quia dum viueret Abraham,non sunt ausi Philistæi
replere puteos aut iniꝯere terram,sed eo mortuo inualuerunt &
Gene.24.e. insidiati sunt puteis eius,sed reparant per Isaac.Puer quoq; Abrahę
Gene.29.b. ad puteos inuenit Rebeccā,quæ interpretatur patientia.hæc effici
tur vxor Isaac,sed apud puteos.Similiter Iacob cùm ad Mesopo-
tamiam venit habens præceptū patris,ne alienigenam duceret vxo
Exodi.2.d. rem,apud puteos inuenit Rachel,& Moyses Sephoram.Si ergo in
tellexisti quæ & quales sint sanctorum vxores,si vis patientiam in
coniugium sumere,vel sapientiam & alias animi virtutes,& dicere
Iapiē.8.a. quòd de sapientia dictum est:Hanc quæsiui mihi ducere vxorem.
Esto assiduè circa puteos istos,& ibi reperies huiusmodi coniugē:
quia apud viuentis verbi fluenta certum est habitare virtutes.Sūt
ergo multi putei intra animam,& alij plurimi in singulis scriptura-
rum sermonibus & sensibus.Est tamen hic eminentior quem fode
runt,non quicunq; homines,sed principes,& horum sublimiores
quos appellauit reges.Ideo in hymnis canitur deo apud hunc pu-
teum:& scriptum est,quoniam hic est puteus,super quo locutus
Allegorice est dominus Moysi:Congrega populum & dabo ei aquam de pu
teo. ¶ Congrega populum. Allego.Lex conuocat te ad pu-
teum,Christum,i.dei filium,propria quidē substātia subsistentem
Iohan.4.b. vno tamen cū patre & spiritu deitatis fonte nominatum. Ad hūc
Roma.10.b. ergo puteū,i.ad Christi fidem conuocat te lex.Inde ipse dicit:quia
Moyses de me scripsit.Vocat autē vt bibamus aquas,& cantemus
ei cāticū ꝯcorde credamus ad iustitiā,& ore cōfiteamur ad salutē.
b ¶ Ascendat puteus. Orige.Initiate illi puteum.i.initium o-
Apoca.3.c. mnium ponite puteū:qa ipse est principiū & primogenit⁹ oīs crea
turæ. ¶ Vel sic,vt verba dirigant ex persona Moysi ad populum:
Date initiū cordi vestro,vt incipiat intelligere qd sit pute⁹,de quo
spirituales aquæ

a dominus ad Moysen: Con-
grega populum, & dabo ei a-
quam. Tunc cecinit Israël car-
a ¶ Lxx.Initiate ei puteum.id est initium omnium cōiterum esse puteum.
b mē istud:Ascēndat puteus.Con-
c cinebant,puteus quem foderunt
c Alij reges.
d principes & † parauerunt duces

spirituales aquā haurien dę sunt,& reficiēdus est ppls credentiū.Ini C
tiate ergo ei.i.Israeli hunc puteum,vt sensum mysticū si quis ex cor
de videt,deum de profundis possit haurire. Ad hūc puteum Moy
ses.i.lex congregat,ad quem videtur aliqs peruenire,sed nisi p. Moy
sen cōgregetur,non ei deo acceptus.Marcion videtur sibi venisse
& Basilides & Valentinus:sed quia nō ve-
nerunt per Moysen,nec acceperunt legem
& prophetas,non possunt laudare deum
de fontibus Israel. Non veniunt ergo ad
puteum tales,quem foderunt principes &
excuderunt reges. Est autem vallis falsa in Gen.14.b
qua sunt putei bituminis.Omnis autem hę
resis & omne peccatum in valle est,& in val
le falsa.Peccatum enim non ascendit sursum
sed semper ad ima & ad inferiora descen-
dit.Est ergo in valle positus falsus & ama-
rus omnis hæreticus sensus, & omnis pec-
cati actus.Quid enim dulce,quid suaue po
test habere peccatum?Si autem veneris ad hæreticam sententiam
& amaritudinem peccati,venisti ad puteos bituminis,quod est esca
& nutrimentum ignis.Si gustaueris aquam de his puteis,si hæreti
cum sersum & peccati amaritudinē receperis,fomenta ignis & ge
hennæ incendia in te præparabis.Talibus dicitur:Incedite in lumi Esa.50.d.
ne ignis vestri &c. Foderunt illum principes & excuderunt reges.
Principes ergo foderunt,reges excuderunt,quod ab excudendo,
non excidendo dictum est. Excudi enim dicitur , quod in saxo
cędituꝛ vel formatur.Principes ergo tanquam inferiores foderūt,
id est quasi in terræ mollitiem altitudinē quandā demerserunt. Hi
verò quos reges appellat,quasi fortiores,non solùm terę profun-
dum,sed saxi duritiam penetrant,vt perueniant ad profundiores
aquas,& ipsas abyssi venas perscrutent:scientes iudicia dei esse abys
sum multā.Hi sunt anoſtoli,quorum aliqs dicit:Nobis autem re- 2.Cor.2.c.
uelauit deus p spiritum suum.Spiritus enim omnia scrutatur ,etiā
alta dei.Qui ergo per spiritumsanctum possunt alta scrutari & pe
netrare profunda misteria putei,reges esse dicuntur,qui puteum in
petra excuderunt,quia dura & difficilia scientiæ penetrarunt secre
ta.Foderunt ergo puteum istum principes,& excuderunt reges gē
tiū,id est apostoli,q̄ gentes cōgregauerunt ad obediendū fidei, &
omnibus patefecerūt scientiā Christi,in quo sunt omnes thesauri D
sapiētiæ & scientiæ absconditi.Impleuerūt enim mandatū dei, do- Mat.28.d.
centes oēs gentes,& baptizātes eos in nomine patris & filij & spiri
tussancti.Et per hoc excuderūt,id est patefecerunt scientiam putei.
Hæc quoq; quæ in manibus habemus,nobis puteus est,& omnis
scriptura legis & prophetarū euangelica quoq; & apostolica simul
vnus puteus est,quem non possunt fodere vel excudere,nisi reges
& principes,qui scilicet possunt auferre terram & amouere super-
ficiem literę,& de inferiori petra vbi Christus est,spiritales sensus
velut aquam viuam proferre.Reges dicuntur,quia peccati regnū
expulerunt,& iustitię regnum in mēbris suis posuerunt.Decet em
eū docere cæteros qui prius fecerit quæ docet.vnde:Qui fecerit & Matth.5.c.
docuerit sic hoies,magn⁹ vocabit in regno cælorum.Magnū aūt
in regno esse,est regē esse.c ¶ Principes.Possunt idē vocari prin
cipes & reges.Vel principes,prophetas intelligamus.ipli enim sen
sum & prophetiam de Christo defossam in profunditate literæ
collocauerunt,ideo de illis dicitur:Nisi occultè audieritis,plorabit Hiere.13.c
anima vestra.Et alibi:Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ do Pfal.30.c.
mine , quam abscondisti timentibus te? Reges sunt apostoli,qui
perscrutantur alta dei,& ecclesias regūt,vnde & Christus dicit re
regū. d ¶ Et parauerūt duces. Orig.Excuderunt,inquit,reges 1.Tim.6.c.
gentium in regno suo dum dominarentur eis.Non enim possunt
fodere puteū istum,nec latentes aquę viuę venas aperire,nisi prius
dīu sint gentiū barbararum.Quicquid in eis ferum fuit in actibus,
quicquid barbarū in moribus,domuerūt & subiecerūt regio sen-
sui , vt non Gentiliter , sed legitimè agant . Hi verè sunt reges,
profunda putei rimantes , & verbi dei arcana perscrutantes .
☞Profectiq; sunt

Nicolaus de Lyra.

✠a ¶ Tunc cecinit Israël.pro gratiarum actiōe.b ¶ Ascē-
dat puteus, id est aqua de puteo. c ¶ Quem foderunt
principes . Quia ex diuino iudicio percusserunt cum bacu-
lis in loco determinato , & inde exiuit aqua in abundantia.
lis in loco determinato , & inde exiuit aqua in abundantia.
✠In datore le.

✠c ¶ Quem foderunt principes,& parauerunt duces.
id est apostoli alij quæ doctores ad aperiendum eius intellectum Moraliter
literalem & mysticum cum dei adiutorio fideliter laborantes .
✠Missi autem

☞ a ¶ Profectiq; sunt. Orige. Profecti à puteo veniunt in Matha-
E na, quod interpretatur munera ipsorum. Fidē em & affectū expetit
Deut. 10. c. deus ab homine, vñ: Et nunc Israēl: Quid dominus deus tuus poscit
Mich. 6. c. à te, nisi vt timeas deū, & incedas in vijs eius, & diligas eū &c. Hæc
secundum munera oportet à nobis domino dari, postquam agnitionem bo-
Lxx. nitatis eius de altitudine putei biberimus.

Notandum autē q; propheta dicit: poscit à te, vt erubescant qui negant in arbitrio hominis esse vt saluetur. Quomodo enim posceret ab hoie deus, nisi haberet homo in potestate sua quòd poscenti debeat offerre? Sunt ergò, quę dant à deo & q̄ ab homine.

Luc. 19. b. In homine fuit, vt de vna mna faceret q̄q; ex deo vt mnam haberet homo, ex qua pos-
† Et de Ba- set facere decē mnas. Cùm autem obtulit ex
moth i val- se, acceptit ex deo, nō iam pecuniam, sed po-
lem quæ testatem & regnū decē ciuitatū. Petijt deus
Gen. 22. a. ab Abrahā, vt offerret ei filiū suum, obtulit
† Suprà intrepidus, imposuit sup aram, cultrū edu-
22. b. xit ad iugulandū, sed continuò inhibetur, &
Deut. 2. c. aries pro filio daf ad victimam. Vides ergo
qa q̄ de deo offerimus nobis manēt, sed ex-
petimur, vt affectus noster & fides probet.

¶ Qui de hoc puteo bibit, ad hoc proficit vt habeat munera q̄ deo offerat, de quibus
Leuiti. 2. se- in lege dicitur: Munera mea, data mea. Ex
cundū aliā his ergo qui deus dedit, offertur deo. Dedit
literam. aūt agnitionē sui: & homo offert ei fidē suā & affectū. ¶ Cū obtulerimus quę ex nobis sunt, consequimur q̄ ex deo sunt. Cū em̄ no-
strā fidē & affectū obtulerim⁹, tunc ipse lar-
Rom. 11. b. gif diuersa dona spiritusancti, de quo dicit: Omnia autem ex deo sunt. b ¶ In Ba-
moth. Bamoth aduentus mortis, qua. s. cō-
Rom. 6. a. morimur, vt cōuiuamus ei, & mortificam⁹ mēbra nostra sup terrā. Consepulti em̄ su-
mus illi p baptismū in morte. Qui enim or-
F dinē salutaris viæ tenet, debet per hęc singu-
la iter agere, & post multa ad hunc locum
venire. ¶ Orig. Et ex Bamoth, inquit, in ne-
mus, quod est in campo Moab, à vertice mōtis eṣi q respicit ad desertum. Si hoc
itinere incedamus, quòd non tam locorum vocabulis, q̄ animæ ꝓfectibus cōstat, post
omnia veniū⁹ in nemus, vt secundū alios
† Rama in †Janam, quod interpretat ascēsus vel vertex montis. Per hæc er-
go venitur ad illud famosum paradisi nemus, & amœnas delitias
antiquæ habitationis, vel ad perfectionis & beatitudinis summata-
Eph. 2. a. tē, vt dicamus quia suscitauit nos cum eo, & sedere fecit in cęle-
stibus cū Christo. Vides quousq; ꝓueniatur à puteo, quibus mansio-
Allegoricè nibus, imò profectibus iter animæ paratur ad cælum. c ¶ Misit autē Idē. Mittit Israēl legatos ad regē Amorrhæorū, regē. s. superbum, qui ait: Virtute mea facā, & sapiētia intellectus mei auferam
Esa. 14. c. fines gentium &c. Et ascēdam in cælū, & super sydera cæli ponam thronum meū &c. Ille quoq; superbus & elatus, quasi vnigenitus
2. Thes. 2. a. eius: de quo scriptum est: Quia extolletur super omne quod dicit, aut qđ colitur de⁹ &c. Omnis ergo elatus, filius elati huius est vi-
1. Tim. 3. b. tiosus & imitator est. vñ: Ne fortè elatus incidat in iudicium diaboli. In quo ostenditur, q̄ omnis elatus sicut diabolus condemnabitur. Nos ergo q̄ transire volumus per hunc mundum, vt perueniam⁹ ad sanctam terram sanctis, ꝓmissam, mittimus verbis pacificis ad Sehon, promittētes qa non habitabimus in terra eius, nec morabimur cū eo, sed transibimus tm̄ incedētes viam regiā, vel via regali, nusq; declinantes, nec in agrū, nec in vineam, nec de lacu eius biben-
tes. Cùm em̄ ad aquā baptismi venimus, & primæ fidei signacula
susc ipimus, diabolo renūtiamus, & pompis eius, & omnibus ope-
ribus eius, & omnibus seruitijs ei⁹, & voluptatibus ei⁹, qđ adūbrat cùm dicit: Quia nō declinet Israēl in agrū, neq; in vineam ei⁹, neq;
Esa. 11. a. bibet de lacu eius. Non enim vltrā disciplinæ diabolicæ, non astro-
logicę, non magicæ, vel illius doctrinæ quæ contra dei pietatē sit, bibit fidelis. Habet enim fontes suos, & bibit de fontibus Israēl, de
fontibus salutaris, nō de lacu Sehon. Nec relinquēs fontē aquę vi-
uæ, cōgregata sibi lacus cōfractos vel cōtritos. d ¶ Ad Sehon re-
Allegoricè gem. Sehō qui interpretat arbor infructuosa vel elatus. hic est rex Amorrhęorū, qui interpretatur in amaritudinē adducentes vel lo-
Ioh. 14. d. quētes. Hic est diabolus elatus & infructuosus, de quo dicit: Venit
Ioan. 12. c. princeps mundi huius, & in me non habet quicq;. Et alibi: Ecce princeps huius mundi mittetur foras. Non quia creauit mun-
dum, sed quia

multitudinis in datore legis & in [a]
baculis suis. Profectique sunt
¶ Munera ipsorum.
de solitudine Mathana. De Ma
¶ Ex deo.
thana in Nahaliel: de Nahaliel
in Bamoth. † Bamoth uallis est [b]
in regione Moab in uertice Phas
ga, & respicit contra desertum.
¶ Alia: Moyses.
† Misit autem Israēl nuntios ad [b]
a ¶ Id est infidelium scilicet qui deum in amaritudine ducunt.
Sehon regem Amorrhæorum,
dicens: Obsecro ut trānsire mihi li
ceat per terram tuam: Non decli
nabimus in agros & uineas, non
a ¶ Disciplinam diabolicam vel pietati contrariam.
c bibemus aquas ex puteis. Via
regia gradiemur, donec transea-
mus terminos tuos. Qui conce- c
f dere noluit, ut transiret Israēl per
fines suos, quin potius † exercitu
congregato egressus est obuiam
g in desertum, & uenit in Iasa, pu-
gnauitq; cōtra eum. A quo per-
h cussus est in ore gladij, & posses-
¶ Ciuitas.
i k sa est terra eius ab Arnon usq; Ie-
boc, & filios Ammon, quia forti [d]

dum, sed quia in mūdo peccatores sunt, & ipse peccati princeps est, secundū quod dicit: Quia omnis mūdus in maligno positus est, id est ipse mundi princeps est. e ¶ Via regia. Quæ dicit: Ego sum via, veritas, & vita. De quo dicit: Deus iudicium tuum regi da. Hac incedendum est, & nusquam declinandum, nec in agrum nec in vi-
neam. i. nec ad opera, nec ad sensus diaboli, eos si volumus pacificè transire per mun-
dum. Sed hoc magis incitat principem mū-
di, quòd dicimus nos nolle manere cum eo vel morari vel aliquid eius contingere. Inde irascitur & mouet persecutiones & pericu-
la, excruciatus intentat. Inde dicit: Congre-
gauit Sehō populum suum &c. f ¶ Exer
citu. principibus scilicet & iudicibus mun
di, & omnibus nequitię ministris qui sem-
per impugnāt populum dei. g ¶ In Iasa. In Iasa, Hebraicè יהז iah tsah, quod in-
terpretatur mandati impletio. Si enim ve-
niamus ad impletionem mandatorum, su-
peramus superbum & elatum. Mandatum enim complere, est diabolum & exercitum eius superare. Nihil enim nobis poterit no-
cere, si veniamus in Iasa, id est si præcepta dūi nostri Iesu Christi seruemus. h ¶ In
ore gladij. Viuus est sermo dei, efficax, & Hebr. 4. c.
penetrabilior omni gladio &c. De quo di-
cit Apostolus: Et gladiū spiritus quod est Ephe. 5. c.
verbum dei. In huius ore cadit Sehō, id est diabolus. i ¶ Terra eius. Omnis terre
na regio terra Sehon dicit. Sed Christus & ecclesia ei⁹ in omni terra Sehon dominat.
k ¶ Ab Arnō vsq; Ieboc. Ieboc ciui-
tas finisq; regni Sehon, sicut Arnon initiū. † omni po-
Interpretat autē Arnō maledictiōes eorū, pulo suo
Ieboc luctamen. Necesse est enim, vt qui
vult odire de regno diaboli, lucretur cū eius
ministris. Sed si vicerit, iam non erit Ieboc Gene. 22. d.
ciuitas Sehon, sed Israelis. Hinc Iacob cùm «Israēl
venisset ad quendam locum, paratum est H
ei certamen, & ibi tota nocte luctatus
cùm inualuisset, vocatum est nomen
☞ eius Israel.

Nico. de Lyra.

☞ a ¶ In datore legis: id est deo qui dedit legem principali-
ter, & in Moyse qui dedit eam ministerialiter, & ex eius merito data
est illa a qua. Cætera patent. b ¶ Misit autem Israel nun-
tios ad Sehō regem Amorrhęorū dicēs: Obsecro vt trāsi- Diuisio
re mihi liceat per terram tuam: Non declinabimus &c.
Hīc ponitur impedimentum ex inuasione Amorrhęorū, & primò
regis Sehō, secundò regis Og, ibi: Verteruntq; se. Isti em̄ duo reges fue
runt Amorrhęi, vt habetur Iosue, j. Circa primū ponit ipsius Sehō
debellatio. Secundò soluitur tacita quęstio, ibi: Vrbs Hesebon fuit.
Circa primum dicitur: Misit autem Israel nuntios, vt posset trans
ire pacificè ad terram sibi promissam. Sequitur: c ¶ Qui con-
cedere nōluit, vt transiret Israel per fines suos, quin po-
tius exercitu &c. Dicunt em̄ Hebræi, q̄ ipse recipiebat tributum
à Chananęis, qui habitabāt terra promissionis, vt impediret trans
itum filiorum Israēl ad eos: & ideo non solùm transitū prohibuit,
sed etiam iuit eis obuiam ad debellandum eos. Et patet litera vsq;
ibi: d ¶ Quia forti præsidio tenebantur termini Ammo
nitarum. Dicit Rab. Sa. q̄ istud forte præsidium erat prohibito
domini ne filij Israēl terrā eorum acciperent, sicut habetur Deut. 2.
☞ Vrbs Hesebon

*b ¶ Misit autē Israel nuntios ad Sehon regem Amor- Moraliter
rhęorum dicens: Obsecro, vt transire mihi liceat per ter
ram tuam. Non declinabimus in agros & vineas, non
bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur, donec
transeamus terminos tuos &c. Ab isto loco vsq; ad finem hu
ius capituli agit de regibus Sehō & Og nitentibus impedire filios
Israēl à transitu vsq; ad terram sibi promissam: per quos designan
tur dæmones & homines mali: qui nituntur impedire bonos in pro
cessu virtutis. Sed sicut Sehon & Og à filijs Israēl fuerūt debellati,
sic dæmones & mali homines cū dei adiutorio à bonis superantur
& sic per iter suum gradiuntur, Psalm. lxxxiij. b. Ibunt de virtute in
virtutem: & videbitur deus deorum in Sion.*

A eius Israel a ¶Tulit ergo. Aug. Hîc possedit Israel ciuitates Amorrhęorũ, quas bello superauit, quia non eas anathematizauit. Si enim anathematizasset, possidere nõ posset, nec inde ad vsus suos aliquid prædæ vsurparet. Notandum verò quomodo iusta bella gerebant; innoxius eñ transitus negabat, q̃ iure humanæ so- cietatis debebatur: Sed iam vt deus sua promissa compleret, adiuuit hîc Israelitas, qb⁹ Amorrhęorũ terrã dari oportebat. Nã Edõ cũ similiter eis trãsitũ negaret, nõ pugnauerũt cũ illa gẽte Israelitæ, i. filij Iacob cũ filijs Esau: qa terrã illã Israelitis non promiserat, sed declinauerunt ab eis. b ¶Israel. Qui in Christo Israel est, nõ in carne, nec in manifesto Iudæus habitat i omnib⁹ ciuitatib⁹ Amorrhæorũ, cũ in toto orbe terrarũ Christi eccl̃æ ppagant. Sed & q̃s q̃ nostrũ prius fuit ciuitas regis Sehõ, q̃ interpretat̃ elat⁹. Regnabat eñ in nobis stultitia, superbia, impietas, & oia q̃ sunt ex parte diaboli. Sed vbi expugnatus est fortib⁹ & vasa eius direpta, effecti sumus ciuitates Israel & hæreditas sanctorũ, si tũ excisa est in nobis penitus potestas quæ prius dominabatur, & arbor infructuosa, & rex elatus, & simus sub eo qui dicit: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. In Hesebõ & viculis &c. Sigillatim ciuitates superbi & infructuosi regis enumerat, & p̃cipuũ regni ei⁹ vrbẽ Hesebõ nominat, quę interpretat̃ cogitatiões: Meritò ergo maxima pars regni diabolici & potestas eius plurima in cogitationib⁹ regnat, qa de corde p̃deunt cogitatiões malæ, homicidia, adulteria, & hmõi, q̃ coinquinant hominẽ. Necessariò ergo ista ciuitas igne exuritur, quẽ saluator venit mittere in terram, & vult vt accendat̃. ¶Isido. In triceſima nona mansione gerit̃ bellũ contra Sehõ regem Amorrhęorũ, & Og regem Basan. Sehon interp̃tat̃ tentatio oculorũ. Hic est diabolus qui transfigurat se velut in angelum lucis, & per hæreses & schismata verisimilia mentit̃, vt incautos fallat: hunc Amorrhæi, id est amaricantes habent regem. Nisi enim quædam simulatio veritatis p̃cedat, non sunt hæreses amaricantes, nec schismata in eccl̃ia. Hunc regem quisque occidit, cùm damnat simulationem, & diligit veritatem. Og interpretatur conclusio: Basan autem confusio. Id enim diabolus agit, vt concludat viam ad deum, opponẽdo idola ne credatur in Christum. Cõclusio p̃cedit vt rex, sequitur cõfusio tanquã plebs, quia q̃ modò concludunt̃, ne credant in Christum, cùm Christus apparuerit, confundentur. Ideo mansio hęc, id est Dibongad, interpretatur fortiter intellecta tentatio: quia si superetur simulatio quæ per schisma vel hæresim exacerbat eccl̃esiam, & confusio quæ per sacrilegium claudit fidei viam, tentatio intelligitur, & intellecta fortiter superatur. c ¶Sehon regis. Sehon i. loquẽtis: q enim sub diabolo agunt, tm̃ loqui norũt, sed inania loquunt̃, vtpote astrologi aliqui & philosophi. Fidelium autẽ regnũ q̃ à deo est, non in sermone sed in virtute dei. d ¶Moab. Raba. Moab qui interpretatur de patre, vel aqua paterna, de incestu & obrietate conceptus, quasi absente & nesciente patre, secularem scientiã significat, quæ autorem sui sensum habet. Et quia ex dei cõditione generat̃, videtur nasci de patre. Sed qa adulter est, & aduersarius populi dei, de incestu & spelũca & nocte generatur. vñ secundum Esa. In nocte perit. i. in errore sempiterno. Arnõ quoq; vrbs Moabitarum, quę interpretatur aduersarius, significat q. hęc sapiẽtia deo inimica eccl̃iastico sermone contra se pugnante, veritatis igne cõsumitur, à quo & habitatores excelsorum Arnõ deuorant̃. Amon enim maledictio vel illuminatio eorũ interpretatur. Quia qui cõfidunt in eloquentia vel sapientia humana, q̃ filijs tenebrarũ videt̃ lucida, corruunt & consumuntur. e ¶Idcirco dicitur. Orige. Alia litera. Propter hoc, inquit, dicent ænigmatistę. Venite in Hesebon, vt ædificetur & construatur ciuitas Sehõ, quoniam ignis processit de Hesebõ, & flamma de ciuitate Sehõ, & deuorauit vsq; Moab &c. Sehõ erat rex, cui⁹ erat ciuitas Hesebon: Hîc est ergo verborum ordo, acsi dicant ænigmatistæ: Venite vt ædificetur & construatur Hesebon, quæ fuit ciuitas regis Sehon. Ænigma dicitur sermo figuratus: Ænigmatistæ qui figuraliter loquuntur. Hi sunt lex & prophetæ. vnde: Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Et Esa. Erunt, inquit, verba libri huius, sicut verba libri signati. Signatus est enim liber, quia figuris perplexus est, & ænigmatibus inuolutus. Venite in Hesebon vt ædificetur: ceciditq; prima subuersa & incensa, reædificanda est alia. Si videas Gentilem in dedecore vitæ & in religionis errore, dic q. hîc sit Hesebon ciuitas in regno regis Sehõ. Regnat eñ in cogitationibus eius rex infructuosus & elatus. Ad hunc si accedat Israel, id est eccl̃esiæ filius adhibens iacula verbi dei, distringens gladiũ spirit⁹ contra eũ, & destruat in eo oñes munitiones Gentilũ dogmatũ, & omnes argumentationes ea- rum igne veritatis exurat, dic quia subuersa est Hesebõ ciuitas regis Sehõ. Nõ tũ desertus relinquit̃. Cùm enim filij Israel euerterint in hominib⁹ malas cogitationes & impios sensus, bonas cogitationes reædificat & pios sens⁹, doctrinã veritatis inserũt, religionis ritum, viuendi ordinem, & morũ honestatẽ. Et tũc verè dicunt isti ænigmatistę adinuicẽ: Venite, ędificem⁹. Hesebõ, q̃ fuit ciuitas Sehon. Filij eñ eccl̃esiæ, qa legis ænigmata spiritaliter intelligũt, ænigmatistæ dicunt̃. vñ: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, eradicare & subuertere, reædificare & plãtare. Subuertit eñ Hesebõ, eradicat cogitationes impuras. Reædificat autẽ & replantat cogitationes castas, vt efficiat Hesebõ, nõ Amorrhęorũ, sed filiorum Israel. f ¶Væ tibi Moab. Chamos interpretatur cõgregãs, vel quasi attrectatio. Dibon abundãter intelligens tẽtationẽ vel fluxus eorum. Nophe suflans vel spirans, Medaba, de saltu. Væ ergo illis, qui in spiritali Moab confidentes, congregant sibi thesauros secularis sapientiæ, & erigunt se contra potentiam dei, quorum audacia non præualebit, sed fugiet & tradetur in captiuitatem regis spiritualium Amorrhęorũ. Iugum enim ipsorum disperiet ab Hesebon vsque Dibon id est à radice cogitationis vsque ad profunditatem intellectus defluet scientia eorum, lassiq; sufflantes vanitates verborum, & spirantes fex-

præsidio tenebantur termini Ammonitarum. Tulit ergo Israël omnes ciuitates eius, & habitauit in urbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet & viculis
¶Cogitationes scilicet.
eius. Vrbs Hesebõ fuit Sehõ regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem
¶De parte vel aqua paterna.
Moab, & tulit omnem terram quæ di
¶Maledictionem vel illuminationem eorum.
tionis illius fuerat usque Arnon. Idcirco dicitur in prouerbio: Venite in Hesebon, ædificetur & construatur ciuitas Sehon. Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Arnon Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. Væ tibi
¶Congregans.
Moab, periisti popule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon.
†Iugum ipsorũ disperiit ab Hesebon usque Dibõ, †lassi peruenerunt in
¶Suffians vel spirans. ¶De saltu.
Nophe, & usque Medaba. Habitauit

Nicolaus de Lyra.

a Vrbs Hesebon. Hîc respondet̃ tacitæ quæstioni, quia immediatè dictum est, q. Israel habitauit in Hesebon & viculis eius. & tamen fuit in terra Moab: ideo posset aliquis quærere, quomodo Israel accepit terram illam, cùm esset ei prohibitum à domino, ne pugnaret contra eos, & q. nihil de terra eorum daretur eis, vt habetur Deutero. ñ. 2. Ideo ad hoc respondetur hîc, quia licet illa terra fuisset intra terminos Moab, aliquando tamen Sehon rex Amorrhæorũ eam acquisierat iure belli, & sic Israel eã licitè occupauit: p pter quod hîc declaratur, quomodo Sehõ illam terrã acceperat à filijs Moab, cùm dicit: Vrbs Hesebõ fuit Sehõ regis Amorrhei, qui pugnauit &c. Idcirco dicitur in prouerbio, hoc est in cantilena facta & diuulgata de victoria quã habuit Sehon contra filios Moab. b ¶Venite in Hesebon, ædificetur & construatur ciuitas regis Sehon. Primò enim eã destruxit pugnãdo contra filios Moab, & postea eã sibi reædificauit. c ¶Ignis egressus est. Quia ille Sehon incendit terrã in circũitu, pugnando contra filios Moab. d ¶Væ tibi Moab: quia deiectus es à Sehon. e ¶Periisti populе Chamos. nomen est idoli Moabitarum. f ¶Dedit filios eius in fugam. sicut victi solent fugere quãdo possunt. g ¶Et filias i captiuitatem regi Amorrhęorum Sehon. quia mulieres non possunt ita fugere sicut viri, ideo facilius capiuntur. h ¶Iugũ ipsorum. Id est dominium Moabitarum. i ¶Disperiit ab Hesebon vsque Dibon. Per hoc ostenditur, q. Sehon non occupauit totam terram eorum sed partẽ. k ¶Lassi. Ex bello & fuga. l ¶Peruenerunt in Nophe & vsque Medaba. Nomina sunt ciuitatum quæ eis remanserunt, & ad quas confugerunt. m ¶Habitauitque Israel in terra Amorrhęi. Hæc est conclusio ad ostendendum, quòd Israel non fecit contra præceptum domini, occupando terram Moabitarum seu Amorrhęorum, quod erat eis licitum.

Misitq;

E Frantes foetidū odorē putridi sensus, in saltū puenient, vbi non
Psal.73.d. sunt arbores fructuosæ sed bestiæ, contra quas dicit: Ne tradas bestiis aias confitentes tibi. a ¶ Iazer. i. fortitudinem eorum. Fortissima scilicet hæreticorum dogmata dialectica arte constructa. b ¶ Et possede. Ab errore conuertendo, & p̄cepta domini docendo, vt de eorum correctione & p̄fectu cęlestē sibi patriā acq̄rerēt. c ¶ Og rex Basan. Orige. Ad Og regē Basan nec legatos mittere dignantur, nec petere ab eo vt transeāt per terram eius: sed statim cū eo pugnant, & superāt eum & populū eius. Basan interpretaī turpitudo. Merito ergo nec legati mittuntur ad
†Deut.3.a. &.29.b. istam gētem, nec trānitus petitur per terrā eius. Nullus em̄ nobis trānitus vel accessus debet esse ad turpitudinem, sed ab initio statim expugnāda, & omnino caueda est. Og autem interpretaī conclusio, q̄ figurā tenet omniū carnaliū & materialiū rerū, quarū desiderio detenta aīa excludit à deo, cōtra quos ita bellū p̄cipitur gerēdū, vt nō relinquaī in eo viuēs. Nullū ergo oportet relinq̄ à filijs Israel in regno turpitudis & dedecoris viuētē. Decet Israeliticā p̄tutē resecare turpia, & pia reædificare & honesta. De regno
† vsq; quo nō relinquetur eiq; augugeret vel fugistes esset 1.Cor.5.c. aūt Sehō nō est scriptū, vt nullus viuus reliquaī, nec de regno Moab. Fortē em̄ ex illis aliquib⁹ indigemus, p̄ vitæ huius exercitijs & agonibus, alioq̄n debuim⁹ ex hoc mūdo exisse. De Basan verō. i. turpitudine nullo penitus indigemus, excutiēda sunt oia opera turpitudinis, in nullo em̄ potest honestū esse, qđ turpe est.

Nicolaus de Lyra.

Itaq; Israēl in terra Amorrhæi. Mi-
ª Lex. ⁵ Prædicatores.
sitq; Moyses qui explorarēt Iazer.
⁵ Conuentus populorum.
ᵇ Cuius ceperunt uiculos, & † possederunt habitatores. † Verteruntq; se
ᶜ ⁵ Turpitudinis.
& ascenderunt per uiam Basan, & ᵈ
⁵ Interclusio.
ᶜ occurrit eis Og rex Basan cū omni populo suo pugnaturus in Edrai. Dixitq; dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum ac terram eius. Faciesq; illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. Percusserūt igitur & hunc cum filiis suis, uniuersumq; populum eius † usq; ad internecionem, & possederunt terram illius.

Cap. XXII.

Profectiq; castrametati
ᵈ sunt in cāpestribus Moab, ubi trans Iordanem

ª Exp̄dientes.
ᵇ Consentientes populorum.
ᶜ Turpitudinis.
ᵈ Interclusio.

G nima nostra sup̄ cibo isto leuissimo. Et ideo deus per oppositū percussos à serpentibus ignitis, qui cōmuniter debuissent lædi ab intuitu eorum, prout tradūt medici de his qui à cane rabiem patiente mordentur: hoc cōtra cursum naturæ deus disposuit, vt per aspectū serpentis curarent. Secundò ex correspondentia ad figuratū. Constat enim, q̄ quidā audientes doctrinā Christi, quę erat cibus animæ suauissimus, nauseabat anima eorū. vii dicebāt, Ioh. vj. f Durus est hic sermo. Quorū multi fuerūt à serpentibus ignitis peussi, s. à tentationib⁹ diaboli † expulse
cis: sed fecit deus exaltari serpentes, scilicet Amorrhęi q̄ erat ista
Christū, in similitudinē carnis peccati in cruce pendētis: quē fideliter intuētes, etiā si morsibus diaboli fuissent læsi, sanarentur, prout in euāgelio Ioā. iij. legit. Et iste sensus licet p̄ineat ad figurā, reducitur tamen ad sensum literalem, inquātum reddit rationē literæ, put suprā in quæstiōe ante principiū Gen. de sensu literali posita fuit, ostēsum.

CAP. XXII.

Profectiq; Hīc cōsequēter ponit impedimētū p̄curatū p̄ Balaā ad suggestionē regis Moabitarū. Et q̄a in sequētibus Balaā dicit magus & ariolus, & tamē eius p̄phetiæ tanq̄ veræ habentur in autoritate, ideo videndū est si fuerint à deo vel dæmone, & de veritate ipsarum. Circa primū sciendū, q̄ propheta dicit quasi p̄cul fans, q̄a denūtiat illa q̄ sunt p̄cul ab humana cognitione secundū viā naturę, nūc aūt ita est, q̄ quātò aliq̄s est sublimioris intellectū, tātò eius cognitio se extendit ad altiora, ad q̄ non p̄t attingere cognitio intellectus magis rudis, qui non potest capere nisi sensibilia & grossa. & si hoc est verum in diuersis intellectibus eiusdem speciei, multò plus est verum in intellectibus diuersarum specierum, cuius modi sunt intellectus angelicus & humanus: & ideo cūm angel⁹ sit H sublimioris & altioris naturæ, eius cognitio ad multa se extendit, ad quæ non potest humana cognitio attingere. naturalia autem in dæmonibus remanserunt integra, & ideo eorum cognitio naturalis ad plura se extendit, q̄ humana. Cognitio autem bonorum angelorum adhuc ad plura se extendit, inquantum sunt illuminati lumine gratiæ & diuinis reuelationib⁹. Patet igitur q̄ dæmones à deo permissi, possunt hominib⁹ aliquas veritates reuelare eis incognitas: tum quia dæmonum cognitio naturalis ad plura se extendit quām humana, vt dictum est: tum quia secundum Augus. ij. super Gene. ad literam, plura de supernaturalibus à sanctis angelis aliquando dæmonibus reuelantur, quas possunt vlterius hominibus reuelare à deo permissi. Cūm igitur reuelatio fit hominibus per dæmones, tales dicuntur prophetæ dæmonum: cūm autem fit à deo immediatè, vel mediantibus angelis sanctis, dicuntur prophetæ dei. Considerandum etiam q̄ talis reuelatio dif- Reuelatio
fert à præcedenti, non solūm quātùm ad causam reuelantem, vt dictum est, sed etiam quātùm ad formam reuelationis: quia reuelatio nam facta à deo & angelis sanctis nullam falsitatem continet, sed illa quę fit à dæmonibus, frequenter habet admistam falsitatem, quia secundum quod dicitur, Ioh. viij. f. Ipse dæmon mendax est, & pater mēdacij. Et ideo licet aliquando reuelet hominibus aliquas veritates, hoc facit vt efficacius decipiat, vt ex plurib⁹ veritatibus ab eo p̄dictis, postea sibi credatur in falsitate, secūdum quod dicitur in collationibus patrum, collat. ij. abbatis Moysi, quòd dæmon in specie angeli boni cuidam fratri frequenter apparuit, & multas veritates sibi dixit, & quando vidit illum fratrem bene inclinatum ad credendum sibi, tunc ei persuasit vt circumcideretur, & q̄ aliter nō posset saluari. Sciendum etiam q̄ reuelatio veritatis quæ fit à deo & angelis bonis, non solūm fit hominibus bonis, sed etiam aliquādo malis, vt patet per verbum saluatoris, Matthe. vij. capi. Multi dicent in illa die: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus &c. & subditur: Et rēspōdebo illis: Nunquā noui vos &c. Hoc etiam patet per illud qđ habetur. i. Reg. xiij. de propheta idolorum qui seduxit prophetam domini, & postea facta est sibi reuelatio à deo de morte illius prophetæ domini, eò q̄ non obedierat voci eius. Prophetia enim respicit actum intelligendi: charitas autem quæ facit hominem bonum, est actus voluntatis, quæ procedit ab actu intelligendi: prius autem potest esse sine posteriori:

✠ & ideo reue-

F Misitq; Moyses qui explora. Iazer. q̄ erat ciuitas Sehō, in qua remāserant aliq̄ bellatores ad custodiendū. b ¶ Cui-
ceperunt uicu. & posse. habi. Isti enim exploratores missi à Moyse ne viderent similes illis quos miserat de Cadesbarne, qui in reditu suo terruerunt populum, vt dictum est suprà. xiij. cap. noluerunt reuerū donec ecpissent loca ad quæ exploranda missi fuerant. c ¶ Verteruntq; se. Hīc ponitur impedimentum ex inuasione Og, cùm dicitur: à ¶ Et occurrit eis Og rex Ba. ne timeas eum. Erat enim valde fortis & robustus, quia gigas valde magnus, & habebat populum fortem: ideo dixit dominus Moysi vt non timeret, assecurans eum de victoria: & patet litera. De magnitudine verò & fortitudine regis Og, dicitur in quodam libro, q̄ apud
Fabula Iudæorū, de magnitudine & fortitudine Og regis Iudæos dicitur liber benedictionum, vel benedictiones, q̄ cūm Og audisset, quòd castra filiorum Israel occupabant tria terrę miliaria. iuit & eradicauit vnum montem tantum spatium occupantem, & posuit super caput suum, vt proiiceret super castra Israel, sed deus immisit formicas quę perforauerunt montem illum & sic per foramen illud mons ille descendit versus collum eius, & cū vellet se expedire de mōte illo, creuerunt dentes eius, & intrauerunt foramina mōtis, ita q̄ nō potuit illū mōtē de capite suo amouere: & ad hoc ibidē inducitur autoritas Psal. iij. b. falsificata tamen. Dentes impiorum confregisti. Glossa: Non dicas Sirabata. i. confregisti: sed Sirabeta. i. accreuisti. Et ibidem subditur, q̄ Moyses habebat decem cubitos altitudinis secundū mensurā tabularū tabernaculi, vt habetur Exo. xxvj. Tenebat etiam securim, cuius manubrium habebat decem cubitos in longitudine. Et cūm viderat Og mōte irretitum occurrit ad eum, & saltauit in altum per decem cubitos, & sic attigit ad cauillam pedis eius, & proiecit ad terrā. Sed quia hoc est ita absurdū, q̄ non indiget alia improbatione, ideo hoc posui in hoc loco, vt videatur quanta cæcitas est in Iudæis, qui credunt hoc esse verum ad literam: quia nec Ra. Sal qui fuit maximus doctor apud eos, nec alij doctores, huius dicti assignant alium intellectum parabolicum vel mysticum.

¶ In cap. xxj. vbi dicitur in postilla: Fecit ergo Moyses serpentem æneum &c.

ADDITIO

Licet multis modis deus potuisset sanare percussos ab ignitis serpēribus, q̄ p̄ intuitū serpētis æneī, tū hīc modus in hoc loco videt valde cōuenies ex duobus. Primò ex correspōdentia ad peccatū. Peccauerant enim in hoc, q̄ ex cibo optimo & suauissimo de quo naturaliter debuissent cū gaudio refici, nauseabat tamen eorum anima de illo, quod est

A ☞a ¶ Videns autē. Aug. Quod dicit scriptura postquam vicit Israel Amorrhæos, & possedit omnes ciuitates eorum, misisse legatos Balac regem Moabitarum ad conducendum Balaam, qui malediceret populum Israel, satis ostenditur non omnes Moabitas venisse in cōditionem Sehon regis Amorrhæorum, quando eos bello superauit. Siquidē remāsit gēs Moabitarū vsque ad illud tempus, vbi regnaret Balac rex Moab. Quōd verò Moab dixit senioribus Madian, id est Moabitæ senioribus Madianitarū: Nūc ablinget synagoga hæc omnes qui in circumitu nostro sunt. Non vna gens erat, sed vicini ad vicinos dixerunt, q̄ pariter cauendum esset. Moab enim fuit filius Loth: Modiā filius Abrahę de Cethura: non verò vna gens erat, sed duæ vicinæ.

Aug. Literaliter

Gen. 19. g. Gen. 25. a

†nūc libet vel corrode. iure cō gregatio Tropolo.

b ¶ Misit ergo nuntios ad Balaā filium Beor. Origen. Bellum tibi imminet rex Balac; oportet te arma & exercitum præparare, & armis instructum occurrere. Tu verò mittis ad Balaam diuinum munera multa, & promittis maiora dicens: Veni, maledic populum qui exiit de AEgypto. Balaā verò refert hoc ad deū, & venire prohibet. Rex itē mittit legatos, & spem omnem ponit in Balaā, vt in populum pro telis iaculentur male dicta, si fortè verbis superetur populus, quem regis exercitus superare non poterat. Quid hęc historia consequentiæ vel consilij habet? Quis regum aliquādo imminente sibi prælio omissis vel armis ad diuini & aruspicis verba confugit? Primò ergo fatendum est in quibusdam plus valere verba quàm corpora. Qđ enim exercitus nequit efficere, hoc verbis efficitur: nec dico sanctis verbis vel dei verbis, sed quibusdam verbis quæ inter homines habent, quæ quō nominē, nescio. Sunt tamen inutili arte composita, cuius vocabulū sit qđ cuiq; placuerit. Erāt in AEgypto incātatores & magi. Quis hominum potest fortitudine corporis virgā mutare in serpentem, vel aquam in sanguinem, quod illi fecerunt? Fecerat enim Moyses hoc primus. Sed quia sciebat rex AEgypti hæc quadam arte fieri verborum, quæ habetur inter homines, putauit hoc Moysen non dei virtute, sed magica arte fecisse, & virtute dei factum simulasse. Conuocat continuò AEgyptiorum incātatores & magos, qui inter eum qui virtute dei operabatur, & eos qui dæmones inuocabant, facit esse certamen, efficit similiter contraria virtus, sed serpēs per dei virtutem factus absorbuit alios. Non enim potuit virg̃ dęmoniaca malum quod ex bono fecerat, restituere in bonū. Potuit ex virga facere serpentem, sed non virgam reddere ex serpēte. Ideo consumuntur omnes ab ea quæ dei virtute conuersa fuerat in serpentem, & per virtutem diuinam naturæ suæ redditur, vt naturæ deum fateretur. Verterunt incantatores AEgyptiorum aquam in sanguinem, sed non potuerunt sanguinem vertere in aquā. Dei autem virtus nō aquā sed totum fluuiū vertit in sanguinem, & orante Moyse naturę suę reddidit. Produxerunt magi scyniphes, sed nō potuerūt eas repellere: Moyses autē produxit & restituit. Cōtraria autem virtus malè aliquid facere pōt, sed restituere in integrum nō potest. Sunt autem magorum differentiæ: alij enim plus valent, alij minus. Balaam famosus erat in arte magica, & in carminibus potens. Non enim habebat potestatem vel artem verborum ad bene dicendum, sed ad maledicendum. Dæmones enim ad maledicendū inuitantur, non ad benedicendum. Quasi ergo expertus in talibus in oriente erat opinatissimus: Aliter enim non præsumpsisset rex hoc posse fieri sermonibus, quod ferro & acie vix compleretur. Certus ergo & frequenter expertus, omissis bellicis instrumentis, mittit ad eum dicens: Ecce populus exiit de AEgypto, & cooperuit faciem terræ &cætera. Videtur etiam rex audisse quia filij Israel solent hostes vincere oratione, non armis, non tam ferro quàm precibus. Nulla enim Israel contra Pharaonem arma commouit, sed

Exo. 14. b.

dictum est ei: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Cōtra Amalecitas quoque non tantùm vis armorum, quantùm

Exo. 17. b.

Moysi valuit oratio, hæc audierat rex Moab. Scriptū est enim: Audierunt gentes & iratæ sunt, dolores comprehenderunt habitatores Philistiim. Tunc festinauerunt duces Edom, & principes Moabitarum &cætera. Cogitauit ergo apud semetipsum dicens: Quia orationibus huius populi arma nulla possunt conferri, ideo mihi preces requirendæ sunt, quæ possint superare orationes istorum. Scriptum est ergo: Et dixit Moab ad seniores Madian. Nunc ablinget synagoga hæc omnes qui in circumitu nostro sunt, sicut ablingit vitulus herbam campi. Quia sicut vitulus abrūpit ore herbā campi, & lingua tanquā falce secat quæcunque inuenit, ita populus hîc ore & labiis pugnat, & in verbis habet arma. Mittit ergo Balac ad Balaā vt opponat verba verbis, & preces p̄cibus. Nec mireris si est in arte magica tale quid. Esse enim hanc artem designat scriptura: vt eam ꝓhibeat, sicut dæmones esse significat, sed coli vetat: quia magorum magistri sunt spiritus maligni. Nullus enim sanctorum spirituum

C

†Ios. 24. b.

☞obtempe

Nico. de Lyra.

†qa multus erat, & angustijs affectus esset Moab propter filios Israel quod q̄ Moab diuisset

✠ & ideo reuelatio ꝓphetiæ pōt esse sine charitate, & aliqñ fit vt dictum est, & hoc cedit ad cōmēdationē ỹ itatis reuelatæ, vt talis veritas testimoniū habeat etiā ab aduersarijs veritatis, & ad bonū aliorū. Descendam⁹ igit̄ ad propositū, dicendo q̄ Balaā fuit ꝓpheta dęmonū, qa fuit ariolus & magus, q̄rens reuelationes à dęmonibus. Fuit etiā ꝓpheta dñi modo p̄dicto, inquātū alīq̄ ỹitates fuerūt sibi reuelatæ à deo, licet ab ipsorum nō q̄reret, sed virtute diuina fuit dęmō ꝓhibit⁹ dare sibi respōsum à quo q̄rebat, & sunt sibi reuelatæ veritates à deo: & cōpuls⁹ est ꝓnuntiare qđ nolebat, videlicet sanctitatē & ꝓsperitatē populi Israel, cū tū contrariū desideraret, vt patebit, & hoc factū est ad commendationē populi Israel, &

*Balac An ꝓphetia Balaam fuerit â deo

ad terrorē aduersariorū, & ad gloriā dei principaliter, qui erat ductor illius populi & ad salutē gentium, quæ ex ꝓphetijs Balaā motæ sunt postea ad quærendum Christum natū. vt habetur Matth. ij. a. & propter hæc & similia, eius prophetiæ scriptæ sunt in Canonica scriptura. His præhabitis descēdendum est ad literam, cū dicit: Profectiq; &c. vbi primò ponitur ipsius Balaam vocatio, secūdò contra populū Israel eius iniqua consultatio. cap. xxv. Circa primū describitur Balaam ad maledicendū vocatus, secundò ad maledicēdum conatus. ca. xxiij. tertiò ad benedicendum coactus. cap. xxiiij. Circa primū præmittitur ipsius Balaam vocatio sine effectu, secūdò cū effectu, ibi: Rursum ille. Circa primū primò ponit ipsius Balac petitio, secundò ipsius Balaam respōsio, ibi: Cūq; venissent. Circa primū præmittit causa petitionis, cū dicitur: a ¶ Videns autem &c. Amorrhęo. i. Sehon & Og & populis eorū quos inter fecerat Israel, licet essent fortissimi. b ¶ Et q̄ pertimuissent eū Moabitæ. Nō audētes inuadere eos sicut fecerant duo reges p̄dicti. c ¶ Et impetū eius fer. nō pos. In Hebræo habetur: Et abominat⁹ est Moab filios Israel. i. obediebat, & de hoc confidebat Balac, q̄ Moabitæ cū eo impedirent filios Israel, & hęc videtur verior litera, quia filij Israel non fecerūt impetū cōtra Moabitas, cùm esset eis ꝓhibitū à dño, vt habet Deut. ij. a. vbi dicitur: Nō pugnes contra Moabitas &c. d ¶ Dixit ad maiores natu Madian. Erat enim Balac de populo illo natus, vt dicit Ra. Sa. & etiam alīq. Nec est idem populus cū Moabitis, qa Moabitæ descenderunt de Loth, & Madianitę de Abrahā per Madiā, qui fuit filius Cethuræ. e ¶ Ipse autē. s. Balac. f ¶ Erat eo tempore in Moab. Per hoc em quod dicitur, eo tempore, designatur q̄ non erat rex naturalis vel ex progenie illius terrę, sed ex accidenti, vtpote quia subiecerat sibi vnam partem illius terræ, sicut Sehon subiecerat sibi aliā vt dictum est ea. præcedenti. Vel fortè quia Moabitæ fugientes de prælio Sehon, subiecerant se ipsi Balac reddendo ei tributum, vt iuuaret eos contra Sehon, vel contra filios Israel, de quib⁹ timebāt, vt dictum est. g ¶ Misit ergo nuntios. Hîc ponitur ipsa petitio Balac per nuntios suos cùm subditur: h ¶ Veni igitur & maledic populo huic qui fortior me est. Vt per maledictionem tuam eius virtus debilitetur. Dicunt etiam hîc aliqui Hebræi, q̄ Balac audierat de populo Israel q̄ plus vincebat verbis & p̄cibus q̄ armis, vt dictū est Exo. xvij. de victoria contra Amalec. & ideo vocauit Balaā vt maledicēdo Israel, verba ỹ bis opponeret.

D

✠ Noui enim

Moraliter. a ¶ Videns autem Balac. Per Balac q̄ in arcto positus recurrit ad consilium & auxilium Balaam arioli significantur illi qui in infirmitatibus vel alijs necessitatibus positi, recurrunt ad illos qui sunt magicis artibus imbuti: & sicut iste Balac in hoc magnas expensas fecit, & tamen nullum commodum sed magis oppositum reportauit, sic & illi grauiter valde peccāt, & nullā

Moralit

 vtilitatem re

E ☞obtemperat mago. Non potest inuocare magus Michael vel Raphael vel Gabriel. Minus ergo potest inuocare patrē vel filium vel spiritū sanctū. Nos soli accepimus potestatem hanc. Qui autem spiritusſanctū particeps effectus est, immūdos spiritus inuocare non debet, ne fugiat ab eo spiritusſanctus. Magi sunt qui inuocant Beelzebub. Hoc sciebat populus qui cōtra

Mar.3.c. dīm mentiēs ait: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dęmonia. Saluator autē sciēs verum esse, q̄ Beelzebub princeps sit dęmoniorū, in hoc nō arguit mē dacij, sed rīdit: Si ego in Beelzebub eijcio dęmonia, filij vestri i quo eijciūt? Cō stat ergo quosdā dæmones esse malos, q̄ inuocati à magis adsunt eis ad malū, non ad bonū, parati sunt autē malefacere, bñ autem facere nesciunt. Hi ergo arte quadam & compositione verborum in amicitias cesserunt Balaam, de quorum amicitijs magnus fructus apud homines vidēbatur. Mittit ergo rex ad eū dicens: Veni nunc, & maledic mihi populū hūc &c.

a ¶Si quo modo possim. Videtur non ex integro cōfidere in Balaam, fama virtutū quæ in populo dei factæ sunt p̄territ⁹. b ¶Noui enim, q̄ benedictus sit. Orige. Nō credo eū scire, q̄ qui buscūq; bñdixisset Balaā, bñdicti essent: sed adulandi gratia hæc dicere, vt artem

Ars magica nō bñdicit eius extollens promptiorem sibi faceret. Ars enim magica nescit bñdicere, nec dęmones. Scit bñdicere Isaac, & Iacob, & omnes sancti: Impiorū nullus benedicere

Genē.27.c. Genē.41.a. nouit. c ¶Diuinationis pretium. Alij: Diuinacula in arnibus, quas curiosi-

Diuinatio tas humana composuit. Sunt quædam quę scriptura diuinacula nominauit. Gē tilis autem consuetudo vel tripodas vel

F cortinas, vel huiusmodi vocabulis appel

✠Balac 1.Re.30.b, lat, quæ quasi ad hoc consecrata, mo ueri ab eis & contrectari solent. Sed diuina scriptura Ephod vernaculo sermōe nominat in prophetis, q̄ dicunt esse indumentum prophetantiū. Aliud tñ in diuina scriptura prophetia, aliud diuinatio. Ait enim:

infrà .22.d. Non erit auguriatio in Iacob, neq; diuiatio in Israel. Abdicatur ergo penitus diuinatio, opere enim & ministerio dæmonum implet. Igitur Balaam acceptis diuinaculis, cū solerent ad se dæmones venire, fugatos videt, & deum adesse: quem ideo dicit se interrogare, quia consuetos sibi parere nō videt. Venit ergo deus ad Balaam, nō q̄a sit dignus, sed vt fugentur illi, qui ad maledicendum, & malefaciendum adesse cōsueuerant, hinc enim prouidebat deus populo suo. d ¶Venit deus &c. Non dicitur vtrum in somnis hoc factum sit, cuius per noctem factum esse constet. Posiea enim dicit scriptura: Exurgens Balaam mane &c. ¶Nemo glorietur, si sibi deus loquitur. Nouit enim quomodo loquēdum sit eum talib⁹, cùm loquatur etiam cum reprobis. Qui & cùm per angelos loquitur, ipse loquitur. ¶Orige. Venit deus & ait ad eum &c. Potest obijci: Licet inuocet Balaam dæmones, maledicat populo, inuocati dæmones faciant quod possint. Nunquid non potest deus defen

Quæstio dere populum à dęmonibus, vimq; eorum compescere? Quid opus erat venire ad Balaam, vt prohiberet dæmones, ne vel tentarent lędere populum? Licet ergo non omnia quæ possunt occurrere, proferenda sint: dicemus tamen quia non vult eos ante tem-

Matt.8.d. pus damnare. Sciunt enim & ipsi, quia tempus eorum hoc prȩsens seculum continet. vnde: Venisti ante tempus torquere nos. Ideo diabolum non remouit à principatu huius seculi, quia opera eius necessaria sunt ad perfectionem eorum qui coronandi sunt. Sic & reliquos dæmones non vult ante tempus à propositi sui intentione violenter abstrahere. Ideo non permittit eos per Balaam inuocari, ne fortè inuocati destruerentur ante tempus, & deo defendente populum perimerentur. Aliud est enim si expectat dæmon à deo aliquem tentandum, sicut Iob, & certa distinctione

Iob.1.b. potestatem accipiat, & dicatur ei: Do tibi omnia eius in potestate, sed ipsum non contingas. Aliud si mago exigente & adiurantem is quibusdam extorquente, dæmones sine vlla obseruatione desęuiant. In quo si eis libertas seruetur, arbitrij, populum dei perdent: si auferatur, hoc erit deo damnasse creaturam rationalem, & ante tempus intulisse iudicium, & impendisse omnibus, q̄ contra bus qui contra eos certantes poterant coronari. Si enim dæmonibus auferatur libertas arbitrij, nullus impugnabit athletas Christi, & nullū certamen erit, nullum præmiū, nulla victoria. Sic ergo agit deus, vt populus adhuc rudis, & qui nuper abstrahi cœperat à cultu dæmonum, dæmonibus nē tradatur, & inuocāti mago respōsa non deferant, & genus dæmonū arbitrij ptāte non nudet. Ideo p̄uenit deus, & Balaam inuocare dæmones prohibet, si tamen à cupiditate cessasset. Sed quia persistit in desiderio pecuniæ, indulgens potestati arbitrij, ire permittit, verbum tamē suum injcit in os eius, prohibens maledictionem fieri per dæmones, vt benedictionibus locū daret, & pro maledictis

☞proferre facit

a ⁊Lxx. diuinationes pretium, scilicet diuinationis.

a fortior me est, si quo modo possim percutere & eijcere eum de terra
b mea. Noui enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in
quem maledicta congesseris. Perre
xerunt seniores Moab, & maiores
c natu Madian, habentes diuinātio-
nis pretium in manibus. Cumq; ue
nissent ad Balaam, & narrassent ei
omnia uerba Balac, ille respondit:
Manete hîc nocte, & respondebo
quicquid mihi dixerit dns. Manen
tibus autē illis apud Balaam, uenit
deus, & ait ad eum: † Quid sibi uo-
lunt homines isti apud te? Respon-
dit: Balac filius Sephor rex Moa-
bitarum misit ad me, dicens: Ecce
populus qui egressus est de Ægy-
pto, operuit superficiem terræ, ue-
ni & maledic ei, si quo modo pos-
sim pugnans abigere eum. Dixitq;
deus ad Balaam: Noli ire cum eis,
neq; maledicas populo, quia bñdi-
ctus est. Qui mane consurgēs dixit
ad principes*: Ite in terrā uestram,

a ¶Noui enim q̄ benedictus sit &c. Hoc dixit, q̄a Balaā p̄dixerat sibi anteqū esset rex Moab, ipsum regnaturū ibidē, vt dicit Ra.Sa. b ¶Et maledi Diuinatio-
ctus in quē &c. quia per maledictiones nes in manibus
suas & carmina contra Moabitas, fuerit bus
debellati à Schon. c ¶Habentes di
uinationis pretium in. In Hebræo
habetur: Habentes diuinationes in manibus, quod exponit triplicater ab Hebræis. Vno mō vt p̄ diuinationes in manibus intelligant munera, p̄ diuinationib⁹, sicut accipit trāslatio nostra. Alio modo instrumenta diuinādi, q̄ curiositas humana adiuuerat: & talia portabant nuntij, ne Balaam excusaret se ex defectu talium. Tertio modo q̄ illi nuntij erāt de Madian, diuerāt adinuicē quasi p̄ diuinatione: Si Balaam statim cōsentiat venire nobiscum, eius aduentus erit nobis vtilis, si autē differat respōsionē, nihil valebit nobis: vnde q̄d posita subdit⁹? Manete hîc H
nocte, vbi subditur: Manentibus autem illis apud Balaā. In Hebræo habet: Et mā serunt principes Moab apud Balaam, q. d. iam recesserāt maiores natu Madian, reputantes aduentum eius eis inutilem, statim cū audierunt responsionis dilationem. Per talem modum dicitur. ⁊.Re. xiij. quia Ionathas dixit armigero suo de Philistęis: Si taliter locuti fuerit ad nos, manete donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro. Si autem dixerint, ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris, & hoc erit nobis signum. In hoc tamen est differentia, q̄ Ionathas non dixit hoc superstitiosè, sicut Madianitę, sed ex diuino instinctu. d ¶Cumq; Hîc ponit Balaā responsio, cùm dicitur: e ¶Ille respondet: Manete hic nocte. Erat enim propheta dæmonum, vt prædictum est. Reuelationes autem à dæmonibus quas iste quęrebat, vt communiter fiunt de nocte, quia sunt spiritus tenebrarum. f ¶Et responde bo quicquid mi.di. dominus. Dicunt hîc expositores aliqui, q̄ dubium est de quo intelligatur hîc dominus, vtrum de deo vel de dæmone: quia magi & arioli dæmonem sibi apparentem vocāt principem vel dominū, exhibendo sibi reuerentiam. Sed apud Hebræos non est dubium, quia vbi translatio nostra hîc habet dominus, in Hebræo habet nomen domini tetragrāmaton, q̄d non pōt intelligi nisi de deo vero. Sed hoc videtur contradicere p̄dictis. ſ. Magorum
q̄ Balaam quærebat reuelationes à dæmone. Ad quod dicendū, mos
q̄ modus est magorum maximè cupidorū, qualis erat iste Balaam, fingere corā hominibus q̄ reuelationes sibi fiant à deo vero, vt sic eis magis credatur, & reportēt maius lucrū. g ¶Venit deus. i. angelus bonus loquens in persona dei, & ideo aliquando deus, aliquando angelus nominatur: Venit autem iste angelus bonus non vocatus à Balaā, sed vt virtute diuina dæmonē arceret à dando responsum ipsi Balaā, & ad imponendū legem & frenum ipsi Balaā, ne faceret aliquid vel diceret contra Israel. h ¶Quid sibi volunt homines &c. Non quærit ex ignorantia, sed vt ex responsione Balaā cōuenientius, phibeat eū. vñ subditur: i ¶Respōdit. Balac &c. rex &c. q.d. propter dignitatem regiam deberem ire ad eum, quærebat enim licentiam eundi, motus cupiditate lucri. k ¶Noli ire cum eis. ad maledicēdum illi populo. l ¶Neq; maledicas. etiam de loco isto. m ¶Quia benedictus. à deo, à quo recepit bñdictionem in patribus, vt patet Gene. xxij.

☞& in pluribus

A ☞ proferre facit bñdictiones & prophetias, quæ ædificãt etiã reliquas gẽtes. Si em̃ ꝓphetię eius à Moyse scriptæ sunt, quãtò magis ab his qui cũ eo habitabant in Mesopotamia, apud quos tanquam discipulos huius artis magnificus habebatur. Et illo fertur magorum genus & institutio in partibus orientis vigere. Qui scripta habentes omnia quæ Balaam prophetauerat, hoc inter cætera habebant: Quia orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Ideo magi nato domino agnouerunt stellam, & intellexerunt impleri prophetiã magis quàm Iudæi, qui sanctorum prophetarum vaticinia contempserunt. Illi ergo agnoscentes adesse tempus, venerunt & adorauerunt. Et ad magnæ fidei argumentum paruum puerum quasi magnũ regem venerati sunt. a ¶ Sic dicit Balac filius Sephor &c. Balac exclusio vel deuoratio. In quo significatur mũdi huius aliqua contraria potestas, quę excludere & deuorare cupit Israelem spiritualẽ, nec vtitur ministris nisi pontificib⁹ & scribis & Pharisæis. Ipsos inuitat, mercedẽ ꝓmittit, illi verò sicut Balaam cuncta simulant se ad domum referre, & zelo dei agere. Dicunt enim, scrutare scripturas & vide, quia ꝓpheta à Galilæa non surgit. Et: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. b ¶ Si dederit mihi Balac &c. Aug. Quòd ait Balaam iterum ad se missis honoratioribus nuntijs: Si dederit mihi Balac plenã domum suam auro & argento, non potero ꝓuaricare verbum &c. Nullum habet B omnino peccatum, sed quod sequitur graue est peccatum. Iam em̃ constans esse debuit, cùm dominus dixisset: Non ibis cum eis &c. Nec eis spem dare, ꝙ posset dominus tanq̃ Balaam muneribus & honoribus flexus, contra populum quem benedictum dixerat suã mutare sententiam. Sed se victum cupiditate monstrauit, vbi sibi loqui dominum de hac re iterum voluit, de qua eius iam nouerat voluntatem. Quid enim opus erat adiungere: Et nunc sustinete ibi nocte hac &c. Dominus autem videns cupiditatem deuictam muneribus, permisit ire, vt iumento quo vehebatur, eius auaritiã coerceret, hoc ipso eius confundens dementiam, ꝙ prohibitionem domini per angelum factam, asina transgredi non auderet, quam ille cupiditate transgredi conaretur, quamuis eandem cupiditatem timore supprimeret. Venit enim deus ad Balaam nocte, & ait illi: Si vocare te venerint homines, exurge sequere eos &c. Et exurgẽs Balaam, strauit asinam suam &c. Cur post istam permissionem † domini iterum non consuluit, sicut post illã prohibitionem, nisi quia cupiditas eius apparebat, q̃uis timore p̃meretur. Deniq; scriptura dicit: Et iratus est animatiõe dñs, ꝙ ibat & insurrexit angel⁹ domini, & cætera quæ sequũtur, donec asina loqueretur. Nihil hîc mirabilius videtur, q̃ ꝙ loquente asina territus non est, sed insuper ei (velut talibus monstris assuetus) ita perseuerante respondit. Postea illi angelus loquitur, arguens eius viam, quo tamen viso exterritus adorauit. Deinde ire permissus est, vt per ipsum prophetia ꝓferret. Non enim omnino permissus est dicere qđ volebat, sed qđ spiritus cogebat. Ipse autem reprobus mansit, vnde: Secuti viam Balaam filij Beor, qui mercedẽ iniquitatis dilexit. c ¶ Venit ergo de⁹. Molestus est deo Balaam, & propè extorquet permitti sibi, vt eat maledicere filijs Israel, & inuocet dæmones ad quem iam venerat deus. ¶ Origen. Difficile est in explanatione historiæ, quomodo cùm dicatur venisse deus ad Balaam noctu primò, & interrogasse qui essent homines qui venissent ad eum, & respondisset missos esse à Balac, dicente: Veni & maledic mihi populum. Respondit dominus: Non ibis cum eis &cætera. Secundò dicitur noctu venisse & dixisse, vt iret cum eis &cætera. Sed verbum quod daret deus in ore eius hoc loqueretur. Et tertiò cunti occurrisse angelus dei &cætera, cui tamen via eius importuna videretur, vt eum etiam interficere vellet nisi asina declinasset, & tamen culpatus, quia ire voluerit, ab ipso ire permittitur, tantùm vt verbum quod deus dederit in ore eius solùm proferat. Sed priusquã veniamus ad rem, dicendum quòd in Hebræorum literis non men dei hoc, deus vel dominus diuersè dicitur scribi, Aliter enim scribitur quicunque deus, aliter deus de quo dicitur: Audi Israel, dominus deus tuus deus vnus est. Iste ergo deus Israel deus vnus & creator omnium certo literarum signo scribitur, quod apud illos tetragrammaton dicitur. Quando sub hoc signo scribitur, nulla dubitatio est quin de deo vero dicatur. Quando verò communibus literis, incertum est an de deo vero, an de quolibet aliorum dicatur. Aiunt ergo qui Hebræas literas legunt, deum hîc nõ sub signo tetragrammatici esse positum: de quo qui potest requirat. Quòd autem deus dixit quasi interrogans qui sunt isti homines? Quæritur cur ignorare videatur? Et iterum qđ ait: Non maledices populum, est enim benedictus, quasi si dixerit: Non maledices populum meum. Nos interim dicemus, sapientia dei omnia ita esse dispositа, vt nihil otiosum sit apud deum vel bonum vel malũ. Permittit deꝰ malitiã fieri. Malitiam non fecit deus, tamen cum ab alijs inuentam prohibere possit non prohibet, sed cum ipsis vtitur ea ad necessarias causas. Per ipsos enim in quibus est, probat eos qui ad virtutum gloriam tendũt. Si enim perimeretur malitia, non esset qui contrairet virtutibus: virtus autem si contrarium non haberet, non claresceret, nec examinatio fieret: non probata verò nec examinata, nec virtus esset. Tolle malitiam fratrum Ioseph, & inuidiam, simul perimes dispensationem dei, & quæ in Aegypto pro salute omnium gentium gesta sunt. Si Ioseph non distrahitur, somnium Pharaonis non exponẽtur: Nemo intelliget quæ deus reuelauit ei. Nemo frumenta in Aegypto congregabit, peribit Aegyptus & finitimæ regiones, & ipse Israel & semen eius quærens panem. Aegyptũ enim non ingredietur, nec egredietur, in mirabilibus dei. Non fierent plagæ in Aegyptios, neque virtutes quas fecit deus per Moysen & Aaron. Nemo mare rubrum sicco pede transibit. Non dabitur manna, nec aqua de petra, nec lex in monte Sinai, quæ in Exodo, Leuitico, Numeris, Deuteronomio referũtur, ad humani generis scientiam D non venient, terram promissionis nullus intrabit. Tolle regis Balac malitiam qua maledici desiderat Israelem, & astutiam, qua inuitat Balaam ad denotandum populum, & auferes dispensationem dei & prouidentiæ eius fauorem, nusquã erunt prophetiæ Balaã. Auser malitiam Iudæ & proditionem, auferes pariter & crucem Christi & passionem, nec exuuntur principatus & potestates, nec triumphantur in ligno crucis. Si non fuisset mors Christi nec resurrectio eius, nec aliquis primogenit⁹ ex mortuis, nec spes in nobis fuisset resurrectionis. Ponamus diabolum non peccasse, vel post peccatum malitiæ voluntatem perdidisse, auferetur à nobis certamen aduersus astutias diaboli, nec erit corona iustitiæ, & victoria legitimè certanti. Si desint obsistentes, non erunt agones, nec victoribus numera ponuntur. Non solùm ergo bonis vtitur deus ad opus bonum, sed etiam malis. Sunt vasa ad honorem, sunt ad cõtumeliam, vtraque tamen necessaria. Sunt autem rationabilia & liberi arbitrij, neque casu neque fortuitu vnusquisque vas honoris efficitur, aut contumeliæ: si se talem præbuerit, vt electus esse mereatur, vas honoris efficietur. Qui verò pessimè ☞ viuit, fiet

Nico. de Lyra.

↪ & in pluribus alijs locis. a ¶ Prohibuit me. Dicit Ra. Sa. ꝙ Balaã cupidus & superb⁹ dixit: vobiscũ, fingens corã eis, ꝙ nõ esset, phibitus rõne viæ, sed rõne societatis: quia nõ erant nuntij sufficienter honorabiles ad deducendũ eũ: propter quod Balac misit ad eum secundò plures & honorabiliores nuntios, vt postea subdi- Diuisio
tur: b ¶ Rursum. Hîc describitur secũda vocatio quę est cum effectu. Et primò describitur eius vocatio, secundò reprehẽsio ibi: Et iratus est deus, tertiò receptio. ibi: Quòd cũ audisset Balac. Circa primũ dicitur: c ¶ Ne cunctéris venire ad me. Paratum habeo honorare te, & quicquid volueris dabo tibi. Sciebat em̃ Balac ipsum esse superbũ & cupidum, & ideo promittit sibi honores & diuitias, vt alliciat eum ad veniendũ. d ¶ Si dederit mihi Balac domum suam. Per hoc intelligitur, ꝙ erat cupidus talium. e ¶ Non potero immutare verbum domini. Fuit enim coactus protestari virtutẽ dei, vt nihil posset agere vel dicere nisi qđ placeret sibi. f ¶ Obsecro vt hic maneatis &c. Quãuis enim iam prius fuisset prohibitus ire, tamẽ cupiditate ductus, adhuc quærebat quomodo posset ire, vt si fortè dæmon ei priùs permitteretur sibi dare respõsum de contrario. g ¶ Venit ergo deus ad Balaam nocte & ait ei. Exponatur sicut priꝰ.

Allegoricè ꝓpter qđ fũ ꝓhibitus fuerit.

Matth. 2.

ꝓhibuit. c.

Ioh. 7. Nõ egredi galilæã. ꝓpter vel magnũ fatũ Heb. Aug. Literaliter

ꝓhibuit

Literaliter

Diuersimode diuersimodo scribit.

Exemplum Dñi.

E ☞viuit, fiet vas contumeliæ, non à conditore, sed à semetipso causis cõtumelię datis. Nõ ergo tales esse cõditor fecit, sed eorũ mẽtes secundũ ꝓpositũ eorũ prouidẽtiæ suæ iustitia, & ineffabili quadam ratione dispensat. Sicut in magnis vrbibus, teterrimę vitæ homines, vltima opera & laboriosa condẽnantur operari, quæ tamẽ necessaria sunt, aut fornacibus luacri ad succendendos ignes deseruiunt, vt vel commoditate vel delitiis perfruaris, aut cuniculas purgant, aut huiusmodi faciunt, vt tibi fiat in vrbe delectabilis habitatio. Ita deus quidẽ malitiã non fecit inuẽtam, tñ ex propositi intentione eorum qui declinauerunt à via recta, auferre penitus noluit, prouidẽs quòd si esset illi inutilis qui ea vtebatur, faceret tamen vtilem his aduersum quos exercebatur. Ideo refugere omnino debemus, ne vnquam malitia in nobis inueniatur.

In aliis verò vincere, non eam perimere studendum est: quia illi, in quibus est aliquid ne cessarĩ operis, conseruntur vniuersitati. Nihil enim otiosum, nihil inane apud deum. si enim bona sit propositio hominis, vtitur ad bona: si mala, ad necessaria. Sed beatior eris si ex virtute quæ in te est, aliquid boni huius vitæ vniuersitas consequatur, secundum illud: Vt sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam. Sunt ergo necessaria luminaria huic mundo, & quid tam delectabile & tam magnificum, quàm opus solis & lunę à quibus illuminatur mundus? Opus est enim mundo, etiam angelis, qui sunt super bestias, & præsunt animalium natiuitati, virgultorum, plantationumq; & cæterorum incrementis, & qui pſunt operibus sanctis, q; æternæ lucis intellectum, & occultorũ dei agnitionẽ, & rerum diuinarũ

*domini
*in manu eius
Phi. 2.b.

F scientiã doceant. Vide ergo ne inter angelos inueniaris, qui bestijs præsunt, si beluinam duxeris vitam, aut inter eos qui terrenis operibus præsunt, si corporea & terrena dilexeris. Satage autẽ quomodo assumaris ad societatem Michaelis, qui oratiões sanctorũ semp offert deo. Assumeris autem in hunc numerum vel in hoc officiũ, si insies semper orationi & vigiles in ea. Vel in officium & societatem Raphaelis, qui medicinę pẽs, vulneratum. s. peccatis & sagittis diaboli, cũ videris, adhibe curationem sermonum, & medicinã verbi dei, vt peccati vulnera per patientiam sanes. Qui talia in hoc mũdo agit, præbet se vt in futuro vas electionis & vtile domino, ad omne opus bonũ paratum à conditore formetur, qui cõtraria gerit, vas ad contumeliam diuinæ dispensationis se præbuit. Ideo puto in diuinis voluminibus scripta esse bonorum gesta & malorum & ex sinistris dextrisq; actibus scripturas contextas, vt intelligamus quia apud deum otiosa non sunt nec malorũ nec bonorum opera.

Tropologi a ☾Si vocare. Balaam diuinus erat dæmonũ, s. ministerio & arte magica nonnunq; futura ꝓnoscens, rogatur à Balac vt maledicat Israel. Legati veniunt, diuinacula in manibus ferunt, stant attonitæ gentes & obnixè expectantes quid respondeat Balaam, quem dignum diuinis credebant colloquijs. Vide quomodo sapiẽtia dei vas ad contumeliam præparatũ proficere fecit, non vni genti, sed toti mundo. Et huic cui solebant videri dæmones, prohibens iter mali operis videtur deus. Stupescit Balaam, & miratur prohibentis autoritatem. Non enim solebat malum dæmonibus displicere. Remittit legatos dicens: Non se posse facere nisi verbum quod dederit in os eius. Redeunt legati, iterum requirit, iterum molestius est, iterum cupit audire. Non enim facilè cupidus mercede caret. Quid ergo audit secundò? Si te vocare venerint homines isti, surge & vade cum eis. In quo voluntati cupiditatis eius cedit deus, secun

Psa. 80.c. dum illud: Dimisit eos in desiderio cordis eorum &c. Consilium autem diuinæ dispensationis expletur. Dicitur enim ad eum: Verbum quodcunq; posuero in ore tuo, hoc loqueris. Si non indignus fuisset, verbum suum dominus non in ore eius sed in corde posuisset: sed quia in corde eius desiderium mercedis erat, & pecuniæ cupiditas, verbum domini non in corde, sed in ore ponitur. Agebat enim mira dispensatione, vt prophetarũ verba q̃ intra Israeliticam aulã continebant, per Balaã ad gentes peruenirent, cũ ei omnes gentes credẽrẽt, & nationibus secreta de Christo mysteria, & thesaurũ magnum proferret, non tam corde & sensu, quàm ore & sermone.

Allegoricè b ☾Surrexit Balaã mane & strauit &c. Orig. Allegoricè: Si videa

Si videas contrariam potestatẽ dei populum impugnantem, intelliges quis sit qui sedeat super asinam. Et si videas homines quomodo à dæmonibus præcipitantur, intelliges quę sit asina. Sic enim intelligis Iesum mittentẽ discipulos ad asinam alligatam, & ad pullum vt soluant & adducant vt ipse sedeat super eam forsitan hæc asina, id est ecclesia prius portabat blasphemiam: sed à discipulis solita Christum portat, vt cum ipsa ingrediatur Ierusalem cælestem. vnde: Ecce rex tuus venit tibi mitis: & sedens super subiugalem, credentes scilicet ex Iudæis, & pullum nouellũ, scilicet ex gẽtib' credẽtes. c ☾Stetitq; angelus domini. Qui aderat scilicet filijs Israel, de quo scriptum est: Angelus meus ibit tecũ. d ☾Cernens asina angelum stantem. Magus dæmones videt, asina angelum, non q̃ sit digna videre sicut nec loqui, sed vt confutetur Balaam. vnde mutum animal arguit prophetæ dementiam. ☾Grego. Balaam puenire ad propositum tendit, sed eius votum animal cui præsidet, præpedit: quia angelum asina vidit, quem humana mens nõ videt. Plerunq; caro per molestias † tarda flagello suo menti indicat deum, quem ipsa carni præsidens non videbat: Ita vt animositate spiritus proficere in hoc mundo cupientes, velociter tẽdentes impediat, donec inuisibilem qui sibi obuiat, innotescat. Vnde bene per Petrum dicitur: Correptionẽ habuit suæ vesaniæ subiugale mutũ, quod hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam. Insanus quippe homo à subiugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum quod tenere debeat, ab afflicta carne memoratur. Sed hui?

*q̃ figeret ipse
†vt aduersa
fore ei,
Moraliter
†tarda

2. Petri. 2.c.

correptionis bonum Balaam non obtinuit, quia ad maledicen- H dum pergens vocem non mentem mutauit. e ☾Parieti, Id est maceriæ illius vineæ, in qua non erat angelus, quoniam ab alia parte erat in sulcis vinearum, iuxta septuaginta.

☞Ad locum

Nicolaus de Lyra.

✠a ☾Si vocare te venerunt homines isti, surge & vade &c. Dicunt aliqui q̃ hoc fuit dictum ironicè ab angelo, sed Balaã accepit hoc tanquã dictum serioſe, & propter hoc angelus stetit in via contra eum tenens gladium euaginatum, vt postea subditur. Alij autem dicunt quòd verbum angeli licet fuerit serioſe dictum, non tamen fuit præceptum, nec cõcessio simpliciter, sed permissio quæ aliquando fit à deo de malis, vt eliciantur inde bona. Quia secũdum q̃d dicit Augu. in enchiridion: Deus adeò est omnipotens & bonus, q̃ non sineret mala fieri, nisi inde eliceret maiora bona; & sic factum est in proposito. Permisit enim ire Balaam, satisfaciẽs eius cupiditati, & tamen iter illud quod faciebat intentione nocendi populo Israel, deus conuertit in bonum, scilicet commendationem populi Israel, & ad dei gloriam, vt patebit in sequentibus.

Aug. q̃d nõ omnino malũ nisi ꝓ pter bonũ.

b ☾Et iratus est deus: Stetitq; angelus domini &c. & duos pueros habebat secum. Hîc ponitur ipsius Balaam reprehensio, quia ibat intentione peruersa, vt dictum est, quæ non potest abscondi à deo, licet ab hominibus abscondatur, ideo dicit: Et iratus est deus, propter eius peruersam intentionem. Vel secũdum alios, quia verbum ironicè dictum acceperat vt seriosum.

c ☾☾Cernens asina angelum stantem. Apparebat enim in specie humana, quem Balaã tñ nõ videbat, quia in potestate angeli sic apparentis, est facere q̃ sic videatur ab vno & ab alio. Hoc autẽ factũ est, vt præsumptio Balaã cõfutaret etiã ꝓ animal brutũ, secũdũ q̃d dicit be. Petrus secũdę canonicę. ij. c. Subiugale mutũ, hominis voce loq̃ns, phibuit ꝓphetæ insipientiã. d ☾Auer. ✠angeli Moraliter

✠utilitatem reportant. e ☾Cernẽs asina angelum stantem in via. Per hoc autem q̃ asina quæ est animal frolidum, vidit angelum quem Balaam reputatus sapiens non videbatur, significatur, quòd diuina secreta frequenter hominibus de seculari sapientia præsumentibus absconduntur, & illiteratis atque simplicibus reuelantur. Matth. xj. d. Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

A ☞a ¶ Ad locum. Non iam in sulcis vinearum, sed inter ipsas maceriasi in via obstitit, vt non posset ad dexterā nec ad sinistrā ire. b ¶ Cōcidit sub. Quia cæsa non iuit retrò, in partem non declinauit, quia non ab altera parte terrebatur, sed in media via in angusto erat angelus. c ¶ Aperuitq; Vt arguatur per eam Balaam, & mutæ pecudis vocibus confutetur, qui diuinus videbatur & sapiens.

tcoarstauit d ¶ Et locuta est. Isid. Alle. Asina cui Balaā Allegoricè Balaam sedet, angelum videt & loquitur: Id est bruta Gentilitas, quam quondam Balaā, id est seductor idolatriæ quasi brutum animal & nulla ratione renitens, quo voluit errore substrauit: sed ista angelum vidit quem homo videre non potuit, & vidit & detulit, & locuta est vt agnoscere mus sub aduētu magni angeli, illā Gentilē plebē mutata duritie stoliditatisq; natura solutis deo linguis locuturam. ¶ Orig. Alle. Asina cui Balaam sedebat (quia scriptura dicit: Homines & iumenta saluabis dñe) pars credentiū potest intelligi, q̄ pro stultitia vel innocētia animalib⁹ cōparat.

*Balaam

Allegoricè Philo. lib.

1 Cor. 1. d. cōtemnit

vīt: Nō multi sapientes, non multi potentes, non multi nobiles, sed quę stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes. Hi ergo à pessimis dominis scribis & Pharisæis subiecti tenebant & vincti, sed à dño soluūtur, nō quidem p ipm, sed per discipulos eius. vīt: Ite in vicum qui est cōtra vos, & inuenietis asinam alligatam &c. Sicut ergo in euāgelio nō ipse dñs sed discipuli eius soluunt asinam, ita hīc non ab ipso deo, sed ab angelo aperitur os asinæ. Et sicut in euāgelio, q̄ nō vidēt, arguunt loquentes. vnde: Pater gratias tibi ago, qm̄ abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revela par. Scribæ igit & Pharisæi sedebāt sup asinā, & tenebant eā vinctā. Ipsis ergo irascit angel⁹, & nisi q̄dā futurorū, p spectu illos peremisset, asinā seruasset, q̄ vidit & reuerita est eū, q̄ venit ad vineā, & stat inter ruinas. Cōpressit tū pedes sedentis super se in maceria. Ideo fortè non potest ambulare ille sessor antiquus, nec venire ad eum qui dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Asini tamen venit adducta à discipulis, & cui tunc sedebat Balaam mercedis cupidus, nunc sedet Iesus. Ne mireris si eum, quem diximus scribas & doctores populi significare, videas de Christo prophetare. Caiphas enim ait: Expedit enim vobis, vt vnus moriat homo pro ppō. Sed inqt, qa erat pontifex anni illi⁹ pphetauit. Nemo ergo extollat si pphetet, si p̄ sciētiā mereat, qa pphetię destruent, liguę cōflabūt, scīa destruet: p̄manent autē fides, spes & charitas, maior aūt his charitas. quę sola nunq̄ cadit. e ¶ Respondit. Nimirum tanta cupiditate plenus fereba tur, vt nec tanti mōstri miraculo terreret, & responderit quasi ad hoiem loquēs cū deus non asinæ animā, in rationalē naturam vertisset: Sed quod illi placuerat ex illa sonare fecisset ad illius vesaniam cohibendam. Illud fortè præfigurans: Quia stulta mundi elegit deus, vt confunderet sapientes, pro spiritali & vero Israēl.

Nam. 22. d. data locū resistentī

†loquutus fuero loquar. f.

1 Cor. 13. d

†mirē q̄ ne quid te hominē

1 Cor. 1. d.

Literaliter

f ¶ Ecce adsum: Nunquid aliud loqui potero nisi &c. Orige. Balaam in scripturis nunc vituperabilis, nunc laudabilis ponit. Iam vituperabilis est cum, phibitus à deo venire ad regē persistit vt vēniat, & mercedis cupidus iterum consulit deum donec relinquatur cupiditatibus suis, & eat in voluntatibus suis. Culpabilis est cū ædificat aras, victimas imponit dæmonis, & apparatu magico diuina consulta poscit, cùm consilium dat pessimū quo popul⁹ decipat. Laudabilis ostendit, cùm verbum dei ponitur in ore eius, cū spiritus dei sup eū fit, cū de Christo prophetauit futura prænuntiat, cùm pro maledictionibus populo benedicit, & nomen Israel super visibilem gloriam mysticis extollit eloquiis. Difficile est ergo definire, personam eius statuere, cui non solùm conueniat ista diuersitas, sed etiam illud quod ipse de se velut prophetans dicit: Moriatur anima mea inter animas iustorum, & fiat semē meum sicut semen iustorum. Per Michæam quoq; dicitur: Populus meus, memento quid cogitauerit aduersum te Balac rex Moab, & quid ei Balaam filius Beor responderit, à funiculis vsq; Galgal, vt cognoscerē iustitia domini. Ostendit ergo quia per hæc iustitia domini cognosceretur. Ideo omnia illa respondit Balaam filius Beor de rege Balac quę scripta referuntur. Quis putas, inueniretur, qui posset ex ipsis responsis Balaam ostendere, quòd dei iustitia manifestetur in illis? Si enim dei sermo positus est in ore eius, & spiritus dei factus est super eum, & iustitia dei ex responsis eius cognoscitur, quę ab eo dicūtur propheticа & diuina esse credenda sunt, q̄uis difficile inueniatur, quia factus est spiritus dei super aliquem prophetarum. Sed aut visio quam videt, aut assumptio verbi dei, aut verbum dei factum est ad illum, vel illum, & alia quædam de prophetis ☞legimus

Mich. 6. b

†2. Pe. 2. c.

† nūc oculi derem te

De he. c. cū ex iuncto

† alina tua

Nicolaus de Lyra.

⌐† angeli. a ¶ Attriuit sedentis pedes. declinando quantūm poterat ab angelo, qui strabat versus partem alterius muri. b ¶ Cōcidit sub pedes. timore angeli quē non poterat declinare. c ¶ Aperuitq; dominus &c. Non est intelligendum, quòd asina illa verba intelligeret vel formaret, quia verba rationabilia non intelliguntur, vel formant, nisi ab habēte intellectū, & ideo illa verba fuerūt formata virtute angeli mouētis linguam asinæ ad prolationem verborum in confusionem ipsius Balaam, vt prędictū est. d ¶ Respōdit Balaam. Erat enim assuetus videre dæmones sibi apparentes in specie animalium & secum loquentes, ideo ad vocem asinæ nō expauit, nec admiratus fuit. e ¶ Protinus aperuit dominus &c. Licet enim essent aperti ad videndum alia, nō tamen ad visionem angeli, ratione prędicta. f ¶ Adorauitq; eum. timore correptus. g ¶ Cur inquit, tertio &c. eum tamē magis deberes gratus esse, eò quòd declinauit gladium meum. h ¶ Ego veni vt aduersarer tibi. Dicunt enim aliqui & probabiliter, quòd hīc erat angelus qui prę erat exercitui Israēl, ideo dixit: i ¶ Peruersa est via tua mihiq; contraria. & sequitur: k ¶ Dixit Balaam. timore ductus. l ¶ Et nunc si displicet tibi &c. Iam enim dixerat ei angelus viam eius sibi esse contrariam, sed cupiditate lucri quęrebat licentiam eundi. m ¶ Ait angelus: Vade cum istis &c. Exponatur sicut prius hoc esse dictum ironicè secundū aliquos, vel permissiuè secundū alios. n ¶ Quod cum audisset Balac. Hīc describitur receptio ipsius Balaam honorifica, cùm dicitur: o ¶ Egressus est in occursum eius. ad faciendum sibi reuerentiam. p ¶ In oppido Moabitarum quod situm est in extremis finibus. quia filij Israēl non intrauerunt terminos Moab, vt dictum est ca. p̄cedenti. Sequitur: q ¶ Nunquid aliud loqui potero. Hīc coactus est confiteri diuinam virtutem sicut prius, sicut & infrà cogitur benedicere populo Israēl, cuius tamen exterminium desiderabat, vt patebit infrà per consilium quod dedit contra eum.

⌐† Cumq; occi

C

D

† y ba rasti

† ciuitate

E legimus: sed factum esse spiritum dei super aliquem propheta rum, me legisse non memini. De Dauid autem ita scriptum est: Et ap paruit vel illuxit spiritus dei super Dauid ab illa die & deinceps, nō tamen factus est spiritus dei super Dauid. De Saul verò ita scriptū: Decidit spūs dñi super te, & prophetabis cum ipsis, & cōuerteris in virū alterū. Itē de eodem: Spiritus dñi dis cessit à Saul, & stupefecit eum spūs malignus à dño. Item: Factū est cùm esset spūs malus in Saul, assumpsit Dauid psalteriū, & psallebat: & erat ei bonum, & discedebat ab eo spiritus malignus. Mediū ergo videri potest quod scriptum est: Et factus est spiritus dñi sup eum. In Pharisæorum ergo & scribarum persona, eisq; similium Balaam explicare conabimur. Ex Mesopotamia, inquit, vocauit me Balac rex Moab ex mōtibus orientis &c. Mesopotamiam dicit terram q̄ inter flumina Babyloniæ iacebat, de quib⁹ dicitur: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Si qs ergo inter flumina Babylonis fuerit, si qs reumatibus libidinis inundatur, & luxuriæ ęstibus circunluitur, non dicitur stare sed sedere. vñ: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Sed nec flere possunt, nisi prius recordati Sion. Bonorū nāq; recordatio malorum causas lamentabiles facit. Nisi enim quis recordetur Sion, nisi legem dei & scripturarū montes aspiciat, mala sua flere non incipit. Ex his ergo fluminibus vocatur Balaam, & ab his montibus orientis inuitatur. Montes isti non sunt montes sancti de quibus dicitur, Fundamenta eius in montibus sanctis. Et Alibi: Montes in circumitu eius, & dñs in circumitu populi sui. Sed de quibus dicitur: Montes tenebrosi & cæte. Et alibi. Mons tenebrosę. Et iterum: Ecce ego ad te mons corrupte. Isti sunt mōtes in quibus est omnis altitudo, extollens se aduersus scientiam dei. Ab his montibus vocatur Balaam. Quales sunt montes, talem habent orientem, habent enim ortū lumi nis sui. Ille qui conuertit se sicut angelum lucis, habet illam lucem de qua dicitur: Lux impiorum extinguetur. Et sicut lux impiorum, & quę conuertit se sicut angelum lucis, contraria est illi luci quæ dicebat: Ego sum lux mundi. Ita & iste oriens contrarius est illi de quo dictum est: Ecce vir, oriens nomen eius. Ex illius ergo, non huius orientis finib⁹, veniebat Balaam illuminatus ab illo lucifero de quo dicitur: Et quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur.

1.Reg.16.c.
1.Reg.10.b
1.Reg.16.c.
Ibid.
Allegoricè
Psal.136.a.
Balaā vocatur à fluminibus
Psal.136.a.
Balaā à mōtib⁹ orientis
Psal.86.a.
Psal.124.a.
Esa.13.a.
Mich.4.c.
Hie.51.c.
2.Cor.10.b
Iob.18.a.
Iohan.8.a.
Zacha.6.c.
Esa.14.c.

Cap. XXIII.

Psal.136.

DIxitq; Balaam ad Balac. Sequitur: a De Aran adduxit me Balac. xx. De Mesopotamia, quæ fluminibus Babyloniæ abluitur. vnde: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordare, Sion.

Veni, inquit,

Nicolaus de Lyra.

a Cūq; occidisset &c. Ad faciendum grande cōuiuium.
b Misit ad Balaam & principes &c. Suprà dicitur, q̄ habebat tantùm duos pueros secum, & ideo principes qui hîc nominantur, erant illi quos miserat Balac, quibus misit numera pro labore vię, & quia fecerāt illud qđ primi nūtij nō poterāt facere. Aliter exponit q̄ nō misit mūera nisi ad Balaā, misit tñ principes cū muneribus illis vt essent gratiosiora. c Mane aūt facto. s. post quietē noctis. d Duxit eū &c. i. ad montē, vbi colebat idolū noīe Baal. Sed m qđ dicit in Scholastica historia: Idola ortū habuerunt à Belo rege Assyriorū, quo mortuo filij⁹ eius Ninꝰ, qui Niniuē cōdidit, in cōsolationē suā de morte patris fecit idolum, ei tantam reuerentiā exhibens, vt parceret seruis suis peccantibus q̄n ad idolū refugiebāt, & inde coeperūt idola in alijs locis honorari & coli, & sicut inde est tracta idolatria ad alia loca, sic & denoīatio qa sicut Assyrij illud idolū vocauerūt Belū, ita Babylonij idolum suū vocauerunt Bel: alij populi Bel, alij Bael, alij Baalim, alij Beelphegor ex

Idola vnde ortum

regni eius finibus erat. Cumq; occidisset Balac boues & oues, misit ad Balaam & principes, qui cum eo erant, munera. Marie autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partē populi.

Cap. XXIII.

DIxitq; Balaam ad Balac: Ædifica mihi hîc septem aras, & para totidem uitulos, eiusdemq; numeri arietes. Cumq; fecisset iuxta sermonem Balaam, †imposuerunt simul uitulum & arietē super aram. Dixitq; Balaam ad Balac: Sta pauliſper iuxta holocaustum tuum do nec uadā, si fortè occurrat mihi dominus, & quodcunq; †imperauerit, loquar tibi. Cumq; abiisset †velociter, occurrit ei deus: Locutusq; est ad eum Balaam: Septē, inquit, aras erexi, & imposui uitulum & arietē desuper. Dominus autē posuit uerbum in ore eius, & ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum, assumptaq; parabo[a] la sua, dixit: De Aran adduxit me

a In quibus est omnis altitudo extollens se contra scientiam dei.

Balac rex Moabitarum, de mōgor ex cōpositione alterius noīs cū eo. Iudæi autem vocabāt idolū Beelzebub. i. deus muscarum, eò quòd ex sacrificiis ibi factis muscæ congregabantur, & hoc dicebāt in cōtemptū idolatriæ: qa apud eos tm remanserat cultus vnius dei, & secundū hoc dicebāt de Christo. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Dicebāt enim principem dęmonum in idolis dare responsa, & propter hoc nominabant ipsum nomine idoli. Ductus est autē illuc Balaam, quia erat ariolus & magus & cultor dęmonum. e Et intuitus est extremā partē po. dd est totū exercitū vlq; ad extremā partē. Qđ patet ex hoc quod dicit sequenti capitulo vbi dicit, qđ inde duxit eū ad aliū locū, vñ posset partē Israelis videre, & nō totū. Ex quo cōcludit, q̄ de hoc loco videbat totū exercitū Israēl.

Cap. XXIII.

DIxitq; Balaam. Hîc describitur ipsius Balaam ad male dicendum conatus. Et diuiditur in tres ptes, sed m qđ ter conat⁹ est ad hoc. sed a ibi: Dixit ergo Balac. tertia ibi: Dixitque Balac. Circa primum igitur maledicere populo conatur per sacrificia dęmonibus oblata, cū dicit: g AEdifica mihi &c. In veneratiōe septē planetarū, quos colebant idolatræ, & potissimè illi q erant astrologia imbuti, ęqtū ad hoc q̄ oīa q̄ aguntꝰ i hūanis actionib⁹ deriuantꝰ à stellis, de qb⁹ erat iste Balaam. h Dixitq; Balaam ad Balac &c. Hîc enim ritus obseruabat in sacrificijs idorum. i Donec vadam. Licet noīet hîc nomen dñi, intendebat tū habere reuelationē à dæmone quō procederet i populi Israēlis maledictiōe: q̄rebat em tūc auguriū, vt habeē in principio sequentis capituli, qđ non dicit reuelatio à deo, sed à diabolo. Sciendū etiā q̄ recedebat à societate aliorū quęrens augurium: tum qa dęmones cōmunius apparēt magis in tenebris & in solitudine, q̄ in luce vel societate, qa sunt spūs tenebrarum, & p pacta occulta & priuata, & nō p signa publicæ iustitiæ faciūt qđ faciūt: tum qa apparitio q̄ apparent cultorib⁹ suis cōster fit p abstractionē à sensibus, & cū aliqua horribili passiōe corporis, & hoc fit dei ꝓuidētia, vt ꝓphetæ dęmonū à prophetis dei etiam per exteriora signa distinguantur, in quibus talis passio horribilis non fit. Propter quod Balaam quærebat à turba segregari, quando quærebat augurium, vt libentius dęmon ei appareret, & vt aliqua passio horribilis sibi coram alijs non accideret, propter quam ab eis contemneretur, consequenter à tali augurio impeditur cùm dicitur: k Cumq; abijsset velociter. Ad quærendum dęmonis responsum, qualiter posset maledicere populum Israēl. l Occurrit illi deus. Impediens p dictum responsum, & ponens in ore Balaam contrariū. vnde sequitur postea: m Assumptaq; parabola sua. Parabola dicitur quando vnum verbum pro alio ponitur, & hoc modo dicitur hîc parabola, quia quęrebat verba maledictionis, & posita fuerunt in ore eius verba benedictionis. Dicitur etiā parabola, quia parabolicè & per similitudines loquebatur, vt patet in sequentibus. n De Aran adduxit me Balac rex Moabitarū, &c. Cū magno labore & sumptib⁹ & causam vocatiōis subdit:

Veni, inquit,

Moraliter. f Dixitq; Ba. &c. Per Balac & Balaam qui per diuersos modos & vias quęrebāt malū ppło Israēl cōtra dñi volūtatē Balac inducendo, Balaā exequendo, significantꝰ illi qui diuersis vijs malū innocentibus machinantꝰ: sed dño disponente malum sup eos reuertit, sicut Balac & Balaam occasione huius mali p filios Israēl fuerūt occisi, vt habeē infrà. Sic & ỳ ò huiꝰ habeē. ij. Reg. xvij. & xviij. Nā Achitofel & Absalon quęrebāt mortē Dauid, & dño disponente Dauid saluatus fuit, & Achitofel manu propria se suspendit, & Absalon capillis ꝓpris in q̄rcu suspensus, à Ioab principe militiæ fuit occisus. Silꝰ diabolus mortem Christi ꝓcurans, per hoc deuictus fuit ac etiā spoliatꝰ. Psal. ix. c. Infixæ sunt gētes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quē abscōderūt, cōprehēsus est pes eorum.

Moraliter

Diuisio

Tobus Balac & Balaā

Tosenderit T solus aut siena

Augurium in tenebris

a ¶ Veni inquit. Orige. Veni, inquit, & maledic mihi Iacob. In Latinis sermonibus penè superflua videtur esse repetitio, sed in Græcis sub nomine Israel est præpositionis adiectio. s. supermaledic mihi Israel, vt maiori intentione maledictum in Israel quàm in Iacob videretur exposcere. dū enim quis tantū Iacob est, i. in operibus positus inferioribus, maledictionibus impugnatur: vbi aūt profecerit, & interiorē hominem ad videndum deū exacuerit, supermaledictis, id est vehementioribus maledictorū iaculis impugnatur, & tūc quidem os Balaam maledictione & amaritudine plenum erat, & sub lingua eius labor & dolor, & sedebat in insidijs cū diuitibus: expectabat mercedē à rege, vt in occultis interficeret innocentes. Sed deus, qui facit mirabilia solus ex inimicis operatur salutē. Iniecit enim verbū in os eius, quis nōdū cor eius posset capere verbū dei, adhuc enim erat in corde eius mercedis cupiditas. Vñ post verbū dei quod habebat in ore, dicebat ad Balac: Veni, & dabo tibi consiliū &c. Nō enim in corde sed in ore tm̄ habuit verbū dei. Ideoq; dicit verbū dei posuisse in ore eius. b ¶ Quō maledicā. Orig. Aliter. Quomō maledicā, quē non maledicet dñs? Aut qd supmaledicā quem nō supmaledicet deus? Iacob non maledicit dominꝰ, nec Israēl, sed alicui putas maledicit? Ad sequentem dicit: Maledictus tu in omnibus bestijs terræ, & ad Adam: Maledicta terra in operibus tuis. & ad Caīn: Maledicta terra quæ aperuit os suum, vt reciperet sanguinem fratris tui &cæt. Dicturus quoq; est his qui à sinistris eiꝰ erūt: Discedite à me maledicti in ignē æternum. Et cūm dicit: Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, & huiusmodi, maledictis videt arguere. Quid est ergo quod Apostolus dicit: Benedicite & nolite maledicere. Quod ab hominibus nō vult fieri, ipse facit, qui exemplum vitæ hominibus ponit. Non ita est. Deus enim cūm maledicit, meritum designat eius cui maledicitur, & sententiam promit, vtpote quem non fallit neq; peccati qualitas, neq; peccantis affectus. Homo autem qui hæc non potest scire, neq; propositum mentemq; alterius agnoscere, si dicentis vel sententiam promentis intuitu proferat maledictum, non potest esse iusta maledicendi causa, vbi peccantis ignoratur affectus, & maximè maledicta profert, cum cōuitijs atq; iniurijs prouocatur. Quod vitium resecat Apostolus, ne maledictis maledicam⁹, & conuitijs conuitia prouocemus, præcipiens vt benedicamus & non maledicamus, non quòd iudicandi veritas quæ homines non latet, & pronuntiandi autoritas perimatur. c ¶ Cui non maledixit deus. Qui tantum meritum designat eius cui maledicitur, & sententiam promit, quē nō qualitas peccati, nec fallit affectus peccantis. Homo aūt neutrū nouit, & sæpe cōuitijs aut iniurijs prouocat⁹ maledicit. Ideo dicit Apostolus: Benedicite & nolite maledicere, vt cōuitiādi vitium resecetur. d ¶ De summis &c. Quasi ideo nō debet maledici, quia alta & cæleſtis eius vita. Nemo intelligit eam, nisi ad eminentē scientiam ascenderit. ¶ Orige. Alia litera. De verticibus montium intuebor eum, & à collibus intelligam eum. Quasi quia in excelsis collibus & altis montibus positus est Israēl, id est in alta & arcta vita, ad quam intuendam & intelligendam nemo sit idoneus, nisi ascendat ad eminentem scientiam. Non ideo ei maledicit deus, quia eius vita præcelsa, non humilis & deiecta. Quod non de carnali Israēl dici videtur, sed de illo cuiꝰ super terram ambulantis cōuersatio est in cælis. Aut si etiam ad illum populum hæc referunt, rectè intuebor & intelligam dicitur, vt tempꝰ futurū significet, quo omnis Israēl ad fidem Christi veniēs saluabitur. Et à montibꝰ & ab his collibus intuebit, id est q excelsam & cæleſtem vitam consurgentes cum Christo exercuerint super terram. e ¶ Vide &c. Actus Iacob, id est actiuorū videt. Contēplatio Israēl, id est cōtemplatiuorū tm̄ intelligit. Vel in futura resurrectiōe Iacob videbit. i. corpꝰ Israēl intelligetur, id est resurgentiū aia & spiritꝰ. f ¶ Populus solus. Quia non est permissus cæteris hominibus, nec inter cæteras gentes reputatus, certis nobilitatus priuilegijs, obseruationibus & legitimis suis, sicut tribꝰ Leui non est permista cæteris. ¶ Populus solus habitabit &c. Origen. Spiritalis Iacob & Israēl verè solus habitat in gentibus. Si enim accessimus ad Sion montem & ciuitatem dei Ierusalem cæleſtem, & venimus ad spiritalem Iudæam quæ est portio dei, & in terris positi ibi conuersamur, verè nō reputamur inter cæteras gētes, nec eorū fines nostris admiscent, etiā si restituat Sodoma in antiquū statū & AEgyptꝰ, & si qd aliud tale in ꝓpheticis scriptum est.

a ¶ Diaboli luciferi scilicet qui mane oriebatur.

tibus ōrientis. Veni, inquit, & maledic Iacob, propera & detestare Israel. Quomodo maledicam, cui nō maledixerit deus? Qua ratione detester, quem dominus nō detestatur? De summis silicibus uidebo eum, & de collibus cōsiderabo illū. Populꝰ solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israēl? Moriatur anima mea morte iustorum,

¶ Aliter. ¶ Alit superum aledic. ¶ Contemplantis. ¶ Semen innumerabile.

a ¶ Nullus satis qui numerat multitudinem stellarū, & omnia in mensura & pondere & numero prouexit.

scriptū est. Verūtū Iacob & spiritalis Israēl, cū ad ecclesiā primitiorum ascenderint, nullus æquabitur vel miscebitur. Nisi enī incertus fuerit ramis oleastri, & socius fa.ꝰ radicis & pinguedinis oliuę, quō pōt sociari Iacob vel Israēl? Cūm sine radice ista neq; Iacob pōt qs q; vocari nec Israel. Neq; ergo ex Iacob vel Israel, si qs peccat, Iacob dici vel Israēl pōt. Neq; ex gētibꝰ, si qs ingressus fuerit ecclesiā dñi, inter gētes vltrà reputabit. g ¶ Quis dinūerare. Idē. Alia litera: Quis inuestigauit semē Iacob, & quis dinūerauit plebem Israēl &c. Sisē est hoc illi qđ dixit dñs Abrahæ. Respice ad cælum & dinumera stellas cæli si potes & ait: Sic erit semen tuū. Et credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Si Abrahā aut qlibet hoim vel etiā angelorū, fortassis & superiorū v̄ tutū, nō pōt numerare stellas nec semē Abrahę, qa dictū est: Sic erit semen tuū. Deus aūt q numerat multitudinem stellarū, & oībus eis noia vocat. Et qui dixit: Ego stellis oībus mandauj pōt inuestigare semen Iacob. & dinumerare puluerē Israēl. Ipse enim solus scit quis verè sit Iacob, & quis verè Israēl. Nō enim respicit Iudæū in manifesto, nec circūcisionē in carne, sed q in occulto ē Iudæus. & corde circuncisus. Ipse ergo solus q dinumerare pōt & inuestigare, qui secundum incomprehensibilem sapientiam ad illam cæleſtem formam, quam ipse solus scire potest. Posuit etiā istos numeros quos habemus in manibus, in quibus ꝑcepit, vt sed̄m cognatiōes suas & domos familiarū ex noie omnes masculi per capita numerent̄ à xx. annis & suprà, ois qui egred̄ir in virtute, & colligit eorū qđā sacratus numerus, tunc scilicet sacratus & placitus deo, cū ipso ꝑcipiēte numeratur. Si aūt cōtra ꝑceptū domini voluerit qs numerare, licet ille Dauid sit, licet magnus propheta, contra legem agit, & arguitur per prophetam, & patit illa q̄ in secūdo libro regnorū sunt scripta. h ¶ Moriatur anima mea. Origen. De se prophetare videtur. Sed sed̄m literā nec in Balaam, nec in illo Israēl factum est, nec fieri potuit, nec enim intra ipsos, sed ab ipsis mortuus est. ¶ Origen. Moriatur anima mea morte iustorum. Hoc magis conuenit personæ ipsorum qui in ꝑsenti licet vanus populus habeant̄, qa sunt sine gratia spiritussancti. Cū tū plenitudo gentiū introierit, ois ista ꝓphetia q̄ de Israēl dicit, in spiritali Israēle complebit̄, & anima eius

¶ moriatur cum

NIC. DE LY.

a ¶ Veni, inquit, & maledic Ia. imprecādo ei malū pœnę. b ¶ Propera & detestare Israēl. imprecādo ei malū culpę, vt sic dominus qui est protector eius ab eo recedat. c ¶ Quomodo maledicā &c. q. d. prędicta facta sunt frustra: quia ꝓhibitus sum à deo, cui non possum resistere. d ¶ De summis silicibus videbo eum. qua erat in alto monte, vbi duxerat eum Balac, vt patet ex dictis in fine ꝓcedentis ca. e ¶ De collibus cōsi. illum. nō ad maledicendū, quia sum ꝓhibitus, sed magis ad benedicendū, quia sum compulsus. vnde subditur: f ¶ Populꝰ solus habitabit. id est segregatus ab alijs populis. Primò in corde per fidem vnius veri dei, alijs populis ad idolatriam declinantibus. Secundò in carne per circuncisionē. Tertiò in lege specialiter data illi pópulo sed̄m qđ dicit Psal. cdvij. b. Nō fecit taliter omni natiōi & iudicia sua non manifestauit eis. Quartò in veste, vt dictum est suprà. xv. c. Hęc & similia beneficia facta sunt singulariter illi populo, eò quod Christus nasciturus erat de eo sed̄m carnē. g ¶ Et inter gentes non reputabitur. sed erit populus deo peculiaris, sed̄m quod dicitur Exo. xix. a. Eritis mihi peculium de cūctis populis. h ¶ Quis dinu. possit puluerem Iacob. id est multitudinem de eo egressuram. q. d. nullus. Vtitur aūt hoc nomine puluerꝰ, quia homo sed̄m carnē q̄ traducit à parentibus, originat à puluere, sed̄m qđ dicit Gen. ij. b. Formauit hoiem deꝰ de limo terræ. In Heb. habet, de puluere terræ. Itē qa Abrahæ de multiplicatione sui seminis fuerat dictū Genes. xiij. d. Si quis possit numerare puluerem terræ, semē quoq; tuū numerare poterit. i ¶ Moriatur &c. mali enim homines licet nolint viuere vita iustorū, appetūt tamē mori morte eorū, & talis erat Balaam. Alij exponunt dicentes, qđd ꝓphetauit de morte sua, vt sit sensus: Moriat̄ anima mea, id est pibit mea corporalis vita mortē iustorū, i. inflicta à iustis, qa posea fuit iterfect̄ à filijs Israēl, vt hī infrà. xxxi. ca. Sed hęc expositio nō cōsonat līæ sequēti, cū subdit: Et fiat nouissima mea horū similis. sed prima cōsonat. quēti, cū subdit: Et fiat nouissima mea horū similis. sed prima cōsonat.

Dixitq; Ba-

C
Rom. 11. c.

Gene. 15. b.

Psal. 146. a.

Baruch. 3. d

Roma. 2. d.

suprà. 1. a.

2. Re. 24. b.

D

Rom. 11. d.

Quō Israēl ppūs solus

E moriatur cū aīabus iustorum. Suscipient enim in se fidē Chri
Rom.6.a. sti, vt in morte ipsius baptizentur, consepulti illi per baptismum in
morte. Et fiat semē meū sic ut semē iustorū. Nō enim ipsi, sed semē
eorū fit sicut semē iustorū, q credētes de gentibus in Christo iustifi
Gal.5.a. cati sunt. Neq; ergo circuncisio est aliquid, neq; ꝓputiū, sed fides q̄
per dilectionem operatur. ¶ Greg. Mo
riatur anima mea morte iustorum, & fiāt
nouissima mea horū &c. Multi intra eccle
siam prolixas preces ad deū habēt, vitam
precantium nō habent, & in oratione la
chrymantur, sed in tpe tentationis super
bia pulsantur, fastu intumescunt. Similiter
auaritiæ, luxuriæ, iræ, & tentati succūbūt,
† 5.22.g. nec se pro æterni regni desiderio fleuisse
meminerunt. Quod de se Balaam osten
dens ait: Moriatur anima mea morte iu
† posuerit in ore meo storum &c. Sed posi compunctionē con
tra eorum vitā, quibus se similem fieri etiā
moriendo poposcerat, consiliū prębuit, &
occasione auaritiæ oblitus est quod de in
nocentia optauit. Plerunq; enim mali inu
tiliter cōpunguntur ad iustitiam, sicut bo
ni innociē tentantur ad culpam. Fit enim
dispensatione diuina, vt illa dū bonū aliq̄
agunt, q̄ tū non perficiūt, superbē inter
ipsa quæ etiā plenissimē perpetrant mala,
confidant, & isti dum de malo tentantur,
cui nequaq; consentiunt, quō, per infirmi
tatem tituban t, eō gressus cordis ad iusti
tiam per humilitatem verius figant. Alte
rum patet in Balaam, de altero Paulus ait:
Rom. 7.d. Video aliam legem in membris meis repu
gnantem legi mentis meæ &c. Ille ergo cō
pungitur, nec iustitiæ propinquat. Iste ten
tatur, & tamen culpa eum nō inquinat: qa
nec malos bona imperfecta adiuuant, nec
bonos mala inconsummata condemnant.
Virtutis enim pondus oratio non habet,
1.Reg.1.c. quam perseuerantia non tenet. vñ: Vult⁹
eius non sunt amplius in diuersa mutati.

F a ¶ Et fiant nouissima mea horum
Mat.2.a. &c. Hoc in magis qui de oriente primi ve
nerunt adorare Christum potest intelligi,
qui de genere Balaam erant per generis
successionem, & per disciplinæ traditionē.
Constat enim eos agnouisse stellam quam
prędixerat Balaam in Israēl orituram.
† pœniteat eum b ¶ Quid est hoc. Balac contra spem
benedictiones pro maledictionib⁹ audiēs,
Allegoricè & vltrà non ferens, prophetantis verba interrupit. ¶ Allego. Nō
vult amarus rex benedictionem, sed maledicta quęrit. Est enim de
Gen.3.c. cognatione illius cui dicitur: Maledictus tu ab omnibus bestijs ter
ræ. c ¶ Dixit ergo Balac. Putat eum perterritum Israēlis mul
titudine, & ideo non ausum maledicere, & mutationem loci sibi ꝓ
Mat.5.b. desse. d ¶ Videre non possis. Demens putauit Israēliticam gra
tiam loci abiectione posse celari, nesciens quia non potest absconde
Rom.5.d. ri ut as supra montem posita. e ¶ Aedificauit. Res prophanis
sacrificijs agebatur, & diuinatio arte magica quærebatur. Volens
tamen deus abundare gratiam vbi abundauit delictum, adesse di
gnabatur, non sacrificijs, sed in occursum venienti. Et ibi dat ver
bum suū & mysteria & futura pronuntiat, vbi maximē fides & ad
miratio Gētilium pendet: vt qui nostris nolūt credere prophetis,
credant diuinis suis. f ¶ Sta hic iuxta. Ad holocaustum suum
stabat in idolatria sua positus, ideo magis cadebat. Surgere ergo
videtur qui magis ceciderat, cū in idolatria stare videret. g ¶ Nō
Deus non frustratur est deus quasi homo, vt mentiatur. Orige. Alia litera. Non
sicut homo frustratur deus: neque sicut filius hominis terret. Quasi
putas deum sicut hominem frustrari in his quæ loquitur. Homi
nes enim multis vitijs impediunt, ne verum sit quod loquūt. Irati
enim loquuntur aut metu, aut cupiditate, aut iactantię gratia: deus
autem in quo nulla passio est, quicquid dixerit pro causarum meri
tis dicit: Et ideo nō potest frustrari, quia quicquid ratione proferet,
non pōt ratione carere. Non est ergo deus qui frustra loquit sicut
homo, nec vt filius hominis terret vel terret sec̄m alios. In hoib⁹ sen
tiam mutat terror, sed de⁹, q̄ super omnia est, à nullo terreri pōt,
vt sententiam mutet. Nec sicut filius hois terret, homines enim ꝓ
factantia terrores faciunt & minas etiam his quibus nocere nō pos
sunt. Deus autem ratione terret, vt corripiat hominē in auditionis
tribulatione

tribulatione, vt verbo comminationis territus emendetur, ne per- G
ueniat ad eum vindicta malorum suorum. h ¶ Dixit ergo &c.
Orige. Alia litera. Ipse cùm dixerit, non faciet, loquetur, & non per
manebit? Cùm homines non faciant quæ dicunt, vitio humanæ
fragilitatis mutabiles, deus immutabilis est. Sed dicit aliquis: Cùm
deus locutus sit de Ninive, q̄ post triduū Ione.3.b.
subuertetur, quare non permansit in ver An de⁹ mu
bo suo? Et in his quæ locutus est de Dauid ta sua dicta
vbi tribus diebꝰ promissa fuerat mors vt mutauit
vastaret populum, & intra vnam diem & 2.Reg.24.c
vsque ad horam prandij cessauit? Videbi
tur fortasse quæ per interrogationem di
cuntur non definita esse, sed medium ali
quid ostendere. Et irreuocabilis sententiæ
non monstratur affectus, q̄ temperantius
dictum hoc videatur. Ipse enim diuerie, nō
ne facies? Scriptū est in Iona: Et Ionas qui
dem prædicauit & dixit: Adhuc tres dies, Ione.3.b.
vel quadragita sec̄m Hebręos, & Ninive † populū q
subuertetur. Obseruandum ergo, q̄ non dem videa
inuenit in sermonibus dei, quib⁹ ad ꝓphe & extremi
tiæ ꝓ
¶ tam locutus est tū ꝓ
& nō sicū
† spiritu
torum

Nicolaus de Lyra

a ¶ Dixitq; Balac. Hic consequen
ter Balaam reprehenditur, quia agebat cō
trarium illius propter quod vocatus fue
rat. b ¶ Cui ille respondit. Se excusan
do. c ¶ Num aliud possum loqui
&c. q. d. eius virtuti nō possum resistere,
& in hoc coactus fuit profiteri virtutem
diuinationum & auguriorum nullam esse,
nisi quantū deus permittit. d ¶ Dixit er
go Balac. Hic describitur secūdus cona
tus ipsius Balaam, & primò per mutatio
nem loci, cū dicitur: ¶ Veni mecum
in alterum locum &c. tum quia magi
& augures in talibus obseruant loca & tē
pora: tum quia Balac credebat Balaam fu
isse territum, vidēdo totum populum, &
ex hoc non fuisse ausum maledicere, vel ga
sciebat maius meritum esse in toto popu
lo q̄ in parte, vt si Balaam fuisset prohibi H
tus maledicere toti populo propter meri
ta eius, non tamen prohiberetur à maledi
ctione partis: & per cōsequens eius aduer
sarij diminuerentur & debilitarentur. Se
cundò per oblationem sacrificij, cū dici
tur: f ¶ Aedificauit Balaā &c. Et ex
ponatur sicut suprà. Tertiò per inquisitionem augurij, cū dicitur:
g ¶ Donec ego obuius pergam. Intendebat enim obuiare
dęmoni solito sibi apparere & loqui. h ¶ Cui cum domin⁹ oc
currisset In cuius præsentia dęmon nihil poterat. i ¶ Posuis
setq; verbum in ore eius ait, Reuertere ad Balac & hæc
loqueris ei: Reuersus inuenit eum stantem iuxta holo
caustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad
contrarium suæ intentionis, vnde subditur: k ¶ Non est deus
quasi homo, vt mentiatur. Quia ipse est veritas per essentiam.
l ¶ Nec vt filius hominis mutetur. Sed contrarium hui⁹ vi
detur haberi Hiere. xviij. a. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo
suo quod locutus sum aduersus eam: ago & ego pœnitentiam sup D. Vinus
malo quod cogitaueram vt facerem ei. Dicendum q̄ deus omni Hilis
no est immutabilis, sec̄m qd dicitur Iaco. 1.c. Apud quem non est
transmutatio &c. Tamen facit & dicit mutabilia per immutabilem
voluntatem suam. Ad cuius intellectum considerandum, q̄ aliqua
dei verba significatiua sūt futurorū, sec̄m qd sunt in dei prescientia,
& illa immutabiliter eueniunt, quia dei prescientia est immutabilis.
Alio modo sunt significatiua futurorū, prout sunt in causis secun
dis mutabilibus, quæ sunt merita & demerita hominū, & talia non
implentur semper, sed mutant frequenter, sicut & causæ eorum, &
hoc modo dicitur Iosue. iij. a. Adhuc quadraginta dies, & Ninive
subuertetur. Hoc enim exigebant demerita illius populi pro tunc.
Sed quia egerunt pœnitentiam, non est adimpletū illud verbum,
& hoc non arguit mutationem in deo, sed in libero arbitrio huma
no. Et per hoc soluitur autoritas Hieremię allegata. m ¶ Dixit er
go & non faciet. Quasi diceret: Non. Et hoc est intelligendū de
pronuntiatione alicuius futuri, prout est in præordinatione scien
tiæ & voluntatis diuinæ, cuiusmodi erat prosperitas populi Israēl.

Ad benedi

a & fiant nouissima mea horum simi
¶ Secunda prophetia Balaam.
b lia. Dixitq; Balac ad Balaam: Quid 2
est hoc quod agis? Vt malediceres
inimicis meis uocaui te, & tu econ
a ¶ Cui uerbum in ore posuit deus.
trario benedicis eis? Cui ille respon b
dit: † Num aliud possum loqui, ni c
c si quod † iusserit dominus? Dixit er d
go Balac ad Balaam: Veni mecum e
in alterum locum, unde † partem Is
d raëlis uideas, & totum uidere non
possis, & inde maledicito ei. Cúm
que duxisset eum in locum † subli
mem super uerticem montis Phas
ga ædificauit Balaam septem aras, f
& impositis suprà uitulis atque arie
e tibus, dixit ad Balac: Sta hîc iuxta g
holocaustum tuum, donec ego per h
gam obuius. Cui cùm dominus oc i
curriſſet, posuisset q̄ uerbum in ore
eius, ait: Reuertere ad Balac & hæc
loqueris ei: Reuersus inuenit eum
stantem iuxta holocaustum suum,
& principes Moabitarum cum eo.
Ad quē Balac: Quid, inquit, locu
tus est dominus? At ille assumpta
¶ Animo & fide.
parabola sua, ait, Sta Balac & au k
g sculta, audi fili Sephor: Non est de
a ¶ Qui ultris impediatur ne uerum sit quod loquitur.
tus quasi homo ut mentiatur, nec ut l
¶ Mutabilis uitio humanæ fragilitatis.
h filius hois ut † mutet. Dicit ergo & m

Iono.1.b. Iohe.2.4.b.

Gram locutus est,dictū: Adhuc tres dies & Niniue subuertetur.sed A ipse Ionas dixit: Adhuc tres dies & Niniue subuertetur: vt sermo dictus & nō fact⁹,à Iona potius quā à dño ,platus videat. In libro quoq; Regū;Factum est verbū dñi, inquit ,ad Gad ,pphetā, dicēs: Hæc dicit dñs: Tria ego leuabo sup te,elige tibi vnū ex his qđ faciā tibi. Et introiuit Gad ad Dauid dicēs:Aut veniet trib⁹ annis tibi fames sup terrā tuam, aut tribus mēsibus,vt fugias inimicos tuos,aut triduo mors fiet in terra tua.Obserua ergo quō nec in his tribus commixtionibus deus inuenitur de morte triū dierum dixisse.In verbis enim Gad positum est,nō in mandatis dñi.Et nō semper quę p ,pphetā dicunt quasi à deo dicta accipiuntur.Per Moysen multa locutus est deus,aliqua tū Moyses ,ppria autoritate mandauit.vñ:Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis hæc Moyses &c.vsq; : Qđ ergo de⁹ coniunxit homo nō separet.Videsergo hīc deum neq; præcepisse,neque fieri voluisse diuortiū: Sed Moysen propter duritiā Iudęorū scripsisse dandū esse repudium.hinc Paulus ait:Dñs dicit,non ego.Et alibi:Hoc autem ego dico, nō dominus.Et iterū:Præceptū dñi non habeo, cōsiliū autē do.Et iterū;Quę loquor nō loquor secm deū. Sīc ergo & in cęteris ,pphetis.Alia dñs locutus est.& nō ,pphetę, alia ,pphetę,& non dñs.Videt ergo obiectio dissolui,cū tā sua quā ,pphetica verba dñs reuocat,& mutat in melī⁹.Sed magis arbitror prioré ablolutionē tot⁹ scripturę sensibus cōuentre.Et in illis peipuē quibus patiēs & multę misericordię & pœnitēs sup malitia dicit de⁹. Vel in his maxime quæ generaliter ab Hieremia ,pnūriant,in qbus ostenditur pro multis miserationibus incomprehensibili bonitate B sua deus dicere & non facere,loqui & non permanere sic.In finem loquar:id est ex definito loquar super gentes & super regnum, vt auferam eos & disperdam.Et si conuertatur illa gens à malitijs suis pœnitebo de omnibus malis quæ cogitaui facere eis, & in finem loquar super gentem & super regnum, vt ædificem eos & plantem.Et si fecerint mala in conspectu meo,& non audierint vocem meam , pœnitebit me de omnibus bonis quæ locutus fueram vt facerem eis.Quomodo ergo possumus his que absolutè per Hieremiam dicuntur,præferre illa quæ suspensè per Balaam dicuntur, nili quia negligentibus & contemptoribus illa confirmanda, hæc verò à perfectioribus secretius aduertenda sunt. a ¶ Non est idolum in Iacob , nec videbitur simulachrum in Israēl. Alia translatio : Non erit labor in Iacob , neq; videbitur dolor in Israēl,in futuro scilicet seculo. ¶ Orige.Non erit labor in Iacob, neq; videbit dolor in Israēl &c. Futuræ vitæ status denuntiatur. Hæc enim vita sine labore & dolore non transcurritur. Paulus enim ter virgis cæditur,semel lapidatur,& innumerabilia patit , sed in futuro aufugiet dolor,& tristitia,& gemitus . Quod tamen non ad omnes,sed ad eos tātùm qui meritis Iacob & Israēl fuerint refertur,vt pauper Lazarus qui hanc vitam in labore & dolore trāsegit.vnde vbi diues cruciatur,ille quiescit . Ille in vero Israēl est & in vero Iacob,in quem non venit labor & dolor . Diues autē ille erat secm carnē Israēl:Dicit enim illi,qa fratres habēt legem,& ,pphetas audiāt illos. b ¶ Dominus deus &c.Idē. Alia litera. Dominus deus suus cū ipso est,& p̄clara principum cum ipso sunt &c. Nunq; Israēlem suū deserit deus. Præclara principum potestas est principat⁹ & regnū verum,quoniā sunt & aliqui principes, qui de principatu suo vel pellendi,vel iam fortè pulsi sunt , & hi introducendi qui verè Israēl sunt . Præclara illa omnia quæ habuere in cælis illi principes ,qui nō seruauerunt principatum, sed reliquerunt ęterna domicilia,Israēliste & Iacob q luctat⁹ est & vicit,accipiet. c ¶ Et clangor victoriæ regis in illo.Admonitio prædicationis,qua in nobis rex,id est Christ⁹ diabolum triumphat.d ¶ Deus eduxit eum.Idē.Alia litera:De⁹ q eduxit eū ex AEgypto sicut gloria vnicornis ei &cætę.Eductus est ille Israēl de AEgypto ista terrena. Spiritualis autem de AEgypto seculi,& de potestate tenebrarum. Et est , gloria eius quasi vnicornis . Vnicornis fertur esse animal secundum nomen suū formatū, in cuius virtute & potentia Christus intelligitur.Cornu autem pro regno sæpe ponit . vnde : Quatuor aūt cornua quatuor regna sunt . Sub nomine ergo vnicornis videtur ostendi,quia omne quod est,vnū eius cornu est. i. vnū regnum.Oia enim pater subiecit sub pedibus eius,vsq;quo & inimicus nouissimus destruatur mors,& tanq; vnicornis vnum regnum omnium teneat,& regni ei⁹ non erit finis.Erit ergo spirituali Israēli gloria

non faciet? locutus est & non implebit? Ad benedicendum adductus a
a ¶ A deo qui verbum posuit in ore meo.
sum,benedictionem prohibere nō
a ¶ Non enim potest ,etiam si velit,verbum dei humana lingua conuertere.
¶ Quod nihil est in mundo. b ¶ Actus.
ualeō. Nō est †idolum in Iacob,nec b
a ¶ Simulitudo existentis rei. b ¶ Contemplatio.
c ¶ Non dormit neq; dormitat qui custodit Israēl.
uidetur †simulachrū in Israēl. †Dō c
a ¶ Qui non deseruit Israēl suum. b ¶ Prædicatio euangelij quo annuntiatur tropheum crucis.
minus dēus eius cū eo est,& †clān- d
gor uictoriæ regis in illo.Deus edu- e
a ¶ De potestate tenebrarum. ¶ Huius seculi.
xit eum de Ægyptō,cuius fortitudo f
similis est rhinocerotis.Non est au- g

li gloria sicut gloria vnicornis.vñ:Pater da illis , vt sicut ego & tu C
vnum sum⁹,ita & isti in nobis vnum sint,cū.i.trāsformabit corp⁹ Iohā.17.c.
humilitatis nrę cōforme corpi glorię suæ. e ¶ Cui⁹ fortitudo. Philip.3.d.
Cuius:Christi.Cuius quicqd est;vnū cornu est.i.vnū regnū cuius
gloria est spūalis Israēl.Ipse enī ait:Pater,da illis vt sicut ego & tu Iohā.17.c.
vnum sum⁹,ita in nobis vnū sint.f ¶ Nō est augurium in Iacob.Orige.Alia litera:Non est augurium in Iacob , neque diuinatio in Israēl.Videtur mihi prescientia futurorū quātū ad ipsam rem spectat, medium quiddā esse.i.neq; ,ppriè bonū, neq; ,ppriè malum, cū possit interdū etiā à pte diaboli ad hoim notitiā futurorū venire p̄scięta.Cū aūt tps & opportunitas & voluntas dei fuerit,datur etiā à deo per ,pphetas hoibus p̄scięntia . Ideo ,ppriè bonū dici non potest quod aliquando à malo est,neq; propriè malum quod aliquando à deo. In libro regum scriptū, 1.Reg.5.a. †ifra.24.b. †vel habitatio, aut ãmicitia
est,qp arca dei ab Allophylis capta est, & ducta in Azotū,& introduxerūt eā in domū Dagon. Et inuētus est Dagon pron⁹ cecidisse in terrā ante arcā. Et grauata est manus dñi super Azotos,& percussit eos in natib⁹. Post hæc ingressa est in Accha- 1.Reg.5.d.
ron,& dixerunt Accharonenses diuinis & sacerdotibus suis:Indicate nobis quō remittamus arcam in locū suum?Qui responderunt: Si remittitis,nolite dimittere inanem,sed dabitis ei pro delicto,& sanabimini,& ignoscet vobis:aliter nō discedet man⁹ eius à vobis. Et post pauca: Facite currū, & duas vaccas fœtas assumite,quibus non est impositum iugum,& iungite ad currum,reludētes in domo fortus earū , & ponite arcam super currum & vasa aurea quæ obtulistis pro delicto,& omnia sancta eius,& dimitte eā: Et videte si vadit per viam suam in Bethsamis , ipsa fecit nobis hęc mala . Si non vadit,scimus quia manus eius nō tetigit nos,sed fortuitò hęc acciderunt.Videte ergo quomodo causa malorum,vtrum ex malorum,vtrum ex manu dei & pro arcę iniuria venerit,an fortuitò acciderit propositis contemplantur indicijs.Sequitur:Cūm impo- D
suissent arcam domini super currum,direxerunt boues in via contra viam quæ ducit Bethsames,& non declinauerunt neq; ad dextrā vel ad sinistrā.Quis ergo in his diligenter inspiciens p̄scientiam, quę de boum directione p̄dicta est,vel fortuitā dicat,vel arte cōpositam.& non à dæmonibus ministratam?qui timebant arcę virtutem,qua etiam cultus dæmonū destruebat,simulachris eorū temerę corruentibus.Est ergo quędā operatio dęmonum in ministerio præscientię,quæ artibus quibusdā ab his qui se dęmonib⁹ māci pauerint,colligit,& nūc per sortes,nunc p̄ auguria:nūc ex contemplatione fibrarū quę vocāt auspicia,& huiusmodi p̄stigijs cōprehendi videtur & intelligi. Quæ artes adeò homines deceperunt, vt iustissimi Ezechię filius Manasses,hoc errore deceptus edificauerit altare omni exercitui cæli in vtraque domo domini spiritualibus scilicet nequitijs in cęlestibus positis.Et alia erant quæ exp̄ectabat , de quibus dici posset : Quia in omni virtute signis & pro- 4.Reg.21.a 2.Tes.2.c
digijs

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Ad benedicendum adductus sum.s.ex intentione diuina.licet ego venerim intentione contraria. b ¶ Non est idolum in Iacob.ideo Idolatriæ virium dicitur tamen idolū qđ fit ad similitudinē alicuius rei existentis:Simulachrū autem est imago rei non existentis , sicut si corpori humano inferantur caput arietis,& alię auis,qualiter pingebatur imago Iouis. Et dicitur simulachrum à simulolas,quod est fingere,quasi quid fictum. Idolum qđ
c ¶ Dñs deus eius cum eo est . per verum cultum. d ¶ Et clangor victoriæ regis in illo . quasi diceret , rex cælestis dat eis victoriam pugnando pro eis,vt habetur Exodi . xiii . de AEgyptijs . & xvii.de Amalecitis virtute diuina debellatis. e ¶ Deus eduxit eum de AEgypto.in mirabilibus signis. f ¶ Cuius fortitudo similis est rhinocerotis.id est vnicornis secm aliquos , secundum Hebræos est animal simile boui,quod vocatur gallicè buple, & est animal magnæ fortitudinis.Sciendū etiā qp li cuius, secm aliquos refert ad deū,& sic designatur hīc fortitudo dei,cui nō potest resisti : secm alios refertur ad populū Israēl,& secm hoc designat fortitudo Israēlis,cui aduersarij resistere non poterant , vt patet in pluribus locis in hoc libro & in libro Iosue. g ¶ Non est augurium in Iacob &c.i.nō quærūt veritatē de occultis p tales superstitiones,sed à ,pphetis loquentib⁹ ex inspiratiōe diuina.ideo subditur:

¶ Temporibus suis

E digiis mẽdacibus fierẽt, vt deciperent etiã electi. Hæc ergo oĩa in operatione dæmonũ fieri non dubito, dirigentiũ vel auiũ vel pecudum, vel fibrarũ motus, aut sortiũ scẽm ea signa, q̃ ipsi docuerũt obseruari ab his quibus hanc artem tradiderunt. A quibus omnibus qui homo dei est, & in portione dei numeratur, penitus debet esse alienus, q̃ occultè dæmones machinantur, ne rursus dæmonibus societur spũ eorũ & virtute replet⁹, ne ad idolorũ cultũ reparet. Melⁱ⁹ est ignorare, q̃ꝫ à dæmonib⁹ discere. Melⁱ⁹ est nec à ꝓphetas discere, q̃ꝫ à diuinis quærere. Diuinatio em̃ nõ diuinit⁹ datur, sed ꝑ antiphrasim dicit, quasi q̃ ꝑ hoies fiat dæmonib⁹ repletos. Sed gentiũ ritus diuinũ credidit omne qđ ꝑ qualemcunq; spm̃ ꝓfertur. Nos tñ ab his nihil discere deus iubet, ne efficiamur cõsortes eorũ. Vnde Christ⁹ dedignãs testimoniũ à dæmonibus accipere ait: Obmutesce & exi ab eo. Paul⁹ quoq; cũ mulier hñs spm̃ phythonis, clamaret: Isti hoies serui sunt sũmi dei &c. dolẽs ait: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi discede ab ea, q̃a indignũ iudicabat sermoni suo à spũ phythonis testimoniũ dari. Magis ergo docere debem⁹, si qñ videmus decipi aĩas ab his q̃ velut diuino spiritui, phythoni, aut vẽtriloq̃, aut hmõi dæmonibus credũt. Nõ erit ergo augurium in Iacob, neq; diuinatio in Israel. Sequit: ¶ In tẽpore dicet Iacob & Israẽli qđ perficiet de⁹. i. cũ oportet, cũ expedit, dicunt̃ futura à deo ꝑ ꝓphetas ꝑ spm̃s ctm̃. Si nõ dicunt̃ ꝑscire nõ expedit. Qui ergo diuersis artibus & dæmonũ inuocationibus futura inquirũt, discere cupiũt quę non expedit. Ad destruendã aĩt penit⁹ diuinationẽ vel augurationẽ, etiã hoc addamus, ꝙ oẽs isti auiũ vel aialiũ miristerio vtunt̃, q̃ in lege scribunt̃ immunda, & semp hoi insidiant̃: ex quo mini-

Mar. 1. c.

Act. 16. d.

† loq̃retur

Leui. 11. b.

F sterio dæmonum opportuna & digna iudicant̃. Nam phythonib⁹ dracones & alĩ serpentes ministrare perhibent̃. Auguribus & his q̃ excedentibus auspicia captant, lupi ferũt omnia, aut vulpes, aut accipitres, aut corui, aut aquilæ, aut hmõi: quæ Moyses (his credo de causis) notauit immunda. ¶ In Israel. Qui per fidei puritatem & munditiam mẽtis videt deum, nec ipsum Balaam reciperet, sed verbum quod deus posuit in ore eius respuere nõ audet. Nisi em̃ verbum à deo esset, non illud famulo suo Moysi, ꝓcul absenti, cũm Balaam hæc diceret, reuelasset. b ¶ Ecce populus &c. Alĩ. Ecce sicut catulus leonis exurget, & sicut leo exultabit. Catulus em̃ est, cũm nuper geniti infantes rationabiles sine dolo lac accipiunt. Leo autem exultans, cũm vir perfectus deponit quæ erant paruuli.

Mystícè

¶ Idem. Alia litera: Ecce populus sicut catulus leonis exurget, & sicut leo exultabit. Videtur describere confidẽtiam populi in Christo credentis, & libertatem quã habet in fide, & exultatiõem quam gerit in spe. Comparatur enim catulo leonis, cũm tendit ad perfectiõem lætus & velox: leoni verò cũm iam obtinet quæ perfecta sunt. Sicut enim leo & catulus leonis nullum animal timẽt, sed cuncta sunt eis subiecta, ita perfectus Christianus qui tollit crucẽ suam & sequitur Christum dicens: Mihi mundus crucifixus est & ego mundo: despicit omnia quæ in mundo sunt, imitãs eum qui leo de tribu Iuda, & catulus leonis dicitur. Sicut enim ipse est lux mundi, & discipulis dedit vt essent lux mundi. Ita cũ sit leo & catulus leonis dedit in se credentibus nomen leonis, & catuli leonis. c ¶ Erigetur. Erigendum dicit populum futurum, de eo enim quem videbat, dixisset erectus est. d ¶ Non accubabit. Orige. Alia litera. Non dormiet donec comedat prędam, & sanguinem vulneratorum bibat: hæc ad literam stare non possunt. Quomodo enim iste populus tam laudabilis, tam magnificus sanguinem vulneratorum bibat? Cũm etiam vocati ex gentib⁹ iubeantur abstinere à sanguine sicut ab his quę idolis immolantur. Sed nisi manducauerim⁹ carnem filij hominis, & biberimus eius sanguinem, non habebimus vitam in nobis. Caro enim eius verè est cibus, & sanguis eius verè est potus. Qui vulneratus est propter peccata nostra. Sanguinem eius bibimus, non solùm sacramentorum ritu, sed etiã cũm sermones eius recepimus, in quibus est spiritus & vita. Est ergo ipse vulneratus, cuius nos sanguinem bibimus, id est doctri-

Mat. 16. d. Gal. 6. d. Apo. 5. b. Ioh. 8. b.

Ioh. 6. d.

Esa. 53. b. Sanguinẽ Christi bibimus

næ verba

ne verba suscipimus. Et illi oẽs vulnerati sunt q̃ nobis verbũ eius prædicauerũt. Ipsorũ em̃. i. apostolorũ eius, verba cũ legim⁹, & vitam ex eis cõsequmur, vulneratorũ sanguinẽ bibimus: vñ: Sanguinẽ vuæ biberunt meracissimũ. Illius. s. vuę de q̃ dicit: Ego sum vitis vera, discipuli verò palmites, pater agricola. Tu ergo es ver⁹ Israel, qa scis sanguinem bibere, & ill⁹ vuæ quæ est de vera vite, & de illi⁹ palmitib⁹, q̃s pater purgat, quorũ fruct⁹ vulneratorũ sanguis meritò dicit, quę ex verbis eorũ bibimus: si tñ sumus vt catuli leonis exurgẽtes, & vt leo exultãs. c ¶ Cũ q̃ duxisset. Orige. Et assum̃s ꝑ Balac ipsum Balã in verticẽ montis Phogor q̃ tendit in desertum. Quos de⁹ vocat, ponit in verticẽ mõtis Sina. Balac deo cõtrari⁹ inꝓnit in verticẽ mõtis Phogor, q̃ interpretat̃ delectatio. In verticem ergo delectationis & libidinis ponit hoies Balac, amator enim est voluptatis magis q̃ dei, etiã vult eos excludere à deo, excludẽs enim & deuoratio dicit̃ vel interpretat̃. Ideo in eremũ tendit Phogor à. ad ea q̃ eremi & deserta sunt deo negotia. f ¶ Ædifica mihi. Idem. Quæ sacrificãt gẽtes, dæmonibus & nõ deo sacrificãt. Quia tñ lex dei de sacrificijs ꝓcepit, & ritũ sacrificandi tradidit Israẽli. Fortè q̃rit̃, cur hęc cum dæmonib⁹ dicata videant̃, etiã deo offerri iubeant̃? Et erit scita rñsio. Quia sicut libellũ repudij dari nõ dei voluntatis fuit, q̃ quod cõiunxerat, noluit ꝑ separari. Sed Moyses hoc ꝓpter duritiam Iudęorum scripsit, ita & de hoc videri potest. Deus enim nõ mãducat carnes taurorũ, aut sanguinẽ hircorũ potat, q̃ dicit: Nõ mãdaui tibi de sacrificijs & victimis in die qua eduxi te de terra Aegypti: Sed Moyses ꝓpter duritiã eorũ ꝙ Aegyptia cõsuetudine tollenda hæc mandauit eis, vt q̃ abstinere nõ possunt ab immolando, deo saltem, non dæmonibus immolarent. Est fortè secretior ratio sacrificandi deo ꝓpter destructionẽ sacrificiorũ. q̃ dæmonibus immolãtur, vt quia ꝑ illa vulnerantur animæ, per ista sanentur, sicut cõfirmant q̃ medicinæ peritiã gerunt. Serpẽtum em̃ venena depelli medicamẽtis ex serpentib⁹ cõfectis perhibẽt. Sic ergo sacrificiorũ dæmoniorũ virus ꝑ sacrificia deo oblata depellitur. Sic mors Iesu, mortẽ peccati credẽtibus nõ sinit dominari. Sed dũ tempus patiebatur, sacrificia sacrificijs opponebantur, vbi ergo venit perfecta hostia quæ totⁱ mundi tolleret peccatum, sacrificia q̃ singillatim offerebãtur deo iam supflua visa sunt, cũ vna hostia oẽs dæmonum cultura depulsa sit. Balaam verò vel scẽm cordis sui ꝓpositum quod non emendauerat, vel scẽm figurã, qua persona doctorum & Pharisęorũ plebis incredulæ gerebat, instaurat adhuc hostias, in quib⁹ homines spem ponũt, q̃ fidẽ Christi nõ recipiũt.

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Temporibus suis. id est tempore conuenienti denuntiabitur ei per prophetas voluntas dei. b ¶ Ecce po. vt leæna consurget. id est audacter & constanter aduersarios inuadet. c ¶ Non accubabit. id est non quiescet à prędijs donec totaliter depellet aduersarios. d ¶ Et occisorum san. id est delectetur in sanguine occisorum, sicut bibens delectatur in potu, & hoc ꝓpter adimpletionem diuinæ iustitiæ, secũdum qđ dicitur Psal. lviij. b. Lætabitur iustus cũm viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Dicunt aliqui Hebrei, quòd cũm dicitur hîc: Nõ accubabit &c. propheuit de Moyse: ꝙ non moreretur nec quiesceret in sepulchro, donec Madianitæ essent occisi, prout habetur infrà. xxxj. cap. e ¶ Dixitq; Balac. Hîc ponitur tertius conatus Balaam ad maledicendum populo Israẽl, increpatur tamen primò de benedictione eũm dicit: f ¶ Nec maledi. q. d. si non potes maledicere, potes tamen cessare à benedictiõe, de quo excusat se dicẽs: g ¶ Nonne. q. d. compulsus sum hoc facere virtute dei, cui non possum resistere. Secundò ponitur conatus ad maledicendum, cũ dicitur: h ¶ Et ait &c. Vbi exprimitur conatus per mutationem loci ratione supradicta. Secundò per oblationem sacrificij, cũ dicitur: i ¶ Ædifica mihi hîc ꝙptẽ &c. Et exponatur sicut supra

a ¶ Qui loctatur cõtra principes & potestates & mũdi huius rectores.
a ¶ Gurium in Iacob, nec diuinatio in Isra
a ¶ Quibus oportet & expedit.
ël. Temporibus suis dicetur Iacob &
a ¶ Spiritualis non carnalis. b ¶ Qui nascetur quem fecit deus.
b Israẽli, quid⁹ operatus sit deus. Ecce pb
a ¶ Regnum calorum vim patitur, & violenti rapiũt illud: Matt. 11. b.
c pulus ut leæna consurget, & quasi leo
d erigetur. Non accubabit donec deuo
a ¶ Christus occisus est propter delicta nostra. ¶ Alij vulneratorum.
b ¶ Verba Christi & apostolorum. vnde: Verba quæ ego loquor nobis, spiritus & vita sunt. Iohan. 6. g.
ret prædam, & occisorũm sanguinem
e bibat. Dixitq; Balac ad Balaam: Nec
f maledicas ei nec benedicas. Et ille ait:
¶ Tertia prophetia.
Nonne dixi tibi, quòd quicquid mihi
g deus imperaret, hoc facerem. Et ait
h
a ¶ Putat Balac magis deesse diutno ad maledicẽdum loci opportunitatem, quàm uo luntatem.
Balac ad eum: Veni & ducam te ad
alium locum, si fortè placeat deo, ut in
i de maledicas eis. Cumq; duxisset eum
¶ Dei relationis.
super uerticem montis Phogor, qui re
¶ Deserta a deo negotia.
spicit solitudinem, dixit ei Balaam:
f Ædifica mihi hîc septem aras, & para
i totidem uitulos, eiusdẽq; numeri arietes per singulas aras. Fecit Balac ut Balaã dixerat, imposuitq; uitulos & arie-

Deut. 23. b. Ioh. 3. b.

Ps. 49. c.

Hier. 7. a.

H

A

GLOS. ORDI.

Tropolo.

Cumq; &c. Cum nullū dæmo- CAP. XXIIII.
nū, nullā cōtrariā potestatē vidit assistere audentem victimis suis, & exclusos ministros malitiæ quibus vtebatur ad maledicendū, etiā potuit inde intelligere, qa bonū esset in conspectu dñi bñdicere Israeli. Sed ille populus q nunc vanus est, & doctores q in Christo nō credētes, in vanitate populū detinēt, videbūt in nouissimis diebꝰ cū plenitudo gentiū introierit, & omnis Israel cœperit venire ad fidē Christi, q nunc oculos habēt & nō vidēt, & tūc eleuabūt oculos ad altiores & spirituales sensus, & videbūt & intelligent qa bonū est in cōspectu dñi bñdicere Israel, dispositū p tribꝰ & domos & familias, & vnūquēq; in ordine suo resurrectionis gloriā adepturū. b ¶ Nequaquā abijt. i. nō fruſtis sensibus, sicut solebat in mutis animalibꝰ & pecudibꝰ, dei considerabit voluntatē. Sed agnoscet quia neq; de bobꝰ cura est deo, neq; de ouibꝰ neq; de auibꝰ, alnsq; animalibꝰ, sed q̄ de eis scripta sunt, propter hoies intelliget scripta.

Romā. c.

1 Cor. 3. b.

Rom. 11. a.

c ¶ Irruente in se. Augu. Et factus est spūs dei super illū. i. super Balaam. Non factꝰ est spiritus dei tanq̄ factura sit spūs dei, sed factꝰ est sup illū. i. factū est vt esset super illū. Quō, qui post me venit, ante me factꝰ est. i. factū est, vt ante me esset, vt p̄ponerer mihi, qa prior me erat. Sicut Dominꝰ factꝰ est adiutor meꝰ. Nō enim dominꝰ factura est, sed factū est vt me adiuuaret. Et factꝰ est dominꝰ refugiū pauperū. i. factū est, vt ad cū fugerent pauperes. Et: Facta est sup me manꝰ domini. i. factū est, vt sup me esset, & multa similia.

aperti sūt oculi Iohā. 9.

Psal. 17. a. Psal. 9. b. Exodi. 3. f.

B d ¶ Dixit Balaam. Orig. Dixit Balā filius Beor. Hō vere videns dixit: audiēs verba fortis q visum dei vidit, in somnis reuelati oculi eiꝰ. Mirū quō tam dignꝰ habeat Balā, q assumpta parabola, hæc de semetipso p̄nūtiet. Quō enim verē vidēs esi, q diuina noui & augurijs seruit? q magicæ studet: Nisi fortè qa spūs dei fortis fuit in ipso, & verbū dei positū in ore eius, tam magna de eo dicunt. Nec Moyses enim nec aliqs prophetarū facilē inuenit tantis laudibus eleuatus. Vnde magis videnī hæc illi populo conuenire, eo tpe quo conuersus ad dominū deponit, velamen qđ erat sup corsuū. Deꝰ autē spūs est. ideo dicit, Reuelati oculi eiꝰ, quasi q ante clausi, per spiritū dei q sup eū factus est, ablato velamine reuelent. Nunc ergo est qñ verē videt, & verē audit verba fortis & visum dei videt in somnis. i. ea tpa q̄ in somnis Danieli p̄phetę delignata sunt, videbit impleta: & visiones q̄ in somnis illi delatæ sunt, intelliget reuelatis oculis, vt possit dicere: Nos autē omnes reuelata facie gloriā dei cōtemplamur &c. Fortè hi sunt oculi qui alibi oculi terræ appellant. i. sensus carnis, de quibus dixit serpēs ad Euam: Quia sciebat dominus, q̄ in quacūq; die manducaueritis ex eo, aperientur oculi vestri. Et paulo post: Aperti sunt oculi eorum. Alij enim sunt qui per præuaricationē aperiuntur. Alij quibus Adā & Eua ante p̄uaricationē videbant, quibus mulier vidit lignum qa bonū est ad comedendū. Christus ergo in iudiciū venit in hunc mundū, vt nō videntes videāt, & videntes cæci fiant, qa in peccatoribus non vident oculi qui meliores sunt, sed qui sensus carnis dicunt, & q cōsilio serpentis aperti sunt. Opus ergo Christi fuit, vt qui non vidēt meliorib⁹ oculis q̄ bona sunt, sed his q cōsilio serpētis aperti q̄ mala sunt, cæci fiant, & q cæci fuerint illis, quos serpēs aperuit, videant bona domini illis quos Iesus aperire venit. Nisi em̄ prꝰ claudaſ vius malor ū, nō patebit intuitus bonorū. Hinc quoq; dicit: Qui fecit videntē, & cæcū: Videntē. s. secm̄ spm̄ Christi, cęcū y ō secūdū cōsiliū serpētis. Apparet ergo Balaā (qa reuelati fuerant oculi eius dicere de semetipso) hō verē vidēs & dixit audiens verba fortis. Similiter aūt aliæ aures claudēdæ & aliæ aperiēdæ. Sed si quis hæc secundū historiā velit accipere pōt dicere, quia in eo q̄ vidit Balaā q̄ bonū est in cōspectu domini benedicere Israel, reuelati sunt oculi eiꝰ & factus homo verē vidēs. Vera em̄ vidit q̄ futura erāt Iacob vel Israeli. Et, Audiuit y̆ba fortis cū venit ad eū deꝰ, & dixit ei in sōnis: Verbū qđ dedero in ore tuo obserua vt loquaris. Et hoc erit visum dei qđ vidit in somnis, & ideo dicit, reuelatos oculos eius esse, quia potuit videre qđ vidit. e ¶ Cuius obturatus &c. Quia in somnis clausis corporeis oculis angelico ministerio hęc vidit. Oculos verō mentis parum habet apertos partim clausos, qui mysteria futura agnoscit, sed errorem non corrigit. Sic iniqui aliud scientia, aliud moribus agunt aliud ore, aliud opere ostendunt. ☞ Quàm pulchra

Iohā. 4. d.

Dan. c.

2 Cor. 4. d. Proucr. 6. d. Gen. 3. a.

Iohā. 9.

Ioā. 4. c.

C

¶ In ca. xxiij. vbi dicitur in posilla: Occurrit ei deus impediens p̄ dictum responsum.

tes per singulas aras.

ADDITIO

Cap. XXIIII.

a Vmq; vidisset Balaam quòd placeret domino, ut benediceret Israëli, nequaquam abiit, ut antè perrexerat, ut augurium quæreret, sed dirigens contra desertum vultum suum, & eleuans oculos vidit Israël in tentoriis commorantē per tribus suas, & irruente in se spiritu

b

c

a ¶ Quia vel amen est positum super cōr eorum, neque videnti neq; intelligenti.

d dei, assumpta parabola, ait: Dixit

a ¶ Vanus populus vel præcipitans eos.

b ¶ Impellentis. i. paraboli, qui ad peccatum impellit.

Balaam filius Beor: dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum dei, qui visionem omnipotētis intuitus est, q cadit, &

d

e

f

Quærendū occurrit: Cur deus impediebat maledictionē Balaā quā p dæmonē volebat facere: cū talis maledictio nō posset nocere populo nisi deꝰ p̄misisset, & sic erat omnino vana: & ex hoc magis notificaretur diuina potentia: qñ etiā maledicente diabolo cū suo p̄pheta ex hoc nihil possent facere cōtra populū dei: ex quo magis remanerēt confusi à vana expectatione sua: iusta illud Psal. Maledicent illi, tu aūt benedices qui insurgunt in me cōfundant̄ &c. Ad quod vidē dicendū q̄ deus nō permisit q̄ Balaam malediceret populo p̄pter duo. Primū est qa si Balaā maledixisset eis, Balac & Moabitæ cō fiderēt de tali maledictione & pugnarent cū populo. Dicebat enim Balac in p̄cedēti capitulo ipsi Balaā. Veni igit & maledic populo huic: quia fortior me est. Si quo modo possim pcutere & eijcere eū de terra mea. Noui enim q̄ sit maledictꝰ in quē maledicta cōgesseris: sed hoc erat cōtra dei dispositionē. q pro tūc nolebat q̄ filij Israel pugnarēt cū Moabitis. vnde infrà, Deut. ij. b. Nō pugnes cōtra Moabitas nec ineas aduersus eos p̄liū. Non enim dabo tibi quicq̄ de terra eorū: qa &c. Secundū est qa magis diuina potentia manifestabatur in hoc q̄ dæmones & eorū propheta non possent prorumpere verbum sine permissione diuina: q̄ si, p̄ferret maledictionē etiā si nō haberent effectū, vñ de Christo legit Luc. iij. f. q̄ non sinebat dæmonia loqui: & adhuc magis videtur manifestari diuina potentia quando dæmones seu eorum p̄pheta inuiti id qđ deus vult, manifestant: sicut Matt. viij. d. de Christo dicebāt: Venisti añ tēpus torq̄re nos. Et sic in p̄posito intēdebat deus q̄ Balaā q erat valde famosus in hmōi diuinationib⁹ dæmoniꝰ, p̄ferret nullā esse virtutē diuinationū & auguriorū: nisi q̄tū deꝰ p̄mittit: hoc em̄ videt magis redūdare in laudē diuinā p̄serti apud eos q de hmōi dæmonib⁹ cōfidebāt.

Quare deꝰ non permisit Balaā maledicere.

Pſal. 108. d.

Deut. 2. b.

Genes. 13. b.

Matt. 8. f.

Luc. 4. f.

D

NICO. DELY.

Cvmq; vidisset. Hīc describitur Balaā, vt coactus ad bñdicēdū populo Israel. Duabus aūt vicibus p̄cedentib⁹ licet fuerit p̄hibitꝰ maledicere & cōpulsus bñdicere, nō fuit permissus ire & q̄rere auguriū ad maledicēdū populo: sed hīc nō p̄missus fuit, sed statim post mutationē loci & oblationē sacrificij fuit cōpulsus bñdicere Israeli. Primò igitur describit benedictio, secūdē eiꝰ interruptio, ibi: Iratusq; Balac, tertiò eiꝰ resumptio, ibi: Sumpta igitur parabola. Circa primū dicit: a ¶ Cūq; vidisset. Hoc factū est ad ostendendū, q̄ absq; dei permissione nō solùm dæmones nō possunt dare respōsum hominib⁹, sed nec etiā homines possunt hoc quærere. b ¶ Vidit Israel in tentorijs commorantem. quia quælibet tribus erat distinctē & ordinatē posita, sicut dictū est suprà. ij. ca. c ¶ Et irruēte in se spiritu dei. i. spiritu prophetiæ qui p̄testatus est esse in aliquo cum malitia voluntatis, vt dictum est suprà. xxij. ca. d ¶ Dixit homo cuius obturatus est oculus. Vno modo exponit̄ de modo reuelationis quæ fiebat sibi à demonibus, quia fiebat cōmuniter in somno vel in auersione à sensibus, & tunc oculꝰ corporalis nō videt. Alio modo exponitur de modo reuelationis diuinæ sibi factæ, quia fiebat sibi ablq; gratia iustificante vt sic videret veritates p̄ alijs, tamen non videbat ad cōsecutionē vel promotionē p̄priæ salutis, & sic erat malitia excæcatꝰ. e ¶ Dixit auditor sermonum. non tamen factor. f ¶ Qui visionē omnipotentis intuitus est: inquātum fiebant sibi reuelationes à deo. g ¶ Quicadit & sic &c. per somnum vel auersionem à sensibus. h ¶ Et sic aperiuntur oculi eius: quia hoc modò

Diuiſio

→ fiebat

Moraliſt

Moraliter. a ¶ Cumq; vidisset &c. Per Balaā qui verā prophetiæ doctrinā habuit, & tñ malæ vitæ fuit, significat doctōr qui cūq; vel p̄dicator habens bonā & verā doctrinam, sed malā vitam, cuius doctrina alijs prodesi, sibi tamē obest. Luc. xij. f. Seruus qui cognouit voluntatē dñi sui, & non facit, vapulabit multis. s. plagis.

E ☞ a ¶ Quam pulchra. Origē. Alia litera. Quàm bonæ domus tuæ Iacob, & tabernacula tua Israel &c. Non terrenas domos laudat, quæ nō erāt apud eos p̄ter cæteras gētes. Sed ppſus diuiſus erat per tribus, tribus p̄ plebes, plebes per cognationes, cognationes per domos familiarū, domus per numerū hominū, & p̄ capita numerabāt: hoc eſt, omnis q̄ erat à viginti annis & ſuprà maſculus, q̄ ad bellū procedere poterat, hæc in ſpiritu præuidens extollebat. Nec ſolius literæ contumenda eſt ſententia, aſſumpta enim parabola loquitur. Si enim conſideres diuiſiones & ordines populorum qui in reſurrectione in vero Iſrael erunt, cùm quiſque reſurget in ordine ſuo, ſi poteris intueri tribus illas & cognationes in quibus non tā carnis & ſanguinis eſt cognatio q̄ mētis & animi, intelliges q̄ bonæ ſunt dom⁹ Iacob & tabernacula Iſrael. Eſt autē dom⁹ res fundata & ſtabilis, & certis terminis ſepta. Tabernacula verò eorū q̄ ſemp in via ſunt & ambulāt, nec itineris ſui terminū repererunt. Iacob ergo habendus eſt in eorū perſonis, q̄ in actibus p̄fecti ſunt: Iſrael verò ſunt qui ſapientiæ & ſcientiæ ſtudent. Quia ergo actuū exercitia certo fine clauduntur (Non enim ſine fine eſt operum perfectio) vbi impleuerit q̄s oīa quæ facere debuit, ipſa enim operum p̄fectio bona domus dicitur. Eorum verò qui ſapientiæ & ſcientiæ ſtudent (quia nullus finis eſt. Quis enim finis & terminus ſapientiæ dei erit? Quantò enim amplius quis acceſſerit, tantò profundiora inueniet: incomprehenſibilis eſt enim ſapientia dei) eorum domos non laudat, quia non peruenerunt ad finem. Sed tabernacula miratur, in quibus ambulant, & ſemper proficiūt, & quantò proficiūt, tantò p̄ficiendi via augetur, & in immēſum tendit: ideo tabernacula nominat. Si quis autē ſcientiæ cepit aliquos profectus & aliqd experimenti, ſcit quia vbi ad aliquam venerit theoricam & agnitionem ſpiritualium, ibi anima quaſi in tabernaculo moratur. Cùm ergo ex his quæ reperit, alia rimatur, & ad alios proficit intellectus, quaſi eleuato tabernaculo tendit ad ſuperiora, & ibi collocat animi ſedem ſenſuum ſtabilitate confixam, deinde ex ipſis alios intuenit ſpiritales ſenſus, quos priorum ſenſuum conſequentia patefacit, ſta

F ſemper ad priora ſe extendens tabernaculis incedit. Nunquā eſt eīn quando anima ſcientiæ igniculo ſuccenſa otiari poſſit & quieſcere, ſed ſemper à bonis ad meliora, & à melioribus ad ſuperiora prouocatur. Hoc ergo iter ſapientiæ dei grandi & multo decore ſcripſit, dicens, vt nemora vmbrantia, vt paradiſi ſuper flumina &c.

b ¶ Vt valles nemoroſæ. Orig. Alij, nemora vmbrātia: Qui iter ſapientiæ dei incedunt, nemora ſunt eis vmbrantia omnis coetus iuſtorum & chorus prophetarum. Sub vmbra enim ſenſuum quos apud eos ſcriptos inueniunt, refrigerantur animæ eorū, & in doctrina eorū quaſi incedentes per opaca nemorum delectantur.

c ¶ Vt horti iuxta fluuios irrigui. Idem. Alia litera. Et ſicut paradiſi ſuper flumina. Inueniunt iſti paradiſos ſuper flumina ſimiles illi in quo lignum vitæ eſt. Sunt autem flumina ſcripturę euāgelicę vel apoſtolicę, vel cæleſtium virtutum erga huiuſmodi animas adiutoria. Rigantur enim ab illis & inundantur, & ad omnē ſcientiam & agnitionem cęleſtium nutriuntur. Quamuis eīn Chriſtus fluuius ſit qui ęcclęſiam ciuitatem dei, & ſpiritusſanctus, non ſolùm ipſe fluuius eſt, ſed & his quibus datū eſt vt flumina de ventre eorum procedant. Pater quoque dicit. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Ex quo ſcilicet fonte flumina iſta procedunt. His fluminibus inundata tabernacula Iſrael, fiunt ſicut tabernacula quę fixit dominus. Tabernacula ergo tabernaculis comparat. Poſſumus enim dicere domos Iacob eſſe legem, & tabernacula Iſrael prophetas. Non enim ipſum Iacob, ſed domos eius laudat, nec Iſrael ſed tabernacula eius, cùm reuelati fuerint oculi eius. Quandiu enim velamen poſitum eſt ſuper lectionem legis & prophetarum, nō videntur bona tabernacula, nec laudabiles domus. Sed cùm intelligitur quia ſpiritalis lex eſt & prophetæ, amota litera quę occidit, & percepto ſpiritu qui viuificat. Videntur etiam credentis populi de gentibus cōgregati corpora ſimul laudari & animę, & dom⁹ Iacob de corporibus dicaſ, ſicut in quodā libello legitur, q̄ Iacob domus ſit Iſrael, id eſt corpus eius Iacob dicatur, & anima Iſrael. Iacob ergo corpus laudabile eſt in continentia & caſtitate. Tabernacula verò Iſrael animæ perfectę, quibus conuenit nomen Iſrael à videndo deum. Iſta ergo tabernacula ſunt ſicut tabernacula quę fixit deus. Illa. ſ. quę oſtendit Moyſi, cùm tabernaculum conſtrue-

ret dicens; Vide omnia facias ſecundū typū qui oſtenſus eſt tibi in monte. Ad horum imitationem debet Iſrael facere tabernaculum, & quiſq̄ noſtrum. Hinc videtur contigiſſe vt Petrus & Andreas & filij Zebedæi arte piſcatores inuenirentur. Paulus verò faber tabernaculorum, & illi mutantur in piſcatores hominum, & Paulus per Chriſtum vocatus apoſtolus, ſimili artis ſuæ trāſformatione ad cæleſtia tabernacula cōſtituēda tranſferī. Tabernacula enim facit docens viā ſalutis, & beatarū in cęleſtibus manſionū, & ab Ieruſalem vſq̄ ad Illyricum eccleſias cōſtruit. Facit autē tabernacula ad ſimilitudinem eorū quæ in monte oſtendit deus Moyſi. Sed vnusq̄ſq̄ qui de AEgypto exiuit, & habitat in deſerto, in tabernaculo debet habitare, & diem feſtū agere. Sicut enim commemoratio fit egreſſionis ex AEgypto per paſcha & azyma, ita cōmemorationis in deſerto fit memoria per tabernacula. In tabernaculis enim habitauerūt patres noſtri in deſerto. Hæc oportet fieri ex verbis legis & prophetarum & pſalmorum. Cùm enim ex his quæ ſcripta ſunt profi cit anima, & quæ retrò ſunt obliuiſcens ad anteriora ſe extendit, & ex augmento virtutum & imitatione profectuum in tabernaculo meritò dicitur habitare.

d ¶ Cedri. Dei ſcilicet, quæ ſuſcipiunt palmites vitis de AEgypto tranſlatæ. In quibus requieſcet ille fructus, cuius vmbra operuit montes.

e ¶ Et ſemen illius erit &c. Idem. Alia litera. Exibit homo de ſemine eius, & dominabitur gentibus multis & exaltabitur Gog regnum eius. Deus deduxit eīn ex AEgypto. Sicut gloria vnicornis &c. Chriſtus exiit de ſemine Iſrael ſecundum carnem, qui dominatur in gentib⁹. vnde: Pete à me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam &c. Gog interpretatur ſup tecta: Et hîc non pro gente ponitur vt putatur, ſed vt in multis ipſe ſermo Hebræus non interpretatus relictus eſt. Eſt enim ſermonis conſequentia talis, & exaltabitur ſuper tecta regnum eius &c.

Exaltari autem ſuper tecta de perfectione credentium dicitur, creſcere autem de multitudine. In his ergo qui perfecti ſunt, ſup tecta exaltaſ regnū Chriſti, id eſt ſuper eos qui in ſupernis ſunt. Sunt eīn fortè aliqui in cæleſtibus, qui rebus aliquibus plus proficiunt, & altius exaltātur hi qui in regno Chriſti ſunt. vnde: Qui in tecto eſt, non deſcendat aliquid tollere de domo. Qui enim ad excelſam perfectionem venerunt, non debent ad huius mundi (qui domus appellatur) humilis deſcendere. Et alibi: Quod auditis in aure prędicate ſuper tecta. Creſcit autem regnum eius dum multiplicatur eccleſiæ numerus (vſquequo ponat pater inimicos omnes ſub pedibus eius,) & nouiſſimum inimicum deſtruat mortem.

☞ Eduxit illum de

Nico. de Lyra.

fiebat ſibi reuelatio dæmonis communiter, vt dictum eſt. Alio modo exponitur de reuelatione diuina. Qui cadit per malitiā voluptatis. Et ſic aperiunt oculi eius, ga hoc mō fiebat ſibi reuelatio ſabſq̄ gratia iuſtificante.

a ¶ Quam pulchra ta. i. bene ordinata.

b ¶ Vt valles nemoroſe, vt horti iuxta. i. delectabilia ad habitandum.

c ¶ Vt tabernaculę quę. quia tabernaculū fœderis vbi erat habitatio diuina, erat in medio, & tentoria Iſrael in circuitu poſita, vt viſum eſt ſuprà. ij. ca. &. iij.

d ¶ Quaſi cedri prope. Per hoc deſignatur proſperitas populi Iſrael, vel ſecundum alios hoc refertur ad templum poſtea factum à Salomone de lignis cedrinis, vt habetur. iij. Re. v.

e ¶ Fluet aqua de ſitula eius. Per ſitulam quę eſt inſtrumētum hauriendi aquam de puteo & effundēdi ad vſum humanum, intelligitur ſtudium legis & prophetarum, quod viguit in Ieruſalem circa templum, p̄ qđ ſtudium hauriebātur aquæ ſapientiæ de puteo ſacrę ſcripturæ, & effundebantur docendo populum, ſecundum qđ dicitur Eſa. xij. a. De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem.

f ¶ Tollet propter Agag rex eius. In hoc prophetat de Saule rege Iſrael, qui nō impleuit p̄ceptum domini de delectiōe Amalec, ſed cepit Agag regem Amalec viuum, & de ſpoliis meliora ſeruauit. ideo fuit reprobatus à regno, vt habetur. j. Reg. xv.

g ¶ Et auferetur regnum illius. ga tranſlatū fuit de domo Saul ad domū Dauid. Ra. Da. aliter exponit dicens, q̄ hic eſt textus. Altior Agag rex ei⁹. i. primus rex Iſrael capiet Agag, & hoc fecit Saul. Et eleuabitur regnum eius. ſ. regnū Iſrael, quod fuit poſtea valde eleuatū tēpore Dauid & Salomonis.

Deus eduxit

a ſic aperiuntur oculi eius. Quàm
a ¶ Horum ſcilicet qui ſemper ambulant, nec itineris certum terminum reperiunt.
b ¶ Qui in actu & opere perfectus eſt.
pulchra tabernacula tua Iacob, &
a ¶ Qui ſapientiæ & ſcientiæ ſtudent.
b tentoria tua Iſrael, ut † ualles nemoro/
a ¶ His ſimilis tabernacula Iſrael inundata ſunt ſicut illa quæ fixit dominus.
c ſæ, ut horti iuxta fluuios irrigui, ut ta
a ¶ De quibus dicitur, vt recipiant vos in eterna tabernacula. Luxvj.b. b ¶ Quia non circumferuntur omni vento doctrinæ.
bernacula quæ fixit dominus, quaſi
a ¶ Angeli. b ¶ Iuxta. c ¶ Diuinam ſapientiam. d ¶ Populi multi ad doctrina.
d cedri propè aquas. Fluet aquā de ſi
a ¶ Gente vel primitiua ecclesia.
e tulā eius, & ſemen illius erit in aquas
a ¶ A regno ſcilicet b ¶ Regem ſcilicet Amalecitarum cui pepercit. c ¶ Saul.
multas. † Tollletur propter Agag rex
eius, & † auferetur regnum illius.

1. Cor. 15. c. Allegoricè

† Exaltabit magis quā Agag † eleuabit

Studentiū ſapientiæ nullus finis.

Moraliter

Myſticè

Ioh. 7. f. Hiere. 2. c.

Domus Iacob & tabernacula Iacob

2. Cor. 3. d.

2. Cor. 3. b.

Matt. 24. Act. 2. Rom. 15. c. Ezo. 37. d. † torrentes i longū tractu deuies

Leui. 23. g.

Phil. 3. c.

Ro. 9. a. Psal. 2. d.

H

Matt. 24. b

Matt. 10. c

1. Cor. 15. d

a Deus eduxit illum de Ægypto,
b cuius fortitudo similis est rhinocerotis. †Deuorabunt gentes hostes illius, ossaq; eorum †confrin
a ¶Fictum de passione Christi prophetat Balaam.
d e gent, & †perforabunt sagittis. Ac
a ¶Cum in cruce positus principatus & potestates triumphauit. ¶Christus ut leo, in perfectis, catulus leonis in paruulis.
cubans dormiuit ut leo, & quasi
a ¶Christus catulus, cum resurrexit a sumo morte.
f leæna, quam suscitare nullus au-
g debit. Qui benedixerit tibi, erit &
h ipse benedictus, qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur.
¶Quarta prophetia.
Iratusq; Balac contra Balaam,
a ¶Similia in superiori præfatione præmissa sunt.
complosis manibus ait. Ad male dicendum inimicis meis uocauite, quibus econtrario tertio bene dixisti. †Reuertere ad locu tuum. Decreueram quidem magnifice
i honorare te, sed dominus priuauit te †honore dispositio. Respondit Balaã ad Balac: †Nonne nuntiis tuis quos misisti ad me dixi, si
k dederit mihi Balac plenã domũ suam argenti & auri, non potero præterire sermonem domini dei mei, ut uel boni quid uel mali proferam ex corde meo, sed qcquid dominus dixerit, hoc loquar? Ve
l runtamen pergens ad populum meum dabo tibi consilium, quid populus tuus populo huic faciat

sed ait: quid facturus sit hic populꝰ populo tuo in nouissimis diebus. Cùm videretur conuenientius dicit: Veni, propheto tibi quid facturus sit populus hic populo tuo, & esset consequentia, vt videretur Balaã prophetare de his quæ populus Israelis facturus esset populo Balac vel cæteris gentibus, vt non relinqueret ex vrbibus Moab vllum saluum. Hæc prophetia quoq; quam de Christo coniungit, & dicit: Orietur stella ex Iacob &c. conuenienter posita videretur, si diceret: veni & propheto tibi. Sic ergo intelligendum est: Consilium do tibi, diuinum scilicet, quod in nouissimis diebus implendum est, mihi nunc reuelatum, aperio tibi & manifesto, vt scias quid populus hic faciat populo tuo, hoc est, cõsilium dei tibi manifesto. Similiter etiam intelligendũ puto, quod Apostolus ait: Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Hic enim quis, non pro nullo, sed pro raro & pro eximio habetur. Cognouit enim filius sensum dei qui dicit: Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Quæ scit ergo pater, scit & filius, & consilium eius & sensum. Spiritus quoq; qui scrutatur alta dei sensum eius agnoscit. Filius ergo qui agnoscit sensum dei, consiliarius eius est, non quia ignoranti quid agat consilium det filius aut spiritꝰ, sed quod cõsilij & voluntatis eiꝰ & particeps & sciens est. Balaam ergo ga consiliũ quod reuelauerat ei deus, participem faciebat Balac, ait: Veni consilium do tibi, tanquam qui verè videns sit, & verè audierit.

¶ Dixit Balaam

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Deus eduxit illum &c. exponaꝫ sicut cap. præcedenti. b ¶ Deuorabunt gentes hostes illius, id est Israelis & ligẽtes, est accusatiui casus, hoc est dictum, Hebraei perfectè triumphabunt de aduersarijs; & hoc patet per literam Hebraicam q̃ planior est, quæ sic habet: Deuorabit scilicet Israel gentes hostes suos, & ossa eorum corrodet, id est fortitudinem earum destruet. c ¶ Accubans dormiuit, id est dormiet, & ponit hîc p̃teritum pro futuro propter certitudinẽ ꝓphetiæ. & designatur in hoc securitas populi in terra sibi promissa, aduersarijs debellatis: ideo subditur: Quasi leæna, sequitur: d ¶ Quam suscitare nullus audebit: quãdiu enim in vero cultu dei perstiterũt, habitauerunt in terra Israel confidenter. e ¶ Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus, qui maledixerit. quasi diceret, tanta erit opinio bonitatis huius populi, q̃ benedicentes ei reputabuntur benedicti, & maledicentes maledicti. f ¶ Iratusq; Balac. Hîc ponitur benedictionis interruptio per Balac ipsum reprehendentem. & patet litera vsque ibi: g ¶ Veruntamen pergens ad populum meum dabo tibi consilium, quid populus tuus populo huic faciat &c. Sciebat enim Balaam, q̃ quãdiu spiritus dei ipsum moueret ad loquendum, non posset populo Israel maledicere, sed cogitabat q̃ in recessu de terra illa, huiusmodi spiritus ab eo recederet, & tunc permitteretur agere & loq secũm malã voluntatẽ suã, & tunc daret ipsi Balac consilium cõtra filios Israel, qđ & factum est, vt habebit in principio sequentis cap.

Sumpta

¶ g ¶ Veruntamen pergens ad populũ meum dabo tibi. Per hoc autem, q̃ Balaam prohibitus est à deo maledicere populo Israel, tamen contra eum dedit consilium pessimum, per qđ fuit tractus ad fornicationem corporalem, & etiam spiritualem. Idolatriam: significati fuerunt hæretici necromantici & consimiles, qui timore pœnæ corporalis impediuntur suam docere doctrinã pessimã in publico, sed eã docent in suis cõuenticulis in occulto. Item p hoc q̃ Balaã filios Israel debellare nõ potuit p dæmones, & tñ eos cõfudit & afflixit p mulieres: ostenditur nobis q̃tũ horrenda est familiaritas mulierũ atq; fugienda. Eccl. vij. d. Inueni mulierem morte amariorem, q̃ laqueus venatorij est, sagena cor eius, vincula sunt manus illius: qui autem placet deo, effugiet eam.

A Osee.12. ¶ a ¶ Eduxit illum de. Deus eduxit eum ex Aegypto post mortẽ scilicet Herodis. Vñ: Ex Aegypto vocaui filiũ. Qđ ex hoc loco videtur assumptum & euãgelio inceptũ, vel de Osee propheta. ¶ Post mortem Herodis, vel de seculo eduxit illum pater ad semet ipsum, vt viã faceret eis, qui de hoc mundo ascensuri erãt ad deum.

b ¶ Cuius fortitudo similis &c. Omnia enim dæmonum regna deijciens, vnũ suum regnum quasi verè vnicornis fundauit in gloria; cornu enim regnum significat.

†Cõsumet sibi deus

c ¶ Deuora. gentes &c. Edet gentes inimicorum suorum, & crassitudines illorum medullabit &c. Gentes. s. quas inimici sui possidebãt, ipse edet destructa virtute inimici, & crassitudines eorum medullabit, cũ de his sensum crassum & carnalem extenuabit, & conuertet ad intelligentiam spiritualem. Crassitudo autem in malo ponitur, secundum illud: Incrassatum est cor populi huius. Satiatus est, & incrassatus est & recalcitrauit dilectus. Edit ergo gentes & cibum habet eos qui credunt in se. vnde: Meus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, cuius vtiq; voluntas erat, vt gentes cõuerterentur ad fidem. Quòd si superius docuimus, crassitudo culpabilis habetur: econtrario subtilitas laudabilis est, quia & spiritus sapientiæ, qui intelligibilis & sanctus est, & vnus & multiplex dicitur & subtilis.

†cõteret

Crassitudo mala Esaie.6.c. sed.m.l.xx. Deu.32.b. Ioh.4.d.

Subtilitas laudabilis Sap.7.c.

d ¶ Et perforabunt sagittis. Lxx. Et in oculis suis sagittabunt inimicum. Christus enim verbis suis vicit diabolum, & omnes contradicentes superat & confringit: ois enim qui peccat, inimicus eius est dum peccat. Si autem verbis dei confixus peccata sua agnoscens compungatur, & ad pœnitẽtiam conuersus, iaculis eius confixus dicit.

Mysticè †Fuge Matt. 4.b.

e ¶ Accubans dormiuit vt leo &c. Si intellexisti quantã requiem habeat iter sapientiæ, q̃tum gratiæ, q̃tũq; dulcedinis, noli dissimulare, noli negligere, aggredere iter, nec eremi solitudinem perhorrescas: habitãti enim in huiusmodi tabernaculis occurrit manna cæleste, & angelorum panẽ manducabis. Incipe tantùm citò, in consortium tuum venient angeli quos significant cedri.

†gloria

Esa.46.d.

f ¶ Quam suscitare nullus audebit. Lxx. Quis suscitabit eum? Nunc enim à patre suscitatus dicitur: Nunc ipse templum corporis sui suscitare se dicit, ideo quasi pcontantis significatur affectꝰ.

Moraliter B

Ioh.2.b.

g ¶ Qui be. Qui benedicunt, Christo benedicunt in communionem paternæ benedictionis assumpti. Qui autem maledicunt, maledicti sunt.

Bñdicere Christo

Iudæi qui maledixerunt Christo, lachrymabiliter maledicti sunt. Quid enim posset illis euenire, qui maledicunt sapientiæ & veritati & vitæ, nisi vt ab his omnibus exules iceãt? Hæc eñ omnia Christus est.

Ioh.9.c.

h ¶ Qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Iratusq; Balac contra. Origen. Ego puto q̃ nõ solùm maledicit Christo, qui sermonem aduersus eum profert maledictum: sed etiam qui sub nomine Christiani malè agit, turpiter vivit, & inhonestis verbis aut factis nomen eius facit blasphemari. Sicut non solùm deum benedicit, qui sermonibus solis sed actibus vita & moribus facit nomen dei benedici.

Maledicere Christo

i ¶ Dominus priuauit te honore dispositio. Respondit Balaã ad Ba. Ostẽdit dominus quia etiam Balac intellexit non tam dæmonum ministerio decipi Balaam, sed dei virtute ad meliora trãsferri.

k ¶ Nõ potero præterire sermonem domini dei mei, vt vel bo. Sciens Balaam, q̃ non sibi per ministros solitos responsa deferrentur, sed ab eo qui habet omnium potestatem, rectè videtur protestatus se non posse præterire verbum domini, vel proferre aliquid boni vel mali ex ore suo. Qui enim loquitur, non potest sacrificijs vel muneribus pmutari, apud quẽ non est transmutatio. & ideo nõ potest sacerdos mercede mutari, vbi deus muneribus non mouet. Discessurus tamen Balaã incipit iterũ prophetare. Et dicit: Consilium do tibi &c.

Consilium Balaam

l ¶ Dabo tibi consilium. Orige. Veni cõsiliũ do tibi quid faciat populus hic populo tuo in nouissimis diebus. Et assumpta parabola sua ait &cætera. Velim requirere quis sit hic sensus vel ordo verborum? Consilium enim dare nõ videtur, sed ait

Moralit

E Scire scientiam excelsi

Roma.9.c. Isti enim generationes animæ ex spiritu sancto generatę priusq; faciãt aliquid boni, diliguntur. Si verò ex spiritu maligno prius quã impleãt aliquid mali, hoc ipso quòd hmõi voluntatẽ peperit anima, digné odio habetur malè voluntatis execrãda conceptio. Ideo forsitan & Chanaan puer antequam nasceretur maledicitur, quia peccauerat pater eius. Et prophetãs Noe, quòd vnicuiq; filiorũ suorum optima quęq; signaret, vbi ad Chan ventum est: Maledictus, inquit, Chanaan puer. vnde: Filia Babylonis misera, beatus qui retribuit tibi retribu. tuam, quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Et si nondum aliquid operis gesserit in nobis Babylonius conceptus, dum paruulus est non miserearis statim interfice: odibilis enim est: elide ad petram ne crescat, ne augeantur opera confusionis in eo. Petra Christus est, in conspectu tremendi iudicij eius posita pereat hæc soboles. Hæc dicta sunt de generali fornicatione, cuius species est corporalis fornicatio. Hinc Paulus ait: Qui se iungit deo vnus spiritus est, & qui se iungit meretrici, vnum corpus est. Quasi omnis anima aut domino coniuncta est aut meretrici. Dominum autem dixit virtutes quæ Christus est, id est verbum, sapientiam, virturem, iustitiam & huiusmodi. Meretricem verò omnes malitiæ species. vnde: Mulier occurrit ei habens speciem meretricis, quæ iuuenum facit auolare corda. Hæc meretrix malitia est, qui se iungit huic meretrici, vnum corpus malitiæ efficitur. Sicut ergo qui se iungit domino iungit se sapientiæ, iustitiæ, pietati & veritati, & cum omnibus vnus efficitur spiritus, ita qui se iungit huic meretrici, iungit se impudicitiæ, iniquitati, mendacio & omnibus malis, cum quibus vnum corpus efficitur. a ☾ Comederunt. Quasi etiam de his quæ immolata sunt idolis comedunt, quę execrabilia sunt apud deum. Quis enim consensus templo dei cum idolis? ☾ Orige. Ait apostolus: Si quis viderit scientiam habentem in idolio recumbere: nonne scientia eius cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolatica? Vbi videtur non tam rem ipsam grauem pronuntiare, quã illius offensam qui hæc videns ad idem prouocatur, cùm non simili scientia muniat, vt non tam sui quàm alterius sit reus. Fortè studio si literarum Græcarum homines, & adamatores philosophiæ desiderio adhuc studiorum veterum tenebantur, & philosophorum dogmata quasi idolis immolata edebant. Quæ fortasse non lædebant eos qui scientiam veritatis acceperant. Sed minus in Christo eruditi, si imitantes talia legerent, vulnerari poterant. Quia ergo charitas non quærit quod vtile est sibi: sed quod multis, talem verbi cibum capiamus, qui non solùm nos ædificet & delectet, sed etiam videntes non offendat. Est ergo non solùm in cibis idolis immolatum, sed & in verbis. Omnis sermo qui pietatem, iustitiam, & veritatem docet, deo immolatus est. Qui autem impudicitiam, iniustitiam, impietatem, idolis, & qui eum recipit, idolis immolata manducat. b ☾ Et adorauerunt deos earum. Nota ordinem: Malos seruos primò concupiscentia decipit, inde ingluuies, postremò captiuat impietas, cuius mercedes exoluitur fornicatio. ☾ Origeñ. Salomon cùm esset sapientissimus multis mulieribus inclinauit latera, ideo deceptus est: Ego tamen non puto quòd multæ mulieres multa dogmata non nominentur, quæ singula cùm vir sapientissimus scrutari & agnoscere voluisset, intra legis diuinæ regulam tenere se non potuit. Decepit eum Moabitica philosophia, vt idolo Moabitico immolaret, & Ammonitarum & reliquarum gentium, quarum mulieres dicitur recepisse, templa ædificasse, idolis immolasse. Grande opus est tot dogmatibus quasi mulieribus miseri, nec à veritate declinare, sed constanter dicere: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus, vna tamen est columba mea. c ☾ Initiatus est Israël Beelphegor: Et iratus dominus dixit ad Moysen: Consecratus est scilicet mysterijs idoli, quòd apud Madianitas præcipuè à mulieribus colit, & est species turpitudinis, sed scriptũ vix reperiẽs q; vt qualis sit vel cui? formæ, fortè ne auditorẽ polluat. Cũ ergo multę sint turpitudinis species vna Beelphegor dicitur. Omnis ergo qui turpe aliquid cõmittit, in aliqua turpitudinis specie Beelphegor consecratur. ☾ Origen. Et initiatus est Beelphegor &c. Per omnia peccata quæ committimus, maximè si nõ ex surreptione aliqua sed studio peccamus, illi dæmoni cui curæ est quod admittimus, consecramur. Et fortè tot dæmonibus consecramur quot peccata committimus, & mysteria idoli illius vel illius suscipimus. vnde: Iam enim mysterium operatur iniquitatis. Circumeuntes ergo quærunt quomodo vnumquenque mysteriis suis consecrent. Si senseris malignum spiritum loqui in corde tuo, vt te ducat ad aliquod opus peccati: Intellige quia vult te obsecrare alicui dæmoni vt suscipias mysteria diaboli. Adest econtra vnicuiq; nostrum angelus bonus qui regat, moneat, qui pro actibus nostris corrigendis & miserationibus exposcendis quotidie videat faciem dei. Et secundum Apocalypsim Iohannis, vnicuiq; ecclesiæ generaliter angelus præest, qui vel collaudatur pro bene gestis populi, vel pro delictis culpatur. In quo stupendi mysterij admiratione promoueor, quòd tanta cura deo est de nobis, vt etiam angelos suos culpari pro nobis & confutari patiatur. Sicut cùm prædagogo traditur puer, si minus dignis imbutus appareat disciplinis, culpa ad prædagogum refertur, nec ita puer à patre vt prædagogus arguitur, nisi durus & lasciuus, & proteruus prædagogi salutaria monita spreuerit. Quid autem illi animæ fiat, docet propheta dicens: Derelinquetur filia Sion sicut tabernaculum in vinea &cæte. Sui enim arbitrij est anima, & ideo iustum dei iudicium est, quia sponte sua vel bonis vel malis monitoribus paret. Maior autem curæ humanæ salutis deo est, quàm diabolo perditionis. Quasi enim non sufficiat angelorum diligentia contra dæmonum, & eos qui ad peccandum trahunt insidias. Ipse vnigenitus dei adest, defendit, custodit, & nos ad se trahit. vnde: Vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Nec sufficit esse nobiscum, vim nobis facit, & ad salutem trahit. vnde: Omnia traham ad meipsum. Vides quomodo non solùm volentes, sed etiam cunctantes trahit. vnde: Volenti sepeliri patrem suum nec spatium temporis dedit, sed ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos &cæte. Pater etiam nos trahit. vnde: Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum, qui seruis suis dicit: Quoscunq; inueneritis, compellite intrare. Sanctus quoq; spiritus ait: Separate mihi Saulum & Barnabam &cæte. Prohibet etiam Paulum ire in Asiam, & cogit ire Ierosolymam, prædicens quia vincula & carceres maneant eum ibi. d ☾ Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Origeñ. Fortassis referuntur hæc ad angelos: Veniens enim ad iudicium nobiscum, & stabunt ante solem iustitiæ, ne fortè aliquid causæ ex ipsis fuerit quòd deliquimus ne fortè minus operis exponderint, ne nos à peccatis reuocarent. vnde in Apocalypsi: Habeo aliquid aduersum te quòd habes ibi tenentes doctrinam Balaam, & huiusmodi. Si enim mercedem sperat angelus, qui nos consignatos accepit à deo pro his quæ bene gessimus, timet etiam culpari pro malè gestis. Et ideo ostentari dicuntur contra solem, vt appareat quorum culpa commissa sunt peccata per quæ Beelphegor vel cuilibet idolo pro qualitate peccati consecramur. Quòd si princeps, id est cuiq; angelus consignatus non defuit, sed de bonis commonuit, & locutus est in corde meo: in eo duntaxat in quo me conscientia reuocat à peccato, & ego spreris eius monitis & conscientiæ retinaculo in peccatis prorupi, duplicabitur mihi pœna pro contemptu monitoris & facinoris commissi, ne mireris si angeli veniant cum hominibus ad iudicium. Ipse enim dominus ad iudicium veniet cum

☞ principibus populi

a ☾ Consecrati sunt scilicet idolis gentium. b ☾ Non solum manducauerunt.

a ☾ Quia arguit eos sic negligentes & desides.

b ☾ Quem nihil latet. c ☾ Palam scilicet vt omnibus sint exemplum.

Nicolaus de Lyra.

a ☾ Initiatusq; est Israel Beelphegor. id est applicatus est siue coniunctus cultui illius idoli. b ☾ Et iratus dominus ad Moysen: Hîc consequenter ponitur huius transgressionis punitio. Et primò in generali, secundò in speciali. ibi: Et ecce vnus, Circa primum dicitur: c ☾ Tolle cunctos principes populi. Dicunt expositores nostri, quòd punitio primò facta est in principibus per suspensionem, quia aliqui erant culpabiles in transgressione idolatrando, & alios subditos reprimere negligendo. Rab. Sal. aliter exponit dicens: Tolle cunctos principes populi, id est congrega eos vt iudicent & puniant transgressionem prædictam. d ☾ Et suspende eos. scilicet qui inuenientur culpabiles, & hoc vltimum non refertur ad principes. e ☾ Contra solem in patibulis, vt auertatur &c. vt pœna sit publica sicut & peccatũ, & ad terrorẽ aliorũ, & dictũ Ra. Sal. consonare videt huic quod subditur:

C 2. Tess. 2. b. Angel⁹ bonus adest vnicuiq;. Apoc. 2. a. † coram dño Esa. 1. c. Matt. 28. d. Ioh. 12. c. Luc. 9. g. D Ioh. 6. c. Luc. 14. c. Act. 13. c. Act. 20. c. Tropolo. Apoc. 2. d. Esa. 5. e. Diuisio

E ☞ principibus populi sui. Ostendant ergo principes & si in illis culpa est, desinit ira dei à populo. Debemus ergo magis esse solliciti, scientes, q̃ non solũ ꝓ actibus nostris stabimus ante tribunal domini, sed & angeli tanquam principes & duces nostri. vnde: Obedite
1.Cori.5.b. præpositis vestris, ipsi enim perui gilant rationẽ reddituri pro aniHebr.13.c. mabus vestris. ¶ Origen. Populus peccat & principes ostentantur contra solem ad
Eph.5.c. examinãdum, vt arguantur à luce. Non enim tantũ pro suis arguunt delictis, pro
† Exo.32.f. populo enim coguntur principes reddere rationem, nè forte non docuerint, non monuerint, non sollicitè arguerint eos qui primũ peccauerunt, ne contagio dispergeretur in populos. In ipsos enim conuertetur ira dei, & cessabit à populo. Hæc si cogitarent homines, principatus non ambirent: sufficit cuiq̃ pro peccatis propriis argui
† 1.Ma 2.c. & reddere rationem. Qui necesse est pro
2.q.7.c.nos peccatis populi ostentari contra solem, ante quem nihil potest abscondi, nihil obscusi in fi. rari? ¶ Augustinus. Et dixit dominus ad
August. Moysen: Accipe duces populi, & ostenta eos domino contra solem, & auferetur ira animaduersionis domini ab Israël. Iratus dominus de fornicationibus Israël carnalibus scilicet, & spiritualibus (nam & filiabus Moab se miscuerant, & idolis fuerant consecrati) dixit Moysi, vt ostentaret domino duces populi contra solem. In quo verbo intelligitur iussisse crucifigi, vt hoc sit ostentare eos domino cõtra solem, id est palam in conspicuo huius lucis. Nam Græcus ait παραδειγματισον, quod dici possit exempla, quia παράδειγμα exemplum dicit. Nã Aquila dixit. Cõfige, vel potius fige, q̃d est ἀνασταύρωσον. Simmachus aũt suspẽde. Sed mirũ est q̃ scriptura desijt narrare vtrũ hoc fuerit ex præcepto
F dñi impletũ, q̃d contemni potuisse nõ video: aut si cõtemptum est, impunè cõtemni. Si aũt factum est & tacitum, cur ex eo q̃d Phinees transfixit adulteros placatum fuisse dominũ scriptura dicit plagãq̃ cessasse? Quasi crucifixis ducibus sicut præceperat dominus, adhuc indignatio perseuerans alio modo placanda videretur, cùm falsum esse non posset q̃d pronuntiauerat dicens: Auertetur ira animaduersionis domini ab Israël. Si ergo factũ erat, quis dubitet iram fuisse auersam? Quid ergo opus erat, vt Phinees ad placandum deum in adulteros vindicaret, & scriptura
Deu.17.a. perhiberet quòd sic placauerit dominum? Nisi fortè intelligamus, cùm illud quòd præceperat dominus de ducibus populi Moyses implere disponeret, voluisse eum etiam secundum legem talia punire flagitia: vt iuberet vnunquẽq̃ interficere proximum suũ diis alienis consecratum, & interea illud Phinees faceret, & sic ira dei iam placata, non opus fuisse duces populi crucifigi. Hæc sanè sgueritas illi tempori congrua, quãtum malum sit fornicationis & idolatriæ prudentium fidei satis euidenter ostendit. a ¶ Quod cum vidisset Phinees. Orige. Hæc ędificauerunt priorem populum, tibi
Moraliter autem qui à Christo redemptus es, cui de manibus gladius corporalis ablatus est, & datus est gladius spiritus, arripe hunc gladium.
Eph.6.c. Et si vides Israëlicum sensum cum Madianitis scortantem meretricibus, id est cum diabolicis cogitationibus voluntatem: ne parcas, ne dissimules, statim percute, peccatum perime: ipsam quoq̃ vuluam, id est secreta naturæ discutiens & penetrans ipsum fomitem peccandi reseca, ne vltrà concipiat & generet, & maledicta peccatorum soboles Israëlitica castra contaminet: sic enim sedabis iram dei. Prgueniſti enim diẽ iudicij, q̃ dies iræ dicit & furoris. Et exterminato fomite peccati q hîc vulua mulieris appellat, ad iudicium venies securus. Oremꝰ ergo vt inueniamꝰ semp paratũ istũ gladiũ spiritus, per quẽ exterminent ipa semina & cõcepta culpa, & ꝓpitius nobis fiat deus ꝓ verũ Phinẽ dominum nostrũ Iesum Christum. b ¶ Arrepto pugione. significat per crucem Christi nõ solũ idolatriam, sed & omnẽ carnis affectũ vel concupiscentiã perimi, & sic deum placari. c ¶ Occisi sunt viginti quatuor milia. Quia lumen veritatis & iustitię relinquentes, cæcitatem idolatriæ & fornicationis amauerunt, solis æterni lumine priuati, mortis tenebras incurrunt. Visibilis enim sol viginti quatuor horis orbem G illustrat, & suo ambitu noctis tenebras fugat, sic & Christus ad fugandas peccati tenebras per apostolos & prophetas mundum illustrat. d ¶ Pactum sacerdotij. Quisquis zelo dei compunctus carnis stimulos contemnit, comprimit, vel subiectos ne lasciuiant corrigit, sempiternum sacerdotiũ acquirit, pertinens ad eundem, de quo dicitur: tu es sa- Psal.109.a.
cerdos in ęternum scꝺm ordinẽ Melchisedech, cum quo ęternũ regnum possidebit. Interpretatur autem Phinees ore parcens vel ore requiescit vel oris auguriũ. Eleazar, deus meꝰ adiutor, vel dei adiutoriũ. Aaron

☞ mons

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Dixitq̃ Moyses ad iudices Israël &c. proximos &c. principes eũ erant de iudicibus. b ¶ Et ecce vnus. Audacia Hîc ponit punitio dictæ transgressionis in Zambri. speciali cũ dicit: Et ecce vnus: Iste fuit magis effrons & audax in pctõ suo q̃ alij, quia erat princeps in tribu Simeon, vt habet. 7. & de isto dicit Iosephus & Rab. Sal. quòd Iosephus in palã dixit Moysi coram iudicib⁹ populi q̃ licitè poterat ingredi ad illam mulierẽ & accipere eam vxorem, sicut Moyses acceperat Sephoram filiam sacerdotis Madian, vt habet Exodi. ij. Sed non erat simile, quia quando Moyses acceperat Sephoram, adhuc non erat data lex filijs Israël, quę prohiberet matrimonium cum alienigenis, nec Moyses per vxorem suam fuit tractus H ad idolatriam, sed econtrario ipse traxit †1.Corin.b eam de ritu Gentili ad cultum veri dei. c ¶ Intrauit corã fratribus suis. id est contribulibus, qui ei persuadebant contrarium. d ¶ Vidẽte Moyse & omnis turba filiorum Israël. non quòd viderent ipsum concubantem cum muliere, vel intrantem locum vbi ipsa erat, quia non erat ita prope tabernaculum sponsi, sed quia videntibus Moyse & alijs ipse recessit de loco dicens, quòd ibat ad mulie- † Exo.33.d.
rem illam pro actu venereo: & sic grauis 1.Mach.2. erat eius culpa tum ex contemptu talium etiam ex publicatione. e ¶ Qui flebant ante fores tabernaculi. timentes iram dei ꝓpter peccatum populi. f ¶ Quod cum vidisset Phinees. Prædictum virum sic pertinaciter & inuerecundè recedentem. g ¶ Surrexit de medio multitudinis. accensus Zelo legis. h ¶ Ingressus est post virum Israelitem in lupanar. In Hebręo habetur: קֻבָּה Quobah, id est tabernaculũ: vnde, dicunt aliqui Hebræi quòd intrauit tabernaculum illius principis, vbi adduxerat prædictam mulierem: vt ibi cognosceret eam carnaliter. Alij autem quòd intrauit tabernaculum mulieris quod erat extra castra per modũ prostibuli, vt dicit translatio nostra. i ¶ Et perfodit ambos, quia reperit eos in coitu. k ¶ Cessauitq̃ plaga a filijs Israël. Quia per zelum ipsius Phinees dominus fuit placatus, ne procederet vltrà plaga in populo, vt patet ex litera sequenti. l ¶ Ecce do ei pacem fœderis mei. & erit tam ipsi &c. Id est dignitatem sacerdotij post patrem suum: licet enim dominus dedisset sacerdotium Aaron & filijs eius, tamen Phinees non erat certus, quòd deberet superuiuere patri suo, & ei succedere in sacerdotio, sed hîc fuit certificatus de vtroque.

↷ Erat autem

✻ f ¶ Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Moraliter
Aaron sacerdotis &c. Per Phinees qui zelo dei cõcitatus occidit principẽ Simeonis, & filiã nobilissimi principis Madianitarũ: ille significat iudex bonꝰ tpalis vel ecclesiasticꝰ secularis vel religiosus, q̃ humano timore sublato nõ omittit facere debitã iustitiam de personis q̃ sunt in scãdalũ cõtatis, licet sint alti statꝰ vl sanguinis. Per hoc aũt, q̃d Phinees ex hoc facto ꝓ ordinatione dei ꝓmotꝰ fuit ad summi sacerdotij dignitatẽ, datur intelligi q̃d boni iudices propter timorẽ humanũ nihil de cõtingentib⁹ omittentes, dignitatẽ cælestis curæ consequentur, in qua omnes sunt reges & sacerdotes. Apoca. j.b. Fecit nos reges & sacerdotes deo & patri,

mons fortitudinis ,vel mons fortis. Quæ nomina congruē p̄dictū sensum exprimūt. Qui em̄ se ore cōtinet ne praua loquat, & mysteria cælestia exponit,auditorib⁹ p̄ dei adiutoriū pium laborē explēs,ad montem fortitudinis,id est Christū feliciter ascendit.

a ¶ Erat aūt &c. Israëlita q̄ fornicat⁹ est cū Madianitide, significat eos q̄ ab ecclesia per errorē vel prauā opationē separati,blasphemiā dei inter infideles excitāt. Quibus dicit: Per vos blasphemat nomē dei in gentibus: quos nomina ipsa ostendūt. Nam & Zambri interpretat̄,psalmus vel canticum. Salu , tentationem respiciens . Simeon, audiuit tristitiā,vel nomē habitaculi. Cozbi, calix immensus vel immola mihi . Sur, murus vel angustia. Madian , cōtradictio vel responsio .Zambri ergo fornicatorem corporalē & spiritualē significat,q̄ nō canticū laudis,sed psalmū irrisionis inter inimicos Christi excitat.vñ:In me psallebāt q̄ bibebāt vinū.Hic ergo ad tētationē respiciēs & tētationi cōsentiens,sub noīe habitaculi, id est sub noīe ecclesiastici de casu suo ingerit tristitiā fidelib⁹,qa calicis immēsi amore replet,id est gulæ deseruiēs semetipsum diabolo immolauit, cū mēbra sua libidini tradidit.Hic cōtradictiōis respōsum ab aduersarijs dei prauo ope efficiens, muris æterni carceris & angustię semetipm̄ immersit,vbi cruciat̄ die ac nocte vsq̄ ad nouissimū quadrantem.

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Erat autem nomen &c. hoc dicitur ad cōmēdationē Phinees, qa cælo dei motus non timuit occidere principem vnius tribus. b ¶ Porro mulier Madia. &c. Hoc exprimit ad ostendendum odiū Madianitarū cōtra filios Israël.q̄ cum aliis mulieribus miserunt filiam nobilissimi principis eorū ad ,pstibulum,vt possent decipere filios Israël,& ptrahere ad offensam dei sui. c ¶ Hostes vos sentiant. Hīc cōsequenter ponit punitio Madianitarum, eō q̄ ,puocauerūt filios Israël ad peccatū vt dictū est.Et circa hoc dicta punitio primō p̄cipit , secundō ordinatio pp̄li interponit, ca.xxvj , tertiō Moyses p̄dictum p̄ceptum exequit.ca.xxxj.Circa primū dicitur: Hostes &c. li hostes,est hīc accusatiui casus. d ¶ Et percutite eos. nō sic aūt p̄cipitur de Moabitis: tum quia & si ipsi miserunt filias suas ad decipiendū filios Israël, nō tñ ita nobiles miserunt sicut fecerūt Madianitæ: tum qa ipsa Ruth erat descensura de eis,de qua descendit ipse Dauid, vt habetur Ruth vl.tum qa dñs ,phibuerat ne bellarēt cōtra Moabitas,vt dictū est suprà.xxj.cap.

GLO. ORDI.

Cap. XXVI.

POstquam noxiorū &c. Origen. Quia illi qui primo asciti fuerant pro peccato ceciderūt,sed's nūc populus in eorū locū succedēs vocat̄ ad numerū.Et quod de illis dictum nō fuerat, de his.s.dicitur . His distribuet terra in sortem ex numero nominum &c̄. Si de prioribus dictū fuisset,falsum fuisset, quia ceciderunt in deserto pro peccato suo,his aūt cuncta quæ promittuntur impleta sunt.

c ¶ Numerate omnem.Iterū pp̄lus numeratur & Leuitæ , vt interfectis primis carnalibus , nouus pp̄lus dei censeatur , qui per Iordanis baptismum transeat, & celestis hæreditatis repromissionem accipiat.

☞ Istis diuidetur

a uit scelus filiorum Israël.Erat autem nomen uiri Israëlitæ, qui occisus est cum Madianitide Zābri

¶ Psalmus vel canticum.

¶ Tentationem respiciens.

filius Salu dux de cognatione &

a ¶ Audiuit tristitiam uel nomen habitaculi.

tribu Simēōis. Porrò mulier Madianitis, q̄ pariter interfecta est,

a ¶ Calix immēsus uel immola mihi. b ¶ Murus uel angustia.

uocabatur Cōzbi, filia Sūr principis nobilissimi Mādianitarum.

a ¶ Madian contradictio uel responsio.

Locutusq̄ est dominus ad Moysen,dicens: Hostes uos sentiant c Madianitæ,& percutite eos,quia d & ipsi hostiliter egerunt contra uos, & decepere insidiis per idolum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam , quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

¶ Loci illius.

Cap. XXVI.

b †POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit dñs ad Moysen & Eleazarum filiū Aaron sacerdotem:

c †Numerate omnē summā filiorū Israël à uiginti annis & suprà,per domos & cognationes suas,cunctos q̄ possunt ad bella ,pcedere. Locuti sunt itaq̄ Moyses & Eleazar sacerdos in cāpestribus Moab super Iordanē contra Iericho ad eos qui erant à uiginti annis & suprà,sicut dñs imperarat,quorū iste est numerus. Ruben primogenitus Israël:†Huius filius Henoch,à quo familia Henochitarū: & Phallu,à quo familia Phalluitarū:& Hesron,á quo familia Hesronitarum:& Charmi,à quo familia Charmitarum. Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben, quarū numerus inuentus est quadraginta tria milia & septingenti triginta. Filius Phallu Eliab,huiꝰ filij Namuel & Dathan & Abiron. Isti sunt Dathan & Abiron principes populi,qui †surrexerunt contra Moysen & Aarō in †seditiōe Core,quando aduersum dñm rebellauerunt, & aperiens terra os suum, deuorauit * Core morientibus plurimis , quādo combussit ignis ducentos quinquaginta uiros. †Et factum est grande miraculum ut Core pereūte,filij illius non †perirent. Filij Simeon per cognationes suas , Namuel , ab

NICO. DELY.

Cap. XXVI.

POstquam &c.Hīc iteponitur reordiatio populi q̄ fuerat deordinat⁹ p̄ idolatriā,vt dictū est. Et ponit hīc triplex ordinatio,prima est viri ad ,primum,secda pp̄li ad principē suū circa medium,ca.xxvij. ibi. Dixit quoq̄ do.tertia vtrorūq̄ ad deum.ca. xxviij.Circa primū sciendū, qd̄ ad bonam ordinationē pp̄li inter se req̄rit̄ possessionū diuisio:vt dicit Phil.ij.pol. tum quia cōa negligunt,& ,ppria magis curant: tum qa p̄ hoc multa litigia & cōtētiones cessant.eō q̄ quilibet scit qd̄ est suū, & qd̄ est alienū:& qa diuisio possessionū debet fieri secm̄ nūerū p̄sonarū,iō primò describit pp̄li nūeratio:secdò describit diuisiōis mod⁹ & determinatio,ibi:Locutusq̄ est dñs. Adhuc primò ponit p̄ceptū numerationis,secdò modus executionis,ibi: Ruben primogenitus Israël.Circa primū p̄mittit temp⁹ nūerationis.cū dicit:Postq̄ noxiorū sanguis.cf. est. Et dicūt aliq̄ qd̄ hoc fuit post occisionē Madianitarū q̄ habet infrà.xxxj .licet antè scribat:qa non oia scripta sunt eo ordine quo facta sunt.Alij dicūt & probabilius vt videt,qd̄ fuit antè : & q̄ dicit hīc: postq̄ noxiorum &c̄æ. intelligit de filijs Israël occisis propter peccatū idolatriæ,vt habet ca.prēce.q̄ de filijs Israël occisi sunt . xxiij . milia, vt dicit Ra.Sa. qd̄ simile est pastori cuius gregem intrauerunt lupi, & post mortem plurium numerat residuum,vt sciat numerum remanentium.vnde in Hebr̄o habet: Et factum est post mortalitatem,dixit dñs &c̄,in quo videtur intelligi mortalitas inducta à deo super filios Israël pro peccato prędicto.Cætera patent in litera. f ¶ Ruben primogenitus Israël . Hīc consequenter ponitur executio numerationis,& primò numerantur illi qui habitabant ad partem meridionalem tabernaculi scilicet tribus Ruben,trib⁹ Simeon,& trib⁹ Gad. & patet litera vsq̄ ibi. g ¶ In seditione Core &c. Licet iste esset de filijs Leui ,tamen hīc recolitur,quia pro seditione eius mortui sunt Dathan & Abiron qui erant de tribu Ruben,vt dictum est suprà.xvj. c. h ¶ Et factū est grande miraculum, ⁊ vt Core &c.

Moraliter. e ¶ Postq̄ noxiorū &c. Per hoc q̄ dominus præcepit post mortem peccatorum , qui fuerunt vigintiquatuor milia ,numerare remanentes in vita, sicut paterfamilias post gregis mortalitatem numerat partem remanentem , & sic cognoscit numerum vtrorunq̄ . Moraliter fuit significatum , quòd coram deo recolere debemus & numerare peccata nostra,quæ sunt opera mortua, & opera bona quæ sunt opera viua,illa ad dolendū, & de ipsis misericordiā postulandū: ista verò ad agendum deo gratias , cuius adiutorio sunt facta.Iohan.xv.a . Sine me nihil potestis facere,& Esa.xxvj .c. Omnia opera nra opat⁹ es in nobis dñe. ¶ Allegoricè verò p hoc q̄ mortuis trāsgressorib⁹ in deserto secūdū dei sentētiā suprà positā.xiiij.c.nūerāt hoc nou⁹ pp̄lus trāsitur⁹ Iordanē, & ,pmissionis terram intratur⁹, significatū fuit,qd̄ pp̄lus nūero & merito finali ad nouū ptinēs testamētū(vtpote q̄ per sacramētū baptismi trāsiuit qd̄ p Iordanē significat , eō qd̄ fuit ibi institutum q̄n saluator noster t: ctus suę sanctissimæ carnis contulit aquis virtutem regenerandi) terrā intrabit viuentium cum fidelibus promissam.

Ad ordinatiōem pp̄li q̄ requirūt

Diuisio

infrà. 31.b.

D

† Ge.46.b Exod. 6.b. 1.Para. 5.a.

Mysticè

Moraliter

† cōgregatione Allegoricè

Romā.ad.

Psal.8.c.

†Post plagam autem

suprà.25 Exodi.

Diuisio

† Resurrexit le

Quare populus iste nō murmurat

† Madian.

† ea

† Fuerunt in figura

☞ a ℂ Istis diuiter. Orige. Reprobatur prior populus, qui est in circūcisione: & introducitur fcs̄s de præputio: qui paternā hæreditatem consequitur, nō à Moyse, sed à Iesu. Moyses enim si dat aliquib⁹ hęreditatem: non intra Iordanē quē nec trāsit omnino, extrà dat terrā, non fluentem lac & mel, sed pecoribꝫ aptā, muta aialia & irrōnabilia meliꝰ q̄ homines nutrientem. Iesus meus scḋo pplò terrā dat lacte & melle manantem, imò quæ est fauus mellis præ oi terra. Et Moyses quidem hęreditatem non dat in clero, nec pōt pplebēs, domos, familias noia & merita singulorum diuina sorte pensare. Hoc facit solus Iesus, cui omne iudicium dedit pater. Ipe scit etiam quomodovnūquēq; digna mansione dispenset. Sunt alìqui ☞ tamen

Misticè

† Genē. 38. a

Deu. 1.

Ioh. 5. d.

Iohā. 17. a. F

† infrà. 22. a

Nico. de Ly.

☞ vt Core &c. quale aūt fuerit nō habetur ex textu nisi in generali: scilicet qꝫ filij Core nō fuerūt mortui cum eo, sed in Glosa Hebraica super Psalmo. xlv. dicitur qđ quando terra aperuit os suum, & deuorauit Core cum mītis alijs, & filij eiꝰ remanserunt stantes in aere diuina virtute, quousq; terra fuit iterum resusa sub pedibus eorum. ꝓpter qđ ingratiarum actionem tanti beneficij sibi collati fecerunt illum psalmū. vnde & intitulatur i Hebrēo à filijs Core, & litera huic miraculo consonat cū dicitur: Deus noster refugiū & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. propterea nō timebimus dū turbabitur terra &c. æ. nō enim

Miraculū in morte Core.

Pſal. 45.

hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zaræ, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarū. Hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit uigintiduo milia ducēti. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Oẓni, ab hoc familia Oznitarum: Heri, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. Istę sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta milia quingenti. † Filij Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui sunt in terra Chanaan. Fueruntq; filij Iuda per cognationes suas, Sela, à quo familia Selaitarum: Phares à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. Porrò filij Phares, Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum. Istę sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta *milia quingenti. Filij Issachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum: Iasub, à quo familia Iasubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum. Hæ sunt cognationes Issachar: quarum numerus fuit sexaginta quatuor milia trecenti. Filij Zabulon per cognationes suas: Saredi, à quo familia Sareditarū: Elon, à quo familia Elonitarum: Iahelel, à quo familia Iahelelitarū. Hæ sunt cognationes Zabulon: quarum numerus fuit sexaginta milia quingenti. Filij Ioseph per cognationes suas Manasse & Ephraim. De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. Galaad habuit filios Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum: & Asriel, à quo familia Asrielitarum, & Sechem, à quo familia Sechemitarum: & Semeda, à quo familia Semeditarum: & Hepher, à quo familia Hepheritarum. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios nō habebat sed tantùm filias: † quarum ista sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum quinquagintaduo milia septingenti. Filij autem Ephraim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarum. Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit triginta duo milia quingenti. Isti sunt filij Ioseph per familias suas. Filij Beniamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarū: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum, Supham, à quo familia Suphamitarum. Hupham, à quo familia Huphamitarum. Filij Bela, Hered & Noemam. De Hered familia Hereditarum. De Noemam familia Noemanitarum. Hi sunt filij Beniamin per cognationes suas, quorum numerus fuit quadragintaquinque milia sexcenti. Filij Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum. Hæ sunt cognationes Dan per familias suas. Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat sexagintaquatuor milia quadringenti. Filij Aser per cognationes suas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Iesui, à quo familia Iesuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. Filij Brie, Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. Nomen autem filiæ Aser fuit Sara. Hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum fuit quinquagintatria milia quadringenti. Filij Nephtali per cognationes suas Iesihel, à quo familia Iesihelitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: Ieser, à quo familia Ieseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Nephtali per familias suas, quorum numerus quadragintaquinque milia quadringenti. Ista est summa filiorum Israël qui recensiti sunt, sexcenta milia, & mille septingenti triginta. Locutúsque est dominus ad Moysen dicens: Istis diuidetur terra iuxta

Nō enim Dauid fecit omnes psalmos vt plenius dicet quādo venerimus ad librum psalmorū domino concedente.

a ℂ Filij Iu. Hic scḋo nūerātur qui habitabant ad oriētalem partem. s. tribus Iudæ, trib⁹ Issāchar, & tribus Zabulon.

b ℂ Her & Onan qui ambo mortui sunt &cætę. vt habetur Gene. xxxviij. a. nec reliquerunt semen.

c ℂ Filij Ioseph per co. &c. Hic tertiò numerātur illi, q̄ habitabāt ad partem occidentalem, scilicet tribus Ephraim, trib⁹ Manasse, & trib⁹ Beniamī. Et licet i istis tribub⁹, trib⁹ Ephraī esset pricipalior in positiōe castrorum & motione: tñ hīc tribus Manasse pręponitur in numeratione: quia fuit primogenitus Ioseph de quo fit hīc mentio. Cætera patent.

d ℂ Filij Dan ꝓ cognationes suas. Hic numerantur illi, q̄ habitabāt ad partem aquilōnarem, scilicet tribus Dan, trib⁹ Aser, & tribus Nephtali. & patet litera vsq; ibi:

e ℂ Nomen aūt filię Aser fuit Sara. ista descendit in Aegyptū cū Iacob vt habet. Genē. xlvj. & ideo nomen eius hīc recolitur.

f ℂ Locutusq; est dñs ad Moysen dicens. Hic ostendit modus diuisiōis terræ, & primò q̄tūm ad viros, secūdò q̄tū ad mulieres ca. sequenti. adhuc circa primū primò ponitur modus diuidendi terram tribubus, q̄ debēbāt ibi habere ptes, secundò subdit̄ numeratio filiorū Leui, qui non acceperunt ibi partē sicut alij, ibi: Hic q̄q; est numerus: Circa primū dicit̄ sic.

g ℂ Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabu. &c. Istis scilicet superius numeratis diuidetur terra.

Diuisio

☞ Pluribus

A Tamen in istis q supereminēt, & omnino nō adducunt ad sortem. Omnes Leuitę. s. hoc est omnes q intentè permanēt in ministerio dei, & puigiles in seruitio dei excubias gerunt, sortē inter cæteros nō quærunt vel accipiunt, sed nec in terra est sors eorū: ipse dñs est sors eis & hæreditas. Hi sunt qui nullis corporeæ naturæ obstaculis hebetati, omnium visibilium gloriā supergressi, in sola dei sapientia & verbo, ei viuēdi vsum exercitiūq; posuerunt, qui nihil corporeū requirunt. Sed solam agnitionem secretorum dei, & vbi est cor, ibi est & thesaur⁹, semper in dño & in verbo eius, & in sapientia delectabuntur. Hic eis cibus, hoc poculū, istæ diuitię, hoc erit regnū. Qui autem inferiores sunt, hæreditatem terræ accipiunt, licet sublimioris alicuius potētioris. Terra enim viuentiū, p̄mittit, q̄ viuentiū dicit, qa nescit mortem. Et isti quidē magni & beati, sed beatiores illi qui iam nō p̄ speculū in ænigmate: neq; in substantijs corporalib⁹, sed facie ad faciē deum videbunt sapientiæ lumine radiati, & meræ diuinitatis capaces per puritatem effecti ¶ Orige. Terrę huius diuisio & hæreditas, formam cælestis hæreditatis tenet, quæ sanctis diuidetur. Sunt ibi plures, sunt & pauci, sed pauci beatiores. Multi enim per latam viam, quæ ducit ad mortem eunt. Qui verò per arctam viam quę ducit ad viam tendunt, pauci dicuntur. Et alibi dicitur. Quàm pauci sunt, qui saluantur. Et alibi. Vbi multiplicatur iniquitas, refrigescit charitas multorum non paucorum. In arca Noe (vbi mensura cælitus datur) in inferiorib⁹ trecētorū cubitorum ponit̄ lōgitudo, & quinquaginta latitudo. Sūmitas verò vni⁹ cubiti spatio consummatur. In inferiorib⁹ enim bestiæ erant & pecudes, in superioribus aues, in summis verò homo rationalis. Ipse vertex in vnū cubitū colligit. Omnia enim ad monadem reducuntur. Pone omnem humani generis numerum, elige fidēles, pauciores erunt quàm vniuersi de fidelibus, elige meliores, pauciores reperies. De ipsis rursus elige perfectiores, pauciores erunt. Et quantò eligendo processeris, tantò pauciores inuenies, donec tandem venias ad vnum aliquem, qui confidenter dicat, quòd plus omnibus laborauit. Qui hoc modo plures sunt, plus terreæ & corporeæ hæreditatis accipiunt. Pauci autem exiguū, quia plus habēt in dño. Alį nihil omnino terrenæ hæreditatis accipiunt, qui digni sunt sacerdotes esse & ministri dei. Horū enim ex integro ipse dominus hæreditas est. Ipsi tamen propter iumenta sua accipiunt aliquid terræ, sed illius quæ vrbibus contigua est. a ¶ Pluriⁿ⁹ maiorē. Vt scilicet numerosior tribus maiora spatia terrę sortiatur, quę minor autē fuerit hoīm numero minorē. ¶ Vnus iustus scd̄m qd̄ deo acceptus pro pluribus habetur. Vnde: Per vnum sapientem habitabitur ciuitas, tribus autem iniquorum desolabitur, & vnus iustus pro toto mūdo. Iniqui autem & si multi sint, exigui & pro nihilo ducuntur apud deum. Est ergo & multitudo laudabilis. vnde Abrahæ quem eduxit foras ait: Respice cælum, si potes dinumerare stellas, ita erit semen tuum &cæ. In quo notandum quia iustus in interioribus semper consistit, quia in absconditō orat patrem, & omnis gloria filiæ regis, id est regalis animæ intrinsecus est, sed deus educit eum foras cùm res postulat & rerum visibilium ratio. b ¶ Vt sors terram tribubus diuidat & familijs. Per sortem præcipitur diuidi hæreditas, sed video ipsum Moysen cui ista mandantur, non sorte diuidere hęreditatem. Ruben & Gad & dimidię tribui Manasse. Iesus quoque Naue extra sortem dat hæreditatem tribui Iudæ & Caleb & tribui Ephraim, & dimidiæ tribui Manasse. In cæteris sors mittitur: vnde puto quòd in cælesti hæreditate aliqui non venient ad sortem, neq; cū cęteris (quibus sanctis sint) numerabunt, sed erit egregia eorū hæreditas, sicut fuit Caleb & tribui Iudæ, & Iesu filio Naue. Sicut enim cùm adepta victoria diuidunt spolia, egregij bellatores cū cæteris non dicūtur ad sortem, sed optima quæq; virtutum merito percipiūt, cęteri sorte vtūtur iuræ victoriæ. Ita videt mihi Christus dñs meus facturus. Illis enim præcipuos & sublimes decernet honores, quorum facta magnifica, & sublimes cognoscit virtutes. vnde ait: Volo pater, vt vbi ego sum, illic & isti mecum sint. Et alibi: Sedebitis & vos super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus &cæt. Et alibi: Sicut tu in me pater, & ego in te, ita & isti in nobis vnum sint. Hæc omnia non sorte descendunt, sed dilectionis prærogatiua. c ¶ Nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun. Isido. Sexcenta milia armatorum de Ægypto dicūtur egressa, & duo tātùm in terram promissionis ingressi. Multi enim per baptismum ad fidem transeūt, sed ad cælestē patriam paucissimi perueniunt, secundum illud: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Duo tātū ingrediunt, propter eos qui ex vtroq; populo cęlestę regnum adipiscuntur, vel qui per actionem & contemplationem ad ęternam beatitudinem prædestinantur.

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶ Pluribus partem maiorem dabis &c. scd̄m enim qd̄ trib⁹ aliqua habebat plures familias & plures domos, secūdū hoc debebat plus accipere de hæreditate in terra promissionis. b ¶ Ita dum taxat, vt sors terrām tribubus diuidat &cæ. Hoc dicitur ad excludendū cōtentiones, quæ possent oriri in diuisione terræ, si fieret simpliciter ex humana ordinatione: sic tamen cadebat sors ordinatione diuina, quòd sors cuiuslibet tribus cadebat super partem terræ sibi proportionatam, secundum pluralitatem vel paucitatem familiarum & domorum in ea contentarum, scd̄m qd̄ dicitur, Proue. xvj. d. Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. Alij dicunt, quòd terra primò diuisa est per partes æquales tribubus, & postea quælibet pars diuisa est in familijs & domibus per sortes & per partes inæquales: quia illa familia quæ habebat plures domos, habebat partem maiorem. c ¶ Hic quoq; est numerus filiorum Leui per familias suas. Hīc consequenter numeratur tribus Leui, cui non est terra diuisa sicut alijs, & ideo numeratio eius ponitur post ordinationem de diuisione terræ, & patet litera vsq; ibi: d ¶ At vero Caath genuit Amram qui habuit vxorē Iochabed filiam Leui. Ista autē Iochabed hīc recolit̄ propter excellentiā Moysi & Aaron, quorum mater fuit. Dicitur autem hīc filia Leui, nō quia eam genuit, sed quia fuit neptis sua: scilicet filia filij sui, & p̄ talē modū Laban vocauit filios Iacob filios suos, quia erant filij filiarū suarum, vt habetur Gene. xxxj. capitulo & hoc fuit diffusius declaratum Exo. ij. e ¶ Inter quos nullus fuit &cæte. scilicet in principio libri huius. Hoc autem additur, quia numerario ista differt ab illa in multis, de quo nullus debet admirari, quia est aliorum hominum. f ¶ Nisi Caleb filius Iephone & Iosue filius Nun, erant enim excepti à dei sententia.

¶ In eodem capitulo. xxvj. vbi dicitur in postilla: Et factum est grande miraculum, quale autem fuerit, non habetur ex textu.

ADDITIO Vbi trāslatio nr̄a habet: Factū est grāde miraculū, vt Core periīt filij ei⁹ nō perierint. in

numerum uocabulorum in possessiones suas. Pluribus maiorem partem dabis, & pauciori-
bus minorem, singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio, ita dūtaxat, ut sors terram tribubus diuidat & familiis. Quicquid sorte contigerit, hoc uel plures accipiant uel pauciores. Hic quoq; est numerus filiorum Leui per familias suas. Gerson, à quo familia Gersonitarum. Caath, à quo familia Caathitarū. Merari, à quo familia Meraritarum. Hæ sunt familiæ Leui. Familia †Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At uerò Caath genuit Amran, q̄ habuit uxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata est †ei in Ægypto. †Hęc genuit uiro suo Amrā filios Aarō & Moysen & Mariam sororem eorum. De Aaron orti sunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar†. Quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cū obtulissent ignem alienum coram domino. Fueruntq; omnes qui numerati sunt uiginti tria milia generis masculini, ab uno mēse & suprà: quia non sunt recensiti inter filios Israēl, nec eis cum cęteris data est possessio. Hic est numerus filiorum Israēl, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote in campestribus Moab, supra Iordanem contra Iericho, inter quos nullus fuit eorū qui ante numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai. Prædixerat enim dñs, quòd omnes morerentur in solitudinē, nullusq; remāsit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filiⁱ⁹ Nun.

Digestio uitæ.

Fidelis & sollicet utriusq; populi sectatores ex adiectis vel contemplationis.

Dignitate uitæ.

Fa. dignitate & utilitate.

Lobnitarū & sic ise quentibus

Iochabed

Matt. 6. c. hęreditatē

Iohā. 17. d. Matt. 19. d.

Iohā 17. c.

Moraliter & horribiliter.

Matt. 20. b.

Matt. 10. b. Matt. 24. b.

Gene. 6. c. † ipsi Leui

† Exo. 6. c.

† suprà. 3. a. B

1 Cor. 3. b.

Iosue. 21. a.

Vnus sapiēs

Eccle. 16. a.

Gene. 13. b. Matth. 6. a.

Iosue. 2. a.

perierint, in Hebræo habetur: Facti sunt in signum scilicet miraculum. Et quod additur, vt Core pereunte &c. non est de textu, & sic
E refertur hoc quod dicitur: Facti sunt in signū, ad immediatè præcedentia scilicet uuòd illi qui fuerunt deuoratiab ore terræ: similiter & conbusti ab igneā deo egrediente, facti sunt in miraculum, quod est manifestum, vnde illa Glo. Hebraica quam allegat postilla, non habet fundamētum in litera. Similiter nec hoc quod dicitur, quòd psalm⁹, Deus noster refugium &cæt. fuit factus propter hoc miraculum, non habet certum fundamentum: exponitur enim aliter prout ibidē. Similiter qđ dicit, quòd Dauid nō fecit omnes psalmos, est contra opinionem Aug. quā credo esse verā, prout in psal. deo dante in plurib⁹ locis tractabit.

Psal. 45. a.

GLO. ORDI.

Cap. XXVII.

Lex hæreditaria † in cōgregatione

ACcesserunt. a ¶ Da eis. Orige. Dabis eis possessionē &c. Hęc secm̄ historiā quid vigoris habeant, palàm est omnibus qui sciunt leges istas nō solùm apud filios Israēl custodiri, sed apud omnes homines, qui tamen legibus viuunt. Vnde apparet quòd libertas filiarū Salphaad non solū eis hæreditatē cōtulit, sed pperua viuendi iura seculo dedit. Vides quanta sit historiæ etiam vtilitas, quis potest leges istas dissoluere, quibus vniuersus vitur mundus? Nos autem quęramus quomodo spiritualiter ædificemur. Fieri eīn potest, vt neq; filię mihi sint secm̄ carnē, neq; ruris hęreditas. Erit ergo alicui otiosa lex q̄ diuina voce sancita est. Requiram⁹ ergo apud spiritualem legē quę sint istę quinq; filię. Quarū etiā si pater mortuus fuerit, p̄ alio quo pct̄o, ipse tū hæreditatem iussu dei accipiūt. Virtutes animi & sensus, mentis filij sunt, filię verò opa corporis ministerio impleta. Quinq; enim sunt corporis sensus, quibus omne opus in corpore explet. Istę ergo quinq; filię, i. operū perfectio, & si patre orbatę remaneant, non abnciunt ab hæreditate, neq; excludūtur à regno, sed i medio populi dei hæreditatē accipiunt. Salphaad aūt interpretat vmbra in ore eius: Hic est intellectus operum pater. Sunt autem multi fratres in qbus intellectus altior & profundior nullus. Sed est in eis sensus emortuus. vñ: Et emortuum est cor eius in ipso. Hic igitur si ad intelligentiam spiritualem nihil sapit, sed est emortuus, tamen si genuerit filias, id est opera mandatorum dei, hæreditatem terræ cum plebe dei consequetur. Non poterit quidem numerari inter eos, quorum ipe dominus portio est. Multi enim vocati, pauci verò electi. Ostenditur autem ipso nomine, quare iste Salphaad filios non potuit generare, sed filias. Interpretatur enim צְלָפְחָד Zelaphhad vmbra in ore eius, qui vmbram legis in ore habet, & non ipsam imaginem rerum nihil spirituale, nihil profundi intellectus sentire potest, sola vmbra legis in ore eius est, sensus viuos & spirales generare nō potest, sed opera & actus quę sunt simplicioris vitæ mysteria. Et ideo ostendit in his clementia domini, quòd innocentiores etiam si sensu deficiant: & bona opera habeant non excludantur ab hæreditate sanctorum. Rectè ergo locutæ sunt filiæ Salphaad. b ¶ Homo cum mortuus fuerit absq; filio &c. Orige. Supponitur lex de successione, vt primò filius, filia secundò loco succedat, tertiò frater, quartò patris frater, quintus verò gradus certum aliquem non designat. Sed qcūq; propinquior ex omni familia fuerit, succedat. In his integer & perfect⁹ est historiæ sensus, vt nihil requirere videat extrinsecus, sed q̄ in spiritalib⁹ legib⁹ est erudit⁹, pōs intelligere diuersos successionū

Diuersi successionum modus.

☞ gradus, & quomodo

Allegoricè

Historicæ vtilitas.

† diminuet F

2. Re. 25. f.

† in statutū iudicij

Matt. 20. b.

REPLICA correctorij contra Burgē. in cap. xvj. G

Burge. ponit tria satis dubia, & fortasis falsa quæ non probat. Primò dicit, id quod dicit de Core pereūte non est de textu: vbi sine autoritate & ratione redarguis nostram translationem. Secundò dicit quòd Glosa Hebraica quam allegat postilla, non habet fundamentū: † 8. 28. d. Sed nec hoc, p̄bat autoritate vel ratiōe, infra. 36. a. q̄uis promittat eī, p̄bationē dare velle Ioſ. 22. circa expositionē psalmi: Deus noster refugium: quē tū psalmū non tāgit vnico verbo. Tertiò dicit Dauid composuisse omnes psalmos, & sic improbat beatum Hiero. quòd tamen hoc habeat veritatē de autoritatib⁹ psalmorū dicetur infrà in correcto. primo circa psalmū primū.

NICO. DELY.

Cap. XXVII.

ACcesserūt aūt filiæ Salphaad filij Hepher, filij Galaad. Hīc agitur de diuisione terræ, inquātum pertinet ad mulieres. Et diuidit in duas partes in partem principalem & incidentalem, secunda ibi. Ad filios autem Israēl. Circa primum sciendum, quòd quia suprà dixerat dominus: Istis scilicet numeratis diuidetur terra, & soli viri fuerunt numerati, ideo hīc ostenditur in quo casu mulier debeat hæreditare, videlicet qñ pater eius non habet filium, & hoc est quod dicitur: Accesserunt autem filiæ Salphaad &cæte. qui non habuit filium. † fratres & infrà H

b ¶ Atq; dixerunt: Pater noster mortuus est in deserto. dicunt Hebræi, quòd fuit ille qui lapidarus est, eò quòd colligebat ligna in sabbatho, vt dictum est suprà .xv. capitulo. c ¶ Nec fuit in seditione quæ concitata est contra dominum sub Core. Hoc allegauerunt ne eis diceretur, quòd priuatus fuisset iure hæreditatis ex illa seditione, vt dictum fuit .xvj. capitulo. d ¶ Sed in peccato suo mortuus est. quasi diceret peccatum suum nulli nocuit nisi sibi. e ¶ Cur tollit nomen illius. quasi diceret non est iustum. f ¶ Retulitq; Moyses causam earum ad iudicium dñi. quia dictum fuerat sibi prius à domino, quòd terra diuideretur numeratis qui erant tantùm viri, & ideo noluit eis dare hæreditatem absq; aliqua determinatione domini. g ¶ Qui dixit ad eū: Iustam rem &c. & sic determinauit, p̄ ipsis. h ¶ Ad filios autem Israēl. Hīc consequenter determinatur occasione filiarum Salphaad quis debeat hæreditare etiam in aliis casibus, quando pater non habuit filios, qa si habet filiam, debet succedere: & si nec filiam habeat, frater suus debet hęreditare: qui si nec fratrem habuerit, patruus suus debet succedere: & si nec patruum habuerit, alter de eius genere proprinquior debet hæreditare, & patet litera: i ¶ Eritq; hoc filijs Israēl sanctum. id est firmum. k ¶ Lege p̄. Sicut em̄ impator p̄ter leges quas cōdidit, p gñali ordinatio

☞ ne sui

Moraliter

Moraliter. a ¶ Accesserunt autem filiæ Salphaad, filij Hepher, filij Galaad, filij Machir &cæte. Per hoc autem quòd istis mulieribus ex determinatione domini data fuit hæreditas inter viros generis sui, significatum fuit, quòd in adeptione hæreditatis æternæ, nullam facit differētiam diuersitas sexuum vel statuum, sed tantùm meritorum. Gala. iij. d. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis, in quo non est Iudęus neq; Græcus, non seruus neq; liber, non masculus neq; fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos vnum estis in Christo Iesu: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes. Vnde & beata virgo Maria non solùm super omnes viros, sed etiam super omnes angelos in cælis creditur exaltata.

* Cumq; vide

A ¶ dus,& quomō primꝰ sit cōsequēdæ cælestis hæreditatis gradus doctrinæ & scientiæ merito,qui est masculus filius. Secundus, operum p̄rogatiua,quæ est filia. Tertius compassionis & imitationis,vnde & frater nominat.Sunt enim nonnulli,qui sponte & proprio intellectu nihil agūt,sed positi inter fratres,ex imitatione ea videnꝫ agere,quæ illi agunt , qui ꝓprio intellectu mouenꝫ. Datur ergo etiā istis tertius hæreditatis gradus ,quasi fratribus. Quartus quem fratrem patris nominat, potest intelligi ordo hominum,qui audita à patribus conantur implere, non tam propriis sensibus moti , nec præsenti doctrina excitati, quā veterum traditione: boni tamē aliquid gerunt. Vltimus verò scribitur gradus, qui quolibet pacto his proximus fuerit.Quasi diceret , siue occasione, siue veritate doctrinæ quis aliquid boni fecerit,non perdet mercedem suam.

✠ a ¶Et separabis in partem domino.In Hebræo habet:Separabis solutionem domino.ex quo patet,q̃ illa pars separabatur de parte bellatorum ex debito. b ¶Vnam animam de quingentis: Id est vnum indiuiduum,quia ibi accipitur anima pro toto compposito. c ¶Tam ex hominibus,id est ex virginibus q̃ fuerunt reseruatæ,vt prædictũ est.Homo em̃ est communis generis,& potest accipi pro masculo & pro fœmina. d ¶Et dabis eam Eleazaro.De acquisitis iure belli.& ideo cedebant in vsum sacerdotis,sicut primitiæ fructuum & animalium. e ¶Ex media quoq̃ parte filiorũ Israel &c. Hîc consequenter agit de medietate quæ erat reliquæ multitudinis cuius quinquagesimum indiuiduum debebat tradi Leuitis qui seruiebant in tabernaculo .Cætera patent in litera. f ¶Cumq̃ accessissent principes exercitus ad Moysen,& tribuni cẽturionesq̃ dixerũt.Hîc agit de diuisione prædæ prædicta facta ex beneplacito seu deuotione.principes enim exercitus in reditu de bello sicut cõsuetum est, numerauerunt bellatores suos,& inuenerunt eundem numerum qui erat ante belli congressum,quia nullus cecidérat in prælio,propter quod moti deuotione obtulerũt dño omne aurũ qd̃ rapuerãt in præda,ad faciendum vasa quæ erant necessaria tabernaculo.Et patet litera vsque ibi:

✠Perisceli-

sensione. In musicis em instrumētis si armonia chordarum consonanter aptatur, suauē sonū reddit: si aliqua sit dissonātia carminis, dulcedo corrūpitur. Ita si dei milites dissentiant, ingrata sunt omnia deo, etiam si bella multa cōficiant, spolia multa deferant, & munera offerāt. Dicet enim: Vade prius reconciliari frī tuo &c. Si em in aliq̄ ne idicat. Vel si qua nouit deus esse alia loca vel māsiones, per quę transiens anima deo credens, & perueniens vsque ad flumen quod lętificat ciuitatem dei, vltra ipsum, sortem hæreditatis promisse

☞ patribus ac

Nicolaus de Lyra.

dissentis à mandatis dei, nec hostē vincere potes. In eo enim ipso iam victus es à diabolo, i quo dissentis à deo. Si ergo vis vincere & summa bellatorum esse, adhęre deo, cōcorda eū ipo dicēs: Quis nos separabit à charitate Christi: tribulatio an angustia &c Qui talis est, pōt vincere Madianitas & interficere oēs pctōres terræ, id est carnis fornicationē, immūditiā, passionem, concupiscentiam, auaritiam, & hmōi. & sic erit dignus offerre oē vas aureū, torquē aut viriolā, aut annulū, aut dextrale, aut catenulā. Torques ornamētū sapientię est. In pueris em de sapientia dicit: Quòd q acqsierit eā, torquē aureā ponet circa collū suū. Viriola & annulus ornamēta sunt manuū, in qbus signant opa. Similiter & dextrale. Catenulæ ỹ ò verbi & doctrinæ cōnexiōes significāt. a ¶ De preceris. Orig. Ad ꝓpitiādū deū, p nobis. Si dicam⁹ ꝓpter aurū deū, ꝓpitiū fieri hoīb⁹, absurdū & impiū iudicatur. Hoc em in viro bono notabile dicit. Per aurū ergo ỹ tutes & opa bona signant, q̄ sola deo dignè offeruni, pro qbus solis decet eum propitiari. b ¶ Suscepe runtq̄. Alia litera. Et accepit Moyses & Eleazar sacerdos aurum ab omnib⁹ tribunis & cēturiōib⁹, & intulit illud in tabernā testimonij memoriale filijs Israel coram dño. Nota qa q̄ dicunt nō ad cōspectū visibilē, sed ad mētis memoriā referuni. Beat⁹ em ē q recordat se aliqd bōi opis feciſſe corā dño, & obtuliſſe munera bīplacita deo, ỹ tutes scilicet animi & ornamēta pietatis.

GLOS. ORDI.

Cap. XXXII.

Filij aut Rubē. Orig. Oia q̄ dicunt nō solū ex sermōe, q̄ dicit pēsanda sunt, sed ex psona dicētis. Si puer loq̄t alios nostros ad auditū eloquij puerilis aptam⁹, nec plus in his q̄ dicunt q̄ puer sentire poterat, expectamus. Si aūt vir loquit, continuò cōtēplamur: si viro digna sint q̄ dicunt, & si eruditus sit, p eruditionis intuitu etiā dicta pensamus. Si autem imperitus & idiota, aliter q̄ dicunt accipim⁹. Si aūt senior aut multæ peritiæ ac probatæ: vt qui in eruditiōe cōsenuit, longè in eo maior habebitur doctorū expectatio. Hic aūt q loquit spūsctūs est. vñ em poterat Moyses q̄ ab origine mūdi gesta sunt, vl in fine gerēda narrare, nisi spūs dei inspiratione? Vñ potuisset de Christo, pphetare: Christus em ait: Si crederetis Moysi, credere⁹tis vtiq̄ & mihi. de me em ille scripsit &c. Hoc ergo sc̄dm maiestatē loquētis oportet intelligi. Vñ Abrahā dicit: Habēt Moysen & pphetas, audiēt eos. Nō hoies in corpe positos significās, sed quę ab eis scripta sunt dictāte spū dei. Moysi ergo literas remoto velamine ita intelligam⁹, vt singulis dici videant, vt si intelligant auditores & obseruent, nō eant in locum tormētorum, sicut diues q audire cōtēplit, sed in sinū Abrahę vbi Lazarus requiescit. Hęc tn ad liqdū scire, ipsi⁹ puto esse spūsctī q inspirauit, & Iesu Christi q ait: De me em ille scripsit, & pīs, cuius cōsilij antiquū humano generi nō nudū sed velatū ītis indicatur. Sed ita ad sensum eorū q̄ latere videnī, veniamus. Duobus modis de Aegypto exit. Cū em qs de errorū tenebris ad agnitionis lumē adducit, & de terrena conuersatione ad spiritualia instituta conuertit: de Aegypto videt exisse, & ad solitudinē venisse, ad illū scilicet vitæ statū, in quo p silentiū & quietē diuinis legibus exerceatur, & cælestib⁹ eloquijs imbuat, p q̄ instituit⁹ & directus cùm Iordanem transierit, properet vsq̄ ad terrā ꝓmissiōis. i. per gratiam baptismi vsq̄ ad euangelica instituta. Exit etiā aia de Aegypto, cū relinquit huius mundi tenebras & corporeæ naturę cęcitatē, & transfertur ad aliud seculū, qd sīc Abrahę vt in Lazaro, vl paradisus, vt in latrone indicat

C

b ¶ Perisc elides. Ornamenta sunt circa crura: & dicitur περισκελίς, à περὶ circū, & σκέλος, crus quasi seminalia seu brachę. c ¶ Et armillas. ornamēta sunt circa scapulas, dicta ab armo. d ¶ Annulos. Ornamenta sunt digitorum. e ¶ Dextralia. Brachiorū. f ¶ Murenulas. Ornamenta sunt circa collū mulierum. g ¶ Vnusquisq̄ enim. scilicet de inanimatis, & iō quod dederunt inde, non fuit ex debito, sed ex deuotione, eò q̄ dominus eos reduxerat saluos de prælio.

Moraliter

*a ¶ Offerimus in donarijs &c. Per hoc significat q̄ victores vitiorum, victoriam attribuere non debent virtuti propriæ, sed bonitati diuinæ.

†expies animas nostras

corā dño

NIC. DE LY.

Cap. XXXII.

Filij aūt Ruben. Hæc est pars occidentalis, quia sicut patet ex præcedentibus, terra quam occupauerunt filij Israel antequā venerunt ad Iordanem, qui est terminus terræ promissionis ex illa parte, put patet in multis locis ve.te, nō erat infra terminos terrę sibi promissæ, sed quia habitatores illius terrę noluerunt dare transitū filijs Israel vsq̄ ad terminū terrę sibi promissæ: imò hostiliter eos inuaserunt, vt patuit suprà de Sehō rege Hesebon, & Og rege Basan. iōfilij Israel fuerunt compulsi bellare cōtra eos, & ideo ipsis debellatis iure belli acquisierunt terrā illā, de cuius possessione & diuisiōe hūc agitur ex prædicto casu accidenti, vbi primò ponitur filiorū Rubē & Gad irrationabilis petitio, secundò eiusdē petitionis iustificatio, ibi: At illi ꝓpè accedentes, tertiò ipsius cōcessio, ibi: Quibus Moyses ait: ¶ Adhuc circa primum pręmittit dicta petitio, secūdò ipsi⁹ repulsio ibi: Quibus respōdit Moyses. Circa primum ponitur motiuū petitionis, cùm dicitur: Filij autem Rubē &c. quia fortè de præda animalium dicta capce. emerant magnā partē ab alijs. i ¶ Et erat. i. valde multa, & est modus loquendi hyperbolicus. k ¶ Cumq̄ vidissent. Quia erant ibi multa pascua & bona. Ideo formauerunt petitionem sequentem.

D

†insignita turba Diuisio

☞ Precamurq̄

Moraliter

Moraliter. h ¶ Filij autem Ruben &c. Per Ruben qui fuit primogenit⁹ Iacob, & tn maculauit fratrū ei⁹, vt dicit Gen. xlix. intelliguni mali ꝓlati, q ratiōe stat⁹ primatū tenent in ecclesia dei, & tn ipam q̄ est fratrū Christi, maculāt multipliciter p vitā suā malam. de quo dicit pōt illud Psal. lxxviij. a. Deꝰ venerūt gētes in hęreditatem tuā, pollue. tē. san. tu. &c. Per Gad verò, q fortuna interpretat, significant clerici cupidi q cōgregādis fortunę bonis & totaliter sunt in tēti. Per Manasse verò q interpretat obliuio, significant religiosi q domū patris sui debēt obliuisci. Et qm inter eos sunt aliqui valde mali, propter quod dicit August. Sicut non inueni meliores his q in monasterio ꝓfecerūt, ita nō inueni deteriores illis q in ipsis defecerūt. & isti mali significant per dimidiā tribum Manasse, quę cum filijs Ruben & Gad accepit possessionē extra promissionis terram, renūtiantes iuri qd⁹ in terra promissiōis essent habituri. Per hoc autem significatum fuit q̄ ꝓlati, clerici, & religiosi mali in sua malitia pseuerātes possessionem, nō sunt in terra viuentiū habituri, sed sunt bonis vitę pītis cōtenti. Veruntū de istis in textu dicitur, q̄ fuerunt parati ad acquisitionē terrę promissiōis, non pro se, sed ꝓ alijs. per qd⁹ significat q̄ licet habeant malā vitā, multi tamen eorū habēt sanam doctrinam. Mat. xxiij. a. Super cathedrā Moysi sederunt scribę & Pharisęi: qd cūq̄ vobis dixerint, facite, sc̄dm opa aūt eorū nolite facere: dicūt em, & nō faciūt. Et sic p bonā doctrinā alios ad terram viuentiū induc̄ut: & ab ea seipsos per malā vitam excludunt.

patribus accipiat. Cū ergo dupliciter designet egressus de AEgypto, & transitus ad desertū, & inde egressus ad sanctę terrę hęreditatem, videamus quid sibi velint Ruben & Gad & dimidię tribꝰ Manasse hæreditas, quæ per Moysen traditur, & extra Iordanē decernitur. In duodecim tribubꝰ filiorū Israel mystice totꝰ humani generis figura continetur: vel omnium qui ad agnitionem dei venerunt. Horū pars extra Iordanē hęreditatē cōsequitur per Moysen. Pars verò trans Iordanē in terra promissionis p Iesum. Et quidē illi qbus extra Iordanem hęreditas datur, primitiui sunt, licet minus nobiles, licet nō inculpati. Rubē nanq; est primogenitus Iacob, licet contaminauerit thorū patris, & Gad licet ex ancilla. Manasses quoq;, cuius dimidia tribus extra Iordanem hæreditatē consequit, q̄uis de AEgyptia natus, tamē primogenitus est. Oēs ergo isti primogeniti sunt, & ideo significāt priorē populū, q nō p Iesum sed p Moysen hæreditatem extra Iordanem accipiunt.

Gene. 29. g.
Gene. 25. d.
Gene. 30. b.
Gen. 41. g.

a ¶ Terra quam percussit dominus in conspectu filiorum Israël, regionis vberrimæ est ad pastum. Grego. Sunt multi in ecclesia qui paruuli esse despiciunt, & in loco humilitatis positi, immanes apud se esse non desinunt, hi honoribus extollūtur, voluptatibus perfruuntur, & rerum multiplicitate dilatant, præsse appetunt & à multis timeri rectè viuere negligunt, & famā rectæ vitæ habere cupiunt, & adulationes quærunt, fauoribus intumescunt: & quia præsentium copia delectant, ventura gaudia non requirunt. Cumq; eos multiplex actio occupat, etiam à semetipsis alienos demonstrat. Si qua tamen fidei tentatio exurgat, quia in ea specie tenus continentur, vt bis eam & laboribus defendūt,

Moraliter

† retrahitis aut reuocatis cor & in frā

† terram

F & cælestem patriam vendicant, nec tamen amant. Quos bene Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse significāt, quia multa pecora & iumenta possidentes, dum circa Iordanem cāpestria concupiscūt, in terra promissionis hæreditatem habere noluerunt, dicentes: Terra quam percussit dominus in cōspectu filiorum Israël, regionis vberrimę est ad pastum animalium &c. Qui ergo iumenta plurima possident, Iordanem transire refugiunt: quia quos multa mūdi implicamenta occupant, habitationem cælestis patriæ non requirunt: sed fides (quam specie tenus tenēt) increpat ne otiosi delectatione torpescant, & alios exemplo à laboris tolerantia & studio longanimitatis frāgant. Vnde eis per Moysen dicitur: Nūquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hīc sedebitis &c. Sed quia erubescunt non defendere quod confitenē, pro fide ad certamen properant, eamq; non sibi sed proximis vendicāt. Caulas ouium fabricamus, & stabula iumentorum &c. Qui mox fortes pro alijs veniunt, & repromissionis terram ab hostibus liberant & relinquunt: ad pascenda armenta extra Iordanem redeunt, quia contra fidem baptismi tota mēte & delidero rebus perituris inseruiunt: quia hæreditatem terræ promissionis s. fructum fidei non amant. Sicq; pro illa pugnāt, vt sua pignora extra illam deponant, quia enim paruulos foris habent, affectum in eis habitatione non habent. Vnde ad campestria redeunt, quia ab altitudine montium quasi à spe cælestium dilabuntur, vt extra terram promissionis bruta animalia nutriant, irrationabiles. s. motus animi vanis desiderijs quia æternæ lucis claritatem nesciunt, dum transitorijs excæcantur. b ¶ Iumenta plurima. Orig. Iumenta & pecora multa sunt &c. Prior populus ad hæreditatem illius terrę qui lacte fluit & melle, non potuit peruenire, nec verbū G carnem factum agnoscere; quia multa iumenta & pecora habebat. Animalis enim non potest percipere quæ sunt spiritus dei, nec spiritaliter dijudicare, quia cùm homo in honore esset non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus. Accepit ergo ille populus hæreditatem per Moysen, terram. s. duorum regum, non enim amplius potuit interficere Moyses, nisi duos reges, quorum terram diuideret populis, multa animalia, multaq; pecora habentibus. Illis verò qui Iordanem transeunt Iesus diuidit terram. Quāuis enim animalia habeant & pecora non tanta tamen, quæ eos excludāt ne Iordanem transeant: sed cum ipsis & mūleribus & infantibus contendunt transire, & ad patrū, promissa peruenire. Illos aūt hęc ola remorantur, ne possint Iordanē trāsire, nec ad fidē Christi, q est terra, promissiōis intrare

Numeri d. 1. Cor. 2. d. Psal. 48.

☞ Si transi.

Nico. de Lyra.

a Beon, terra quam percussit dominus in conspectu filiorum Israël, regionis uberrimę est ad pastum animalium: & nos serui tui

a ¶ Greg. Quos multa mundi impedimēta occupant, habitationē cælestis patriæ nō desiderant.

b habemus iumenta plurimā, precamurq; si inuenimus gratiā coram te, ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. Quibus respōdit Moyses: Nunquid fratres uestri ibunt ad pugnā, & uos

a ¶ Orig. Nota, q volentes vltra Iordanem remanere incipiat Moyses. i. dex.

hīc sedebitis? † Cur subuertitis mētes filiorum Israël, ne transire audeāt in locum quē eis daturus est dominus? Nonne ita egerunt patres uestri, quando misi de Cadesbarne ad explorandam terram? Cumq; uenissent usq; ad uallem Botri lustrata omni regione, sub uerterunt cor filiorum Israël, ut non intrarent † fines, quos eis dominus dedit: Qui iratus iurauit, dicens: Si uidebunt homines isti qui ascenderūt ex Ægypto à uiginti annis, & suprà, terrā quam sub iuramēto pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob, & nolue runt sequi me, præter Caleb filiū Iephone Cenezęū, & Iosue filiū Nun. Isti impleuerūt uoluntatē meam. Iratusq; dñs aduersum Israël, † circūduxit eū per desertū quadraginta annis, donec cōsumeretur uniuersa generatio, quę fecerat malū in conspectu eius. Et ecce, inquit, uos surrexistis p patribus uestris † incrementa & alumni hominū peccatorū, ut augeretis furorem dñi cōtra Israël. Qd' si nolueritis seq eū*, in solitudine populū † derelinquet, & uos causa eritis necis oīm. At illi, ppè accedentes, dixerūt: Caulas ouiū fabricabimus & stabula iumētorū, paruulis quoq; nostris urbes munitas, nos aūt ipsi armati & † accincti pgem⁹ ad prelium ante filios Israël, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri & quicqd habere possumus, erūt in urbib⁹ munitis, ppter habitatorū insidias. Nō reuertemur ī domos nostras, usq; dum possideant filij

a ¶ Precamurq; &c. vt des nobis famulis tuis eam &c. Quod erat irrationabile, scilicet q haberēt terram labore aliorum acquisitam, & ipsi non transirent cum alijs ad acquirendum terram pro alijs tribubus, quod videbatur sonare eorum petitio. b ¶ Quibus respondit Moyses. Diuisio Hīc consequenter ponitur dictæ petitiōis repulsio: vb primò eorum ignauia arguit, cùm dicitur: c ¶ Nunquid fra. Secūdò impedimentum aliorum inducitur, cùm dicitur: d ¶ Cur subuertitis men. q. d. propter ignauiam vestram alij credent, q timeatis fortitudinem terræ à deo promissę, & forsitudinem populi, & sic transire nō audeant, & impediatur dei mandatum. Tertiò ad hoc exemplum præcedens adducitur, cum dicitur: e ¶ Nonne ita egerunt patres vestri. Quia terrā veritis explorare uoluerunt reuerti in AEgyptum, vt dictum est suprā. xiij. ca. f ¶ Quibus iratus iurauit dicens: Si videbunt homines isti &c. Et accipitur hīc si, pro nō i. non videbunt. Cætera patent ex his quæ dicta sunt suprà. xiij. capi. vsq; ibi: g ¶ Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris. In malum, & vultis peius facere quàm ipsi, quia vidistis malum ipsorum & non estis castigati. Quartò ostenditur q hoc malum debeat cadere super totum populū generaliter, & super ipsos specialiter, cùm dicitur: Quòd si nolueritis sequi eum &c. & subditur: Et vos causa eritis necis omni. Sequitur: h ¶ At illi. Hīc consequenter ponitur prædictæ petitionis iustificatio. & prīo quantùm ad ignauiam cōtra eos allegatam, cùm dicitur: i ¶ Nos autem ipsi armati. i. munīti armis ad defensionē. k ¶ Et accincti. Armis ad inuasionem. l ¶ Pergemus ad prelium ante filios Israel. q. d. nolumus esse in cauda exercitus sicut ignaui, sed in fronte. Secundò ostenditur, q velint fideliter laborare ad acquisitionem terræ pro alijs tribubus, cùm dicitur: Donec introducamus eos ad loca sua. & subdit: m ¶ Paruuli nostri & quicquid habere possumus. Quasi diceret, essent nobis oneri si transirent nobiscum. ideo subditur: n ¶ Erunt in vrbibus muratis propter habitatorum insidias. Non reuertemur in domos nostras vsq; dum possideāt. Aliter nō essent securi, quia non intendimus citò reuerti. ideo subditur: Non reuertemur &c.

✠ Quibus Moyses ait

† vagari eos fecit

† multitudo. Chald. interpre. disipuli

munitas

† festinantes vel prōpti

quicquid habere possumus

illius terrę

a ☞ A ¶ Si transierint filij Gad & filij Ruben uobiscum Iordanem omnes armati &c. Orig. Alia litera. Si transierint filij Ruben & filij Gad vobiscum Iordanem, omnes armati ad prælium coram domino, & obtinueritis terram in conspectu vestro, dabitis eis terram Galaad &c. Terra multis modis accipitur, & terra hæc in qua habitamus, non ab initio terra vocata est, sed arida, & postea terra. Sicut hoc cælum visibile prius firmamentum dictum est, postea cælū. In principio tamen creaturæ cęlum & terrā fecisse dicitur de⁹, & postea aridā & firmamentum. Hinc Aggęus ait: Adhuc semel & mouebo cælum, & terram, & mare, & aridam. Vides quomodo aliud ponit terram, aliud aridam? In multis quoq; locis terra in bono accipitur, arida verò rarò. Nā & Adam post peccatum in locum detrudi tur qui arida nominatur, antea enim erat in terra, paradisus enim non in arida sed in terra est. Mansuetis quoq; in euangelio nō arida, sed terra promittitur. vnde: Beati mansueti: quoniam ipsi hæreditabunt terram. Semen etiam quod fructum dat centesimum, sexagesimum, tricesimum, terra dicitur esse, non arida. Puto autem qđ profectus sit ab arida ad terram venire, sicut ꝓfectus fuit vt arida terra vocaretur. Dum enim infructuosi sumus, nec fructum iustitiæ, pudicitiæ, vel pietatis afferimus, arida sumus. Si autem nos excolentes ad virtutum frugem suscitamus, terra ex arida efficimur; quæ verbi dei semine suscepto fructificet. Est ergo quædam terra etiam in regno dei, quæ mansuetis promittitur, & terra quæ viuentium nominatur. Est terra in excelsis posita, de qua ad iustum dicitur: Exaltabit te, vt hæredites terram. Huius terræ hæreditatem de Ægypto mundi exiens anima consequitur, & alij quidem qui sub lege vixerunt, & alij qui per Christi fidem & gratiam dispensati sunt. Qui tamen videntur primi & per Moysen dispensati, non consequuntur hæreditatem, nisi prius transeant cum his quos Iesus dispensat, & pugnent cum eis contra inimicos, & collocent eos in sedibus suis, & ita consequātur hæreditatē, quam Moyse duce meruerūt. vnde Paulus: & hi omnes testimonio fidei susceptо, non perceperunt repromissiones, deo pro nobis aliquid melius prouidente, ne sine nobis consummarentur. Quasi dicerent: Istæ nouem & semis tribus de illis duabus & semis tribubus, ideo non acceperunt promissionem terræ illius, quę eis extra Iordanem per Moysen decreta est deo pro nobis aliquid melius prouidente, ne sine nobis consummarentur: ideo transeūt nobiscum armati, & iuuant expugnare inimicos. Sed transeunt tantùm armati viri, scilicet fortes & potentes. Ignaua manus & imbellis remanet extra Iordanem. Fortes verò relictis animalibus & pecoribus & omnibus impedimentis: pugnant nobiscum donec vincantur inimici nostri, vsquequo hæreditatem promissæ terræ capiamus. Sancti enim patres orationib⁹ nos iuuant & exemplis hortantur & confirmāt & scripturis suis quæ ad memoriam reliquerunt, instruunt nos quomodo aduersⁱ⁹ inimicas potestates pugnemus, & certamina toleremus. Pugnant ergo pro nobis, & incedunt primi armati. Ipsos enim nobis proponimus, & videntes fortia facta eorum, ad prælium spiritale armamur & dimicam⁹. Sic deniq; qui sub duce Iesu militant, triginta & eo amplius reges perimūt, & terras eorum fortè accipiunt. Depulsis etiam Israël hereditatem suam, nec †quicquam quęrimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. Quib⁹ Moyses ait: Si facitis quod promittitis, expediti pergite corā domino ad pugnam: & omnis uir bellator armatus Iordanem transeat, donec subuertat dominus inimicos suos, & subiiciatur ei omnis terra. Tunc* eritis inculpabiles & apud dñm & apud Israël, & obtinebitis regiones quas uultis corā domino. Sinautē quod dicitis non feceritis, †nulli dubiū est quin peccetis in deum, & scitote qm̄ peccatum uestrū apprehendet uos. Ædificate ergo urbes paruulis uestris & caulas ac stabula ouibus ac iumētis, & quod †polliciti estis implete. Dixeruntq; filij Gad & Ruben ad Moysen: Serui tui sumus, faciemus quod iubet dñs noster. Paruulos nostros & mulieres & pecora ac iumēta relinquemus in urbibus Galaad: nos autē famuli tui omnes † expediti pergemus ad bellum, sicut tu domine loqueris. Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti & Iosue filio Nun, & principibus familiarum per tribus Israël, & dixit ad eos: †Si transierint filij Gad & filij Ruben uobiscum Iordanem omnes armati ad bellum cōram domino, & uobis fuerit terra subiecta, date eis Galaad in possessionem. Sinautē noluerint transire *uobiscum in terrā Chanaan, inter uos habitandi accipiant loca. Responderuntq; filij Gad & filij Ruben: Sicut locutus est dominus seruis suis, ita faciemus: Ipsi armati pergemus coram domino in terram Chanaan, & possessionē iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem. †Dedit itaq; Moyses filijs Gad & Ruben & dimidiæ tribui Manasse, filiis Ioseph regnum Sehon regis Amorrhæi & regnum Og regis Basan, & terram eorum cum urbibus suis per circuitum. Igitur extruxerunt filij Gad Dibon & Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sophan, & Iazer & Iegbaa, & Bethnemra, & Betharan, urbes munitas, & caulas pecoribus suis. Filij uerò Ruben ædificauerunt Hesebon, & Eleale, & Chariathaim & Nabo, & Baalmeon uersis nominibus etiam spiritalibus nequitijs, de cœlestibus hęreditatem cœli Christo dimicante percipiunt. Potest adhuc tertius expositionis modus esse, vt in filijs Israel .i. in populo ecclesiæ intelligantur esse quidam spiritales, & intra Iordanem percipere hæreditatem terræ fluētis lacte & melle, sapientię scilicet & scientiæ dulcedinem capientes, quorū terra flumine dei, quod repletū est aquis diuinæ intelligentię, circundatur & rigatur. Alij autem sunt carnales iumentis & pecudibus, id est crassis & stolidis sensibus abūdantes, qualibus dicit Apostolus: Ita insensati estis, vt cū spiritu cœperitis, nūc carne perficiamini? Et: O insensati Galathæ, quis vos fascinauit veritati non obedire? Sed etiam vnusquisq; nostrum, nisi se armauerit, & abiectis brutis & beluinis sensibus, ad spiritalem intelligentiam properauerit, remanebit extra Iordanem, nec potent ꝑ sapientiæ flumen incedere, quod lętificat ciuitatem dei, id est animam dei capacem: nec assequetur verbi dei interiora, quę sunt dulciora super mel & fauum: sed illam tantùm cōsequetur terram, in qua duo reges occisi sunt, vbi dicatur ei: Nihil iudicaui me scire inter vos nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Qui autem potuerit trāsire Iordanem, & ad interiora penetrare, sequens dominum Iesum Christum, interficiet triginta & eo amplius reges. Illos fortes de quib⁹ dicitur: Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Cristum eius. Quibus prostratis agnoscet secretiora mysteria, vsque quo veniat ad sedem dei, & Ierusalem ciuitatem dei viuentis, non quæ seruit cum filijs suis, sed quę sursum est, & libera, & mater omnium nostrum est.

B

Nicolaus de Lyra.

a ☞ ¶ Quibus Moyses ait: Si facitis quod promittitis &c. Hic consequenter ponitur petitionis iustificatæ concessio, & primò sub conditione, secundò simpliciter & absolutè, ibi: Responderuntq; filij Gad. Conditio autem est, vt obseruent fideliter promissum prędictum: quod notatur cū dicitur: Si facitis qđ promittitis &c, & patet litera. b ¶ Sinautem quod dicitis non feceritis &cę. Quia ista promissio non tantū fiebat hominibus, sed deo, de cuius mandato terra erat acquirenda. c ¶ Et scitote qm̄ peccatum &c. Per pœnam debitam, vobis à deo inferendam. Sequitur: d ¶ Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti. Et sequitur: e ¶ Date eis Galaad in. Si fecerint promissum, aliter nō. f ¶ Rīderuntq;. Hic consequenter ponitur cōcessio absolutè, quia filij Ruben & Gad viderunt q⁹ Moyses dubitabat de impletione sui promissi, propter qđ non concedebat terram nisi sub conditione: ideo processerunt ad confirmatiōem suæ promissionis, vt patet in litera: quo facto Moyses concessit eis absolutè terram quam petebant. vnde subditur: g ¶ Dedit itaq; Moyses filijs Gad & Ruben & dimidiæ tri. Ista dimidia tribus fuit adiuncta, quia adiūxit se alijs duabus tribubus in petitione, & quia terra sufficiebat pro ipsis & pro illis. h ¶ Igitur extruxerunt filij Gad Dibon & Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sophām, & Iazer, &cę. Ciuitates sunt quas filij Israel destruxerāt antequam scirent, q⁹ deberent ibi habitare: & postea reædificauerunt ad tuendum vxores suas, filios, & familias.

Glos.ordi. Numeri Cap. XXXIII. Glos.ordi.

GLOS. ORDI.

Cap. XXXIII.

HAE sunt man. Orig. Diuersas creauit deus ciborū differentias pro diuersitate animaliū, vel humani desiderij. Vnde & animalia cognoscunt proprios cibos, & aliis vtitur leo, aliis ceruus. In hominibus quoq; qui sanus est & validus fortem cibū requirit, cōfidit q; edere omnia. Infirmus delectatur oleribus, & fortem cibum nō patit. Paruulus verò si nō vocem, re tū ipsa hac tm requirit. Cibus aūt rationalis naturæ ver⁹ sermo dei est. Sed & hic differentias habet. Nō omnis eodē verbo nutrit. Est alijs in verbo dei cibus lactis aptior. s. doctrina, sicut moralis q̄ rudibus solet p̄beri. Hi lectionē q̄ nihil est obscurū, libēter accipiūt, verbi grā: Hester, Iudith, Thobiā, & mādata sapientię. Si legatur eis Leuiticus, offendit cōtinuò animus, quasi nō sit cibus suus. Venit em̄ vt discerent deum colere, iustitiæ & pietatis præcepta susciperę, & audit mandata sacrificiorū, & ritus immolationū. Alius euangelistas, Apostolum, psalmos libenter amplectitur, velut remedia infirmitatis suæ. Cui si legātur hæc q̄ habemus in manib⁹, nihil infirmitati suæ aut saluti animæ, pdesse iudicabit, sed refutabit tanquā graues & onerosos cibos. Sed sicut leo si habeat intellectū, non abundantiā herbarū culpabit creatā, nec dicet superfluam, qa carnibus vtitur, nec homo qa sibi aptis vtitur alimoniis, culpare debet q̄ fecit deus serpētes in cibum ceruorum. Ita in cibis

E Ciborū varia differentia.

Alia lra

rationabilib⁹ non refutāda est scriptura quæ obscurior videtur, & incōueniens incipientibus, paruulis, infirmis, & minus ad intelligendum validis. Quisq; qd̄ sibi sanum sentit assumat. Ait ergo: Hæ sūt mansiones filiorū Israel, ex quo exierunt de terra AEgypti, cū virtute sua in manu Moysi & Aaron. Et scripsit Moyses, pfectiōes eorum & māsiones eorū p verbū dñi &c. Quis ergo audeat dicere, q̄ hæc q̄ scribuntur p verbū domini nihil habeāt vtilitatis aut salutis, sed sola narrēt historiā? Duobus modis pōt quisq; spiritaliter exire de

E AEgypto, vel relinquēdo Gētilē vitā, & ad cognitionē diuinę legis accedēdo, vel cū aīa de corporis hui⁹ habitatiōe discedit: ad vtrūq; ergo spectāt hę māsiones. De ill⁹ em̄ mansionibus q̄s aīa exuta corpe imò rursus iduta suo corpore habitur a est, dicit: In domo p̄ris mei

Māsiones mulę

māsiones mltæ sunt &c. Sunt ergo mltæ māsiones, q̄ ad patrē ducunt In qb⁹ singul⁹ qd̄ vtilitatis aię cōmoratio, qd̄ vē eruditiōis aut illuminatiōis accipiat, scit solus pater futuri seculi, q̄ ait: Ego sum ostiū, nemo venit ad patrē nisi p me. Qui fortè his singulis māsiōib⁹ vni

Ioh.14.a.

Esaię.9.b.

cuiq; aię ostium tiet, vt per ipsum intret & exeat & pascua inueniat,

Ioh.10.b.

vsquequo ad ipsum perueniat patrē. Sed redeam⁹ ad ea q̄ inter nos & in nobis geruntur. In AEgypto erāt filij Israel in opib⁹ Pharaonis, luto & latere affligebātur, donec igemiscētes clamauerūt ad dñm, & misit eis v̄bū suū p Moysen, & eduxit de AEgypto. Nos q̄q; cū essem⁹ i AEgypto. i. i hui⁹ mundi erroribꝰ & ignorantiæ tenebris, operātes opa diaboli i cōcupiscētijs & voluptatib⁹ carnis, misertus dñs misit verbū suū. i. q̄nigenitū filiū suū, q̄ nos de ignorātia erroris ad lumē diuinę legis adduceret. Sed primò oim intuere mysteriū rationem. In egressione em̄ filiorū Israel de AEgypto sunt. xliij. māsio

Exo.1.c.

Matt.1.c.

nes, & aduentus Christi in mūdū fit per. xiij. generationes. Vnde. Ab Abrahā vsq; ad Dauid generationes quatuordecim &c. Quadragita ergo duas generationū mansiones quas Christus fecit descēdens in AEgyptum huius mundi, faciunt qui ascēdūt de AEgypto. In quadraginta ergo duab⁹ māsionib⁹ pueniūt filij Israel ad principiū capiēdę hęreditatis, vbi Ruben, & Gad, & dimidia trib⁹ Manasse accipiūt terram Galaad. Sicut Christ⁹ p q̄draginta duos patres, quasi mansiones descēdit vsq; ad nos, & filij Israel per totidem mansiones ascenderunt vsq; ad hæreditatis, pmissæ principiū. Incipiam⁹ ergo per ea p q̄ descēdit ascēdere, & primam māsionem facere quam ille fecit nouissimam, q̄ natus est de virgine. Erit ergo prima mansio de AEgypto exeuntibus relicto idolorum cultu, vt credamus Christū de virgine natum, & de spiritusancto, & verbum carnem factū venisse in mundum. Post hæc ascendere ad singulos fidei virtutum gradus nitamur, & singulis immoremur, donec ad summum peruenientibus nobis institutionum fastigium promissa compleatur hæreditas. Anima quoq; cùm de AEgypto huius vitæ tendit ad terram promissionis, pergit per quasdam vias, & certas conficit

Pſal.41.a.

manſiones. vnde: Effudit ſuper me animam meam, quando ingrediar in locū tabernaculi admirabilis, vſq; ad domum dei. De his mā G
ſionibus alibi dicit: Quàm amabilia ſunt tabernacula tua domine Pſal.83.a.
virtutum, cōcupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Et alibi:
Multum peregrinata eſt anima mea. Intellige ergo quæ ſunt hæ peregrinationes animæ, in quibus ſe peregrinari diutius dolet. Tunc autem verius intelliget quæ fuit ratio peregrinationis ſuæ cùm regreſſa fuerit in requiē ſuam. i. in paradiſū. Pſal.114.b.
vnde: Conuertere anima in requiem tuam &cæ. Iſte ergo ſunt manſiones quibus itur in cęlum. Sed quis ita eſt diuinorum conſcius ſecretorum, qui poſſit huius aſcenſionis deſcribere manſiones, & cuiuſq; loci labores. Quis enarret, q̄ poſt primā & ſecundam & tertiam manſionem adhuc inſequatur Pharao & AEgyptij: licet non Exo.14.d.
comprehendant, licet ſubmerſi ſint. Quō enuntiet q̄ ſalu⁹ effectus ppſis dei, poſt aliq̄t māſiones primū cantauit cāticū dicens:

☞ Cāntemus dño Exo.15.c.

Nicolaus de Lyra.

✣ a ¶ Imponētes. Antequam em̄ deſtruerentur denominabantur à nominibus idolorum ſaltē pro magna parte; & ideo filij Iſrael noluerunt eas alijs nominibus, & etiā vt ex nomine aliquarū ciuitatū eſſet memoria ædificātium, ſecm̄ qd̄ dicit poſtea. b ¶ Iair aūt. quos appellauit חות יאיר Hauoth Iair, i. villas Iair: & idem dicitur de ipſo Nobe qd̄ apprehēdit Canath, & vocauit eum nomine ſuo Nobe. ¶ Moraliter. Per tribum Moraliter
Ruben & Gad & dimidiam tribum Manaſſe, intelliguntur tres ſtatus excellentes in eccleſia. Per Ruben enim qui interpretatur filius H
viſionis, intelligitur ſtatus prælatorum. Per Gad qui interpretatur accinct⁹, ſtat⁹ principum, q̄ debent eſſe armis accincti ad defenſionē populi. Per Manaſſen qui interpretat obliuio, ſtatus religioſorum, de quo dicitur Pſal. xliij. c. Obliuiſcere populū tuum & domū patris tui. Sunt igitur plurimi de iſtis ſtatibus, qui non quærunt terrā patribus promiſſam. ſ. terram viuentium, ſed volunt manere circa Iordanem, in terra morientium in bonis vitæ preſentis, figentes ibi pedē affectionis, in qua ædificant vrbes, id eſt palatia ad ſui oſtētationē. Caulas ouiū, quęrentes delitias ad ſui delectationem. Stabula iumentorum, quaſi quærentes equitare, ſemper tendentes ad altiora per ambitionem: & iſti laborant pro alijs, vt habeant terram, p⁹miſſionis: quia, frequenter contingit, q̄ plati operantur ad ſalutē populariū in regimine ſpirituali, & principes i regimine tpali, & religioſi cōſulēdo populis, & pdicādo verbū dei. ipſi oēs tm̄ hac ſalute priuaturi pſonis, ppriis, ſuis operib⁹ & intēnōib⁹ pueris, cętera patēt.

NICO. DE LY.

Cap. XXXIII.

HAE ſunt manſiones. Hîc deſcribitur recapitulatio breuis p̄cedentium, in quibus actum eſt de proceſſu filiorum Iſrael ab exitu de AEgypto vſq; ad Iordanem fluuium, q̄ erat terminus ad quem ſui proceſſus, qa ab eo incipit terra, pmiſſiōis. Circa qd̄ ſciendum, q̄ in præcedentib⁹ tam in Exodo, q̄m in hoc libro intentio Moyſi fuit deſcribere, p⁹ceſſum filiorū Iſrael, non notando omnia loca vbi manſerunt filij Iſrael in via, ſed illa ſolū in quibus fiebant aliqua notabilia. & ideo hîc ponit numerum & ordinē māſionū ab exitu de AEgypto vſq; ad Iordanem: Et diuiditur in tres partes, ſecm̄ tria notabilia loca vñ caſtra Diuiſio
mouerunt, ſcilicet Rameſſes, mōs Sinai & Cades. Secūda incipit ibi:

✣ Sed & de

Moraliter. c ¶ Hæ ſunt manſiones filiorum Iſrael. Per Moraliter
hoc autem qd̄ populus Iſrael exiens de AEgypto venit ad terram promiſſionis per quadraginta duas manſiones, intelliguntur myſtice quadraginta duę generationes, per quas dei populus ab Abrahā patre fidei noſtrę venit ad Chriſtum, prout dicit Matt.i.c. ab Abrahā vſq; ad Dauid generationes. xiij & à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis generationes. xiij. & à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum generationes. xiij. Quæ ſimul iunctę ſunt quadraginta duæ. Chriſtus autem eſt hæreditas nobis promiſſa in veteri ac nouo teſtamēto. ſecm̄ Ambroſium verò in ſermone quadrageſimæ per quadraginta duas manſiones figurati fuerunt quadraginta duo dies, quibus in obſeruatione quadrageſimæ ieiunamus, dicens ſic. Eodem, inquam, numero Moyſes per manſiones peruenit ad requiem, quo & nos per ieiunia properamus ad cælum.

Cantemus dño, glorioſe enim magnificatus eſt. Quis hæc egreſſio
A ni animæ ſingula poſſit vel audeat adaptare? Et quo modo vetus
populus cecidit, cui conuerſatio & habitatio fuerat cum AEgy-
Exod.15.d. ptijs. Saluus autem nouus peruenit ad regnũ, qui ignorabat AE-
gyptios, exceptis ſacerdotibus & Leuitis? Qui em̃ in ſacerdotium
vel Leuitarũ ordine fuerit, & ſolum deum
portionẽ habuerit, in deſerto nõ cadit, ſed
peruenit ad terrã promiſſionis. Ponuntur
nomina manſionibus. Neq; enim conueni
ens videbaſ, vt cætera oia ſuis vtereñ noĩ-
bus, aſcẽlio verò aiæ manſionũ ſuarũ noĩa
non haberet. Habet ergo noĩa myſtica, &
deuectem ſe, nõ Moyſen, q quòd iret igno
rabat, ſed columnã ignis & nubẽ, filium .ſ.
† ꝓfectio- dei & ſpiritũſcti. Cùm ſubmerſi fuerint
nes eorum oẽs AEgyptij & Amalecitæ, & oẽs q im-
pugnauerũt eã, vt per ſingulas manſiones
quę dicunt eſſe apud patrẽ illuminetur am
plius, donec aſſueſcat illius luminis (quod
illuminat oẽm hoiem) intuitũ pati, & mi-
ræ maieſtatis fulgorem. Si ergo veros ani-
mæ in hac vita poſitę per hęc doceri intelli
gamus ꝓfectus, q̃ conuerſa à Gẽtili vita nõ
tam Moyſen q̃ legẽ dei, nec Aaron, ſed ſa-
cerdotem illũ qui ꝑmanet in æternũ ſequi-
tur, anteq̃ ad perfectum veniat in eremo
habitat, vbi in ꝑceptis dñi exercetur, vt fi-
des eius probetur, & victa vna tentatione
veniat ad aliã, quaſi de manſione ad manſio
nem, cũ ea q̃ acciderint fideliter tulerit. Ita
enim p ſingula tentamenta vitæ & fidei, ꝓ-
fectus manſiones habere dicitur, ſecundum
illud: Ibunt de virtute in virtutem, donec
Pſal.83.b. perueniatur ad ſummum gradum virtutũ
& tranſeatur flumen dei, & promiſſa ſuſci
piatur hæreditas. Scire autem in deſerto illo
quomodo vocetur ille locus, vbi applicue
rint quid vtilitatis affert legentibus, & legẽ
dei die ac nocte meditantibus, cum ſecundo deſcribaní nomina, li-
cet in nonnullis mutata, & per verbum domini à Moyſe deſcribi
iubentur? Quod ideo fit vt duas animę oſtenderet vias: Vnam qua
B in carne poſita per legem dei virtutibus exercetur, & per quoſdã
gradus proficiens aſcendit de virtute in virtutem, quaſi de mãſio-
ne in manſionẽ. Aliam verò qua poſt reſurrectionem aſcenſura ad
ad cælos, non ſubitò nec importunè conſcendit, ſed per multas mã
ſiones, in quibus ſingulis lumine ſapientiæ illuſtrata ad ipſum pa-
Iacob.1.c. trem luminum perueniat. a ¶ Per turmas ſuas. Lxx. Cum vir
1.Cor.1.d. tute ſua Chriſto. ſ. qui eſt dei virtus & dei potentia. Cum ipſo er-
go aſcenditur, qui ad nos deſcendit vt aſcenderemus. Qui enim de-
Epheſ.4.b. ſcendit ipſe eſt qui aſcendit &c. vnde: Tecum deſcendam in AEgy
Gene.46.a ptum &c. ideo non erat in tribubus eorum infirmus. b ¶ In
Moraliter manu Moyſi & Aaron quas deſcripſit &c. Orig. Non em̃
tm̃ ſcientiam legis & fidei, ſed etiam operum quibus deo placetur
fructus habere debemus: cùm de AEgypto eximus. Si em̃ exiens de
AEgypto, & conuerſus ad dominũ abrẽciã ſuperbiã p manus Aa-
ron taurum deo ſacrificaui. Si laſciuiã peremero, hircum: ſi libidi-
nem, vitulum: ſi ſtultitiam, ouem. Sic ergo cũ animæ vitia purgã
tur, manus Aaron operatur in nobis, & manus Moyſi cùm ad hæc
intelligenda illuminamur ex lege. Vtraq; ergo manus neceſſaria eſt,
vt inueniatur in nobis, non ſolũ fidei & ſcientiæ, ſed etiam actuum
vt inueniatur in nobis, non ſolũ fidei & ſcientiæ, ſed etiam actuum
operumq; perfectio. Nec tñ duę ſunt manus ſed vna. In manu em̃
dixit, nõ in manibus. Vnum enim opus vtriuſq; manus eſt, & vna
perfectionis expletio. c ¶ Quas deſcripſit Moyſes iuxta ca
ſtrorum loca &c. Et ſcripſit Moyſes profectiones eorũ & man
ſiones per verbum domini, vt ſcilicet legentes quanto nobis immi-
neant ꝓfectiones & manſiones, ꝓparemus nos ad hãc viã, nec ſegni
ter tẽpus noſtrũ cõſumamus: Ne dũ vanitatibus immoramur, &
ſingulis quæ ad viſum, auditũ, tactũ, odoratum, guſtũq; veniũt, de
lectamur, ꝓterea tẽpus nec ſpatiũ viæ expleamus, ſed in medio de-
Luc.21.c. ficiamus quaſi in deſerto. Idcirco enim venimus in hunc mundum,
vt tranſeamus de virtute in virtutem, neque permaneamus pro ter
renis in terra, ſicut ille qui dicebat: Anima habes multa bona: man
duca, bibe & lætare. Aut enim illi dominus: Stulte, auferetur à
Exod.12.d, te hac nocte anima tua. Non dixit in hac nocte, nec in hac die,
Epheſ.6.b. ſed hac nocte. Nocte enim perimitur ſicut primogenita AE-
gyptiorum, quia dilexit mundum & tenebras eius, ſocius rectorum
mũdi huius tenebrarum harum. Tenebræ autẽ & nox mundi iſte
dicitur ꝓ his qui in ignorantia viuunt, nec lumen veritatis recipiũt
& ideo de

a ¶ Id eſt operatione.

b per turmas ſuas in mãnu Moy
a ¶ Non enim ſufficit manus Moyſi, quæ ſignificat ſcientiam legis, quæritur & manus Aaron, qui ſacerdotandi deo peritiam ſignificat.
b ¶ Vt legamus ſemper & videamus quantæ nobis immineant profectiones & manſiones.
c ſi & Aarõ, quas deſcripſit Moy
ſes iuxta † caſtrorum loca, quæ
d domini iuſſione mutabant. Pro
a ¶ Commotione turbida, vel commotione tineæ. Omnia enim quæ in mundo ſunt in perturbatione & corruptione poſita ſunt.
fecti igitur de Rameſſe men
a ¶ Quia quartadecima egerunt paſcha in AEgypto, & quoddam initium feſtiuitatis, ſingulantes agnum pridie quam proficiſcerentur.
ſe primo, quintãdecima die men
e raël in manu excelſa, uidentibus
a ¶ Mortui ſepeliebant mortuos ſuos, & viuentes ſequebantur dominum ſuum.
cunctis Ægyptijs & ſepẽlienti
bus primogenitos quos percuſ
ſerat dominus (nam & in dijs
eorum exercuerat ultionem)
g caſtrametati ſunt in Socoth,

& ideo de Rameſſe ad Socoth nõ tranſeunt. d ¶ Profecti igitur C
&c. Filij Iſrael adhuc in AEgypto poſiti quartadecima die fecerũt 1.manſio
paſcha, & initium quoddam feſtiuitatis. Sequenti ergo die qui eſt Tropolog.
primus azymorum, quintodecimo. ſ. primi menſis proficiſcuntur
de Rameſſe, & veniunt in Socoth, vt ibi faciant feſtiuitates azymo
rum vel diem. Quis hæc intelligat? Quis vel
ex parte cognoſat: ſicut Apoſtolus dicit: Ex 1.Cor.13.c.
parte ſcimus, & ex parte prophetamus.
Quis enim intelligit quomodo ex parte di
es feſtos, agimus vt nemo nos iudicet in par Coloſ.2.c.
te diei feſti aut neomeniæ aut ſabbathi?
Omnis enim dies feſtus qui hîc agitur, in
parte geritur, non in integro. Sed cùm erie
ris de AEgypto, tunc erit tibi perfecta feſti Exod.12.f.
uitas. Scito tamen quia poſt illud paſcha
quod in AEgypto factum eſt ſemel, inue-
nitur in deſerto aliud celebratum cùm lex
data eſt: & poſthæc nuſquam geri niſi in
terra promiſſionis. ¶ Origenes. Hic ordo
& diſtinctio manſionum valde neceſſaria
eſt & obſeruanda his qui ſequũtur deum
& cogitant de profectibus virtutum. Fit er
go prima profectio ex Rameſſe, ſiue de hoc
mundo anima poficiſcens, & ad futurum
ſeculum pergens, ſiue ab erroribus vitæ ad
vitam virtutis & ad agnitionem dei. De
Rameſſe proficiſcitur, quem interpretatur
commotio turbida, vel commotio tineæ,
quia in hoc mundo omnia in cõmotione
& perturbatiõe & corruptione poſita ſũt.
In quibus nõ oportet animã reſidere, ſed ꝓ
ficiſci & venire in Socoth. i. tabernacula.
Primus ergo animę ꝓfectus eſt, vt auferaí à Primus ꝓ-
commotione terrena: & ſciat ſibi tanq̃ pe- fectus aiæ
regrinanti & iter agenti in tabernaculis ha-
bitandũ. Quo velut in ꝓfinctu poſita ad-
uerſus inſidiantes expedita occurrere poſ-
ſit & libera inde iã vbi ſe ſentit eſſe prępara
tam, ꝓficiſcitur ex Socoth & applicat in Buthan. e ¶ Manu ex-
celſa. Vbi non eſt humanum opus neque terrenum, ſed diuinum,
ibi excelſa manus noĩatur, per manũ em̃ opus intelligitur. f ¶ Et D
in dijs eorum. Omnes dij gentium dęmonia, in quibus faciet do Moraliter
minus vindictam in die iudicij. Facit & nunc cũ quis ab illis dece-
ptus fuerat: vt idola coleret, per verbum dñi cõuerſus deũ colit, vt
cũ fornicator ad pudicitiam conuertitur, & ſe erraſſe deplorat: ipſi?
pœnitentię lachrymis vrit dæmon vel de ſuperbia ad humilitatẽ,
de luxuria ad parcimoniam. Quantis eos putas agi tormentis, ſi
quẽ videant vendere omnia ſua & dare pauperib? & tollere cru-
cẽ ſuã, & ſequi Chriſtũ, vel cũ viderit fraudis ſuæ nebulas ꝓ agnitio Matth.19.
nem diuinę legis referari? Non enim ſine ipſis cõſummatur pctm̃.
Nobis ergo ſummopere agẽdũ eſt, ne AEgyptiorũ primogenita
vel deos eorũ q̃s dñs extinxit, reſuſcitemus in nobis, ſi dederimus
eis locũ opandi in nobis q̃ dñs odit. Sic em̃ dñs puniet deos AEgy
ptiorũ de emẽdatione noſtra & cõuerſatione. g ¶ In Socoth. 2.manſio
in tabernaculis. Dum enim peregrinamur ĩ corpore, in tabernaculis 2.Cor.5.b.
habitam?.

Nicolaus de Lyra.

✠ Sed & de ſolitudine Sinai egreſſi, tertia ibi: Egreſſiq; de Cades.
In prima parte continentur xij. manſiones quę ſic numerantur:
a ¶ Profecti igitur de Rameſſe. Hic eſt locus vnde primo re
ceſſerunt. b ¶ Menſe primo. ſ. martio. c ¶ Quintadecima
die menſis primi. In mane illius diei receſſerunt, vt dictum fuit
Exo. xij. d ¶ Altera die phaſe. i. in craſtino immolationis agni pa-
ſchalis, quẽ immolauerant die ꝑcedenti, ſ. quartadecima die mẽſis pri
mi ad veſperam, vt habetur ibidem. Aliqui autem libri ſic habent:
Altera die fecerunt phaſe, ſed li fecerunt, non eſt in Hebræo nec in
libris correctis, nec mirũ, quia non eſt de textu, ſed peruertit ſenten-
tiam, vel ſaltem obſcurat eã, quia videtur ſonare q? filij Iſrael fecerũ
phaſe poſt exitum de Rameſſe, quod non eſt verũ: ſed ante vt dictũ
eſt. e ¶ Filij Iſrael. Hoc refertur ad illud quod ꝑdicitur: Profe-
cti igitur de Rameſſe, quia media nocte interfecti ſunt à deo primo
geniti AEgyptiorũ, ꝓpter q? AEgyptij territi cõpellebãt filios Iſ
rael exire de terra, & ſic receſſerunt in mane de Rameſſe. f ¶ In
manu excelſa. i. in poteſtate diuina. g ¶ Nã & in dijs. ex. vl.
Tunc em̃ idola AEgypti corruerũt & cõminuta ſunt. h ¶ Caſtra
metati ſunt i Socoth. Iſta fuit prima mãſio, & poſt iſtã enumerã
tur xl. vſq; ad mõtem Sinai, vbi fuit xij. mãſio, & patet lra vſq; ibi:

habitamus. ¶ Cū exierim⁹ de AEgypto.i.de seculo,primūm taber
E nacula figimus,scientes quia ad vlteriora & ad terram sanctam cę
lestem.s.properamus.a ¶ De Socoth .Origē. Proficiscuntur ex
Socoth,& applicant in Etham,quæ conuallis dicitur. Sunt enim in
his ꝓfectus virtutis quæ exercitio & labore acquirit,nec tantūm in
prosperis quātū in aduersis ꝓbatur. Veni
tur ad conuallem. In conuallibus enim & in
inferioribus certamen habetur contra dia-
bolum & aēreas potestates. Abrahā in val-
le Salinarum pugnauit contra barbaros re-
ges,& victoriā consecutus est. Descendit er
go viator noster ad eos qui in profundis
sunt & in umis,vt non ibi moretur,sed vt vi
ctoriam consequatur. b ¶ In Etham.
Etham sana fortitudo,vel professio ,in qua
fortitudinem & robur assumimus,ne in via
deficiamus. c ¶ Inde egressi.idē.Pro-
3.mansio fectiq; ex Etham applicuerunt Hahiroth,
quod interpretatur vicus. Nondū enim ad
ciuitatem venitur, nec perfecta iam tenent,
sed quædam parua. Hīc est profectus vt à
paruis ad magna veniatur. Venitur ergo
ad ostia,ad primum ingressum vitæ,quod est
indicium conuersationis & abstinentiæ. Hahi
roth autem posita est contra Beelsephon,
& contra Magdalum: Beelsephon interpre
tatur ascensio speculæ vel turris. A paruis
ergo ascenditur ad magna. Necdum anima
in ipsa specula,sed contra speculam.s.in con
spectu speculæ posita est. Speculari enim
incipit & prospicere spem futurorum & latitu
dinem profectuum. Et paulatim crescit dū
F plus spe nutritur,quàm laboribꝰ fatigatur.
4.mansio Quarta ergo mansio est contra Magdalum
Exod.16.a. nondum in ipso q̄ magnificentia dicitur.
Habet ergo in conspectu ascensionem spe-
culæ & magnificētiam rerum futurarum,q̄
bus pascitur & nutritur. In profectibus ēm
est,non in perfectione. ¶ Hiero. Quarta mā
sio est Phihahiroth,quod interpretat̄ os no
bilium,q̄ scribitur per literam Heth. Quidā
putant malè Arioth villas,errorq; est manifestus,q̄ ꝓ supradicto e
lemento,a in literam legant. Beelsephon interpretatur domus aqui
lonis,vel ascensus speculæ,vel habens arcana ,Magdalum magni
tudo vel turris. Assumpta ergo fortitudine nobilitamur in do-
mino,& diaboli arcana contemnimus,& magnificentiam illius,& tur
ritam superbiam declinamus. Non enim est ab austro vnde do
Abac.3.a. minus veniet,& à meridie vbi sponsus recumbit in floribus,sed
Cano.1.b. possessor aquilonis venti frigiditissimi,vnde exardescunt mala, qui
Hiere.1.c. cùm sit frigiditissimus,nomine dexter vocatur,falsò sibi assumens vo
cabulum virtutis & dexteræ,cū totus sit in sinistra. d ¶ In Ma
5.mansio. ra &c. Hieronymus. Quinta mansio est Mara, id est amaritudo:
Non poterant ad maris gurgites peruenire,& Pharaonem cum
exercitu videre pereuntem,nisi habuissent in ore nobilitates, id est
in domini confessione virtutes. Post prædicationem euangelij,
post tabernacula transmigrantium,post assumptam fortitudinem,
post confessionis nobilitatem,pericula rursus occurrunt. Sem-
per ergo cauendæ insidiæ,inuocanda dei misericordia,vt insequen
tem Pharaonem possimus effugere,& nubis spiritalis baptismo
suffocetur. Egressis de mari rubro occurrit eremus Sur, quæ &
solitudo Etham dicitur. In qua tribus diebus egredientes non ha
buerunt aquam,& perueniunt ad Maram, ex amaritudine sic di-
ctam,Habebat fons aquam non dulcem. Murmurat populus a-
Exod.15.d. quas videns,& portare non sustinens. Mara significat aquas occidē
tis literæ: quibus si immittatur confessio crucis,& sacramenta do-
minicæ passionis amaritudo vertetur in dulcedinem. vnde consti-
Roma.5.a. tuit dominus populo,legem & iudicia,& tentauit eum. Vbi enim
magnitudo gratiæ,ibi magnitudo discriminis. Ne terrearis,si post
Pro.5.a. victoriā venias ad amaritudinem, quia verum pascha facientes cū
amaritudinibus comedūt,& tentatio ꝓbationem, probatio spem,
spes parit salutem. Apud medicos quoque antidotus noxios hu-
mores ēperans ex amaritudine nominatur, quæ dulcis ostenditur
restituens sanitatē. Sicut econtrario voluptas atq; luxuria amaritu
dine ēperatur. vnde Quæ ad tempus pingues facit fauces tuas,
6.mansio nouissimè verò amariorem felle inuenies. ¶ Post hæc profecti
sunt de Hahiroth: transeunt per medium maris rubri: & applicant
ad amaritudines. Tempus enim ꝓfectuū periculosum est. Qđ mo-
Moraliter lesta tentatio est transire per medium mare ; videre fluctus in cumu-
lū crescere

a & de Socoth uenerūt in Etham,
b quę est in extremis finibus solitu
c dinis. Inde egressi uenerūt contra
a ¶ Os nobilium: fortitudine enim assumpta nobili-
tamur in domino: & despicimus Beelsephon.id
est dominum aquilonis: & eius superbiam
declinamus.
Phihahiroth, quæ respicit Beelse
phon, & castrametati sunt ante
¶ Magnitudo vel turris.
Magdalum. Profectiq; de Phiha
hiroth, trāsierunt per mediū ma
re in solitudinem, & ambulātes
tribus diebus p desertū Etham,
a ¶ Mara interpretatur amaritudo. vt voluptas &
luxuria, vitæ amaritudine terminetur: & per
crucis signum quasi per cruciatum suauitas
compensetur.
d castrametati sūt in Mâra . Profe
a ¶ Arietes. hi sunt apostoli duces Christiani
gregis.
e ctiq; de Mara, uenerunt in Elim,
a ¶ Apostolica doctrina.
b ¶ viuentium.
ubi erāt duodecim fōntes aquarū,
a ¶ Alij.xii.discipuli,qui tamen apostoli dicti sunt.
& pālmę septuaginta, ibiq; castra
f metati sunt. Sed & inde egressi, si
g xerunt tentoria super mare ru-
a brum . Profectiq; de mari rubro
a ¶ Sin rubus vel odium, quia cum venimus
in locum ecclesiæ, de qua nobis loquitur
deus, odium inimici meremur.
h castrametati sunt in deserto Sin

lum crescere,audire vndarum insanientium fragorem. Si ta men se C
quaris Moysen,id est legē dei,aquæ fient tibi murus de xtra leuaq;
& siccum iter in medio mari inuenies. Illud quoque cæleste iter qđ
agit anima,potesti offendere vndas . Est enim pars aquarum super
cælos, pars sub cælo. Nos interim earum quæ sub cælo sunt,vn-
das & fluctus perferimus: deus viderit
si ille quietæ sint, & semper placidæ, nec
vllis flatibus excitatæ. Cùm autem veneri-
mus ad transitū maris, etiam si videamus
Pharaonem & AEgyptios insequentes, ni
hil trepidemus,credamus in vnum verum
deum, & quem misit filium suum Iesum Iohā. 17.a.
Christum. Credamus etiam Moysi,id est
legi dei & prophetis, & videbimus AEgy-
ptios iacentes ad littus maris: & cātabimus Exod. 15.a.
domino qui equum & ascensorem demer- Hebr. 11. c.
sit in mare. Applicuerunt ergo ad amaritu-
dines,sed ne paueas. Omnis enim eruditio
ad ꝓsens non videtur dulcis esse sed ama-
ra,postea verò fructū dulcissimum iustitiæ
reddit exercitatis. Azyma quoq; cum ama-
ritudine comeduntur. Nec peruenitur ad
terram promissionis nisi per amaritudines.
Sicut enim medici quasdam amaritudines
medicamentis inserunt pro sanitate langue
tium,ita medicus animarum voluit nos pa
ti amaritudines huius vitæ,quia finis huius
amaritudinis acquirit dulcedinem salutis,si
cut amarum finem,finis mundanæ dulcedi
nis. Ne refugias ergo applicare ad amari
tudinem. e ¶ In Elim vbi erant. Profectiq; de amaritudine venerunt in E- 7.mansio
lim,vbi sunt .xij. fontes aquarum, & .lxx. H
palmæ erant . Vides post amaritudines &
tentationum asperitates q̄ amœna te susci
piant loca. Non venisses ad palmas nisi ten
tationum amaritudines pertulisses. Nec ad
dulcedinem fontium,nisi tristia & asperasu
peralles. Non q̄ in his fit finis itineris & ꝓfe
ctio cunctorum: sed dispensator animarū
deus interserit laboribus quædam refri-
geria,quibus recreata anima promptior reddatur ad reliquos labo Lucę.10.
res. Elim interpretatur arietes. Arietes sunt duces gregis : hi sunt a- 1.Cor.15.c.
postoli duces gregis Christi,qui sunt etiam duodecim fontes. Sed
quia non solùm illos elegit Christus,sed & alios.lxx.ideo. lxx. arbo
res scribuntur esse palmarum,& ipsi ēm apostoli nominantur. vnde Paulus: Deinde apostolis omnibus. Hęc te amœnitas post amari-
tudinem,hęc requies post laborē: hęc gratia suscipiat post tentatio
nem. f ¶ Sed & inde egressi &c. super ma-ru. Quia post
apostolicam doctrinā & dulces fructus triumphorum, interdum
apparent prēterita discrimina. ¶ Profectiq; de Elim applicuerunt
iuxta mare rubrum. Nota quia iā nō intrant in mare : sufficit semel
intrasse,sed applicant iuxta,& mare quidem vident & vndas, sed
motus eius & impetus non timent. g ¶ Mare rubrum &c.
Hier. Hebraice ים סוף iam suph. Fortè pergentib⁹ quidā fin⁹ ma
ris occurrit iuxta quē fixere tentoria, quod aliud est q̄ mare trāsire.
Post euangelicā enim disciplinam, post dulces cibos triumphorū
apparet interdum mare & prēterita discrimina. Iam suph ex mari
& rubro cōpositū est. Suph ēm rubrū & scirpus dicit quali mare
caricosum. Forsitan ergo venerunt ad quandā paludē carecto & rū
cis plenā. Oēs aūt cōgregationes aquarū dicunt maria. Hęc mansio
in Exod. nō habetur, sed scriptū est q̄ de mari rubro venerūt in de- † xxij.
sertū Sin, quod est inter Elim & Sinai. xv. die mensis secundi egres- & mansio
sionis eorum ex AEgypto, id est. † xxx. post quē egressi sunt de Rames-
se. h ¶ In deserto Sin . Hieronymus. Profectiq; de mari ru
bro castrametati sunt in deserto Sin. Hæc octaua mansio est, licet Exodi. 16.
iuxta Exodum septima. Sed sciendum, q̄ omnis eremus vsque ad
montem Sinai

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶ Fixerunt tentoria super mare rubrum &c. mare rubr.
Istud non videtur verum, quia iam ante mare rubrū trāsierāt, & ab
eo se elongauerant per plures mansiones. Ad quod dicendum, qđ
mare rubrum frequenter habet sinus magnos, vbi plus intrat terrā.
& sic factum est hīc, quia postq; filij Israel transito mari rubro am
bulauerāt per desertum; venerunt super vnum sinum maris rubri,
✠ vbi fixe

☞ montem Sinai, Sin vocetur, & ex tota prouincia locus vnius mansionis nomẽ accepit, sicut Moab tam vrbis q̃ prouinciæ nomẽ est. A

Sin solitudo In hac solitudine mãsiones quinq; sunt, Iamsuph, & eremus Sin, & Daphca, & Alus, & Raphidim. Sin autem interpretatur rubus vel odium. Cũ enim venerimus ad locum illius mansionis de quo nobis loquitur dominus, odiũ inmici incurrimus: & videmus ardere rubũ, & nõ comburi. i. ecclesiã persecutionibus inflammari & loquente in illa domino nõ perire. Et nota q̃ in hac mansione, in qua nostra torcularia sunt. vnde octauꝰ psalmus, p̃notatur de sertum carpimus rubi, qa plures defertæ fiũt, q̃ eius q̃ habet virum. ¶ Profectiq; de mari rubro applicuerunt in desertum Sin.

Exod.3.a

* in † Exo.17.a. Sin rubus interpretatur vel tentatio. Ibi iã incipit aridere bonorum spes, vbi de rubo apparuit dominus, & responsa dedit Moysi, & initium visitationis filijs Israel. Solet enim in visionibus esse tentatio. Solet eñ angelus iniquitatis transfigurare se in angelum lucis, & ideo sollicitè agendum est, vt discernas visiones. Vnde Iesus Naue, cũ visiones videret, interrogat eũ qui apparuit, nostier es an aduersariorum? Ita ergo profi ciscens anima cũ inuenerit discretionem visionum, p̃babit̃ spiritalis esse. Est enim inter dona spiritussancti discretio spirituum.

2.Cori.11.c.

Iosue.5.d.

3.Co.12.a. a ¶ In Daphca. Hebraicę דפקה Daphquah, id est pulsatio. Post resp̃õsa domini, post octauum numerum resurrectionis Christi, incipimus sacramenta pulsare. ¶ Orige. Profecti de deserto Sin, venerũt in Daphca, q̃ interpretatur sanitas. Nota ordinem profectuum. Vbi spiritalis efficit anima, & discretionem habet visionũ, peruenit ad sanitatem vt meritò dicat: Bñdic aĩa mea dño, q̃ sanat oĩes languores tuos. Multi sunt langores aiæ, auaritia. s. superbia, iactãtia, formido, incõstãtia & similia. b ¶ Castrametati sunt. Hiero. Decima mãsio in Exodo non hĩ, & creditur in eremo Sin contineri, eodem narrãte libro. Profecta est omnis multitudo Israel de eremo Sin per mãsiones suas p̃ os dñi, & venerũt in Raphidim. Vnde patet plures mãsiones huius regionis vocabulo demostrari. In hac solitudine murmurat ppls propter famẽ, & conuersus respicit procul in nube gloriam dei, accipit vespere coturnicem, mane autem manna. Et nota in mansione decima fermentum poni, & post esum carnium mãnam tribui, & impleri scripturam: Panem angelorum manducauit homo. ¶ Profectiq; de Daphca veniunt in Alus. i. labores. Nec mireris si sanitatem sequuntur labores, quia ideo sanatur anima, vt delectabiliter laboret & dicatur ei: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. c ¶ Raphidim. Hiero. Castrametati sunt in Raphidim. Vndecima mãsio: hęc in Exodo dicitur post p̃fectionem de eremo Sin. In ea conqueritur populus ob ardorem sitis, & fons de petra Oreb erumpit & profluit, tentationisq; nomen sortitur. Moyses ascendit in montem: Iesus contra Amalec militat, & crucis signo superatur inimicus. Remissis orantis manibus hostis victor insequitur. Sedet Moyses super lapidem Zachariæ, qui septem oculos habet, & in Samuelis volumine appellat Abnezer. i. lapis adiutorij. vtrangę manũ eius Aaron & Hur. i. mõtanus & lucidus subsistunt. Deuicto aduersario superuenit Iethro, adducit Sephoram & vtroscp filios dat consilium. Ixx. seniorum & in typum ecclesiæ de gentibus congregate inminutio legis euangelio suggerente completur. Bene dissolutio vel sanitas sortium Raphidim dicitur, propter dissipatum Amalec, vel sanatum Israel, vel remissio manuũ iuxta Syros propter offensam populi, qui contra dominum in hoc loco murmurauit. Post fermentum ergo, Alus & & Massan, ecclesiæ solent dæmonum tentamenta consurgere.

Nota Psal.77.c.

Psal.127.a.

10.mansio Exo.16.a. B

11.mansio Exo.17.b.

Zacha.3.d. Exod.18.a. 1.Reg.7.c.

¶ Orige. Post hæc veniunt in Raphidim, quę interpretatur laus iudicij. Bene laus sequitur post labores, sed laus iudicij. Fit ergo digna laude anima quæ rectè iudicat & discernit, quæ scilicet spiritualiter

1.Cori.2.d

12.mansio Exo.19.a. diiudicat omnia, & à nemine diiudicat. d ¶ In deserto Sinai. Hiero. Sinai duodecima mansio. Statim tibi veniat in mentem apostolorum numerus. Vna de pluribus, sed maior omnibus, non separatur in ordine, præcellit in merito. Ad hanc. xlvij. die perueniunt dicente scriptura: Mense tertio egressionis filiorum Israel de Egypto, in hac die transierunt in solitudinem Sinai. post quã puenitur in desertum Sina. ¶ Sina quidem locus deserti est, quem suprà Sin nominauit. Sed hîc magis locus montis, qui in ipso deserto est, appellatur, qui ex vocabulo deserti Sina dicitur. Postquam ergo laudabilis iudicij facta est anima, & rectum cœpit habere iudicium, daf ei lex à deo, quia capax est diuinorum secretorum, & cælestium visionum. c ¶ Ad sepuchra concupiscentiæ &c. Hiero. Tertiadecima mansio sepulchra cõcupiscentiæ. Est autem sensus ille de euangelio, q̃ dominus Iesus baptizatus, statim à spiritu deductus est in desertum, & tentabatur à diabolo. Itaq; Israel post familiarẽ cum deo sermonem, postq̃ iuxta montem Sinai commoratus est, anno vno & diebus quatuor mira dispositiõe castrorum egressus est in solitudinem Pharan, quæ interpretatur onager vl feritas: Ibiq; succũbit malæ bestiæ fastidiens cęlestem panem. ¶ Orige. Profecti de Sina, veniunt ad sepulchra cõcupiscentie, vbi. s. sepultæ sunt & obrutę cõcupiscentię, & extincta omnis cupiditas, ne vltrà cõcupiscat caro aduersꝰ spiũ, mortificata scilicet morte Christi. f ¶ In Haseroth. Hiero. Quartadecima mansio in Haseroth, q̃ interpretatur atria. Ibi Aaron & Maria propter Aethiopissam contra Moysen murmurant, & in typum murmurantis contra ecclesiam de gentibus cõgregatã populus Iudęorũ lepra profunditur, nec redit ad tabernaculũ cũ pristina sanitate, donec statutum plenitudinis gentiũ tps cõpleatur. ¶ Orige. Post hæc venitur in Haseroth, q̃ꝰ interpretaf atria perfecta vl beatitudo. Intuere viator diligentius qs sit ordo p̃fectuũ, posq̃ sepelieris & mortificaueris cõcupiscentias carnis: venies ad amplitudines atriorũ, & venies ad beatitudinẽ Beata est enim anima q̃ iam nullis vitijs carnis vrgetur. g ¶ In Rethma. Hiero. Castrametati sunt in Rethma. Hæc est. xv. mansio. Et notandum q̃ reliquę mansiones. xvij. quarum breuiter catalogus describitur: à Rethma vsq; ad Asiongaber. i. xxxij. mansionem sub Pharan solitudinis nomine continentur. In quibus. xij. exploratores missi sunt ad terrã sanctam, & botrus in ligno relatus, populus gigãtes formidãs murmurat, & cõtra Amalec pugnat & vincitur. In Dathan & Abirõ & filios Core vindicta dei profertur, virga Aaron germinat, vitula rufa in holocaustum cremaf. Post sepulchra ergo cõcupiscentię & vestibula transeundũ est ad iuniperum, q̃ diu calorẽ seruat, vt simus feruentes spũ, & claro sonitu euangelium prædicemus. ¶ Orige. Inde venitur in Rethma siue Pharan. Rethma visio consummata interpretatur: Pharan verò os visibile. Quid nisi ita crescat aia, vt cũ defecerit molestijs carnis vrgeri, visiones habeat consummatas & rerum perfectam capiat intelligentiam? causas scilicet incarnationis verbi dei, & rationes dispensationum eius altius cognoscens.

13. mansio. Matt. 4. a. Gal. 5. c. 14. mansio Ibi. 12. a. Nota viator 15. mansio D Ibi. 14. g. & 16. c. & 17. b. 16. mansio Act. 4. f.

h ¶ In Rẽmomphares Hiero. Mali punici diuisio, in quo significatur ecclesia quasi multa grana vno cortice contegi: dum omnem turbam credentium in fidei vnitatem concludit. Vel varietas & consonantia virtutum. vnde: Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Sicq; diuisi sunt singuli gradus, vt omnes eadem compage teneantur. ¶ Orig. Inde venitur in Rẽmomphares, vbi scilicet diuinarum & cælestium rerum à terrenis & infimis discretio fit. Crescẽte enim intellectu animæ, notitia ei excelsorum p̃betur, & iudicium datur quo sciat̃ temporalibus æterna, & à perpetuis caduca separare. i ¶ In Lebna &c. Laterem scilicet. In hoc enim transitu nunc crescimus, nunc decrescimus, & post multos profectus sæpe ad laterem, id est carnalia opera redimus. Post hæc venitur in Lebna, quod interpretatur dealbatio, Scio in alijs dealbationem culpabiliter poni, vt cũm dicitur paries dealbatus, & monumenta dealbata. Hîc autem dealbatio est, ☞ de qua dicitur

17. mansio Act. 23. a. Matt. 23. c.

Nicolaus de Lyra.

↬ vbi fixerũt tẽtoria. a ¶ In Raphidim &c. Vbi populo defuit aqua &c. put habet Exo. xvij. b ¶ Sed & de so. Hîc consequenter enumerant mãsiones à monte Sinai exclusiuè vsq; ad Cades inclusiuè, & sunt mansiones. xxj. c ¶ Venerunt ad se. cõcu. Sic enim vocatus est locus ille, quia ibi sepultus est populus q̃ desideraverat carnes, vt dictũ est. ḡ. xj. cap. Cætera patent in litera.

E ☞ de qua dicitur: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Et si fu-
Psa.50.b. erint peccata vestra sicut phœnicium, vt niu em dealbabo. Et ali-
Esa.1.e4 bi: Niue dealbabuntur in Selmon. Et vetusti dierum capilli dicun-
Psal.67.c. tur esse candidi, id est albi sicut lana. Hæc igitur dealbatio ex splen-
dore veræ lucis intelligitur prouenire, & ex visionum cælestium
18.mansio claritate descendere a ¶ In Ressa. Frena scilicet. Si enim ad lutulenta opera descen-
dimus infrenandi sumus, & cursu vagi atq; præcipites scripturarum retinaculis di-
rigendi. ¶ Orige. Post hæc fit mansio in Ressa, quod est visibilis vel laudabilis
tentatio. Quamuis enim grandes habeat profectus anima, tamen tentationes non
auferuntur ab ea, quia quasi custodia & munimen sunt ei. Sicut enim caro si sale
non aspergitur, corrumpitur: ita anima si tentatione non salitur continuò resolui-
Leui.2.d. tur. Vnde dictum est qđ omne sacrificiũ
2.Cori.12.b sale salietur. Hinc Paulus ait: Ne magnitu-
do reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę: hæc ergo est visibilis
vel laudabilis tentatio. b ¶ In monte Sepher. Hiero. Pulchritudinis. Mõs au-
tem pulchritudinis est Christus. Vicesi-
20. mansio ma mansio in monte pulchritudinis con-
Psal.14.a. stituta est, de qua dicitur: Domine quis ha-
bitabit in tabernaculo tuo &c. Vides qđ
profint frena. A vitijs nos retrahunt, ad
virtutum choros introducunt, & in Chri-
sto monte pulcherrimo habitare faciunt.
¶ Orige. Alia litera. Inde venitur in mõ-
tem Sepher, quod tubicinatio dicitur. Tu-
ba signum belli est, vbi enim se tantis ac ta-
libus virtutibus armatam sentit anima,
necessariò procedit ad bellũ quod est con-
Ephe.6.b. tra principatus & potestates, & huius mũ-
di rectores. Vel tuba canit in verbo dei: doctrinæ. s. & prædicatio-
F ni: vt qui audierit tubam, præparare se possit ad bellum. c ¶ In
21.mansio Harada. Hiero. Miraculum. Et nota ordinem, post frenos in eccle-
siam intromittimur, inde ad montem Christi ascendimus, in q̃ po-
1.Cori.2.c. siti miramur quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. ¶ Orige. De
monte Sepher venerunt in Harada, quod interpretatur idoneus
effectus, vt scilicet dicat: Idoneos nos fecit, ministros noui testamen-
1.Cori.3.b. ti. d ¶ Maceloth. Cœtus. hæc est ecclesia de qua dicitur: Ecce
22.mansio quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum. Vel
Psal.132.a. consonantia omnium virtutum. ¶ Inde venitur ad Maceloth, qđ
interpretatur ab initio. Contemplatur enim qui ad perfectionem
tendit initiũ, rerũ imò cuncta ad eũ refert qui erat in principio apud
deum. nec ab isto vnquam recedit initio. ¶ Et hac venitur in Ma-
celoth, quod est principatus vel virgę: vtroq; potestas indicatur, &
q̃ anima eousq; profecerit, vt dominetur corpori quasi tenens vir-
Gal.6.d. gam potestatis, imò toti mundo, cùm dicit: Mihi mundus crucifix?
23. mansio est &c. ¶ Thahath. Pauor, q̃ est custos beatitudinis, vt qui tãtũ
ascendit, non superbiat: Quasi, venisti ad ecclesiam, ascendisti ad mõ-
tem pulcherrimum, stupore & miraculo tuæ Christi magnitudinẽ
Roma.12.a. confiteris. Vides ibi multos virtutis socios. Noli altum sapere, sed
Psal.12.a. sapere ad sobrietatem. Timor virtutum custos, securitas labilis. vñ:
Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hoc est dum tor-
menta formido, gratiã acceptam seruo. ¶ Orig. Post hęc fit man-
sio in Thahath, qđ est confirmatio vel patientia. Necesse est enim eũ
Act.9.c. qui vult alijs prodesse, multa pati: & cuncta patienter ferre. vñ: Ego
enim ostendam ei, quanta oporteat eum pati pro nomine meo.
24. mansio f ¶ Castrametati sunt in Thare. Hiero. Id est malitia, vel pa-
stura sed m quosdam. Nec errarent si per A im literam scriberet. Sed
quia aspiratio dupla in extrema syllaba est, erroris causa manifesta
Gen.11.d. est. Eodem vocabulo & eisdem literis patrem Abrahæ scriptum in
uenio, qui in apocrypho paruæ Geneseos volumine, abactis coruis
qui hominum frumenta vastabãt, abactoris vel depulsoris sortitus
est nomen. Imitemur ergo Thare, & volucres iuxta viã triticum
Matth.13.a. deuorantes prohibeamꝰ. Nam & Abraham patriarcha in typo Is-
Gen.15.c. rael sacrificia per membra diuisit, & volucres abegit, & contempto-
Prou.30.c. rem oculum effodiunt corui de conuallibus, verusq; Moyses ducit
Ec.11.a. Æthiopissam, & Helias à coruis pascitur. ¶ Orig. Inde venitur ad
3.Reg.17.a Thare, quod est contemplatio stuporis. i. extasis cũ alicuius magnæ
rei stupescit animus admiratione. ¶ Hieroni, Thare malitia
vel pastura, quod ad prepositos ecclesię, vel ad custodiam animę re-
fertur, vt sollicitus sit qui pascit, ne diabolus in caulas ouium, id est G
ecclesias aliquo vitiorum foramine se ingerat. g ¶ Metcha. Hie-
ro. Dulcedo. Quasi ascendisti in excelsum montem patris, & mira-
tus es virtutũ choros, timuisti ruinam, abiecisti insidiatores: ideo
dulcis te fructus laboris insequitur, vt dicas Psal. Quàm dulcia fau- Pal.118.
cibus meis eloquia tua. Samson qui abe- Iudic.15.a
gerat à fructibus suis aues, & vulpes q̃ ex
terminant vineas colligauerat, leonẽ q̃q; Ibid.14.b.
interfecerat rugientem, fauum inuenit in
in ore mortui. ¶ Posti hæc venerunt ad
Methca, quod interpretatur mors noua.
Mors autem noua est, quando Christo cõ-
morimur & cõsepelimur, vt cõuiuæ ei. Roma.6.a.
h ¶ Hesmona, quæ interpretatur festi- 26. mansio
natio, quia post dulces fructus laboris nõ
debemus esse otiosi, sed obliti præterito-
rum in futura nos extendamus. ¶ Orig.
Inde ad Seman venitur, qđ os vel ossa si-
gnificare dicitur, in quo virtus & robur
patientię declaratur. i ¶ Moseroth. 27. mansio
Hiero. vincula, vel disciplina. Vt magistro-
rum teramus limina, & præcepta virtutũ
ac mysteria scripturarum, vincula pure-
mus esse æterna contra diaboli potesta-
tem & vincula. Quibus diruptis vicit ho- Iudic.16.b.
stes Samson. De quibus dicitur: Dirupisti Psal.115.b.
vincula mea. Qui vinculo Christi fuerit
ligatus, dicet: Sinistra eius sub capite meo Cañ.2.b.
& dextera eius amplexabitur me. ¶ Orige. Inde ad Moseroth, quod est excludẽs,
vt iam excludat suggestiones contrarij spi-
ritus de cogitationibus suis. vnde: Si spi- Eccle.10.a.
ritus potestatem habẽtis ascenderit super
te, locum tuum ne dimittas. Tenendus est
ergo locꝰ, & excludẽdus aduersarius, ne in
ueniat locũ in corde nostro. vnde: Nolite Ephe.4.d.
28. mansio
locum dare diabolo. k ¶ Beneiaacan venerunt &c. H
Hiero. Filij necessitatis vel stridoris. xxviij. mansio. Nota numerum
quia si ab vno incipias, & paulatim addens ad septimũ vsq; perue-
nies, vicesimuseptauus efficitur. ¶ Hieroni. Beneiaacan inter- Psal.8.a.
pretatur filij necessitatis vel stridoris. De his filijs dicitur: Afferte do-
mino filios arietum. Cũ autem diuinis scripturis fueris eruditus, &
leges earum & testimonia sci eris esse vincula charitatis, & conten-
dens cũ aduersarijs ligabis eos, & victos duces in captiuitatem, &
de hostibꝰ & captiuis efficies liberos dei. Et filij stridoris timore sup-
plicij, vbi est fletus & stridor dentium, deserentes vincula diaboli,
Christo colla submittent. ¶ Orige. Post hęc venitur ad Beneia- Matt.22.b.
acan, quod significat fontes vel excolationes, vbi scilicet diuinorum
verborum fontes haurit, vsq; quo excolet eos bibendo, vt nec mi-
nimum quidem mandatum prætereat, imò nec vnum iota, aut v- Matt.5.b.
nus apex de verbo dei in intellectu eius habeatur otiosus. 29. mansio
l ¶ Mosẽ. Hiero. Gadgad vel Galgath, interpretatiõnũꝰ, vel actio vel
cõcisio. Nõ enim possumus facere filios necessitatis, nisi præcepto-
res eorum interfecerimus, nec parcat manus nostra armum aut ex-
tremum auriculę extrahere de ore leonis, & nuntiauerimus prędia
futura, & accinctos esse in rebellando docuerimus. vnde: Maledi- Hiere.48.b
ctus qui facit opus dei negligenter: & prohibet gladium suum à san-
gnine. Et Dauid. In matutino interficiebam omnes peccatores ter- Psal.100.b
rę. ¶ Orig. Post hęc venit in Gadgad, quod interpretatur tentamẽ-
tum vel constipatio. Fortitudo quædam in deo & munimen est
animę tentamentum. Ita enim virtutibus admiscetur, vt videantur
absq; eo nec decore esse nec plenę, & ideo proficiscentibus ad vir-
tutem varię & frequentes mansiones in tentationibus fiunt. Quas
cum transieris, applicabis in Ietebatha. Ietebatha interpretatur
bona. Ad bonum ergo non nisi post tentationum experimenta ve-
nitur. m ¶ Ietebatha. Hiero. Bonitas quę est Christus, vt cũ 30. mãsio
venerimus ad perfectum virum sacerdotalem gradum & ætatem
plenitudinis Christi, in qua Ezechiel erat iuxta fluuium Chobar, Ezechiel.1.a
possumus cum Dauid in xxx. psalmo canere: Domine in te speraui
non confundar in æternum. Pastor enim bonus ponit animam suã Ioh.10.b.
pro ouibus suis. n ¶ Hebrona. Hiero. Transitus id est mũdus. 31. mãsio
Pręterit enim figura huius mundi, in quem venientes sancti cupiũt 1.Cor.7.f.
ad meliora transire. Ad hanc mansionẽ venit verus Hebręus, id est
transitor, qui dicere potest. Transiens, videbo visionem hanc ma- Exo.3.a
gnam. vnde: Et non dixerunt qui præteribant, benedicto domi- Psa.128.a
ni super vos. ¶ Orige. Inde applicuerunt in Hebrona,
☞ qđ est transitus

☞ qđ est trāsitus. Transeunda eñ sunt omnia, ꝙ etiam si ad bona venias, oportet te ad meliora transire, vſq; quo ad illum bonum venias, in quo semper debeas permanere. a ¶ In Asiongaber. Hiero. Asiongaber ligna viri. Quæ. ſ. saltuum & omniū arborum genera, possunt multitudinem gentium figurare. Hucusq; solitudo Pharan. xvij. continet mansiones, quæ descriptæ in catalogo in superiori itinere non ponuntur. ¶ Orig. post hæc venit ad Asiongaber, qđ interpretatur cōsilia viri. Si qs desit puer esse sensibus, peruenit ad consilia viri sicut ille qui dicebat: Qñ autē factus sum vir, euacuaui quę erāt paruuli. Sunt ergo magna cōsilia viri. vnde: Aqua alta consilium in corde viri.

b ¶ In desertum &c. Hiero. Quærit cur octaua scilicet mansio. xxxiij. dicatur. Sed sciendum qđ prior scribitur per Samech literam, & interpretatur rubus vel odium. Hæc autem per Sade, & interpretatur mādatū. Cades non (vt plerique estimāt) sancta dicitur, sed mutata vī translata. vñ in Genū. Hiras interrogat scđm Hebraicā veritatem, vbi est Cadesa. i. scortum, cuius habitus à cæteris fœminis mutat⁹ est. Sin autem sancta interpretatur per antiphrasim, sicut parcæ dicunt, qa minimē parcūt: & bellū, qa non est bonū: & lucus qa non lucet. In hac eñ mansione mort⁹ Maria, & sepelitur, & propter aquas contradictionis Moyses & Aaron offendunt dñm, & prohibent transire Iordanem. Missis nūtijs ad Edom transitus petitur & negatur. Quis timeret post tantos profectus murmur ppli, & offensam magistrorum, & viæ transitus denegatos: Et nota qđ post mortem prophetię & aquas contradictionis Idumęum carneum atq; terrenum transire non possunt. Sed egredit Edom aduersus eos in populo multo, & in forti manu. Interpretatio quoq; nominis, morti, & offensæ, & negato transitui cōuenit: vbi eñ mādatum, ibi peccatū: vbi peccatum, ibi offensa: vbi offensa, ibi mors. De hac mansione dicitur: Commouebit dñs desertū Cades. ¶ Orig. Hinc iterum Sin, id est tentatio, quia nec aliter expedit hoc iter agere. Aurifex enim vas necessarium facere volens frequenter admouet igni, subdit malleis, rasorijs perstringit, vt purgatius fiat, & ad speciem quam prospicit artifex, perueniat. ¶ Orig. Post hęc venerunt ad Pharan Cades, quod est fructificatio sancta. Vides quò venitur, vides quia post tentationis sulcos fructificatio sancta subsequitur. Hor. Hiero. Quidam interpretantur lumen, nec errarēt si per Aleph literam scriberetur: alij pellem, qui verum dicerent si ibi esset Ayn. Nonnulli foramen, qđ posset accipi si Heth haberet elemētum. Cùm autem legatur per He, magis mōs intelligitur. Et legi potest: Ascendit Aarō sacerdos in montis montem. i. in verticem eius. Et nota. Non i monte simpliciter, sed in montis monte moritur pontifex, vt dignus loc⁹ meritis illius monstraretur. Alius enim in valle, alius in campis, alij moritur in monte, alius in monte montis. ¶ Inde applicatur in mōte Hor, qđ interpretatur montanus. Vel ab eo ꝙ semper in mōte dei habiter, dicatur montanus. c ¶ Aaron sacerdos in &c. Isid. Eodem anno mortuus est Aaron, quo nouus populus terram promissionis intraturus erat. Et q̄ q̄ in monte Eleazaro sacerdotiū dereliquerit: & lex eos qui eam impleuerint, perducat ad summum: tamen ipsa sublimitas non est trans fluenta Iordanis, sed in extremis terrenorum operum finibus. Et plagit eum popul⁹ xxx. diebus. Aaron plangitur, Iesus non plangitur. In lege. descensus ad inferos: in euangelio ad paradisum ascensio. d ¶ Audiuitq; Isido. Audiuit quoque Chananęus, qđ venisset Israel & i loco exploratorū vbi quōdam pp̄m offendisse nouerat, inijt prelium & captiuum duxit Israel. Rursū in eodem loco expugnat, ex voto victor vincit, superāt victi. Per qđ intelligimus: vt cùm nos auxilio dei destitutos hostes captiuauerint, non desperemus salutem, sed iterum pugnemus. Potest fieri vt vincamus, vbi victi sumus. Appellat⁹q; nomen loci illius Horma. i. anathema. e ¶ In Salmona'. Hiero. Castrametati sunt in Salmona, deinde in Phunon. Hę duę mansiones. xxxv. &. xxxvj. in ordine historię non habentur, sed scriptum est pro eis: Egressi de monte Hor per viam maris rubri, vt circūirēt terrā Edō.

Ex quo ostendit⁹ in finib⁹ & in circumitu terræ Edom eas positas. Nec de more legitur: profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona vel in Phunon. Sed post ambitum terræ Idumæorum venit ad extremū & ait: Profecti filij Israel castrametati sunt i Oboth. Nec dixit, profecti sunt de illo loco in illū locū, qa duas mansiones prætermiserat, q̄s cū in supputatione tacuerit, reddit eas in summa. In his Aaron mortuo populus murmurat contra dominum & Moysen, manna fastidiūt, à serpentibus vulnerantur. ¶ Orig. Sequitur post hæc mansio Salmona, quod interpretatur vmbra portionis Hæc puto est vmbra', de qua dicitur: Spiritus vultus nostri Christus dominus, cui dixim⁹: In vmbra tua viuemus in gentibus. Illa quoq; vmbra similis est huic de qua dicitur: Spiritus domini obumbrabit tibi. Vmbra ergo portionis nostrę q̄ nobis opacitatē præstat ab omni æstu tentationum. Christus est & spūssanctus. ¶ Hiero. Salmona imaguncula, quia ibi expressa est imago saluatoris per serpentem æneum qui in ligno pependit. f ¶ Phunon. Os, quia cùm passionem filij dei cognoscimus, qđ corde credimus, ore pronunti am⁹, scđm illud: Corde creditur ad iustitiam &c. ¶ Orig. Hinc venit ad Phunō qđ putam⁹ esse oris parcimoniā. qui eñ potuerit mysteriū Christi & spūssancti intueri, & viderit vī audiēt q̄ nō licet hoī loq;, necessario habebit oris parcimoniā, sciēs qb⁹, qñ, vel quō de mysterijs diuinis oporteat loq. g ¶ Oboth. magi vel phythones, qa post imaginem dei q̄ in corde rōne monstrat, & cōfessionē fidei q̄ ore profert, consurgunt serpētes, & maleficę artes ad bella nos prouocāt. Sed oī custodia seruantes cor nr̄m, obturemus aures nr̄as ne audiamus voces incantiū & carmina sirenarū. ¶ Orig. Post hoc venitur in Oboth. Cuius nois q̄uis non inuenerimus interpretationem, non dubitamus sicut in cęteris, & in hoc consequentiam profectuū cōseruari. h ¶ In finib⁹. Significat scđm literā, qđ hucusq; fuerūt in finib⁹ Idumęorū, & nūc veniūt ad terminos Moab. ¶ Orig. Sequitur post hæc mānsio Gai i. Chaos: Appropiat eñ p hos ꝓfect⁹ ad sinū Abrahæ q̄ ait: Inter nos & vos magnum chaos firmatum est, vt cū Lazaro requiescat. i ¶ In Dibongad. Hiero. Dibongad. xxxix. mansio. Pro hac in ordine historię legitur, qa postq̄ castrametati sunt in Ieabarim in finib⁹ Moab cōtra ortū solis, inde ꝓfecti sunt & deuenerunt ad torrentē Zared, & inde proficiscētes castrametati sunt trans Arnon, q̄ est i solitudine finiū Amorrhęi, eò ꝙ Arnō in terminis sit Moabitarū & Amorrhęorū. post Dibongad bellū gerit contra Sehon regē Amorrhæorum & Og regē Basan, vnde discimus qa cū venerim⁹ ad summū, nō supbiamus, sed econtrario solitudinē nobis ꝓpositā nouerim⁹. ¶ Orige. Inde venitur iterū ad Dibongad, qđ interpretatur apiariū tentationū. O mira ꝓuidentiæ cautela diuinæ. Iam via tor cęlestis summæ ꝓfectioni ꝓximus fit succensione virtutum, & tamen ei tentamenta non desunt, sed noui generis audio tentamēta. Apis laudabile animal in scripturis est, cui⁹ laborib⁹ & reges & mediocres ad sanitatem vtuntur, qđ rectè de verbis prophetarum & apl̄orū, & omniū qui sacra volumina scripserunt, accipit. Et hoc ☞ esse apiarium

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶ Egressiq; de Cades. Hîc describuntur mansiones à Cades vsq; ad Iordanem exclusiuē, & sunt nouem mansiones.

b ¶ Castrametati sunt in monte Hor. Ista est prima post egressum de Cades. c ¶ Ascenditq; Aaron &c. Et ibi mortuus est sicut dictum fuit suprà. xx. cap. Dicunt tamen aliqui ipsum mortuum fuisse in Moseroth, sicut dictum fuit ibidem. d ¶ Audiuitq; Chananæus', scilicet mortē Aaron & aduentum filiorum Israel, & ex morte Aaron qę acciderat, fuit audacior ad inuadendum filios Israel: quia credebat diuinū adiutorium ab eis elongatū, eò ꝙ Aaron qui orabat pro populo, & offerebat sacrificia, mortu⁹ erat. e ¶ Venerunt in Ieabarim quæ. In Hebręo habetur: בעיי העברים in ijehaabarim. i. in solitudines Abarim. est eñ Abarim nomē mōtis iuxta quē sūt solitudines, i qb⁹ fuerūt tētoria. ix.

 ✠ Suprà Ior-

E ☞ esse apiarium omnem numerum scilicet diuinarū scripturarum puto. Est ergo his qui ad perfectionē tendūt etiā in hoc apiario tentatio. Videō in hoc apiario tentationem, cùm dicitur: Vide ne aspiciens solem & lunam, adores ea quæ sequestrauit dominus deus tuus gentibus. Et alibi: Deos non maledices. Et in nouo testamēto: Quid me vultis occidere hominē, qui veritatem locutus sum vobis? Et alibi: Propterea in parabolis loquar eis, vt videntes non videant, & audientes nō intelligant &c. Apostol⁹ quoque ait: In q̄bus deus huius seculi excęcauit mentes infidelium, & multa huiusmodi tentamenta in diuino apiario inuenies, ad quę necesse est venire vnumquemq; sanctorum, vt etiam per hæc q̄s perfectē & piè de deo sentiat, cognoscatur. a ¶ Helmondeblathaim. Quod interpretatur cōtemptū palatorum vel opprobriorum; vt intelligamus omnia dulcia & illecebras voluptatum in hoc seculo contemnēdas, & opprobria diligenda. Quæ si falsō obiȝcian tur, beatitudinem pariunt. Mel non offertur in sacrificijs dei, & cera quæ dulcia cō tinet, in tabernaculo non lucet, sed oleum purissimum quod de oliuæ profertur amaritudie. Mel em̄ distillat de labijs meretricis, de q̄ puto mystic̄ gustasse Ionathā, vix populi precibus liberatum. ¶ Orige. Post hæc venitur in Helmondeblathaim, quod interpretatur contemptus ficuū, id est vbi contemnātur penitus terrena. Nisi enim cōtępta fuerint quę delectare videntur in terris, ad cælestia transire non possumus.

Deu.6.a. &.27.a. Exo.22.d. Ioh.8.c. Matt.23.b. 2.Cor.4.a. Leuit.2.c. Exo.27.d. Prou.5.c. 1.Reg.14.d.

b ¶ Venerunt ad montem Abarim contra Nabo &c. Quadragesimaprima mansio vertitur in montes transeuntium, & est contra faciem montis Nabo. ¶ Sequitur mansio Abarim, q̄d est transitus contra Naban, quod est abscessio. Vbi enim per has omnes virtutes anima transierit, & ad summam perfectionis ascenderit, transit iam de seculo, & abscedit sicut Enoch, qui non inuenebatur, quia transtulit illum deus. Quòd si videatur adhuc in seculo esse, & in carne habitare, tamen non inuenitur in vllo seculari actu, quia transtulit illum deus in regionem virtutum. ¶ Hiero. Hîc moritur Moyses, terra promissionis ante conspecta. Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex, & non inuenitur eius memoria, sed gratia euangelij sine fine perseuerat. Et notandum, q̄ mansio transeuntium in montibus sita est, & adhuc profectu indiget. Post montana em̄ ad campestria Moab & Iordanis fluenta descendimus, qui interpretatur descensio. Nihil enim tam periculosum q̄ gloriȝ cupiditas & iactantia, & animus conscientia virtutum tumidus.

41. mansio Gen.5.c. F Epilog⁹ gestorū.42. mansionis. 42. mansio Supra.24.a Supra.25.b. Supra.16.a. N.28.& 29. Supra.30.a. Supra.31.a. Supra.32.a. Deu.1.a. Deu.32.a.

c ¶ Ad campestria Moab. Hiero. In quadragesimasecunda mansione quę extrema est, residens populus benedicitur à Balaam, & maledictio mutatur in laudes, fornicatur cū filiabus Madian: & Phinees fornicantes pugione trāsfigit: Numeratur rursus populus, numerantur & Leuitę, vt intersectis pessimis, nouus dei populus cēseatur. Filiæ Salphaat hæreditatem iudicio domini accipiunt inter fratres, nec fœmineus sexus à possessione domini excluditur. Iesus Moysi in monte succedit, & discit à lege quę spiritaliter debeat offerre in ecclesia, quid per singulos dies, quid in sabbatho, quid in calēdis, quid i pascha, quid in pentecoste, quid in neomenia mensis septimi, quid in iciunio eiusdem mensis die decimo, quid in scenophegia quando figuntur tabernacula: Quintodecimo die mēsis eiusdē, vxorum & filiorum vota sine autoritate & patrum & virorum, cassa memorantur. Bellum contra Madianitas, mors Balaam, prædæ diuisio, & oblatio ex ea in tabernaculo dei. Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse circa Iordanem in eremo possessionem accipiunt. Plurima enim habebant iumenta, nec adhuc poterant habitare in templo: Docetur populus vt in terra sancta idola destruat, & nullus de prioribus habitatoribus seruetur. Describitur olim cupita prouincia, & duarum & semis tribuum hæreditas separatur, numerantur tribuum principes qui terram sanctam intrare debeant: quadragintaduas vrbes cum suburbanis suis vsque ad mille passus per circumitum Leuitę accipiunt, quot sunt scilicet mansiones. Adduntur sex vrbes fugitiuorum, tres intra Iordanem, & tres vltrà: vt sint quadragintaocto, qui fugitiuorum suscipi, qui interfici debeant, & vsque ad mortem summi pontificis reseruari. Succedit Deuteronominum, secunda lex meditatorium euangelij. Ibi breuiter discimus quæ inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth & loca aurea, abiecto Iuda infelicissimo. xj. diebus in via de Choreb per viam montis Seir vsq; Cadesbarne Moyses populo fit locutus. Et extremū canat canticum in quo synagoga proiiciuntur, & iiciatur, & ecclesia domino copulatur. Impinguatus est & incrassatus ac dilatatus & recalcitrauit dilectus, & oblitus est dei saluatoris sui &c. Benedicuntur filij Israel, & rursus in Simone Iudas miserandus excluditur. Ascendit Moyses ad montem Nabo in vertice Phasga, qui est contra Iericho, & ostendit ei dominus omnem terram Galaad vsq; ad Dan, & Neptali, Ephraim & Manassen, & vniuersam terram Iuda vsq; ad mare magnū cōtra austrum, & regionem campestrem Ierichontis ciuitatis palmarum vsque Phegor. Quis potest tanta mysteria nosse? Quis in extremis legis & huius vitę finibus constitutus non intelligit semper sibi esse pugnandum, & tunc plenam victoriam dari, si fuerit in cāpestribus Abelsatim, quod interpretatur luctus spinarum, & fleuerit antiqua peccata, & spinas quę suffocauerunt sementem verbi dei de quibus dicitur: Versatus sum in miseria, dū mihi cōfigitur spina. ¶ Orige. Vltima māsio est ab occidēte Moab iuxta Iordanem. Hic enim curs⁹ propterea agitur, vt perueniatur ad flumen dei, sapientiæ scilicet & scientię, vt purificati terram promissionis intremus. In literario ludo vbi pueri elementa suscipiunt, alij dicuntur abecedarij, alij syllabarij, alij nominarij, alij calculatores. Et cùm audierimus hæc omnia, puerorum profectus agnoscimus. Similiter in liberalibus studijs, cùm locum recitare vel locutionem vel laudem, vel alias p ordinē materias audierim⁹ ex materię noīe, p̄fectū adolescētis aduertimus. Per hæc ergo locorū quasi materiarū nomina in diuinis eruditionibus profectus indicātur. Et sicut illi in singulis immorantes quasi mansiones faciunt, & de vna ad aliam tendunt, ita hîc mansionum nomina & profectiones ab vna vsq; ad aliam profectum mentis indicant & incremēta virtutum. d ¶ Transieritis Iordanem. i. cùm baptizati fueritis: quasi cum depositō veteri homine cum actibus suis, indueritis nouum, qui renouatur in agnitione dei. e ¶ Disperdite cunctos. Cùm terram sanctam repromissionis per fidem ingredimur, simul cum idolatria etiam omnia vitia extinguamus. f ¶ Habitatores. Malignos spūs, phantasmata vitiorū cū suggestionibus suis vnde: Beatus qui tenebit: ☞ & alibi.

Matt.11.a. Psal.31.a. Nota de fruitione literario Col.3.b. H Psal.136.b. Diuisio Mansionum numerus

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Supra Iordanem contra Iericho. Ita q̄d Iordanis fluuius erat inter exercitum filiorum Israel & Iericho, quæ est ciuitas terræ promissionis. b ¶ Ibiq; castra. de Betsi. vsq; ad Abelsatim. In hoc ostenditur quantum spatium tenebat exercit⁹ scilicet de vno istorum locorum vsq; ad alium. Dicit autem Ra. Sa. q̄ sunt ibi. xij. miliaria: Sed non est verisimile, q̄d exercitus tantūm spatium occuparet, maximè q̄a castra erant situata in quadro circa tabernaculum, vt dictum fuit suprà. iij. cap. c ¶ Vbi locutus. illa quę sequūtur i isto libro & Deutero. quantū ad magnam partē. In Deutero. enim multa replicantur quę fuerant antea libi dicta domino. Sciendum autem, q̄d predictæ mansiones in vniuerso fuerūt xlij. quarum filij Israel fecerunt. xiij. primo anno egressionis suę de Aegypto, & in principio secundi anni scilicet vsq; ad locum vnde missi fuerunt exploratores. Item octo fecerunt quadragesimo anno scilicet à monte Hor excluiuę vsq; ad Iordanem. Et sic patet q̄d tēpore intermedio, quod fuit ferè. xxxviij. annorum: filij Israel fecerūt tantū viginti mansiones. Ex quo patet, q̄d hoc dictum fuerit suprà xiij. ca. q̄d filij Israel essent vagi per desertum toto illo tempore, nō tñ sic est intelligendum, q̄ essent quasi sic in continuo motu de loco ad locū, sed aliquando in vno loco diu mānerūt, qa tandiu manebāt in vno loco, quādiu nubes stabat sup tabernaculū. d ¶ Precipe. Suprà descriptus est status populi in itinere procedentis, hîc consequenter describitur status eius ad terminum accedentis, vbi primò præcipitur idolatrię destructio. secundò describitur terrę promissionis limitatio, ibi Locutusq; est. tertiò terræ limitatę distributio, ibi: Præcepitq; Moyses. Circa primum dicitur: Præcipe filijs Israel. autoritate mea, vt sint ad hoc firmiter obligati. Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan &c. e ¶ Disperdite cunctos habitatores regionis illius. Intantum enim multiplicatæ erant iniquitates eorum, q̄d scientia mortis erat à deo data super eos, secundum quod prædictum fuerat Abraham, Genesis. xv. d. nondū em̄ completæ sunt.

☞ iniquitates

a ¶ Possessionem virtutum.

b Mensis.

A ☞ & allidet paruulos suos ad petram. a ¶ Pluribus dabitis latio. Quia qui habent copiam virtutum, latitudinem sperant prę miorum. Qui autem paucitate virtutum contenti sunt, secundum
2.Cor.9.b. meritum suum remunerationem percipiunt. vnde: Qui parcè semi nat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de bene. &c.

GLO. ORDI.

Cap. XXXIIII.

Quis dign⁹ sit nũerari.

LOcutusq; est dñs &c. Ori. Diuinis numeris non omnes di gni sunt, sed certis prę rogatiuis designant, qui intra numerum dei comprehendũtur. Vnde in hoc libro neq; mulieres nominantur pro fœminea. s. infirmitate, neq; serui vita & moribus de generes, nec AEgyptij, qui populo dei erant admisti, quia alienigenæ & barbari, sed soli Israëlitæ. Neq; illi omnes, sed a.xx. annis & suprà. Nec sola ætatis habetur ob seruatio, sed quæritur si habeant robur aptum bello. Præcipitur enim vt numere tur omnis qui procedit in virtute. Puerilis ætas non numeratur, nisi fortè primogeniti sint, aut de sacerdotali aut Leuitica stirpe descendant. Si hæc ad literam considerentur, quis dabitur profectus his qui sacris vo luminib⁹ gestiunt erudiri? Docet autem p̃ sens lectio, quid sit transcendere puerilem
†.angustijs afficiẽt vos 1.Cor.14.d inſipientiam. Si enim desiero paruulus esse sensibus, & vir effectus depoſuero quę sunt paruuli, & effectus iuuenis vincam mali gnum, procedam in virtute Israël, & di gnus diuinis numeris computabor. Dum verò ineſt alicui nostrum puerilis vel lubri cus sensus, vel fœminea & resoluta segni cies, dum AEgyptios & barbaros gerimus mores, in sacrato numero esse non me remur. Innumeri enim sunt qui pereunt, nu
Psal.146.a. merati autem qui saluantur. vnde: Qui nu
Matt.10.d. merat multitudinem stellarum &c. Christus
B etiam capillos discipulorum dicit esse nume
Supra 6.c. ratos, capillos scilicet illius capitis qui in Na
Iudic.13. zaræis erant. Quibus inerat virtus spiritus sancti ad prosternendos alienigenas virtu tes scilicet animi, & multitudinem sensuum, qui de principali mentis, tanquã de capite apostolorum procedebant. ¶ Locutus est ergo dominus ad Moysen in deserto Sina: Illa scilicet quæ superius breuiter compre hendimus: vbi præcipitur numerari à vi ginti annis & suprà, omnis qui procedit in virtute Israël &cæ. Si quis ergo procedit in virtute, ille numeratur. Nec in qualicunq; virtute vel AEgyptiorũ vel Assyrorum vel Græcorum, sed in virtute Israël, quæ à deo per scripturas docetur, & per fidem
Tropolog. apostolicam & euãgelicam traditur. ¶ Ori genĩ Ratio quoq; tribuum, distinctio ordi num, societas familiarum, ordinatio castro rum, ingentia prodit sacramenta. Certa ex pectatio est nobis resurrectionis mortuo rum: cùm hi qui viuunt, qui relicti sunt,
1.Th.4.d. non præueniunt in aduentu Christi eos qui dormierunt. Sed cum illis rapientur in nubibus obuiam Christo in aëra, siue o mnes in aëre (sicut Paulus dicit) permansu ri, siue etiam aliqui ad paradisum, aut ad alia
Iohã.14.a. 1.Cor.15.c. quælibet (ex multis mansionibus quę apud patrem sunt) loca transferendi. Diuersitas autem translationis & gloria secundum me rita cuiq; præstabitur. Et erit vnusquisq; in ordine suo. Vnusquisq; ergo in resurrectione, aut in tribu Ruben ascribetur, quia in mori bus, vel in actibus, vel in vita, ipsi Ruben aliquid simile & consan guineum habuit. Alius in tribu Simeon, forsitan pro obedientia.
1.Timo.3.c Alius in tribu Leui, qui. s. bene p̃fuit sacerdotio, vel bene ministrãs, gradum sibi bonum acquisiuit. Alius in tribu Iuda, qui regio spiritu populum suum, sensus scilicet mentis & cogitationes ☞ cordis bene

¶ Aliꝰ titulos uel idola.

illius, confringite †uitulos, & sta a b tuas comminuite, atque omnia c

a ¶ Superbiam carnis. b ¶ Carnalem animam a spiritorem uitiorum.

excẽlsa uastate, mundantes tẽr b ram, & habitantes in ea. Ego e nim dedi uobis illã in possessio nem, quã diuidetis uobis sorte. d

a Pluribus dabitis latiorẽ, & pau cis angustiorem. Singulis ut sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Sinautẽ nolueritis in

a ¶ Malignos spiritus & uitia. b ¶ Mensis uel carnis.

terficere habitatores tẽrræ qui re b

a ¶ Confessiones punctiones.

manserint erunt uobis quasi clauꝰ c ui in oculis, & lanceę in lateribus, & †aduersabuntur uobis in terra habitationis uestræ, & quicquid f

a ¶ Interitum scilicet hostium, non solatium amicorum.

illis facerẽ cogitaueram, uobis fa g ciam.

Cap. XXXIIII.

b LOcutusq; est dominus ad Moysen di cens: Præcipe filiis Israel, & dices ad e os: Cùm ingressi fue h ritis terram Chanaan, & in pos sessionem uobis sorte ceciderit, his finib⁹ terminabitur. Pars me ridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & habebit i terminos contra orientem mare salsissimum, qui circumibunt au k stralem plagã per ascensum scor pionis, ita ut transeant in Senna, & perueniant ad meridiem usq;

¶ Vel Vnde.

ad Cadesbarne. Inde egredien tur cõfinia ad uillam nomine A dar, & tendent usque Asemona: Ibitque per gyrum terminus ab Asemona usq; ad torrẽtem Æ l gypti, & maris magni littore fi m nietẽ. Plaga autẽ occidẽtalis à ma n

a ¶ I. est a mari usq; ad mare. a torrente. s. Riuocoru la qui mari influit, usq; Emoth urbem Syriæ.

ri magno ĩcipiet, & ipsũ fine clau

¶ Aliꝰ titulos uel idola.

illius, confringite †uitulos, & sta a b tuas comminuite, atque omnia c

a ¶ Superbiam carnis. b ¶ Carnalem animam a spiritorem uitiorum.

excẽlsa uastate, mundantes tẽr b ram, & habitantes in ea. Ego e nim dedi uobis illã in possessio nem, quã diuidetis uobis sorte. d

a Pluribus dabitis latiorẽ, & pau cis angustiorem. Singulis ut sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Sinautẽ nolueritis in

a ¶ Malignos spiritus & uitia. b ¶ Mensis uel carnis.

terficere habitatores tẽrræ qui re b

a ¶ Confessiones punctiones.

manserint erunt uobis quasi clauꝰ c ui in oculis, & lanceę in lateribus, & †aduersabuntur uobis in terra habitationis uestræ, & quicquid f

a ¶ Interitum scilicet hostium, non solatium amicorum.

illis facerẽ cogitaueram, uobis fa g ciam.

Cap. XXXIIII.

b LOcutusq; est dominus ad Moysen di cens: Præcipe filiis Israel, & dices ad e os: Cùm ingressi fue h ritis terram Chanaan, & in pos sessionem uobis sorte ceciderit, his finib⁹ terminabitur. Pars me ridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & habebit i terminos contra orientem mare salsissimum, qui circumibunt au k stralem plagã per ascensum scor pionis, ita ut transeant in Senna, & perueniant ad meridiem usq;

¶ Vel Vnde.

ad Cadesbarne. Inde egredien tur cõfinia ad uillam nomine A dar, & tendent usque Asemona: Ibitque per gyrum terminus ab Asemona usq; ad torrẽtem Æ l gypti, & maris magni littore fi m nietẽ. Plaga autẽ occidẽtalis à ma n

a ¶ I. est a mari usq; ad mare. a torrente. s. Riuocoru la qui mari influit, usq; Emoth urbem Syriæ.

ri magno ĩcipiet, & ipsũ fine clau

C

† delubra eorum, vbi dñs suis ora tiones facie bant

iniquitates Amorrhæorum. q.d. qñ implebuntur tunc occiden dentur, & filij tui possidebunt terram. a ¶ Confringite titu. id est aras. b ¶ Et statuas comminu. id est idola, quæ erant super altaria. c ¶ Atq; omnia excelsa. quia in montibus altis fiebãt ædificia, & plantabantur arbores ad idolatriam exercendam, & o mnia talia præcipiuntur destrui, vt tollere tur idolatria & memoria eius de terra illa, quæ erat deputata cultoribus vnius veri dei. d ¶ Quam diuidetis vobis sor te &c. hoc est expositum suprà. xxvj. Si autem nolueritis. Sequitur: e ¶ Erũt &c. id est mortales aduersarij. f ¶ Et quicqd &c. mortem inferẽdo. g ¶ Vobis facia. eò quòd nolueritis exequi iustitiam meam.

NIC. DE LY.

Cap. XXXIIII.

LOcutusq; est domin⁹. Hîc describitur terræ promissio nis limitatio. Cuius vna ratio fuit: quia aliqua erant præcepta in lege quæ obligabant tantùm in terra illa: & aliqua etiam quæ non poterant fieri ex tra, sicut ædificatio templi & oblatio sacri ficij, & ideo debuerunt limites huius terræ determinari, & primò determinatur termi nus partis meridionalis, cùm dicitur: Pars meridiana incipiet &c. i ¶ Et ha. &c. ma re sal. i. mare mortuũ, quòd est ita spissum & salsum, q̃ non est nauigabile, neq; pisces possunt ibi viuere, vt dicit Philoso. iñ. Me. Philoso. theororũ. Istic est locus vbi quinq; ciuitates fuerũt subuersæ, vt habet Genẽ. xix. & in illo loco descendit Iordanis fluuius. Illud igitur D mare erat in angulo cõiungẽte partẽ orien talem terrę promissionis & meridionalem. k ¶ Qui cir. &c. Mons est in latere meri dionali illius terræ sic nominatus, quia scor piones erant ibi in multitudine. l ¶ Vsq; ad &c. Hîc est Nilus secundum aliquos, se cundũ alios verò, qđ videtur ꝓbabilius, est quidã torrens descendens in mari mediter raneo vocat⁹ Riuocorula, & est in extremi tate terræ promissionis versus meridiem. m ¶ Et magni &c. i. littore maris medi terranei, qđ dicit hîc mare magnũ respectu maris mortui, à quo incipit terminus me ridionalis terræ ꝓmissionis, vt p̃dictũ est, & finit littore maris mediterranei. n ¶ Plaga &c. Hîc describitur terminus occidentalis, qui est totus sup littus maris mediterranei.

✣ Porrò ad septem

Moraliter. h ¶ Locut⁹ est dominus. Moraliter In hoc cap. describuntur termini terrę pro missionis secundum quatuor partes orbis, quæ sunt oriens, occidens, aquilo, meridies. Per terram verò promissionis significatur Terra pro missionis. terra viuentium siue vita beata, quæ non est propriè loquendo cælum Empyreum. Nam omnes angeli secundum doctores ca tholicos fuerunt ibi creati, non tamen tunc fuerũt beati, quia sic nulli cecidissent, quòd est falsum: Igitur terra viuentium, quòd idem est quòd vita beata, dupliciter accipi tur. Vno modo obiectiuè, & sic ipse deus est vita beata, nec habet terminos, sed est infinita. Baruch. iñ. capi. O Israël quã magna est domus dei, & in gens locus possessionis eius: magnus & non habet consummatio nem, excelsus & immẽsus. Alio modo accipit subiectiuè, put est for maliter in ipso beato, & sic est terminata vita beata. Huiꝰ termini sic possunt assignari. s. ab oriẽte claritas diuiæ visiõis, sicut ab oriẽte no bis, puenit ortus lucis: à meridie verò suauitas fruitionis proueniẽs ex feruore dilectionis, sicut à meridie prouenit feruor caloris: ab oc cidente firmitas tentatiõis. certi eñ sunt omnes beati q̃ nullo modo cadẽt à sua beatitudine. Ab aglone verò, à q̃ est oĉ malũ. Hiere. j.c.

gregium & Libānum. Iratúsque eſt dominus mihi propter uos, nec exaudiuit me, ſed dixit mihi: Sufficit tibi, nequaquam ultrà loquaris de hac re ad me. Aſcende cacumen Phaſgæ, & oculos tuos circunfer ad occidentem, & ad aquilonem, auſtrúmque & orientem, & aſpice. Nec enim trāſibis Iordanem iſtum. Præcipe Ioſue & corrobora eum atque conforta, quia ipſe præcedet populum iſtum, & diuidet eis terram quam uiſurus es. Manſimúsque in ualle contra phanum Phogor.

Moraliter. a ¶ Iair filius Manaſſe &c. Per Manaſſen, q̄ interpretat̄ obliuio conueniēter ſignificari p̄t primus pater alicuius religiōis approbatæ, vt beatus Auguſtꝰ. beatus Benedictꝰ, beatus Franciſcus, & ſic de alijs, quā q̄libet ingrediens obliuiſci debet populi ſui & domus patris ſui. Per Iair verò q̄ interpretat̄ vigilans vl illuminatio, ſignificat̄ q̄libet bonus religioſus, q̄ ſui patris exēplo vigilat ad ꝓficiēdū in ſciētia & vita & iſte obtinet regionē Argob, q̄ interpretatur maledictio, & ſublimitas. ideo ſignificat excellentiā ſuperborū maledictā, Iob. v. a. Vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius. Ois aūt ſuperbus eſt ſtultꝰ, cuiꝰ etymologia eſt ſtatu altus. Iair aūt obtinet Argob. i. excellentiā ſuperborū, quando bonꝰ religioſus verbo & exēplo ſuperbos reducit ad humilitatē bonorū: & ſic vertit noīa eorū vocans eos Auoth Iair. i. villas Iair: qa facti ſunt habitacula dei, qui habitat in mentibus humiliū, Eſaię. lvj. a. Super quē requieſcet ſpūs meus, niſi ſuper pauperē & contritū & trementē ſermones meos. Vbi verò trāslatio noſtra habet pauperē, alia translatio habet humilem, & idem ſignificat. Nam Matthęi. v. a. Humiles dicūtur pauperes ſpiritu, id eſt nō habentes inflatū ſpiritum vt exponit Auguſt. d ¶ Præcedite fratres veſtros filios Iſrael. Tales enim religioſi ad ædificationem aliorū apti ad prædicandum & confeſſiōes audiendū à ſuis ſuperioribus ſunt mittendi. e ¶ Abſq; vxoribus & paruulis & iumen

Moraliter

Patres ꝓbatę religiōis.

C

D

†de terra

– ſolitudinis

† planicie

Moraliter Deuteronomij Cap. IIII. Additio

Moraliter

E Mis & iumentis. Per vxores intelliguntur carnales, qui q̃uis sint literati, non tamen sunt inter seculares mittendi, quia plus nocerent mala vita q̃ proficerent doctrina, eò q̃ in moralibus magis mouẽt facta q̃ verba. Per paruulos autem intelliguntur nouitij, vel de nouo professi, q̃ non sunt adhuc bene firmati, & isti similiter non sunt mittendi. Per iumenta verò intelliguntur fratres simplices & illiterati, qui propter defectum scientiæ non sunt ad prædicandum apti. ¶ In capitulo .iij. vbi dicitur in postilla: Et montem istum egregiũ & Libanum. Ra. Sa. dicit &c.

ADDITIO

Si visio terræ promissiõis quam Moyses petebat à deo, intelligatur de visiõe corporali tm̃, nõ modicæ admiratiõis dignũ videtur, cur Moyses q̃ tantę pfectiõis erat, vt de eo dicerẽt: Qui in omni domo mea fidelissimus est: & palã & nõ ęnigmata & figuras dñm videt suprà. Nũe. xij. cũ tãta affectiõe & tã ardẽti instãtia peteret videre à deo terrã illã trãs Iordanẽ. & mõtẽ illũ egregiũ: pserti cũ ad hoc imꝑetrãdũ inducit memoriã maximorũ operũ, q̃ de⁹ sibi ostẽderat: & hoc cũ dicit: Tu cœpisti ostendere seruo tuo &c. Nec ꝑ em̃ ali⁹ deus in cælo & in terra, q̃ posset facere opa tua. In quo videt maxime magnificare hmõi petitionẽ, quasi coęquãdo eã his potissimis quæ iã deus sibi ostenderat: cũ tamen inter illa sit modica vel nulla cõparatio. Nam prima magnalia quæ Moysi fuerunt ostensa: de quibus hîc fit mentio, pertinebant ad omnipotentiam diuinam, & ad magnã populi dei vtilitatẽ, sicut redẽptio ab Egyptiaca, & datio legis, & deductio ꝑ desertũ, & hmõi. Q̃d aũt Moyses trãsiret Iordanẽ, vt videret illã terrã corporaliter, nihil horũ fiẽt vel ęquale includit. Ad q̃d q̃dã expositores Hebręorũ dicũt, q̃ hoc faciebat Moyses, vt ꝑpul⁹ ille magis diligeret terrã illã, cui⁹ vilio tã desiderabilis erat à viro tãtæ pfectiõis. Sed hoc nõ videt cõueniẽter dictũ, qa si sic Moyses hoc petebat ꝑ modũ fictiõis, vt ꝑplo hoc ostẽderet, nõ q̃ in corde sic haberet, q̃d nõ ꝑtinet ad virũ dei. Vñ videt aliter dicẽdũ, ꝙ Moyses

Quare Moyses à deo delide rauit videre terrãpromissionis.

GLOS. ORDI.

Cap. IIII.

F ET nunc. a ¶ Non adde. Docet normã ęqtatis, & omnẽ hæresim ꝑcutit. Vetat em̃ rectę doctrinæ aliq̃d prauę intẽtiõis addere, vel aliq̃d veritatis subtrahere. Via em̃ regia incedẽdũ est, nõ ad dexterã vel ad sinistrã. vñ: Quia rectę vię dñi. & iusti ambulabũt in eis. Similiter ait Iohãnes: Si q̃s adposuerit, ad hęc adponet deus ꝑ illum plagas scriptas in libro isto. Siquis diminuerit, auferet deus partem eius de libro vitæ.

Oseę. 14. d.

Apo. 22. d.

☞ Nec est alia

NIC. DE LY.

Cap. IIII.

Diuisio

ET nunc. Postq̃ Moyses induxit ꝑplm̃ ad dei reuerẽtiã & legis obseruãtiã, hîc cõsequẽter incipit explicare legẽ & explanare: & primò replicat explanãdo legis dationẽ. secdò legẽ ipam̃ ca. v. Adhuc circa primum primò ꝑmittit dicta explanatio, secdò infert intẽta cõclusio, ibi: Ista est lex. Prima in duas in partẽ principalẽ, & incidentalẽ, secda ibi: Tũc sepauit. Circa primũ describit ꝑ modũ replicatiõis & explanatiõis legis eminẽtia. secdò legislatoris, ibi: Nec est alia natio &c. Eminẽtia verò legis primò ostẽdit ex effectu, q̃ est ꝓlõgare vitã & multiplicare possessionẽ tpalẽ, si lex obseruet, & hoc est q̃d dicit: Vt faciẽs ea viuas, & ingrediẽs terram possideas. Secdò ex ei⁹ pfectiõe: cùm dicit: b ¶ Non adde. Istud em̃ pfectũ est, q̃d nõ habet aliq̃d supfluũ aut diminutũ. Cõsiderandũ tm̃ ꝙ hîc, ꝓhibet additio deprauãs intellectũ legis, nõ aũt additio declarãs, aut illucidans, secdm̃ q̃d scribit Eccle. xxiij. Qui elucidant me, vitã ętrnã habebũt. Q̃d aũt obseruãtia legis, ꝓlonget vitã, ostẽdit ꝑ hoc ꝙ violatores legis ꝑ idolatriam fuerãt oẽs mortui, & obseruãtes eã adhuc erãt viui, & hoc est q̃d dicit: Oculi vestri viderunt &c.

†tãtũ vt solus est iste

Et patet litera

Moyses desiderabat illã terrã videre ex deuotione, quã habebat ad illa quę fuerunt ibi facta. s. immolatio Isaac, q̃ fuit celebrata in monte Moria, vbi deus concessit & iuramento solennissimo firmauit: ꝙ in semine Abrahę. i. in Christo benedicerent̃ omnes gẽtes, ꝓut fuit largè ostẽsum suprà Gen. xxij in additiõe. iij. & iõ fecit hîc mentionẽ de monte dicens: Et montem istum egregium. Et quia ex fide etiam cognoscebat, ꝙ in illo monte posteꝝ ibi templum fuisset ædificatũ de lignis Libani, erat offerendus Christus & doctrinã salutis ibi docturus. ideo fecit mentionem de Libano dicens: Mõtem istum egregium & Libanum, & generaliter desiderabat terram totam videre, vt patet in litera, quia per totam terram promissiõis. s. Iudęã, Galilęam, & trans Iordanem Christus progressurus erat ꝑdicãdo, & docendo & miracula faciendo, vt in historijs euangelicis satis pater. Vnde Moyses: & si videre petẽbat corporalẽ visionẽ terrę, hoc tamẽ erat ꝓpter visionẽ spiritualẽ suprадictã. Nimirũ si ratione huius deuotiõis Moyses petiuisset videre terrã illam, quia etiam hodie fideles Christi videmus in longinquas regiões peregrinari, vt loca sancta visitent: Sed deus vt suã iustitiam ostenderet, etiã circa sanctos noluit sibi concedere illã visionẽ de propinquo, sed tantùm à longe dicens: Ascende cacumen Phasge, & oculos circunfer ad occidentem &c. In viris em̃ perfectis modica exercitatio corporis in rebus ad deuotionem excitantibus, tantùm operatur, sicut talium magna exercitatio in minus deuotis. nam secũdum Philosophum: Actiuorum actus est secundum dispositionem passi. Est etiam hîc alia ratio, quæ habetur in glossa: vbi sic dicitur: Magna dispensatione dei factũ est, vt Moyses qui est typus legis, non introduceret populum in terram promissiõis, quia lex neminẽ ad perfectum adduxit. Sed Iosue typus Christi, qui saluator interpretatur, tanq̃ dux & princeps populum in terram promissionis introduxit. Hęc in glos. Quę quidem expositio licet allegorica sit, multùm tamen correspõdet literali, vt patet consideranti.

Philosoph⁹

Nicolaus de Lyra.

Cap. IIII.

ET nunc Israël [a] audi † præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, ut faciens ea uiuas, & ingrediens possideas terram quam dominus deus patrum uestrorum daturus est

a ¶ Sicut Scribæ & Pharisæi qui propter traditiones suas reliquerunt præceptum dei. Matth. x. a.

[2] uobis. Non addẽtis ad uerbũ quod uobis [b] loquor, nec auferetis ex eo. Custodite mandata domini dei uestri, quę ego præcipio uobis. Oculi uestri uiderunt omnia quæ fecit dominus † contra Bẽelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio uestri. Vos autem qui adhęretis domino deo uestro, uiuitis uniuersi usque in præsentem diem. Scitis q̃ docuerim uos præcepta atque iustitias, sicut † mandauit mihi dominus deus meus, sic facietis ea in terra quam possessuri estis, & obseruabitis & implebitis opere. Hæc est enim [c] uestra sapientia & intellectus coram populis, ut audientes uniuersi [d] præcepta hæc, dicant: † En populus sapiens & intel-

a ¶ Idolum Ammonitarum.

¶ Vita ętrna.

Et patet litera. De idolatria autem prædicta, & morte idolatrarum dictum fuit Numero. xxv. Tertiò ostenditur eminentia legis ex ei⁹ cõditione, cùm dicitur: c ¶ Hęc est. i. sapida scientia, quę inducit ad dei amorẽ. Sapiẽtia aũt philosophorũ magis iducebat ad elatiõis tumorẽ. d ¶ Et intel. Intellectus ꝓpriè dicit habitus principiorũ, de quorũ vitate nõ est hęsitatio. & ꝑ hũc modũ lex diuina vocat intellectus, qa ei⁹ vitas est certissima certitudine adhęsiõis, licet nõ certitudine euidẽtię. Itẽ sicut ea q̃ manifestè sequunt̃ ex principijs ꝑ se notis, absq̃ hęsitatiõe tenent̃ ꝑ se vera, q̃ aũt repugnãt, repudiant̃ tanq̃ falsa, sic ea q̃ sequuntur ex diuina lege debent tanquam vera adprobari, & quæ repugnant tanquam falsa repudiari.

H †statua

Intellectus

☞ nec est alia

Moraliter. a ¶ Et nunc. In hoc capitulo Moyses ꝑmittit filijs Israel facilẽ ingressum terrę promissiõis, & ei⁹ possessionẽ pacificã, si tm̃ obseruẽt dei mãdata diligẽter. si verò trãsgrediant̃, eis ejectionẽ de terra illa cõminaẽ, & captiuitatẽ in aliena terra, vbi dñs seruiẽt alienis, sicut frequẽter dictũ est. Per terrã promissiõis intelligit terra viuentiũ, cui⁹ duplex est ingressus. Vn⁹ in re, sicut ingressi sunt beati. & q̃ sic ingrediunt̃ nũq̃ ejcient. oẽs em̃ sunt certi de suę beatitudinis stabilitate. Ali⁹ est ingressus ei⁹ in spe, & sic ingrediunt̃ fideles dei gratiã recipiẽtes, qa tũ ab ipa possunt cadere ꝑ mortale peccatum deo ꝑmittẽte & diabolo ꝓcurãte. & aliq̃ sic cadũt, & sic de terra viuentiũ ejciunt̃, & fiũt captiui & serui vitiorum. Iohã. viij. d. Qui facit peccatũ, seru⁹ est peccati. Et quia multa sunt vitia, & peccata, iõ seruiunt dijs alienis, in plurali. Gulosus em̃ vẽtri suo seruit sicut deo suo, Phil. iij. d. Quorũ de⁹ venter est, & glia in cõfusiõe eorũ, q̃ terrena sapiũt. Sic auarus seruit auro, & argento, & lapidibus pretiosis tanq̃ idolis suis, ꝓpter q̃d Apostolus Col. iij. auaritiam vocat idolorum seruitutem. nã auarus tot idola sibi colenda statuit, quot cõtra deũ cõcupiscit.

† in

† præcepit

A ☞a ¶Nec est alia &c. Non est alia natio tam grandis, dignitate. s. donorū, nō multitudine populorū. Nec enim gens Iudæorū numero vincebat alias gētes aut potētia, sed patrū p̄rogatiua & dignatione diuina. b ¶Q̄ viderunt oc. Visus inter omnes sensus obtinet principatū: ideo ꝑ omni sensu ponit. c ¶Sculptam similitudinem. Augu. Forsitan his duobus vocabulis vnam rem significauit. Vel similitudinem vocauit statuā, vel simulachrum non ex alicuius hominis lineamentis imitando expressum. Quod enim tali expressione fit, imaginem dici nemo dubitauerit, vt sit omnis imago similitudo: sed non conuertitur. In geminis enim similibus, similitudo est alterius cuiuslibet in altero, non imago, sed si patri similis sit filius rectè imago dicitur, vt sit pater πρωτότυπος prototypus. i. pria figura, vnde illa imago expressa videatur. Harū imaginum aliæ sunt eiusdem substantiæ vt filius, aliæ non, vt pictura. Vnde illud quod scriptum est: Fecit deus hominem, ad imaginem suam, sic intelligendum est, vt non sit eiusdem substantiæ imago, quę facta est. Si enim eiusdem esset, non facta sed genita diceretur. Quiòd verò non addidit, & similitudinem, sicut superi⁹, ideo factum videtur, quia vbi imago & similitudo. Vnde & hîc Moyses similitudinem & imaginem fieri prohibet. In decalogo autem nullam faciendam esse similitudi dicitur, nec ymago memoratur. Si enim non sit similitudo nec imago. Quoniam si imago, & similitudo. Deniq; vbi prohibuit similitudinem & imaginē homines intelligi voluit, vbi similitudo fieri potest non huius aut illius propriè sed cuiuslibet, & imago, id est huius propriè vel illi⁹ hominis. cū verò de irrationabilib⁹ animantibus diceretur, solam similitudinē dixit. Nemo enim sibi vnū canē cōstituit vel huiusmodi, quem intuens imaginem pingat vel fingat, qđ de hominibus vsitatum est. d ¶Qui sub terra morātur. Augustinus. An aquam terram intelligi voluit, propter tractabilem corpulentiā, sicut ibi: Fecit deus cęlum & terram. & ibi: Auxilium meum à domino qui fecit cælum & terram. An ideo dictum est sub terra, quia nisi aquis terra superior esset habitari ab hominibus & animalia terrena habere non posset. e ¶Quæ creauit. Augu. Non ita dictū est tanq̄ deus præceperit ea à cunctis gentibus coli, à solo populo suo non coli: sed qđ p̄scierit gentes culturam exibituras his cælestibus, & tamen præsciens creauerit eas, populum verò suum futurum esse præsciuerit, qui ista non coleret. Vel intelligatur vsus q̄ commendatur in Genesi: vt sint in signis ☞ & tēporib⁹

Quid imago & similitudo

†magna †figura

Gen. 1. d.

†eorum

†quos dixit, vt timeant

†figura

ꝓpter vocē Gen. 2. a. Philosop. 2.

Augusti

Gen. 1. b.

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶Nec est alia natio tā. &c. Hîc replicatur explanando eminentiam legislatoris, quę potissimè apparuit in datione legis: Quam quidem eminentiam quatuor ostendunt, quæ primò sigillatim explicantur, secundò vt melius commēdentur memoriæ insimul breuius replicātur, ibi: Interroga de diebus antiquis. Illorum autem quatuor primum est benignitatis amor. secundum potestatis terror. ibi: Ne obliuiscaris. tertium pietatis dulcor, ibi: Vos autem tulit. quartum ſueritatis rigor, ibi: Caue ne quando obliuiscaris. Primum autem ostenditur per hoc q̄ dominus

†repetat

a ligens, gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos b a ¶Manifeste apparēdo per ſigna & prodigia & auxiliando. approꝑinquantes sibi, sicut dominus deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens †sic inclyta, ut habeat †ceremonias iustas q̄ iudicia, & uniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos uestros? Custodi igitur temetipsum & animam tuam sollicitè: Ne obliuiscaris d ¶Intellexerunt. b †uerborum quæ uiderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diē in quo stetisti coram domino deo tuo in Horeb, quando dominus locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum, ut audiāt sermones meos, †& discant timere me omni tempore quo uiuant in terra, doceantq̄ filios suos. Et accessistis ad radices ¶Hyperbole. ¶Aereum quod aqua diluuij occupauit. montis q̄ ardebat usq̄ †ad cælum, erantq̄ in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusq̄ est dominus ad uos de medio ignis. Vocem uerborum eius audistis, & formam penitus nō uidistis*. Et ostendit uobis c a ¶Ne scilicet volens imitari sculpendo faceres idolum tibi. pactum suum quod præcepit ut faceretis, & decem uerba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihiq̄ mandauit in illo tempore, ut docerem uos ceremonias & iudicia quę facere deberetis in terra †quam possessuri estis. Custodite igitur sollicitè animas uestras. Non uidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est dominus uobis in Horeb de medio ignis, ne fortè †decepti faciatis uobis sculptā similitudinem, c ¶Hoc de hominibus. aut imaginem masculi uel fœminę, ¶Hoc de animalibus. similitudinem omnium iumentorum, quæ sunt super terram, uel alium sub cælo uolantium, atq̄ reptilium quæ †mouentur in terra, siue d piscium qui sub terra morantur in a ¶Nec in cælo vidisti similitudinem &c. aquis, nè fortè oculis eleuatis ad cælum uideas solem & lunam & †omnia astra cæli, & errore deceptus ¶Alij distribuit. e adores ea, & colas quæ creauit h

C dominus filijs Israel familiariter condescendebat, vt patet in descensu mannæ quotidie, & in populi allocutione, in legis datione & cæteris alijs beneficijs, & hoc est quod dicitur: Nec est alia natio tā grandis, non numero vel corporali quantitate, sed dignitate, qa multę aliæ nationes fuerunt maiores in fortitudine & multitudine: sed ista fuit dignior alijs, inquantum accepit legem diuinitus datam disponentem ad Christum, qui erat nasciturus secundum carnem ex Iudaris, in quo consistebat maxima dignitas illius populi.

b ¶Quæ habeat deos appropinquātes sibi. id est condescendentes. Et dicit deos in plurali, quia aliæ nationes colebant pluralitatem deorum. c ¶Sicut dñs de⁹ noster adest cūctis obsecrationibus nostris. Licet enim dęmones in idolis gentium aliquando darent eis responsa, hoc tamen erat rarò. Erant etiam illa responsa obscura & ambigua, & per consequens deceptiua, sicut illud: Aio te Aeacida Romanos vicere posse. ꝑ quod deceptus pugnauit contra Romanos, & fuit deuictus. Posse enim vincere, poterat referri ad ipsum vel ad Romanos, & ipse retulit ad se quod ad Romanos secūdum veritatem erat referendum. Verba autem domini semper sunt vera, & nullo modò deceptiua: familiaritas autem quam ostendit deus filijs Israel in veteri testamento, fuit figura illius maximę familiaritatis quam nobis ostendit in beneficio suę incarnationis, de qua habetur Iohan. j. a. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis &c. Et quia diuina familiaritas requirit munditiam cordis & corporis: ideo concluditur: Custodi igitur temetipsum & animam tuam sollicite. & sequitur: d ¶Ne obliuiscaris. Hîc consequenter ostenditur suæ potestatis terror, quia sicut amor attrahit ad bonum, ita terror retrahit à malo. & ideo sicut in datione legis alloquendo populum ostendit eis suæ benignitatis amorem, ita per signa terribilia quæ tunc fiebant, scilicet tonitrua & coruscationes & similia, incussit suę potestatis timorem. Et primò ostendit propositum. secundò ex hoc infert corollarium, ibi: Custodite igitur. Circa primum dicitur. Ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui & ne excidant de corde. de quibus dicitur Exodo. xx. cap. Cunctꝰ autem populus videbat voces & lampades & sonitum buccinę montēq̄ fumantem, & perterriti ac pauore concussi &c. & hoc est quod subditur: Et discant timere me. Sequitur: e ¶Et ostendit. i. legem quantū ad decem p̄cepta q̄ dedit immediatè & quātùm ad alia p̄cepta q̄ dedit mediātè Moyse. & patet litera. f ¶Custodite igitur. Hîc consequenter concluditur corollarium, scilicet q⁹ latria soli deo sit tribuenda. per hoc qđ in datione legis non apparuit figura alicui⁹ creaturę viuentis. & hoc est qđ dicitur: Custodite igitur sollicite animas vestras. scilicet à cultu idolatrię. Cuius causa subditur. g ¶Non vidistis aliquam similitudinem. Et ideo primò prohibet latriam impendi creaturæ viuēti sub cælo, cū dicitur: Ne fortè decepti faciatis vobis sculptam imaginem &c. secūdò corporibus cælestibus, cùm dicitur: Ne fortè eleuatis oculis ad cælum &c. & subditur causa cùm dicitur: h ¶Quę creauit dominus deus tuus in mi. & ideo si creaturę hūanę nō debet ipēdi latria, miltò min⁹ corp⁹ cælestib⁹, q̄ ꝓpter

Ennius

D

Diuisio †ad corę li. i. vsq; ad mediū cęli

†ad quā trāsitis vt possideatis eā

† corrupti Diuisio

†stellas oēm militiam

ec ✠ hoiem

E & temporibus, & diebus, & annis, quem vsum communem habet populus dei cum omnibus gentibus, sed non cultum quem habent aliæ gentes. a ¶Sculptam similitu. Aug. Hîc generaliter loquens similitudinem posuit, imaginem tacuit, quia si sit nulla similitudo nec imago. b ¶Testes inuoco hodie cælum &c.

Metonomia figura est

μετονομικὸς Metonomicos, quid quæ continet, id quod continetur significat. c ¶Nouissimo autem. Conuersionem Israelis ad fidem Christi prænuntiat, vt postquam plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluus fiat.

Roma. xi. d Augus.

d ¶A summo cæli. Augu. Cur non dixerit similiter à summo terræ, difficile est dinoscere, sicut & in euangelio vbi dicitur: Congregabuntur electi à summis cælorũ vsque ad terminos eorum. Sed fortè hoc intelligi voluit, nec ĩ hominibus nec in angelis auditum esse, qđ in hoc populo singulariter factum est, sicut sequentia demonstrãt. Sed quomodo intelligetur illud in euangelio, à summis cælorum vsque ad terminos eorum, cùm hoc de nouissima electorum congregatione dicatur.

*in hereditatem Matt. 24. c.

¶corruptiõ

Nicolaus de Lyra.

✠ hominem sunt facta. vnde & motus cæli ad completionem numeri electorum ordinatur. & ideo ipso completo cessabit. Vnde habetur Apoc. x. b. Iurauit p viuentem in secula seculorum, q tempus amplius non erit.

F a ¶Vos autem tulit. Hîc autem describitur in legislatore pietatis dulcor, per hoc q filios Israel sua mera pietate eduxit de Aegyptiaca seruitute, & hoc est quod dicitur: Vos autem tulit dominꝰ, & eduxit de fornace, quia ad literam coquebant lateres in fornace. Ferrea, quia illa seruitus erat durissima, vt habetur Exod. j. b ¶Vt haberet populum hæreditarium. id est immobiliter sibi adhçrentem, sicut hæreditas est possessio immobilis. c ¶Iratusq; dominus cõtra me propter sermones vestros. Hoc addidit Moyses ad ostendendum, q debebant esse multùm grati deo, eò qđ faciebat eis beneficium quod Moysi negauerat, introducendo eos in terram promissionis; & patet litera. d ¶Caue ne quando oblituiscaris pa. Hîc consequenter circa legislatorem describitur sçueritatis rigor, ne ratione suæ pietatis insolescerent, & ad idolatriam declinarent, & hoc est quod dicitur: Caue ne quando obliuiscaris pacti domini dei tui &çe. id est legis, quæ primo præcepto prohibet idolatriam. e ¶Quia dominus deus tuus ignis cõsumens est deus æmulator. Si genueritis. id est acriter puniens, sicut ignis inter elementa est magis actiuus. & quia ista pœna non solùm erat eis inferenda, sed etiam posteris eorum, si ad idolatriam declinarent, ideo subditur:

✠ In mitissimis diebus tunc

¶In Vsum.

dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt. Vos autem tulit dominus & eduxit de fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæreditarium sicut est in præsenti die. Iratusq; est dominus contra me propter sermones uestros, & iurauit ut non transirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam quam daturus est uobis*. Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanem, uos transibitis & possidebitis terram egregiam. Caue ne quando obliuiscaris pacti domini dei tui quod pepigit tecũ, & facias tibi sculptam similitudinem eorum quę fieri dominus prohibuit. † Quia dominus deus tuus ignis consumẽs est, deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, †deceptique feceritis uobis aliquam* similitudinem patrantes malum coram domino deo uestro, ut eum ad iracundiam prouocetis, †testes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros uos esse de terra quam transito Iordane possessuri estis. Non habitabitis in ea longo tempore, sed delebit uos dominus atque dispergit in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas uos ducturus est dominus. Ibique seruietis diis qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui non uident, nec audiunt, non comedunt, nec odorantur. Cúmque quæsieris ibi dominum deum tuum, inuenies eũ, si tamen toto corde quæsieris & tota †tribulatione animæ tuæ, postquam te inuenerint omnia quæ prædicta sunt. †Nouissimo autem tempore reuerteris ad dominum deum tuum, & audies uocem eius, quia deus misericors dominus deus tuus est: Non dimittet te nec omnino delebit, nec obliuiscetur pacti, in quo iurauit patribus tuis. Interroga de diebus antiqs, qui fuerunt ante te ex die quo creauit deus hominem super terram

a ¶Pacta confumit, & reprobos ignibus gehennæ tradit.

¶Angelos ¶Homines.

¶Interroga re, subaudi.

d †à summo cælo usque ad summũ eius, si facta est aliquando huiuscemodi res*, aut unquam †cognitum est, ut audiret populus uocem domini dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & uixisti: si †fecit deus, ut ingrederetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum per tentationes, signa atque portenta, per pugnam & robustam manum, extentumq; brachium & †horribiles uisiones, iuxta omnia quæ fecit pro uobis dominus deus uester in Ægypto uidentibus oculis tuis, ut scires quoniam dominus ipse est deus, & non est alius præter eum. De cælo te fecit audire uocem suam, ut doceret te, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti uerba illius de medio ignis, quia dilexit patres. Hoc inducitur ad ostendendum, quod ista beneficia non fecit deus filijs Israel ppẽ boni

✠ tatem eorum

subditur: Si genueritis filios. Sequitur: f ¶Testes inuoco hodie cælum & terram, citò pe. id est omnem creaturam intellectualem in cælo & in terra existentem, quia sola creatura intellectualis potest propriè testificari. Et exprimit consequenter multas pœnas. Prima est plurimorum mors siue perditio, cùm dicit: Citò perituros vos. Secunda de terra eiectio, ibi: Non habitabitis &cæ. Tertia inter infideles dispersio, ibi: Atque dispergit. Quarta idolatriæ seruitus & subiectio, ibiq; seruietis &cæte. Veruntamen quia cum dei iustitia semper currit misericordia, ideo consequenter promittit eis; pœnę remissionem, si agãt veram pœnitentiam, cùm dicitur: g ¶Cumq; quæsieris ibi dominũ deũ tuum inuenies eum. & patet litera. h ¶Interroga de diebus antiquis. Hîc consequenter prędicta de legislatoris eminentia replicat breuiter, vt ea memoriç firmius imprimantur, & primò de benignitate & familiaritate legislatoris, cùm dicitur: Interroga de dieb⁹ an. id est de his quæ facta sunt ab antiquo. i ¶A summo cęlo &c. id est ab omni creatura quæ cæli ambitu cõtinetur. k ¶Si facta est aliquando. id est tãta dei beniuolentia ostensa alteri populo. l ¶Vt audiret populus vocẽ domini dei loquentis de medio ignis. m ¶Sicut tu audisti. In Hebręo habetur: Et vixisti. q. d. hoc non est factum alteri populo. Cõsequenter repetit de pietate legislatoris in eductione populi de Aegypto, cùm dicitur. n ¶Si fecit deus. scilicet alteri populo. o ¶Vt ingrederetur & tolleret sibi gentem. sicut per effectus suæ virtutis egressus est Aegyptum, vt te inde tolleret. p ¶Per tentationes. Primò mãdãdo Pharaoni simplici verbo, vt te dimitteret, vt habetur Exo. v. quasi tentans si dimitteret populum absq; flagello. q ¶Signa: quę dedit fieri per Moysen, vt sibi crederetur q̃ esset nuntius dei sicut fuit versio virgę in serpẽtem & similia. r ¶Atq; portenta. id est plagas Aegypto illatas. s ¶Per pugnam & robustam manum extentũq;. scilicet in mari rubro, secundũ qđ dicitur Exo. xiiij. d. Dominus pugnabit pro nobis &c. t ¶Et horribiles. secũdũ qđ habetur, Sapi. xviij. c. Visus malorum somniorũ turbauerunt eos &c. v ¶De cęlo. Hîc accipitur cælum aëreũ, quia vox illa formabatur in cacumine montis Sinai immediatè à deo vel ministerio angelico, & audiebatur à populo existente circa pedem montis. Consequenter repetit de terrore potestatis, cùm dicitur: x ¶Et in terra ostendit tibi ignem suum maximum & audisti verba illi⁹ de medio qui erat valde terribilis, vt habetur Exo. xix. y ¶Quia dilexit patres. Hoc inducitur ad ostendendum, quod ista beneficia non fecit deus filijs Israel ppẽ boni

Multiplex pœna.

ministerũ

†Hebraismus

*imaginem aut

†infrà. 30d

H

†aia tua eũ fuerit tibi angustia, &

*magna

† terrores magnos

tatem eorū, sed propter merita patrū Abrahā, Isaac, & Iacob.

A a ¶ Sicut cernis in. De terra Sehon & Og data tibi. Consequenter ex p̄dictis concluditur q̄ latria soli deo sit impendenda, cùm dicitur: Scito ergo hodie &c. Secundò, quòd lex eius sit custodienda, cùm dicitur: b ¶ Custodi præcepta eius. & patet litera.

Diuisio

c ¶ Tūc sepa. Vidēs em̄ Moyses imminere mortē suā, separauit tres ciuitates trās Iordanē, vt possent ibi refugere & & saluari, q̄ absq; inimicitijs & à casu, proximū occiderēt. & patet ītra. Sciēdū tn̄, q̄ istę ciuitates nō fuerūt simplicit̄ determinatę ad refugiū, quę alię tres fuerūt institutę i terra Chanaā, put dictū fuit Num. xxxv. vbi etiā determinatū fuit, q & q̄lit̄ deberēt tibi saluari, & q nō. d ¶ Ista est. Hīc ponitur conclusio intenta in hoc ca. Ad hoc em̄ replicauit legis dationē declarando eminentiam legis, & legislatoris, vt per hoc redderent filij Israel attenti ad intelligendū & retinendum legē, q̄ erat replicanda & declaranda ca. se. & vsq; in finē libri. & quantū ad hoc dicitur: Ista est lex, quā proposuit Moyses ca. se. e ¶ Et hæc testimonia. per legem enim intelliguntur p̄cepta decalogi: per testimonia intelliguntur alia p̄cepta moralia. f ¶ Et ceremonię. Per hoc intelliguntur ceremonialia p̄cepta, quę ordinant hominē ad cultum dei.

†pelleret

†tredi ad eorum. beb.

xoib⁹ diebus

g ¶ Atq; iudicia, q̄ ordinant ad iustū cōuictū cū p̄mo. Tāgit etiā tēpus huius explanationis legis, cùm dicit: Qū egressi sunt de AEgypto, & loc⁹, ibi: trās Iordanē &c. & q̄liter fuit acquisitus, cùm subditur: Filij quoq; Israel egressi de AEgypto possederunt terram eius.

& viuat

¶ In cap. iiij. vbi dicitur in postilla:

B Ne fortè eleuatis oculis in cælum &c.

ADDITIO I.

Nō videtur sufficiēs rō in p̄posito, quā postillator hīc assignat, dicēs, q̄ si creaturę hūanę nō debet impendi latria, multò minus corpibus cælestib⁹, q propter hoiem sunt facta. Primò qa nō erat notū his quib⁹ loquebatur, qd̄ mot⁹ cæli esset ordinatus ad cōpletionē numeri electorū, & qd̄ ipso cōpleto cessaret. Nō em̄ hoc habet ex autoritate diuina in lege Mosaica cōtenta, quā ille populus recipere tenebat, sed pot⁹ ex autoritate noui te. qd̄ erat eis ignotū. vnde rō p̄dicta nō cōcludebat eis q mediū huius cōsequētię ignorabant. secundò, quia posito, q̄ mot⁹ cęli ordinet ad completionē numeri electorum ex hoc nō tollitur, quin huiusmodi motus habet efficaciam in his inferioribus, magis q̄ aliæ creaturæ, quarum similitudines hīc p̄hibet, vt iumētorū, auium, reptilium & huiusmodi. Et ideo ex hoc qd̄ alijs creaturis inferioribus prohibetur cultus latrię impendi, non sequeretur, qd̄ talis cultus non deberet impendi corporibus cælestibus, quæ sunt altioris & maioris efficaciæ. Tertiò quia secundum sanctum Tho. in prima parte. q. lxx. arti. iij. in respōsiōe ad sed̄m argu. Nihil prohibet dici q̄ dignior creatura facta sit propter inferiorem, non secūdum q̄ in se consideratur, sed sed̄m qd̄ ordinatur ad integritatē vniuersi. Et iō dato q̄ corpa cælestia p̄pter hoiem sint facta, ex hoc non tollit̄, quin sint digniora, & p consequēs eis aliqs cultus impēderet à suis inferioribus, p̄sertim ab hoib⁹ qui temporalia principaliter sequuntur, in quib⁹ cælestia corpora euidētes habent effectus. Vnde aliter videtur dicendū hīc. Ad quod sciēdū est q̄ vbi trāslatio nostra habet, quę creauit dominus de⁹ in ministeriū cunctis gentibus: Hebraica ītra habet: Quę distribuit domin⁹ deus tuus cūctis gentib⁹. Cui⁹ sensus sed̄m quosdā Hebreorū expositores est, qd̄ sicut deus deputauit ad custodias singularum gentium singulos angelos, vt patet Da. ñ. x. De principe regni Persarum & de principe regni Grecorum, sic etiam singulis gentibus deputauit singula astra, quibus tales gentes exhibebant cultū. quod sanè intelligendū est, prout in glo. traditur. & est Aug. vbi sic dicit: Nō ita dictū est tanquā deus præceperit ea. s. astra à cæteris gentibus coli, & à populo suo nō coli, sed qa præsciuerit gentes culturā eis exhibituras & tn̄ p̄scię creauit, populum em̄ suū futurū esse p̄sciuit, q istā nō coleret. hæc in gl. Vn̄ cōuenienter imediatè subiungit: Vos aūt tulit dñs & eduxit de fornace ferrea AEgypti, vt haberet populū hereditariū. q. d. vos non imerito estis subtrahendi à cultura corporū cælestiū, quā cęteræ gētes eis exhibēt: qa à solo deo educti fuistis de fornace &c. vt imobiliter ad hæreretis soli deo, tāq; ppls hēditarij.

¶ In eodē ca. iiij. vbi dicit i postilla: Sicut tu audisti & vidisti.

ADDITIO II.

In Hebreo habet: Sicut tu audisti & viuet. & est sensus, qa à seculis nō est auditū, q̄ aliqs ppls tot⁹ simul audiret vocē dei loquētis, dū esset in hac vita, sicut infrà. v. c. dicitur, Quid est oīs caro, vt audiat vocē dei viuentis, q de medio ignis loquit̄, sicut nos audiuimus, & possit viuere? Licet em̄ aliq dęmones vel falsos deos colētes audiāt vocē deorū suorū, vel fingāt se audire, nūq; tn̄ à toto ppło p̄sertim cū sit magnus, fuit dicit̄ fieri. & ideo dicit: Interroga à diebus antiqs, si facta est aliquā- * fibi do huiusmodi res, scilicet qd̄ populus in hac vita audiret vocem dei.

REPLICA correctorio cōtra Burgē. In ca. iiij. Deuteronomij, vbi postillator dicit, q̄ corporib⁹ cælestib⁹ cultus latriæ p̄hibet exhiberi, ea rōne, qa p̄hibetur impēdi humanę creaturę: quā rōnem D cōfirmat, eò qa corpora cælestia tanquā minoris p̄fectionis, in obsequiū hominū sunt creata &c. Huic rationi se opponit Burg. asserēs eā nō sufficere. primò qa p † statuta autoritatē noui testamēti cōfirmata. secū dò qa dicit corpora cęlestia esse altioris & maioris efficacię, ideo negat cōsequēti am postill̄. Et illud sed̄m dictū, cōfirmat † è regione p̄ sanctū Tho. prima pte. q. lxx. arti. iij. in phani respōsione ad sed̄m argumētū. Putauit Bur. q̄ rō nō cōcluderet Iudęis; sed si virtus rationis postillatoris inspicit̄, nō solū Iudęo verū & pagano & cuilibet lumine rectę rōnis vtēti cōcludit. Quis vtēs rectę rōnis dictamine respicietis ad ordinem essentialis eminētię audebit negare consequētiā illā: Latria nō debet impēdi homini, igit̄ nulli corpori cęlesti, cū talis cōsequētia teneat p locū à maiori destructi- ue, q locus fundat̄ in regula cōmuni. Si illud qd̄ magis videt̄ inesse nō inest, nec illud qd̄ minus, cū igit̄ latria impēdit̄ ali- * & cui rōne p̄fectionis essentialis, si nō impēditur homini, q est essentialiter p̄fectior & dignior, nō mō corpore cęlesti, sed & toto cęlo, minus impendet̄ corpori cęlesti cuicūq;. Quòd aūt homo p̄fectior sit essentialiter cęlo, non indiget p̄batione, quia eius oppositum sapit multos errores Paris̄ damnatos, & q libet vtens recta rōne iudicabit substantiam rōnalem essentialiter p̄fectiorem substantia non rōnali. Homo autem est rōnalis substantia, cælū non: apud autenticos Philosophos q̄ cæli animā dicūt cęlo cōiungi sed̄m operari nō sed̄m esse: vn̄ cęlū nō dicitur rōnale, sed à rōnali moueri, de quo alīs erit sermo. Nec valet qd̄ Bur. adducit, qa videlicet Iudęi non recipiunt nouum testamentum, igitur in expositione veteris testamenti insufficienter assumitur. Nec valet in lege Mosaica non habetur, igitur inconuenienter assumitur in expositione sacrę scripture. Burg. enim & Iudæi videre possūt ex lege Mosaica, qd̄ sol & luna sunt in ministerium hoim creata, vt patet Geñ. .i. & eadem lege videre possunt resurrectionem mortuorū, finalem

Corporib⁹ cęlestib⁹ cultus fieri p̄ habetur

Diffusio nibus collis

E retributionē & remunerationē iustorum, & principium electorum & complementum, quibus simul comportatis videre possunt recta ratione dirigente id quod postillator de nouo testamento assumpsit. Et quia ex Gene. principio habent corpora cælestia creata, recta ratione habere debēt ea sēm se fore transitoria. Ex quib⁹ omnibus concluditur, cultum latrię eis exhiberi non debere, imò minus quàm humanæ creaturę ratione perfectionis essentialis Audeo & dicere, quòd minus quàm iumentis eadem ratione. Nam omne formaliter viuum (etiam si musca) est essentialiter perfectius cælo. Nec influentia corporū cælestium arguit eorum perfectionem specificam vltra formaliter viuentia. Stat enim in causis æquiuocis maximè partialibus, effectū esse specificè perfectiorem sua causa, vel econuerso. Nec deductio sancti Thom. quā Burgen. adducit, valet. Per scholam enim Parisiensem reprobatur, & ad errorem reducitur, qđ cælum sit dignius homine. Nam & si sit dignius ingenere corporum, non tamen in genere viuentium. Super totam em̄ latitudinem perfectionis substantiæ corporeę, substātia animata, & maximè rationalis addit essentialem perfectionem. nec influxus vel efficientia manifesta corporum cęlestium i inferiora, arguit perfectionē vel dignitatem essentialem. Nam ignis manifestam habet efficientiā ad hominem comburendum: tamē non est dignior homine. Nec valet expositio Burgē. quam addit, quia innititur fabulæ paganorū & iudæorum dicentium, singulis gentibus singula astra, sicut singulos angelos pręsidere, quod fictum est. G

GLOS. ORDI.

CAP. V

Quæstio literalis Augustini.

VOcauitq; &c. a ¶Dñs de⁹ noster. Aug. An ideo dictū est, quia illi nō ingrediuntur in terram promissionis. Omnes enim mortui sunt, nec pertinent ad hoc testamentum, quorum tūc recognitio facta est, cū a.xx. annis & suprà numerarētur vsq; ad.l. annos habiles ad bellū. Quomō ergo illis locutus est dominus, q̄ hodie viuūt? An q̄ xx. vel.x. & ix. annorū, & infrà potuerunt multi tunc esse qui hoc meminissent, alieni â pœna, quā dñs constituit illis, q̄ numerati sunt non intrare in terram promissionis, vt hos vtiq; appellat, qui q̄tus. xx. annorum & suprà non essent, qñ deus i mō te loquebat vt numerari possent, potuerūt tñ esse. x. & ix. & infrà. vsq; ad puerilē ętatē, q̄ possent q̄ facta & dicta sunt, & videre, & audire, & memoria retinere. b ¶Facie ad faciem. &c. Augu. Paulò antè admonere curauit, q̄ nullam similitudinem viderint, sed solam vocē de medio ignis audierint. An propter rerum euidentiam, & quodammodo diuinę maiestatis pręsentiam, de qua dubitare nemo posset, his verbis vsus est? Pōt similiter intelligi qđ dictum est, Moysen facie ad faciē cū domino locutum, vt nec ipse p̄ter ignē aliquid viderit. Sed etsi amplius aliquid (Scriptum est enim: cū intrasset nebulam vbi erat deus) nō tñ mortalibus oculis vidit substātiam dei. Vñ posted ait: Ostende mihi teipsum; vt scienter videam te. Nos autem, q̄ nunc videmus per speculum in ænigmate, in fine facie ad faciē videbim⁹. vnde: Tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, vt scilicet q̄ pfectē nunc deus hominē nouit, sed sicut deus, ita tunc perfectē noscat homo deum, sed sicut hō. Neque enim quia dictum Estote perfecti, sicut pater vester cælestis pfectus est. lō æqualitatem patris quam filius habet spera re debemus, q̄uis aliqui hoc sperauerint. c ¶Inter vos & deum. Augu. Tāq; dominus esset in loco .i. in monte. vnde & illi voces audiebant qui vbiq; totus, nec per locorum interualla propinquat aut recedit. Sed demonstrationes eius in creatura, quę non est qđ ipse, non aliter humanis sensibus exhibentur. Non fuit ergo Moyses medius loci interuallo, sed per eū placuit populo audire cætera dei verba, positq; territus est, audiens de medio ignis vocem dei dicentis decalogum legis.

† Cald. inē. verbū ỳ bo id est manifestis ỳ bis & signis vt negari non possit quin deus sit F

Exo. 24. d.

Exo. 33. c.

1. Cor. 13. d. Matth. 5. g.

† Exo. 34. a Num. 1. a. Hiere. 32. c. Diuisio

d ¶Reddens iniquitatem &cæ. Moraliter Isid, Sūt qui ita edisserāt, vt ad animā hūanā sententiā vertant. Patrem in nobis leuem punctum sensuum & incentiua vitiorum esse dicentes: filium verò si cogitatio peccatum conceperit, nepotem si conceptionem opere perpetraueris, pronepotem si in perpetratis glorieris, secundum illud: Impius cùm in profundum malorum venerit, contemnit. Vel sic potest intelligi, qđ tantæ misericordię sit, vt non statim puniat, sed sententiam diu differat. e ¶His qui oderunt me

Prou. 18. a.

Cap. V.

VOcauitq; Moyses omnem Israēlem, & dixit ad eum: Audi Israël † ceremonias atq; iudicia quæ ego loquor in auribus uestris hodie: Discite ea, & opere complete. Dominus deus noster pepigit a ¶Scriptura legis. nobiscū fœdus in Hóreb: Non cum ¶Abraham, Isaac, & Iacob. patribus nostris iniit pactum *, sed nobiscum, qui impręsentiarum sumus & uiuimus: † Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. Ego sequester & mēdius fui inter deum & uos in tempore illo, ut annuntiarem uobis uerba eius. Timuistis enim ignē, & non ascendistis in montem, & ait: † Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis: Nō a ¶Idolatriam prohibet. habēbis deos alienos in conspectu meo: Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium quæ in cælo sunt dēsuper, & quæ in terra dēorsum: & quæ uersantur in aquis sub terra. Non adorabis ea, & non coles. † Ego enim sum dominus deus a ¶Vindicans & zelans. tuus, deus æmulator † rēddēs iniquitatem patrum super filios in tertiam a ¶Primi motus sensuum. b ¶Operationem. & quartām generationē his qui ōderunt me, & faciens misericordiam a ¶Gloriationem. ¶Non aliis, sed. b ¶Hæreditaria impietate. in multa milia diligentibus me, & a ¶Tam cito. ¶Vera dilectione. custodiēntibus præcepta mea. a ¶In hoc probatur dilectio. Vnde Si diligeretis me sermonem meum seruaretis, vel præcepta mea. b ¶Quasi thesaurum.

Glos. ordi.

oderūt me, & faciens misericordiā in multa milia diligentibus me &c. His scilicet q hęreditaria ipietate dñm oderunt. Peruersum est em̄, peccata patrū filiis nō peccantib⁹ imputari, cū p Ezechielē dictū sit: Filius nō portabit iniquitatē p̄ris &c. Ezech. 18. c

¶ Nō vsur

† statuta

NICO. DE LY.

CAP. V.

VOcauitq; Moyses omnē. Hīc incipit scđa pars principalis libri, in q̄ incipit explicatio legis, & ei⁹ explicatio: & primò replicanē decalogi pręcepta, q̄ propriè dicūtur lex, scđò alia ad legē pertinētia. vi. c. Circa primū Moyses priò ponit quoddā pręambulum, secundò exequitur propositum ibi: Et ait: Ego dominus &c. Pręambulum autem est explicatio modi, per quem deus dedit pręcepta decalogi: & hoc notatur cū dicitur: b ¶Dominus deus noster. id est decem pręcepta decalogi, quæ ab eo fuerunt data immediatè. c ¶Nō cum. id est legem datam, quia non legitur eam dedisse Abraham, Isaac, & Iacob. d ¶Sed H nobiscum qui impræsentiarum su. † Exo. 20. a. q. d. ex hoc de eius custodia magis solliciti Psal. 80. b. esse debemus. e ¶Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio. Id est absq; medio quantūm ad prolationē decem pręceptorū, verūtamē, quia alia pręcepta non sic fuerunt tradita populo, sed mediāte Moyse, ideo sequitur: f ¶Ego sequester. annuntiando vobis alia q̄ ab eo recepi Et causa huius mediationis subditur. g ¶Timuistis enim ignē &c. Timore em̄ percussi petierūt, qđ sibi Moyses audiret verba dei, & eis referret, vt habet Exod. xx. h ¶Et ait. Hīc consequenter ponitur replicatio decem pręceptorum ex ore dei datorum. In quo primò ostenditur dei loquentis sublimitas siue autoritas. Secundò populi audientis fragilitas, ibi: Vos autem. Circa primum dicitur: Et ait, scilicet ipse deus: i ¶Ego dominus deus tuus. per creationem & gubernationem. k ¶Qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. vt esses mihi seruus, & non homini. q. d. ex his pareť, qđ in omnibus debes obedire mihi. Et in quib⁹ debeat esse ista obedientia, consequenter explicat dicens: l ¶Non habebis deos alienos in conspectu meo, non facies tibi sculptile. & ponūtur cōsequēter alia ⁓ pręcepta decalogi

Diuisio

* istud

† Exo. 34. a

Moraliter. a ¶Vocauitq; Moyses omnem Israelem. In hoc cap. replicantur pręcepta decalogi posita supērius Exo. xx. & qa sunt moralia, non est ibi alia moralitas quærēda, sicut fuit dictum ibidem, excepto pręcepto de obseruatione sabbathi, qđ partim fuit ceremoniale, & quantū ad hoc sensus mysticus fuit ibidem positus. Moraliter

* Vos aūt postq̄

A ☞ a ¶ Non vsupabis nomẽ domini dei tui frustra &c. Primum mandatum ad patrem pertinet, quod dicitur in sequentibus. Audi Israel, dominus deus tuus vnus est, vt hoc scilicet audiens vnum deum patrem colas, non multos deos suscipias. Secundum pertinet ad filiũ, de quo hîc dicitur: Non assumes nomen dei tui inuanum, id est non æstimes creaturam esse dei filiũ. Omnis enim creatura subiecta est vanitati. Sed credas eum æqualem patri, deũ deorum, deum, apud deum, per quem omnia facta sunt. Tertiũ ad spiritum, cuius dono requies æterna promittitur: quia eñ spiritussanctus dicitur septiformis, ideo septimum diem sanctificauit deus. In alijs enim diebꝰ operum sanctificatio non nominatur nisi in sabbatho, in q̃ requieuit deus. Recte ergo hoc mandatum pertinet ad spiritum: tum propter sanctificationis nomen: tum propter æternam requiem ad donum sanctispiritus pertinentem. Dicitur enim sic: Memento vt diẽ sabbathi sanctifices, sex diebus operaberis &c. In opere sex dierum &c. videtur sex milium annorum operatio signari, in septimo tempus æternæ quietis, in quo post bona opera quies æterna promittitur. Quicquid ergo agimus, si propter futuram requiem facimus, sabbathum obseruamus. b ¶ Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi dominus deus tuus, vt longo uiuãs tempore, & bene sit tibi in terrã quam dominus deus tuus daturus est tibi. †Non occidẽs, nec mœchaberis, furtumq̃ nõ facies. Nec †loquẽris contra proximum tuum falsum testimonium. Nõ concupisces uxorẽ proximi tui. Non domum, non agrum, non seruum, nõ ancillam, non bouem, non asinum, & uniuersa quæ illius sunt. Hæc uerba locutus est dominus ad omnem multitudinẽ uestram in monte de medio ignis & nubis & caliginis, uoce magna, c nihil addens amplius, & scripsit ea in duãbus tabulis lapideis quas tradidit mihi. Vos autẽ postquam a audistis uocem de medio tenebrarum, & montem ardere uidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixistis: Ecce ostendit nobis dominus deus noster maiestatem & magnitudinem suam. Vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente deo cũ homine uixerit hõ. Cur ergo moriemur & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultra uocem domini dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, ut audiat uocẽ dei uiuẽtis, qui de medio ignis loquit̃ sicut nos audiuim⁹, & possit uiuere? Tu magis accede, & audi cũcta q̃ dixerit dñs deus noster mum rapacitatem. Octauum falsitatem. Nonum cogitationem adulterij. Decimum cupiditatem mundi. Et notandum, quod sicut decem plagis percutiuntur Aegyptij, sic decem præceptis regitur populus dei, & dæmones occidunturc ¶ In duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. Isido. Duo testamenta significantur in duabus tabulis, vel dilectio dei & proximi, in quibus tota lex pendet & prophetę. In vna enim tabula tria præcepta ad dilectionem dei pertinent, in altera septem ad proximi societatem. Lapideę tabulæ, lapidea Iudæorum corda significant, de quibus dicitur: Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneũ, sensibile scilicet & intelligile. ☞ Quis

C

Nota

† vel inuanum Exod.20.c.

† re vana

Ezech.36.f. - id est requies

D

†testificabere

Moraliter

Nicolaus de Lyra.

✠ præcepta decalogi eodem ordine, & ferè sub eisdem verbis, sicut ponuntur Exod.xx. & ideo pertranseo, quia ibi dictũ fuit qualiter ista præcepta distinguntur & exponuntur secundum doctores catholicos & Hebræos. a ¶ Vos autem. Hîc consequenter describitur audientis populi fragilitas, vbi primò describitur timor populi, secundò approbatio dei, ibi: Quod cùm audisset dominus. Circa primum sciendum, qd̃ humana fragilitas non potest bene sustinere sublimitatẽ dei. vnde & Daniel ex apparitione angeli iuxta se corruit in terram, vt habetur Dañ. x.c. & eodem modo hîc populus ex sublimitate diuini sermonis territus & debilitatus petijt humiliter, qd̃ solus Moyses qui erat perfectior & deo familiarior, verba dei audiret & eis referret, & quòd parati erant illi obedire sicut nuntio dei. & patet litera. ✠ Qd̃ cùm

* a ¶ Vos autem postq̃ audistis vocem de medio tenebrarum, & montem. Per hoc autem q̃ populus nõ potens sustinere verba domini loquentis, petijt qd̃ solus Moyses audiret immediatè à domino, & referret populo, & dominus hoc approbauit: significatum fuit qd̃ prælati & doctores credenda & operanda debent accipere à deo, qui loquitur eis in sacra scriptura: & ipi per doctrinam alijs tradere debent eo modò quo capere possunt. Grego. in pastorali. Secundum qualitatem auditorũ formari debet sermo doctorũ. Et Apostolus. j. Cor. ij. b. dicit. Sapientiam loquimur inter perfectos: Et ibidem. iij. a. Tanquã paruulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam. nondũ enim poteratis, scilicet intellige re altiora.

Primũ præceptum Deu.6.a.

†innouium habebit deꝰ vel innocẽtẽ iudicabit deus

†Exo.20.b. Matth.15.a

†6. dist. his itaq; 27. q. c nonlicet.

¶ Primum mandatum prohibet idolatriam. Secundum, periurium.
a ¶ Filij. b ¶ Iurando pro re quæ non est, vel nomen domini, ligno vel lapidi & huiusmodi tribuendo.
a ¶ Omnia creatura subiecta est vanitati. b ¶ Christum scilicet purum hominem putans.
a ¶ Vt omnia facias propter sabbathum, id est æternam requiem ad spiritussancti donum pertinentem.
a ¶ Omnia sancte faciendo, a strepitu vitiorum cessando.
a ¶ Omni tempore operandi. b ¶ Bona & perfecta. c ¶ Naturæ tuæ congrua.
a ¶ Homines & iumenta saluabis domine, Psal. 35. b. b ¶ Neutiquam conuersus.
¶ Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Psal. 38. b.
c ¶ Ecclesiæ suæ: Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Psal. 86. a.
a ¶ Deo vel diabolo. b ¶ Mundo. c ¶ Ad filialem timorem.
¶ Omnipotens ¶ Filio.
¶ Manifesto.
a ¶ Hoc est maximum & primum mandatum in altera tabula.
¶ Officio pietatis & honoris.
b ¶ Carnalem vel spiritualem. c ¶ Ad literam vel deum vel ecclesiam.
a ¶ Vita æterna pro qua laborandum est.
a ¶ Viuentium.
a ¶ Gratis. b ¶ Re vel voluntate, vel subtrahendo quod potes præstare.
¶ Qui odit fratrem suum homicida est. 1 Iohan. 3. c.
b ¶ Adulterum prohibet carnale vel spirituale. Fornicario est idolatria, & scripturarum expositio prava.
a ¶ Actu vel consensu, vel auaritia commissi talenti. ¶ Quamlibet rapinam.
a ¶ Pessimum genus mendacij. ¶ Falsitatem interdicit. b ¶ Sola voluntate. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est. Matth. 5. d.
¶ Decimo mandato omnis rei cupiditatem interdicit.
¶ Ambitionem & concupiscentiam damnat.
¶ Nemo excipitur.
a ¶ Duo sunt testamenta, duo dilectionis præcepta.
a ¶ Quia corda Iudæorum dura & insensata.
¶ Quia lapidei erant accepturi.

E ☞ a ¶ Quis det talem eos habere mẽ. Vult deus intelligi gratia sua hoc beneficium cõcedi, vt in oĩbus sit iustitia dei ex fide, non quasi ꝓpria ex lege. vnde: Auferã eis cor lapideum, & dabo cor carneũ. i. sensatũ. caro enim sensum habet, lapis verò non habet. Et alibi: Idoneos nos fecit ministros noui testamẽti, non litera, sed spũ.

Ezechi. 36. f.

2. Cor. 3. b.

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Q. d cum. Hîc cõsequenter describit approbatio dei, & ideo subditur:
Secūda ỹ ò dubitatio soluta fuit Nume. xx. Ad tertiā dicit Ra. Sa. q̄ filij Leui qui perfectius cæteris tribubus dño adhæserant, sicut ex zelo dei interfecerūt idolatras post adorationem vituli anno primo egressionis de AEgypto, vt habetur Exod. xxxij. sic. xl. anno à dicta egressione contra populū retrocedētem modo p̄dicto pugnauerūt, & interfectis pluribus illorum alios reduxerunt ad obediendū dño. & sic sc̄d'ò pugnauerūt cōtra regē Arad & deuicerūt: & iō istud factū Leui tarū p recordationē coniungit & cū eo qđ fecerūt tēpore fabricationis vituli, vt sit sensus: ¶ Eo tēpore separaui tribum. i. sicut tpe fabricatiōis vituli alijs tribubus recedētibus à dño p idolatriā, tribus Leui nō sic declinauit, sic & in retrocessu p̄dicto, alijs se malè habentibus tribus Leui bene se habuit: & iō ex vtroque facto fuit digna separari ab alijs & dño applicari. b ¶ Ego autem steti. Positis incidentibus p̄dictis Moyses ad ꝓpositum reuertit dicens: Ego aūt steti in mōte sicut prius. xl. diebus: hoc referē ad secūdā q̄dragenā supradictā secūdū expositores catholicos, q cōiter dicūt tm̄ Moysen duas q̄dragenas in monte fecisse, vt p̄dictum est: secūdum Hebræos verò referē ad tertiā de qua dictū est ca. p̄ce. c ¶ Et te perdere noluit. Licet meruisses. d ¶ Dixitq; mihi. In quo ostenditur magna dei misericordia, quia non solùm pepercit populo à morte quā meruerat, sed etiā adimpleuit i eo ꝓmissum, qđ patribus fecerat de obtinenda terra ꝓmissiōis. e ¶ Et nunc Israel. Hīc cōcludit ex p̄dictis propositū, videlicet q̄ debeant timere & diligere deum, qui ꝓpter peccata p̄dicta eos nō dimisit, cū tm̄ in nullo eis indigeret: sed magis econuerso, vñ subdit: f ¶ En dñi dei. s. cælū sydereum visibile. g Et cælum cæli. s. empyreum nobis intuisibile, quod dicitur cælum p antonomasiam. ideo dicitur: Cælum cæli terra & oia quæ in ea sunt. Per hoc intelligit omnis creatura, q̄ cæli ambitu continet. q. d. ex hoc patet q̄ tui non indiget. h ¶ Et tamen patribus. i. glutino charitatis cōiunct⁹ ex sua mera liberalitate, quia non indiget eis sicut nec te. i ¶ Circuncisi &c. cor. vestri. i. omnem malā cogitationē & voluntatē auferendo. k ¶ Et cerui cē vestrāne induretis ampli. Per rebellionem contra eum. l ¶ Quia &c. deus deo. est. i. pcellēs dīs p participationem, sicut sancti angeli & hoies. sequitur. m ¶ Amate peregrinos: quia & ipsi fuistis aduenę. Propria em̄ passio debet inducere ad aliorum compassionem. Cætera patēt ex p̄dictis.

† separauit dominus

† statuta ei⁹ quæ

† vel tātūmodo in

D

Moraliter

✻ nialia p̄cepta & iudicialia. Secundæ verò tabulæ quæ remanserunt integræ, significant nouū testamentum, quod est p mansiuum. In primis aūt tabulis homo nihil operatus est, sed dīs dedit Moysi tabulas illas dolatas & scriptas, vt habetur Exod. xxxj. d. In secundis autem tabulis homo. s. Moyses cooperatus fuit. seas dolando, vt dicitur hīc, & Exod. xxxiij. per, quod significatum fuit, q̄ tempore dationis veteris testamēti de⁹ non erat homo: & sic datum fuit à solo deo. sed tpe nouī testamenti in vna persona est deus & homo, qui dedit nouum te-

Moraliter

B

†quia non cū filijs vris q non cognouerunt &

Phi|lip.2.b.

†vident

F

Psal.140.a.

Diuisio

†irrigas pede tuo.i.ea terrę illius natura est eā semina|bis,& pedibus sup̄ induces aq̄s. Significat aut, labore & decursu, p totā Aegyptum deduci solitā aquā è flumine Nili

Fertilitas terrę p̄mis|sionis.

† seducat

* stamentum:& istæ secundæ tabulæ positæ fuerunt in arca de lignis sethim imputribilib⁹ facta vt dicitur hîc: per quam significatur fidelis anima, quæ per naturam est immortalis,& per gratiam à putrefactione peccati cōseruatur. In hac autem arca seruari debet nouum testamentum, per veram & firmam fidem charitate formatam. Ad deportationem autem huius arcæ deputata fuit tribus Leuitica, sicut dicitur infrà eodem cap. Eo tēpore separauit tribū Leui, vt portaret arcā &c. per quod significatum fuit q̄ sacerdotes qui per tribum Leui significant & maximè curam animarum habentes: per exempla bonę vitæ & hortamenta sanę doctrinę & opera misericordiæ debent portare fideles. Cętera huius capituli moralia sunt: ideo nō est alia moralitas q̄renda.

GLO. ORDI.

CAP. XI.

Moraliter

†inūdare fecerit super eos aquas

Phi|lip.2.b.

†vident

F

Psal.140.a.

AMa itaque. Sequitur:
a ¶ De qua exīsti. Mente duce Moyse.i. docente lege terrenas voluptates despicere, & terrā promissionis duce Iesu intrare.
b ¶ In hortorum. Quia carnales cuiq̄ p̄sentem felicitatē & copiam rerū tēporaliū certāt sibi multiplicare. c ¶ A principio anni. Ab initio. s. bonæ voluntatis vsque ad perfectionem boni operis cursum vitæ dirigit. Deus em̄ est q̄ operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. d ¶ Temporaneum &c. Quia electis suis priore tpe legis intellectum contulit. Serotinam pluuiam tribuit: quia vltimo tpe incarnationis suæ mysterium patefecit nobis. e ¶ Et serotinam &c. Quia nouissima hora est, cū prædicatio eius ad nos peruenit, qui dicit: Eleuatio manū mearū sacrificium ☞ vespertinum

NICO. DELYRA.

CAP. XI.

Diuisio

†irrigas pede tuo.i.ea terrę illius natura est eā semina|bis,& pedibus sup̄ induces aq̄s. Significat aut, labore & decursu, p totā Aegyptum deduci solitā aquā è flumine Nili

Fertilitas terrę p̄mis|sionis.

† seducat

AMa itaque dīm. In hoc ca. ponitur conclusio respectu p̄dictorū à principio vj. ca. vbi incipit agere de dilectione dei. Et primò ponit conclusionem intentam. Secūdò inducit ad hoc multiplicem rationē per modum cuiusdā replicationis, & additionis, ibi: Cognoscite hodie. Circa primum dicit:
a ¶ Ama itaq̄ do. & patet litera.
b ¶ Cognoscite. Hîc adducit primò rōnē supra frequēter positā ex beneficijs iam p̄stitis, cùm dicitur: ¶ Cognoscite hodie q̄ ignorant filij vestri. nō q̄ ignorarent simpliciter saltē quantū ad illos qui attigerant annos discretionis, sed quia non viderāt mirabilia q̄ fecerat dominus illi populo saltē q̄tū ad multa, sed tm̄ audierāt per relationē q̄ nō mouet ita animum sicut visus. c ¶ Et Dathan atq̄ Abiron. de quorū rebellione & punitione habet Nu. xvj. & oia p̄dicta & cō similia debebant eos mouere ad timendū deum & diligendū. d ¶ Terra enim. Hîc consequenter adducit rationē ex beneficijs futuris, sub conditione tamē si timerent deum & diligerent & seruirēt ei. Et primò sub hac conditione, p̄mittit fertilitas terræ & abundantia bonorum. Secundò debellatio & electio aduersariorū ibi: Si enim custodieritis. Circa primum notandum, q̄ fertilitas terræ promissionis dep̄det

Cap. XI.

a ¶ Omnia mandata legis in dilectione dei consummantur.

AMā itaque dominum deum tuum, & †obserua præcepta eius & ceremonias, iudicia, atque

a ¶ Qui perseuerauerit saluus erit.

mandata ōmni tempore. Cognoscite hodie quæ †ignorāt filij uestri, qui non uiderūt† disciplinam domini dei uestri, magnalia eius & robus

¶ Potentiam vel operationem.

stam manum, extētumq̄ brachium signa & opera, quæ fecit in medio

a ¶ Quem demersit mari rubro.

Ægypti Pharaōni regi & uniuersæ terræ eius, omnicq̄ exercitui Ægyptiorum, & equis* ac curribus, quomodo † operuerint eos aquæ rubri maris cū uos persequerētur, & deleuerit eos dominus usq̄ in præsentē diem, uobisq̄ quæ fecerit in solitudine, donec ueneritis ad hunc locū, &* Dathā atq̄ Abirō filijs Heliab, qui fuit filius Rubē, quos aperto ore suo terra absorbuit cū domibus & tabernaculis & uniuersa substantia eorū, quā habebāt in medio Israēlis. Oculi uestri †uiderūt oīa opa dīni magna q̄ fecit, ut custodiatis uniuersa mādata illi⁹, q̄ ego hodie p̄cipio uobis*, & possitis introire, & possidere terrā ad quā ingredimini, multoq̄ in ea uiuatis tēpore, quā sub iuramēto pollicit⁹ est dīns p̄ribus uestris & semini eorū lacte & melle manantē. Terra em̄ ad quā ingredieris possidēdā, nō

a ¶ Quæ in imo. ¶ Sicut prosperitas vitæ præsentis.

a est sicut tērra Ægypti de qua existi,

b ubi iacto semine, in hortorum more

a ¶ Altitudine virtutum.

†aquæ ducunt irriguę: sed montōsa

a ¶ Mundiția bonorū operum. b ¶ Diuinæ gratiæ.

est, & cāpestris, de cęlō expectās plūuias, quā dominus deus tuus semper

a ¶ Cœlesti munere replens. b ¶ Oculi domini super iustos.

c inūlit, & oculi illius in ea sunt à principio

a ¶ Misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Psal. xxij.

cipiō anni usq̄ ad finē eius. †Si ergo obedieritis mādatis meis q̄ ego prę|cipio uobis, ut diligatis dīm deū uestrum, & seruiatis ei in toto corde uestro, & in tota anima uestra, †dabit

a ¶ Prædicationis. vnde, Mandabo nubibus ne pluant Esa. v. b. ¶ Quia a principio anni.

d pluuiā terrę uestrę* †temporaneam

¶ In fine. ¶ Temporalem vitam.

e & serotinam, ut colligatis frumentum & uinum & oleum, fœnumq̄ ex agris ad pascenda iumenta, & ut ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne forte† decipiatur cor uestrum, & †recedatis à domino, seruiatisq̄ dijs

nis depēdet ex descensu pluuiæ super terrā, quæ promittitur eis, & hoc est quod dicitur: Terra enim ad quā ingredieris possidendā nō est sicut terra Aegypti. i. ita fertilis de facili sicut terra Aegypti secm̄ expositionē aliquorum. vnde subditur: e ¶ Vbi iacto semine &c. i. cum modico labore potest fructificare. Sed hoc non videtur consonum scripturę in pluribus locis, q̄ describit terram promissionis tanq̄ lactis & melle fluentem & abundantem omnibus bonis & ideo aliter exponūt Hebręi: Non est sicut terra Aegypti, quasi diceret multò melior est q̄ illa: & ideo subdit: Vbi scilicet in terra Aegypti. Iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: quia ad fœcundandam eam non sufficit pluuia de cælo descendens & ros, sed requiritur, q̄ cum magno labore aquæ de fluuio Nili per alueos deducātur sicut solet fieri in hortis, in quorum cultura maior labor requiritur quàm in terra campestri. g Et oculi illius in ea sunt &c. scilicet ad dandum rorem & pluuiam secundum oportunitatē temporum, suppositā tamen prædictā conditione. ideo subditur: Si ergo obedieritis mā datis meis &c. Sequitur: ¶ Dabit pluuiam. i. post seminationē ad germinationē & augmentationē eorū quę semina|ta sunt. k ¶ Et serotinam. s. aīn messem ad ingrossandum grana. l ¶ Cauete ne forte decipiatur cor uestrum. declinando à dilectione & seruitute dei.

☞ Iratusq̄

Moraliter. a ¶ Ama itaque dominum &c. Sequitur infrà: d ¶ Terra em̄ ad quā ingredieris &c. terra Aegypti. Per terram Aegypti, quæ tenebra interpretatur, malorum significatur vita, quæ peccatorum tenebris est obscurata. Prouer. iij. c. Via impiorum tenebrosa. Et de terra Aegypti subditur: e ¶ Vbi iacto semine &c. quę. Per quod significatur, q̄ vita malorū agis delitiarum carnalitū irrigat: sicut de diuite epulone dē Lu. xvj. d. q̄ iduebat purpura & byssō, & epulabat q̄die splēdidē. Per talē aūt irrigationē vitia pullulāt, nutriuntur & augmētant. Per terrā à deo promissam significatur vita bonorū: Et de terra promissa dicitur hîc, q̄ nō est sicut terra Aegypti. Per quod significatur q̄ vita bonorum non irrigatur aquis delitiarū ad pullulationē vitiorum & augmētum, sed ad sustentationē corporis in exercitio virtutū. f ¶ Sed montosa &c. quia vita bonorum debet esse montosa, id est sursum eleuata per mediationem celestū. Philip. iij. d. Nostra aūt conuersatio in cęlis est, & campestris per exercitiū bonę actionis, de cælo expectans pluuias. i. desiderans & postulans influentiā diuinę gratię, sine qua nō potest homo proficere in operibus actuę vitę & cōtēplatiuę. Psal. lxvij. b. Pluuiam voluntariam segregabis deus hęreditati tuę. Et hæc pluuia inf. à eodem cap. dicitur tēporanea & serotina. Per temporaneam significatur gratia iustificans in p̄senti. Per serotinam gratia glorificans in futuro. gloria nanque dicitur gratia cōsummata, Psalmo. lxxxiij. c. Gratiam & gloriam dabit dominus. Istæ verò pluuię à deo dantur obedientibus, sicut in textu dicitur: h ¶ Si ergo obedieritis mandatis meis quę ego hodie. Sed rebellibus denegantur,

* ideo sequitur:

H

* vt roborentur

Moraliter

† supra tuæ

† dabo

* pro suo

† maturinā vos Hebręa

præterita significat et pluuia, ser. ca oīa bona ad fœcundā da terram cadit,

vespertinum. a ¶Scribes ea super postes. Augu. Hoc secūdū literam nemo Israelitarum fecisse memoratur: nec facere potuit: nisi per multas partes domus suæ fortè ea diuiserit: an hyperbolica cōmendatio est sicut multa dicuntur: b ¶Montem Garizim. Garizim iterpretatur diuisio vel aduena. Hebal vorago vetus interpretatur. Qui enim à vitijs se separant: & se aduenas & peregrinos in hoc mundo iudicant, etiam æternam merentur benedictionem. Qui verò in voraginem veteris vitę se præcipitant carnalibus desiderijs seruientes æternæ maledictioni subiacebunt.

†de illis loquantur

Nicolaus de Lyra.

†vel durāt dies de cælo sup terrā

✠ a ¶Iratusq; dominus claudat cælum, & pluuiæ nō descendāt, nec terra det germen suum, pereatisq; velociter de terra optima quam dominus daturus est uobis. Ponite hæc uerba in cordibus & in animis uestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos uestros collocate. Docete filios uestros ut †illa meditentur. Quando sederis in domo tua, & ambulaueris in uia, & accubueris atque surrexeris, scribes ea super postes & ianuas domus tuæ, ut multiplicentur dies tui & filiorum tuorum in terra quam iurauit dominus patribus tuis, ut daret eis quandiu †cælum imminet terræ. Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio uobis, & feceritis ea, ut diligatis dominum deum uestrum, & ambuletis in omnibus uijs eius, adhærentes ei, disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem uestram, & possidebitis eas quę maiores & fortiores uobis sunt. † Omnis locus quem calcauerit pes uester, uester

a ¶Quod est in meridie. b ¶In septentrione.

erit. A deserto & à Libano & flumīe ma

a ¶Qui in oriēte. b ¶Mediterraneū, hi sunt termini terræ promissiōis.

gno Euphrate usque ad mare occidentale erunt termini uestri. Nullus stabit cōtra uos. Terrorem uestrum & formidinem dabit dominus deus uester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est uobis. En propono in conspectu uestro hodie benedictionem & maledictionē. Benedictionem, si obedieritis mandatis domini dei uestri, quę ego hodie præcipio uobis: Maledictionem, si non audieritis mandata domini dei uestri, sed recesseritis de uia quā ego† nūc ostendo uobis, & ambulaueritis post deos alienos quos ignoratis. Cùm verò introduxerit te dominus deus tuus in terram, ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montē Hebāl: qui sunt trans Iordanem post uiam quæ uergit ad solis occubitum in terra Chananæi qui habitat in campestribus contra Gālgalam quæ est iuxta uallem †tendentē & intrantem procul. Vos eīm transibitis Iordanē, ut possideatis terram quā dñs deus uester daturus est uobis, ut habeatis ac possideatis illā. Videte ergo, ut impleatis † cerimonias atq; iudicia, quæ ego hodieponā in cōspectu uestro.

a ¶Terrenitatem. ¶Ne superbiat. ¶Qui non mentitur. ¶Vt eligatis quod vultis. ¶Gratiæ. ¶Quod est liberi arbitrij. a ¶Vorago vertus interpretatur. a ¶Quę est collis præputiorum, quia ibi a Iosue circumcisus est populus. Ios. v. a. ¶Baptismum. ¶Vtentium. ¶Gratis. ¶Ne perdaris terram.

a ¶Iratusq; dominus claudat cælū, & pluuiæ nō descendāt, nec terra det germen suum, pereatisq; velociter de terra optima quam dominus daturus est uobis. Ponite hæc uerba in cordibus & in animis uestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos uestros collocate. Docete filios uestros ut †illa meditentur. Quando sederis in domo tua, & ambulaueris in uia, & accubueris atque surrexeris, scribes ea super postes & ianuas domus tuæ, ut multiplicentur dies tui & filiorum tuorum in terra quam iurauit dominus patribus tuis, ut daret eis quandiu †cælum imminet terræ. Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio uobis, & feceritis ea, ut diligatis dominum deum uestrum, & ambuletis in omnibus uijs eius, adhærentes ei, disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem uestram, & possidebitis eas quę maiores & fortiores uobis sunt. † Omnis locus quem calcauerit pes uester, uester erit. A deserto & à Libano & flumīe magno Euphrate usque ad mare occidentale erunt termini uestri. Nullus stabit cōtra uos. Terrorem uestrum & formidinem dabit dominus deus uester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est uobis. En propono in conspectu uestro hodie benedictionem & maledictionē. Benedictionem, si obedieritis mandatis domini dei uestri, quę ego hodie præcipio uobis: Maledictionem, si non audieritis mandata domini dei uestri, sed recesseritis de uia quā ego† nūc ostendo uobis, & ambulaueritis post deos alienos quos ignoratis. Cùm verò introduxerit te dominus deus tuus in terram, ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montē Hebāl: qui sunt trans Iordanem post uiam quæ uergit ad solis occubitum in terra Chananæi qui habitat in campestribus contra Gālgalam quæ est iuxta uallem †tendentē & intrantem procul. Vos eīm transibitis Iordanē, ut possideatis terram quā dñs deus uester daturus est uobis, ut habeatis ac possideatis illā. Videte ergo, ut impleatis † cerimonias atq; iudicia, quæ ego hodieponā in cōspectu uestro.

Termini terræ promissionis.

B

Moraliter

†More

†statuta

¶En propono in conspectu. Hīc adducit rationem ad propositū ex benedictione diuina, quæ erat concedenda diligentibus deum & obedientibus ei, & ex maledictione eius q̄ erat inferenda recedentibus ab eius dilectione & obedientia. & vt ista benedictio & maledictio magis mouerent animum, hīc præcipitur q̄ post ingressum terræ promissionis publicē solenniter in mōte Garizim & in mōte Hebal, & hoc est q̄d dicitur:

f ¶Cum vero introduxerit &c. Et patet littera. De istis tū bēdictionib⁹ & maledictionib⁹ plenius hē. j. xxvij. ca. Quod aūt hīc breuiter dī de eis, est per anticipationem.

*ideo sequitur: Cauete ne decipiatur cor vestrū &c. sequit: a ¶Iratusq; dominus cla. cę. Subtrahēdo gratiam suā cor emollientē, propter hęc ipsa subtracta sequit obduratio cordis, & q̄ consequens defect⁹ fructⁱ⁹ bonę operatiōis, ideo subditur: Nec terra profert germen suum.

¶In ca. xj. vbi dicitur in postil. Circa primū sciendū, q̄ fertilitas terræ promissionis dependet ex descensu pluuiæ &c.

ADDITIO.

Hæc expositio Hæbræorum quam hīc vī postillator approbare, est solius Rabi. Sa. Alij autē, qui magis sunt autentici, tenent primam expositionem, quod planius consonat literę præcedenti & sequenti. Ad quod sciendum, q̄ terra AEgypti multùm cōmendatur in scriptura ex amœnitate. vnde Gene. xiij. terra AEgypti cōparatur paradiso domini. Quòd autem fertilitas terrę AEgypti pluriműm excedat fertilitatem terræ promissionis, satis patet ex gestis patriarcharum. Abraham enim propter sterilitatem terræ ꝓmissionis descendit in AEgyptū: vt patet Gene. xij. Et de Iacob & filijs eius Gen. xlvj. Et ratio est, quia in terra q̄ est irrigua specialiter ex aliquo magno fluuio, prout est terra AEgypti, non ita contingūt sterilitates, sicut ī terris quę licet sint magis fructifere, non tamen possunt irrigari nisi solū ex pluuia cęlesti: qua deficiente in aliqua parte anni ad hoc oportuna statim sequitur fames, cuiusmodi erat terra promissionis, quæ non erat irrigua. vnde dicitur in litera: Montosa est, de cælo expectans pluuias. & ideo ex hoc inducit eos Moyses ad timorem dei: quia terra illa ad quam ingressuri erant, frequenter indigebat beneficio diuino in pluuijs oportunis: de quo dicitur: Semper oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius, & sic fertilitas terræ illius dependet ex obedientia mandatorum dei. vnde sequitur: Si ergo obedieritis &c. dabit pluuiā terræ vestræ temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum & vinum &c. & infrā per oppositum: Iratusq; dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant: & sic ex præ dictis inducit eos ad timorem domini, tanquam frequentius indigentes beneficio diuino scilicet pluuia ad necessaria vitæ habenda, quàm si commorarentⁱ AEgypto, vbi talis freq̄ntia non erat sic necessaria. Quod autem dicitur de terra promissionis, q̄ est lacte & melle manans, non contradicit prędictis, nam hoc intelligitur præsuppositā pluuia oportuna, ꝓut qualitas patriæ requirebat.

Fertilitas AEgypti an excellat terrā ꝓmissionis.

†Ios. 1. a.

†hodie præcipio

REPLICA In. ca. xj. vbi postilla, exponens illud. Terra, quam ingredieris non est sicut terra AEgypti: adducit quorundam Iudæorum expositionē dictū, q̄ terra promissionis non est sicut terra AEgypti. Sed illā expositionem abijcit rationabiliter ex litera, quæ dicit terram promissam non solùm hīc, sed in multis alijs locis optimā lacte & melle manātem. Burgen. autem dicit illam abiectam expositionem esse maximè autēticam. Et nititur soluere argumentū postillatoris dictis, q̄ terræ promissę commendatio debet intelligi p̄supposita pluuia oportuna prout qualitas terræ requirebat; addens q̄ fertilitas illius terræ dependet ex obedientia mandatorum dei. Hoc enim & si verū esset, quo ad singularem respectum diuinum erga illum populum Israelem, non est tamen verū de communiter accidentibus: imò sic semper fuit optima etiam tempore incredulorum. Vnde & si filij Israel

E propter inobdientiam aliquando passi sunt penuriam in terra illa: hoc non arguit sterilitatem terræ: quia & sic eorum inobedientia puniri potuit in AEgypto, & diaboli inobedientia punita est in cælo. Nec valent motiua quæ Burgensis. pro sua opinione allegat. Pro commendatione enim AEgypti vltra terrã pro missionis allegat falsò, Gene. xiij. c. q̃ AEgypt⁹ comparatur paradiso domini: nam solùm illa portio qua de AEgypto venitur in Segor commendatur, assimilando non paradiso vt allegat Burgen. sed regioni circa Iordanem. Vide bene falsam Burgen. allegationem. Burgen. Nec gesta patriarcharum quæ Burgen. ad idem allegat, probant quod intendit. Abraham enim nõ propter sterilitatem terræ promissæ peregrinabatur in AEgyptum: quia vt Actuum. vij. b. dicitur: Deus non dedit ei hæreditatem in illa terra: nec passum pedis, sed repromisit. Nam peregrinabatur etiam per illas & alias

GLO. ORDI.

CAP. XII.

Quæstio

HAEc sunt præcepta. sequitur: a ¶ Decimas & primitias &c. Augusti. Quærẽdum est, quomodo iubeat decimationes omnium fructuũ & primitiua oĩm pecorũ nõ mãducari nisi in ciuitate vbi templũ erat, cũ eas Leuitis dari in lege præceperit.

☞ Caue ne offe.

NICO. DE LYRA.

CAP. XII.

Diuisio

HAEc sunt præcepta. Postq̃ Moyses explanauit ea q̃ pertinent ad p̃ceptũ dilectionis diuinę, qđ est principiũ respectu p̃ceptorũ decalogi: vt suprà dictũ est ca. vj. F hîc cõsequẽter ponit alia p̃cepta & monitiones, q̃ sunt quasi q̃dã cõclusiones elicitæ ex p̃ceptis decalogi, & p cõsequẽs q̃dã explanationes quõ decẽ p̃cepta debeant ordinari & obseruari. Circa qđ sic procedit, quia primò ponit hmõi p̃ceptorũ explicatio. secũdò inserẽs intẽta cõclusio ca. xxvj. Adhuc primò ponunt illa q̃ ordinant ad deum. secũdò ea q̃ ordinant ad ꝓximũ ca. xvj. ibi: Iudices ac magistros constitues. Sciẽdũ tñ q̃ ista diuisio non est ita præcisa, quin in prima parte multa ponant q̃ ordinant ad ꝓximũ, & in secũda multa q̃ ordinãt ad deũ. Moyses em̃ hũc librũ primò tradidit filijs Israel ꝗbis p modũ exhortationis & p̃dicationis, sicut dictũ fuit in principio huius libri. & patet hoc ex toto ꝓcessu ipsius, propter qđ frequẽter repetit eãdẽ sniam in diuersis locis, & aliq̃n sub eisdem ꝗbis, & de vna materia freq̃nter trãsit ad aliã: & ad p̃cedẽtia reuertit, sicut solet fieri i p̃dicationibus & exhortationib⁹. & iõ in hoc libro & maximè in sequẽtibus huj⁹ libri nõ põt inueniri diuisio ita præcisa, qn de materia vnius partis tractet i alia, & ecõuerso. Hoc igit̃ p̃missio sciẽdũ, q̃ circa deũ ordinat hõ p defitutionẽ idololatriæ & institutionẽ latriæ, & quia oppositorum iuxta se magis elucescũt, iõ frequẽt facit vtrũq; in eo. c. vt videbitur. Primò igit̃ ꝓsequit̃ ꝓpositũ ex cõsideratione opis. Secũdò ex cõsideratione ꝑsonæ ca. xvj. Prima in tres, quia primò ꝓsequit̃ ꝓpositũ suũ in facto, secũdò in signo cap. xiij. tertiò in motiuo ca. xv. Prima adhuc in duas, quia primò ꝓsequitur ꝓpositũ respectu totius cõmunitatis, sed ò respectu vnius p sonæ vel vnius ciuitatis. xij. c. Prima in duas, q̃ia primò p̃cipit̃ destrui locus idololatriæ, sed ò p oppositũ locꝰ institui latriæ ibi: Nõ facietis ita. Circa primũ dicit: a ¶ Hęc sunt præce. & iõ obligatoria. b ¶ Subuerti oĩa. ne ex phanis seu tẽplis idolorũ remanentib⁹ Iudæis occasio idololatriæ daret, & vt memoria idololatriæ tota liter deleret. ¶ Super mõtes. quia ibi cõsueuerãt fieri tẽpla idolorũ. d ¶ Et subter. tales em̃ arbores plãtabãt iuxta loca idololatriæ ad exercẽdũ actũ luxuriæ. e ¶ Dissipate aras. hæc exposita sunt suprà. vij. ca. ꝓpe principiũ. f ¶ Non facie. Hîc cõsequenter determinat latriæ locꝰ & ritus, & primò circa hoc ponit p̃ceptũ, sed ò declarat dictũ ibi: Nõ facietis. tertiò cõcludit pricipale intellectũ ibi:

Obserua

& alias terras nunc ad orientem &c. Et nouissimè ad meridiem quæ terra fuit propinqua AEgypto. & cùm esset ibi fames non propter sterilitatem, sed propter aliud accidens. Et fortè vt communiter exponitur propter probationem fidei Abrahæ: vide in posti. quã sustinet Burg. Tũc iuit in AEgyptũ. hoc em̃ sæpe cõtingit q̃ in terris bonis satis cõsequenter se habẽtib⁹, fames ex ꝓte est in vna terra & nõ in alia, & ecõuerso. Nec ꝓpe Iacob erat sertilitas in AEgypto: quia vt hî Gen. xlvij. septẽ anni sterilitatis nõ mõ erant in alijs terris sed etiã in AEgypto, in qua nõ rõne fertilitatis terræ, sed industria Ioseph seruauit frumenta ad vẽdẽdum, ꝓ qbus iuuabat cob & familia eius. Ratio aũt quã ad idẽ assignat Burgen. potiꝰ est ad oppositũ, quia magna flumina ꝑterfluẽtia terras, ꝗpe cũcta terrę nascentia, excrescente inundãtia, absorbent & sterilitatem causant vt patet circa Renũ, Albeam &c. & fortassis ita fuit tempore Ioseph in AEgypto, quam plus Burgen. magnificat q̃ suã natiuã patriam sine tñ rõne & autoritate.

Cap. XII.

a HAEc sunt præcepta atq; iudicia quæ facere debetis in terra quã dominus deus patrũ tuorum daturus est tibi, ut possideas eam cunctis diebus, quibus super humum gradieris. b Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis, deos suos, sup mõtes excelsos, & colles, & subter omne lignum † frondosum: c d e Dissipate aras earum & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite, disperdite nomina eorum de locis illis. f Non facietis ita domino deo uestro, sed ad g locum quem elegerit dominus deus uester de cunctis tribubus uestris, ut ponat nomẽ suum ibi, & habitet in eo * uenietis & offeretis in illo loco holocausta & uictimas uestras, decimas & † primitias manuum uestrarum & uota atq; † donaria, primogenita boum & ouiũ, & comedetis ibi in conspectu domini dei uestri, ac lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manum, uos & domus

¶ Phana & idola quæ colebantur in locis.

¶ Vt non remaneat memoria.

Nicolaus de Lyra.

Obserua & audi. Circa primum præcipitur vnitas loci vbi debeant sacrificia & oblationes offerri, cùm dicitur: Non facietis ita domi. s. ita offerẽdo sacrificia in plurib⁹ locis, vt faciebãt idololatræ suis idolis. g ¶ Sed ad. f. vnũ. h ¶ Quẽ ele. quia iste locus nõ erat secũdũ voluntatẽ hoim de terminãdus. i ¶ De cunctis. ista fuit trib⁹ Leuitarũ, in cuius sorte fuit altare holocaustorum & tẽplũ. k ¶ Vt ponat nomen H, suum. ꝓ recordationem, quia nomen dñi recolebat in sacrificijs & oblationibus, & diuinis laudibus. l ¶ Et habitet in eo. Per specialem conseruationẽ loci, vt habeẽ ñ. Macha. xij. g. Ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius &c. m ¶ Venietis. non alibi. n ¶ Et comedetis. hoc nõ est intelligẽdũ, q̃ semp comederẽt talia in loco tẽpli, sed ita muros ciuitatis Ierusalẽ.

☞ Nõ facietis

Moraliter. ¶ Hęc sunt præcepta. Moraliter Sequitur. b ¶ Subuertite oĩa loca. Hîc tria loca notantur in quibus exercebatur idololatria. s. mõtes excelsi, colles & ligna frondosa siue luci. Apostolus aũt Colos. iij. a. Auaritiã nominat idolorũ seruitutẽ, qđ nõ est intelligendũ ꝓprie sed similitudinarie, eò q̃ auarus colit pecuniã suã, sicut idololatra suũ idolũ, & per talẽ modũ loquẽdi quodlibet vitiũ idololatria põt dici. Sed m hoc igit̃ sup mõtes excelsos idolatrãt illi q̃ sunt multũ i supbia eleuati, contẽnẽtes alios & se tñ mõ reputãtes, sicut ille Pharisæus dicebat, Lu. xviij. b. Nõ sum sicut cæteri hoim. Qđ exponẽs Aug. dicit: Qui sũt cæteri hoim, nisi oẽs ꝑter ipsũ. Sup colles idolatrãt ambitiosi. †oblationẽ Collis em̃ a collo dr̃, eò q̃ est q̃li collũ mõtis inter cacumẽ ei⁹ & pr̃ ei⁹ iferiorẽ existẽs, & sic est in ascẽsu mõtis: Sic est aũt in ambitiosis, q̃ semp q̃rũt ascendere ad gradũ inde bitũ, sibi: & p modũ illicitũ. Subter lignaliõ dosa, vel in lucis idolatrãt luxuriosi, qui latibula q̃rũt ad exercitiũ sui peccati, Iob. xxiij. c. Oculꝰ adulteri obseruat caliginẽ. Quod bene significatur per lucum, qui dicitur à luceo luces per contrarium. vnde versus:

Lucus & officium bellum libitinâ que parca.

Ista per antiphrasim dicuntur nomina monstr̃. Qui dicitur à moueo moues, per contrarium. Igit̃ idololatria mõtũ subuertit̃, q̃n supbia p veram hũliationẽ deiicit. Exẽplũ Da. iij. g. de Nabuchodonosor valde supbo, q̃ ỹ è hũiliat⁹ dixit: Nũc ergo ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regẽ cæli, quia oĩa opa ei⁹ ỹa, & oẽs viæ ei⁹ iudicia: & gradiẽtes in supbia põt hũiliare. Idololatria ỹ ò colliũ subuertit̃, q̃n ambitio vl cupiditas abnciẽ p cõtẽptũ oĩm mũdanorũ. Exẽ. de Matthæo q surgẽs de Teloneo secut⁹ est Christũ, vt hî Matt. ix. & nõ est dubiũ q̃n oĩa mũdana relinq̃rit, sicut & alij apli, ꝓ deũ. Idololatria ỹ ò lucorũ subuertit̃, q̃n luxuria p castitatẽ oĩno repellit̃. Exẽplũ de Magdalena Lu. viij. de q̃ dicit Greg. Conuertit ad virtutes numerum criminũ, vt totũ seruiret deo in p œnitentia q̃ q̃d exse deum contempserat in culpa.

a ¶ Caue ne os. Occasionem amputat idolis sacrificandi. Ideo enim p̄cipit in tēplo & ad altare dñi hostias offerri, vt ibi integra est religio, ibi cult⁹ congruus exhibeat Mysticè aūt innuit nullū munus acceptabile esse deo extra catholicā ecclesiā. hīc enim est locus quē deus elegit, vt poneret nomē suum ibi, & habitet in eo. b ¶ Absq; esu. Homicidium, phibet. Sāguis p anima ponitur, quia sedes animę, i. hūanę vitæ. in sanguine est. c ¶ In oppō. meritis tuis nō assignabis quæ diuina largitate perceperis, non viribus tuis: sed deo cuius munere hoc habueris. d ¶ Caue ne. Cōmunicet is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus quæ em̄ euāgeliū annū. de euā. vi. de. &c.

Myſticè

Leui. 17. c.

Gala. 6. b.

1. Cor. 6. b.

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Nō facietis. Hīc exponit p̄dictū p̄ceptum quantū ad duo ibi inclusa, & primō quantū ad sacrificij locū. secūdō quātūm ad comestionis modum, ibi: Si autem comedere volueris. Circa primum sciendū, q̄ licet regulariter esset deputata vnitas loci pro sacrificijs & oblationibus offerendis, tū i casu poterat aliter fieri. & hoc est quod dicitur: ¶ Non facietis ibi quæ. vt offeratis sacrificia & oblationes in pluribus locis sicut nos hīc facimus. quandiu enim filij Israel fuerunt in deserto etiam post constructionem tabernaculi, poterant offerre sacrificia & oblationes voluntarias alibi, q̄ in tabernaculo, vt dicit Ra. Sa. nō aūt sacrificia & oblationes ad quæ tenebantur ex debito. & hoc fuit eis licitum, quousq; essent quietati in terra promissionis, quod non fuit. xiij. annis. quos posuerunt ad capiendam terram & diuidendam eā. & hoc est quod subditur: b ¶ Neq; enim. Sed q̄n fuerunt quietati non debebāt offerre p̄dicta, nisi in vno loco, vbi fuit positum tabernaculum: & iste locus fuit primo Silo, vbi tabernaculum & arca domini habuerunt stabilem mansionem. s. cccxliij. an. sicut potest probari per tēpora iudicū, q̄ fuerūt ā Iosue vsq; ad mortem Heli, quia tunc fuit arca capta, vt habet. j. Reg. iiij. postea capta arca à Philistęis translata fuit in Cariathiarim & inde in Masphath, & inde in Galgala, & inde in Nobe, & inde in Gabaon: vt habetur libro de Hebrai. quęsti. & inde in domum Obededon, & inde in ciuitatem Dauid, vt habetur. ij. Regum. vj. & inde in tēplum Salomonis, vt plenius dicet. j. Re. vij. Et tunc habuerūt pacē p̄fectā tēpore Salomonis. & tūc nō fuit eis licitū alibi offerre, quia ille locus fuit ad hoc simpliciter electus, & vltimatē à deo, vt habetur. ij. Paralip. vj. nisi ex diuino instinctu & dispensatione, sicut Helias obtulit sacrificium in mōte Carmeli, vt habetur. iij. Reg. xviij. vnde subditur: c ¶ Illuc omnia. Tēpore medio inter destructionem Silo & cōsummationem templi Salomonis sacrificia votiua & oblationes poterant alibi fieri, q̄ vbi erat arca, quia illo tēpore nō habuit stabilē mansionem, sicut & quādo erat in deserto, vt dictum est. sic autē nō potest dici de Silo, quia arca ibi habuit diu stabilem mansionem. s. cccxliij. an. qui fluxerunt à. xiij. anno ducatus Iosue, quo fuit posita arca in Silo vsq; ad mortem Heli q̄n fuit capta à Philistęis. Cætera patent. d ¶ Si autem comedere volue. Hīc exponitur p̄ceptū quātūm ad comestionis actū, quia dixerat ibi: Comedetis in cōspectu dñi. Possent aliqui credere q̄ esus carniū esset omnino eis prohibitus extra Ierusalem. ideo declarat quō esus carnium

A

B

†ꝛetabimini

†aliam

a Hircocerum similis est enim hirco & ceruo.
balum, tragelāphum, pygarum, orygem, † ca
balum, tragelāphum, pygarum, orygem, † camelopardalum. Omne animal quod in duas
partes findit ungulam & ruminat, comedetis:
de his autem quæ ruminant & ungulam non
findunt, hæc comedere non debetis: Camelū,
a ¶Velocem timidum.
b ¶Debilem rapacem mortiferum.
lęporem, chœrogyllīū: quia ruminant, & non
¶Lora in volutabro luti.
diuidūt ungulam, immunda erunt uobis. Sus
quoq; quoniam diuidit ungulam, & non ru
a ¶Simulatis virtutibus.
minat, immunda erit. Cārnibus eorum non
a ¶Tales. s. in societatem non recipies.
b ¶Mortuina id est peccata.
c ¶Id est opera mortua non imitabimini. ¶Communicando.
uescemini, & cādauera nōn tangetis. Hæc co
¶Baptismi.
medetis ex omnibus quæ morantur in aquis.
¶Ignorantia quæ cito aufertur.
Quæ habent pinnulas & squāmas comedite,
quæ absque pinnulis & squāmis sunt, ne come
a ¶De contemptissimis proprium capitulum ponit sicut in sacrificijs.
datis, quia immunda sunt. Omnēs aues mun
a ¶Aliena rapientes, & insuetis lucris gaudentes.
das comedite, immundas ne comedatis, aquī
a ¶Falco. b ¶Qui bellis gaudet & morbus.
lā scilicet & gryphem, & hāliæetū, ixiō, & uul
a ¶Rapientium.
turem ac miluum iuxta gēnus suum, & omne
a ¶Quod est sine affectu, quod manifestum est ex eo, quod emittit a Noe ex prima enim coruus auolatione transgressus est, cui similis iudas circa suum magistrum fuit & dominum.
¶Lxx. Glaucum.
cōruini generis: & struthionem ac noctuam &
†larum atq; accipitrem iuxta genus suum: †he
a ¶Gryfalco vulgo rapit aquilam.
¶Lxx. pelicanum.
rōdium ac cygnum & ibin ac †mergulum, por
phyrionem & †nycticoracem †onocrotalum
a ¶Non calandre vt putant.
& charadrium, singula in genere suo: Vpupam
quoque & uespertilionem & omne quod re
a ¶Intentum terræ quamuis contemplationem simulat.
ptāt & pinnulas habet, immundum erit, nec co
a ¶Honestis operibus & moribus communicate.
¶Sine peccato.
medetur: †Omne quod mundum est cōmedi
a ¶Peccato contaminatum.
b ¶Consentiendo vel inde faciendo.
c ¶Ab operibus mortuis abstinete.
te: Quicquid autem mōrticinum est, nē uē
scamini ex eo. Peregrino qui intra portas
tuas est, da ut comedat, aut uende ei, quia tu
a ¶Purgabis.
populus sanctus domini dei tu es. † Non cō
a ¶Peccatorem ¶¶Qui statuetur a sinistris.
¶Ecclesiæ.
ques hædum in lacte matris suæ. Decimam
partem separabis de cunctis frugibus tuis,
quæ nascuntur in terra per annos singulos,
& comedes in conspectu domini dei tui in lo
co quem elegerit, ut in eo nomen illius inuo
a ¶Corporis Christi vel prædicationis.
b ¶Sanguinis Christi vel hilaritatis mentis. c ¶Operum misericordiæ vel charismatis.
cetur: decimam frūmenti tui & ūini & ōlei, &
a ¶Maioribus operibus.
b ¶Simplicitate.
primogenita de ārmentis & oūibus tuis, ut

si paganis & hæreticis immunda relinque. Hinc dęmones in euangelio permittunt ire in gregem porcorum: & dicitur. Sine mortuos sepelire mortuos suos. v ℂIn lacte. Mediocribus disciplinis, sed austerioribus, vt restaurarent amara q̄ perdiderunt dulcia. x ℂDecimam. Quasi bona quę facis secundum diuinę legis pręcepta facias, & dño separes, vt ad eius laudem omnia facias. y ℂPrimo. i. boni operis initia, quæ decimanda sunt, i. domino consecranda.

☞ Portare

Nicolaus de Lyra.

✠similem multa animalia & aues & pisces prohibentur in lege Iudæis. Sunt etiā pręter hoc aliæ causæ mysticè & figurales, inquātum per talia designantur homines habentes aliqua vitia sicut carnalis assimilatur porco, piger asino, & sic de alijs. a ℂHoc est animal quod comedere debetis &c. Tangę carens immunditijs prædictis, & enumerat aliqua in speciali dicens: b ℂTragelāphum. Tragelaphus animal est mundum & est partim simile hirco, & partim ceruo, & dicitur à τράγος quod est hircus, & ἔλαφος quod est ceruꝰ. c ℂCamelopardalū. Animal est simile camelo in capite, & ideo ab eo denominat. habet tn maculas albas in corpore sicut pardus, & equo similis est in collo, bubalo verò in pedibus. Consequenter ponit regulam cōem, cum aliqua tamen exceptione, cūm dicitur: d ℂOmne ani. Cętera expolita sunt Leui. xj. vbi hęc materia plenius tractatur, aliqua tamen ponūtur hīc q̄ non sunt ibi, & illa sunt hīc exponenda. e ℂIxion. Auis est de genere vulturis alba & minor, q̄ sit vultur. f ℂNycticoracem. Auis est de nocte volans ἀπὸ τοῦ νύξ quod est nox, & κόραξ quod est coruꝰ, quasi coruus noctis. Dicunt tamen aliqui, q̄ est idem qđ noctua: sed hoc non videtur, quia hīc separatim prohibentur. g ℂPeregrino. Si est pauper. h ℂAut ende ei. Si habet vnde emat. & loquitur hīc de peregrino qui est conuersus ad Iudaismum: aliter non posset comedere licitè. i ℂNon coques hędum in lacte matris suę. Hoc fuit expositum Exod. xxiij. k ℂDecimam frumenti tui vini &c. Hīc consequenter inducit ad hoc tria, per hoc q̄ inducit ad sustentationem sacerdotum & ministrorū ad quos pertinebat colere deū pro se & pro populo. Primogenita enim debebant sacerdotibus, & decimæ Leuitis, portabantur tamen ad templum quantū ad partes Leuitarum, qui manebant ibi ad ministrandum. Et patet litera ex his quæ dicta sunt suprà. xij. Consequenter inducit ad sustentationem pauperum, cū dicitur:

✠Anno

Matth. 8. d. Luc. 9. g. † leoparduꝰ lum

† nocturn, vlulam, vt. † spertilionē † pelecanū † caronizā

† Exo. 23. d. 34. d. 16. g. 25. h. 26. i. 27. k. 28. c. 29. d. cima.

☞ a ¶ Portare. Quasi qui longè A sunt à p̄fectiõe sanctorũ, nec pos-
sũt ascẽdere culmẽ virtutũ, nec cõ
tẽplatiõi vacare, qđ possunt agãt
humiliter & deuotè, & faciãt sibi
amicos de mammona iniqtatis, &
thesauros in cælis, vt recipiant in
æterna tabernacula: vbi epulandũ
& lętãdũ cũ amicis .i. sanctis & ele
ctis dei. b ¶ Et emes. Spũaliter
p̄cipit vt semp bonis opib⁹ insista
mus, quatenꝰ post hãc vitã ad do
mũ nr̃am .i. ad cælestẽ patriã reuer
tamur. c ¶ Aliã. Extra illã. s. q̃ mã
ducas cum tuis & Leuitis in loco
quẽ elegerit dñs. d ¶ Venietq;.
Manifestè ostendit hanc decimam
non esse ei qui offert communicã
dam, sed tantũ illis qb⁹ p̄cipit ero-
gari, in qb⁹ p̄cipuè Leuitẽ posuit.

GLOS. ORDI.

CAP. XV.

SEptio an. In hoc ca. pietas & dilectio com
mendat̃, vt p̃ximis mi
sereamur, & prẽmiũ à
dño expect̃m⁹. Tpe em̃ suo me-
temus nõ deficiẽtes, si dũ tp̃s habe
1. Tim. ç. a. Luc. 6. f. m⁹, opemur bonũ ad oẽs maximè
aũt ad domesticos fidei. vñ: Dimit
tite & dimittẽ vobis, date & dabi
tur vobis. e ¶ Septi. Quia i sepți
formi spũ remissio est. Oẽs penè le
gis solẽnitates in septenario nume
ro sunt. Sabbathũ em̃ in die septi-
ma est: Et pentecoste finitis septẽ
hedbomadib⁹. Septim⁹ quoq; an
n⁹ celebrat̃. Et iubile⁹ septies septẽ
annis succedit. f ¶ A pere. Licet
B sint oẽs p̃xim nr̃i, maximè trĩ illis
-& aduena misericordia impẽdẽdaest, q Chri
1. Joh. 3. c. sti sunt nobiscũm: ẽbra. Qui em̃ ha
bet substãtiã mũdi, & fratri idigẽ
ti nõ impẽdit, quõ manet i eo cha
ritas dei. g ¶ Fœnera. Quasi di
tiõr eris oĩbus gẽtib⁹. Ecclesia quo
†Quia †benedicet enim q; abũdat spiritalibus diuitijs: ipsa
docet nec habet necesse doceri.
h ¶ Caue. Aug. Lxx. attẽde ti-
bi ipsi, ne fiat v̊b̃ occultũ in cor-
de tuo iniqtas, dicẽs: Appropiat
†Dũtaxat si ✻dominus annus septimus, annus remissiõis:
enim deus tuus & maligneť oculus tuus in fratrẽ
tuũ egenũ. Magnificè occultũ ver
bũ hoc dixit, q̃m nemo audet hoc
dicere q potuerit cogitare, ideo nõ
esse mutuũ dãdũ indigẽti, q̃m ap
propiquat ann⁹ remissiõis, cũ de⁹
p̃pter misericordiã vtrũq; p̃cepe-
rit, & cõmodari cũ q̃sq; indiget, &
remitti anno remissiõis. Quõ mise
ricorditer remissur⁹ ẽ illo ãno quo
remittẽdũ ẽ, si creduliter cogitat il
lo tpe dandũ nõ esse, quo dãdũ est.

Nico. de Ly. ☞ Cum tibi

✠ a ¶ Anno. s. p̃ sustentandis
pauperibus, vt patet ex sequẽtib⁹,
qđ fiebat ex lege pietatis naturalis
& ne Iudęi pauperes cogerent̃ q̃-
rere eleemosynas à gẽtib⁹, vel ser-
uire eis p̃ sustentatione vitæ suæ,
& sic cogerent̃ de idolotitis come
dere cũ gẽtilib⁹, & p cõsequẽs pos
sent pertrahi ad cultũ idololatriæ.

NIC. DE LY.

SEptimo. Cap. XV. Hic inhibet̃ idololatria
q̃tũ ad principium mo-
tiuum seu occasionem. Si enim
obligati debitis & impotentes sol
uere arctarentur per pœnas cor-
poris vel alio mõ, possent habere
occasionẽ fugiẽdi de terra Israel,
& habitare iter Gẽtiles, & sic serui
re dn̄s alienis: sed m qđ dicit Dauid
de seipo fugitiuo, 1. Re. xxvii. c. Ma
ledicti sunt i cõspectu dñi, q̃ eiece
rũt me hodie, vt nõ habitẽ in hĩdi
tate dñi dicẽtes: Vade serui dn̄s alie
nis. Lic et em̃ Dauid hoc nõ fece-
rit, tñ p̃secutores ei⁹ dabãt ei occa-
sionẽ faciẽdi. Ad hoc igit̃ admonẽ
dũ septim⁹ ann⁹ remissiõis fuit in
lege institut⁹, i quo remittebant̃ de
bita impotẽtib⁹ soluere. Sic ergo Diuisio
prio auferť idololatriæ occasionẽ,
sed ꝺ inducit ad latriæ culturã, ibi:
De priogenitis. Adhuc prio inducit
ad relaxationẽ debitorũ. sed ꝺ ad
relaxationẽ seruorũ, ibi: Cũ tibi vẽ
dit⁹ fuerit fr̃ tu⁹. Adhuc prio in-
ducit ad debitorũ relaxationẽ. secũ
ꝺ ad liberalẽ accõmodationẽ, ibi:
Si vn⁹ de fratrib⁹ tuis. Circa pri-
mũ sciẽdũ, q̃ remissio debitorũ in
septimo anno nõ iponit̃, nisi p illis
q̃ sunt de ritu Iudęorũ, iõ subdit̃:
c ¶ A per. In Hebr. Ab extraneo
exiges. per, qđ patet, q̃ idẽ itelligit̃
hĩc p̃ pegrinũ & aduenã: extraneꝰ
autẽ dicit̃ q nõ est de ritu eorum.
d ¶ Et om. Hĩc cõsequẽter inducit
ad pauperũ subleuationẽ, & itelli
git̃ de Iudęis paupib⁹, quos debe
bãt adiuuare, ita q̃ nõ cogerentur
publicè mendicare. e ¶ Vt be. D
multiplicãdo te in bõis tp̃alib⁹ &
sp̃ualib⁹. f ¶ Si ta. i. si feceris qđ
dictũ est, & p̃ hoc itelligit̃ oppośi-
ta negatiua videlicet, q̃ si nõ fece-
ris, non multiplicabit te. g ¶ Fœ-
nera. Hĩc nõ accipit̃ p̃ vsura, q̃ li
cet esset eis p̃missa cũ extraneis gẽ
tib⁹: nõ tñ potest eis p̃mitti p̃ prę
mio pietatis erga pauperes, cũ sit il
licita, sed accipit̃ hĩc pro accõmo
datiõe. vñ in Hebr. habet: Vadia-
bis gẽtes multas. i. vadia accipies
ab eis, qa nõ tenebant̃ eis accom-
modare sine vadio, in hoc igit̃ p̃-
mittit̃ eis multiplicatio bonorum
tp̃aliũ, p̃ quã possent dare mutuũ
nõ solũ fratrib⁹ suis Iudęis, sed etiã
alienis gẽtib⁹. Domi. qa pro actu
pietatis nõ solũ p̃mittit̃ eis multi-
plicatio diuitiarũ, sed etiã dñi siue
excellẽtiarũ. h ¶ Si vnus. Hĩc in
ducit eos Moyses ad liberã mutua
tionẽ, q̃ debet p̃cedere ex affectu.
iõ subdit̃: ¶ Nõ. & cũ effectu. iõ
subdit̃: Sed apies manũ paupi &c.
k ¶ Quo eũ. qa nõ tm̃ debebãt
fratrib⁹ suis accõmodare pecuniã
sed etiã aliã rẽ necessariã vtpote
equũ, currũ, & similia q̃ frequẽter
deteriorant̃ ex accommodatione.
l ¶ Caue. Inducit eos vt nõ retra
hantur ab accommodatione pro
pter appropinquationem anni
septimi in quo debita relaxabant̃.
m ¶ Nec. vt p̃ hoc machineris
ad aliquod malum, vt ad familia-
ritatẽ inhonestã cũ ei⁹ vxore, vel
filia, vel aliquid aliud illicitum.

✠ Non deerunt

Moraliter. b ¶ Septimo an- Moraliter
no &c. Illa quæ hĩc ponunt̃ mo-
ralia sunt, ideo ptranseo vsq; ibi:
✻Cum tibi.

discas timere dominum deum tuum omni tem
pore. Cùm autem longior fuerit uia, & locus
quem elegerit dominus deus tuus*, ubiq; bene-
a dixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta por-
tare, uendes omnia & in pretium rediges, por-
tabisq; manu tua, & proficiscẽris ad locum
b quem elegerit dominus deus tuus, & emes ex
eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex
a ¶ Omne scilicet quod inebriare potest excepto vino.
armentis siue ex ouibus, uinũ quoq; & sicẽram,
& omne quod desiderat anima tua, & comedes
coram domino deo tuo, & epulaberis tu & do
mus tua, & Leuita qui intra portas tuas est. Ca
c ue ne derelinquas eum, quia non habet aliam
¶ Vno interposito.
partem in possessione tua. Anno tertio sepa- a
rabis aliam decimam ex omnibus quæ nascun
a ¶ Non deferes ad locum quem elegit dominus.
d tur tibi eo tempore, & rẽpones intra ianuas
tuas, ueniẽtque Leuites qui aliam non habet
partem nec possessionem tecum, & peregrinus
ac pupillus & uidua qui intra portas tuas sunt,
& comedent & saturabuntur, ut benedicat ti
bi dominus deus tuus in cunctis operibus ma
nuum tuarum, quæ feceris.

Cap. XV.

c SEptimo anno facies remissio- b
nem, quæ hoc ordine celebrabi
¶ Moralia prẽcepta ¶ Intra ecclesiam.
tur. Cui debetur aliquid, ab ãmi
¶ In deo. a ¶ Pater noster
qui est in cælis vnus est Christus.
co uel proximo ac fratrẽ suo re
petere non poterit, quia annus remissionis est
¶ Qui alienæ religionis est.
f domini. A peregrino & aduena exiges, †ciuem c
& propinquum repetendi non habẽs potestа-
¶ Mitisice quasi pecunia verbi omnibus
large dispensatur.
tem. † Et omnino indigens & mendicus non d
eritinter uos: † ut benedicat tibi dominus deus e
tuus in terra quam traditurus est tibi in posses-
sionem. † Si tamen audieris uocem domini dei f
tui, & custodieris uniuersa quę iussit, & quę ego
hodie præcipio tibi* benedicet tibi, ut pollici-
¶ Verbum dei.
g tus est. † Fœnerabis gentibus multis, & ipse à g
nullo accipies mutuum. Dominaberis natio-
nibus plurimis, & tui nemo dominabitur. Si h
unus de fratribus tuis qui morantur intra por-
tas ciuitatis tuæ in terra quam dominus deus
tuus daturus est tibi, ad paupertatem uenerit,
a ¶ Quasi immisericors.
b ¶ Per auaritiam, sed extendens per
misericordiam.
non obdũrabis cor tuum, nec contrãhes ma- i
num, sed aperies eam pauperi, & dabis mutu-
h um, quo eum indigere perspexeris. Caue ne k
forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in
corde tuo: Appropinquat septimus annus
remissionis, & † auertas oculos tuos à
paupere fratre tuo, nolens ei quod postu-
lat mutuum commodare, ne clamet con-
tra te ad dominum, & fiat tibi in pecca-
tum, sed dabis ei. Nec ages quippiam cal- l
lidè in eius necessitatibus subleuandis, ut

C
✻vt ponat nomen suũ ibi, vt inuo cetur no-
mẽ suũ ibi Ann⁹ septi mus remis- sionis qua- re instituť.

†fratri autẽ remittes tuo qđ tuũ erit vel nõ repe tes à fratre tuo

☞ E

Allegoricè

† quia huiꝰ reigrā būdicet

† omnibus operibus tuis

Mistícè

†se vēdiderit

† onerabis cum Mora'iter

Exodi.21.a.

F

†tibi graue vel durū videatur, qđ

† & benedicet

4.Reg.2.a.

a ¶Cum tibi vēditus &c. Isi. Si Hebræus puer in seruitutē deuenerit: præcipitur vt seruiat sex annis, septimo liberetur. Si noluerit propter vxorem & filios, perforabitur auricula eius & erit seruus in seculum. Hoc de presenti seculo non dicitur, sed de futuro: quia in sex ætatibus huius seculi seruientes, septimo die .i. æterno sabbatho liberamur, si tamen liberi esse voluerimus dum in seculo peccato seruimus. Si autē noluerimus, perforabitur nobis auricula, in testimonium inobedientiæ, & cum vxore & filijs nostris, quos prætulimus libertati. i. cum carne, & operibus eius. s. peccatis in æternum seruiemus. ¶Cùm tibi vendi tus &c. Hebræus transitor, qui ad æternam scilicet patriam tendit, & de vitijs ad virtutes, de terrenis ad cælestia trāsit, si talis se tibi vendiderit. i. magisterio tuo se addixerit, docebis eum vt in præsenti vita sic studeat operari, vt ad requiem peruenire possit. Hoc est sex annis seruiet tibi, septimo dimittes eum liberum, nec vacuum abire patieris, quasi æterna præmia & veram libertatem promittes ei in alia vita. Si autem dixerit nolo egredi, eò quòd diligat te & domum tuam. i. si bona quæ fecit, non pro æterna mercede, sed pro humana laude, qua si diligens præsentem vitam fecerit, perforabis aurē eius subula. i. mentē eius terrore iudicij compunges in ianua domus, qa iudicium erit in huius vitæ egressu & alterius ingressu, & seruiet tibi vsq; in æternū, i. docebis eum si seculum plus amauerit q̄ deum, æternis supplicijs mancipandum. ¶Greg. Cùm actiua vita & contemplatiua sit nobis ex dei gratia, vna est in necessitate, altera in voluntate. Nemo enim deum cognoscens regnum ingreditur sine actiua vita, sine contēplatiua verò multi. vnde: Si emeris seruum Hebreū &c. Hebræus, id est transiens emitur, quādo vnusquisq; qui à seculo mente transit, seruitio dei subijcitur. Sex annis seruire præcipit, vt in septimo gratis liberetur. In senario actiuæ vitę pfectio. In septenario contemplatiua exprimitur. Sex annis seruit, septimo liber egreditur, qa per actiuam perfectè transactam, ad contēplatiuæ vitę libertatem transit gratis, quia cùm benefecerimus serui inutiles sumus. Sicut ergo actiua est ex munere, ita & contemplatiua. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat, quia necesse est vt in inceptо quisq; perseueret. Bene autem ad contemplatiuā vitam transit, qui in actiua intentionis suæ vestem nō mutauit. Quidam verò priusq; seruitio dei socientur, bene operari diligūt: alij postquā ad eius peruenerint seruitium. Qui ergo bonam operationem prius habuerit, cum vxore emptus est. Is potest ad contemplatiuam vitam transire, & tamen actiuam nō deserere, vnde vxor egrediatur simul. Ad contemplationem enim trāsiens, affectionem boni operis qua alijs prosit, nō relinquit. Mulier & filij eius erunt domini sui. Seruo empto dat dominus vxorem, cū prædicator eum quem domino mancipauit, bonæ actioni coniungit. Prædicatores enim domini vocantur, vnde: Scis quoniā dñs tuꝰ tollatur à te. Vxor filios & filias parit, cùm bona actio fructus fortes vel teneros gignit. Hæc mulier cum filijs domino remanet, seruus exit cum veste, quia bona actio & eius fructus prædicatori imputantur, ipse cum desiderij intentione ad contemplationem per gratiam liber egreditur. Si dixerit seruus: Diligo dominum meum &c. Seruus dominū diligit, quando p̄dicatoris verba sollicita mente custodit. Vxorem amat & liberos, vitam. s. actiuā & fructus eiꝰ. Dominus offert eum dijs, & applicat ad ostiū & postes & pforabit aurem subula, vt sit seruus in seculum, quia prædicator antiquorū patrū dictis imbuit ad ostiū. & postes tabernaculi, vt de ingressu æterni tabernaculi aliqd audiat, & iudicij terrorem agnoscat, ne de bonis operibus gloriam quęrat ab hoībus. Auris subula perforatur, dū mens illius timoris dei subtilitate peritur, vt verbi acumine trāsfixa, ingressum regni semper attendat, quasi ad hostiū & postē tabernaculi pforata. Seruus erit in seculū, vt liber sit post seculum. Nūc ergo non solū actiua in seruitute est, sed etiam contemplatio libertatē mētis nō obtinet, qa in ęnigmate intimā qetē videt. Ne hoc seruū Christiani à dominis flagitarent, Apīus iubet seruos dñis esse subditos, ne doctrina dei blasphemetur. Mysticè enim dictum intelligit, vbi subula recusantis libertatem aurem perfodi præcipitur. b ¶De primoge. Aug. Primogenita dicit quæ primò vuluam aperiunt, & primo partu exeunt: Græcè autem πρωτότοκα, nec Latinè dici nisi primogenita potuerunt. in his tantū intelligenda sint quę nascuntur ex matribus. ipsa enim propriè pariuntur potius q̄ gignuntur. Parere qp pe est τίκτειν qđ est ex fœmina, vñ πρωτότοκος dicitur. Gignere autem est γεννᾶν. vnde prosriè Latinè primogenitus dicit. Ex fœminis aūt dabant primitiua. i. q̄ prima pariebant, non q̄ prima gignebant à viris &c. Si ergo est in his verbis certa distinctio, non frustra dñs, non dicitur â patre μονογενὴς sed μονογενὴς i. vnigenitus quod est vnicus. Quòd aūt Latinè dicit à mortuis primogenitus, Græcè πρωτότοκος non πρωτογενὴς dicitur, tanq̄ pater ęqualē sibi genuerit, & creatura peperit. Nā qp dicit primogenitus ois creaturæ, qa primus ita surrexit, vt iā nō moriat, ois creaturę. i. πρωτότοκος, sed m nouā creaturam pōt intelligi de qua dicitur: Si qua ergo noua in Christo creatura, ex qua ille primitiuus est, qa primꝰ ita surrexit, vt iā non moriat, qđ nouę creaturę q̄ in illo est futurū i fine, pmittit. Mouet t i qđ in prohibijs dicit. Priogenite tibi dico fili. Si em̄ pater ad filiū loqt, cū dē dicit primogenitū, quē vnigenitū, qa & nos filij dei sumꝰ. ille autē vnigenitꝰ, qa solus de substātia pīis, & ęqualis, & coęternꝰ.

☞ Sanctificabis

† benedicat tibi dominus deus tuus in † omni tēpore, & in cunctis ad quæ manum miseris. Nō deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui te cum uersantur in terra. Cùm tibi † uenditus fuerit frater tuus Hèbræus aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris, nequaquam uacuum abire patieris, sed †dabis uiaticum de gregibus & de area & è torculari tuo, quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memento q̄p & ipse seruieris in terra Ægypti, & liberauerit te dominus deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. Si autem dixerit, nolo egrèdi, eò quòd diligat tē, & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat, assumes subulām & perforabis aurèm eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi usque in æternum. Ancillæ quoque simili ter facies. Non †auertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos libèros, qm̄ † iuxtà mercedē mercēnarij sex p annos seruiuit tibi, ut †bn̄dicat tibi dñs deꝰ tuus cunctis operibus quæ agis. De primogenitis tuis q̄ nascitur in

a ¶Transiens. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Eccl. xliij. c.

b ¶Perfectione actiuæ vitæ.

a ¶Non generalis remissionis, sed quicunq; a venditione septimus occurrerit.

¶Æterna requie.

a ¶Ab actiua vita.

a ¶Prædicatorem. ¶Ecclesiam.

a ¶Diuini timoris subtilitatem.

a ¶Mentem inobedientem.

b ¶In introitu ecclesiæ, vt sit memor exitus tabernaculi.

¶In actiua vita bene operando. ¶Secundū pīens.

¶Infirmiori & indoctiori.

a ¶Sollicitudinem. b ¶In contemplatione.

a ¶Augustin. Liberos: seruitute vitæ actiuæ.

b ¶Vt recipiant mercedem ęternam.

a ¶Prædicatori. ¶Remunerando.

¶Bonis dictis vel factis.

¶Primordijs bonæ voluntatis & operationis.

Nicolaus de Lyra.

a ¶Non deerunt. Non est contrariū ei qđ supradictū est. Omnino indigūs & mendicus non erit inter vos, quia ibi loquitur de mendicante publicè, qđ non debebant Iudęi pmittere: vt dictū est: Hîc autem loquit de paupere, qui de suis facultatibus non potest conuenienter sustentari, & ideo indiget p accommodationem ab alijs auxiliari. b ¶Cum tibi vendi. Ista exposita fuerunt Exodi. xxj. hoc excepto.

c ¶Non auertes ab eis. i. non respicies eos toruo oculo, quasi ubi sit grauis libertas eorū. Vnde in Hebręo habetur: Non erit graue in oculis tuis cum dimiseris eos liberos. d ¶De primogenitis tuis &c. Destituta idolatria quātūm ad occasionem, hîc reuertitur ad determinationem latrię excludendo quandam cupiditatē occasiōe latrię aliqualiter contingentē. Et prīò facit, ppositū, secundò remouet quoddā dubiū, ibi: Hoc solùm. Circa quod sciendum, q̄p ex eo tempore quo dñs percussit primogenita Aegyptiorū tam in hominibus q̄p in animalibus, omnia primogenita filiorum Israel fuerūt obligata dño & sanctificata, vt habetur Exodi. xiij. & in pluribus alijs locis. Veruntamen aliqui cupiditate ducti volebant inde trahere vtilitatem suam, vt pote in primogenito bouis arando, & primogenitum ouis tondendo, antequam

* b ¶Cum tibi venditus fuerit frater tuus He. Cuius sensus mysticus suprà positus est Exodi. xxj. d ¶De primogenitis autem quæ nascuntur in armentis & oui. De primogenitis istis duplex sensus mysticus ponitur à doctoribus. Vnus est q̄p primogenita significantur bonorū operū initia: Et de istis dicitur:

* Quicquid est

Titum. 2. a. Mistícè

Nota differētiā apud Græcos inter protocosō & primogenis &c.

2. Cor. 5. d.

Roma. 6. b.

H

Diuisio

† vel duplex mercēnarij vel, duplex est merces mercēnarij

Moraliter

a ¶ Sanctificabis dño deo tuo. Non tibi, sed omnium largito
Aug. ri: Quia omne datum optimum desursum est. Quod autem leue in
Iaco.1.c. nostra cogitatione, vel maculosum in nostra cõuersatione, vel claudum in operum progressione, vel cęcum ignorantia mentis aut aliqua parte deforme vel debile, non debemus deo immolare, i. imputare, sed nobis. b ¶ Non operaberis.

Moraliter Grego. In primogenito bouis arare est bonæ conuersationis primordia in exercitio actionis publicare. Primogenita ouium tondere, est ab occulto rationis tegmine inchoantia bona nudare. Si quid enim bonũ robustumq; incipimus exercere, non debemus citò ostendere, simplex quoq; & innocuum non debet nudari suo velamine. Ad sola diuina sacrificia ista proficiãt, vt ad honorem intimi iudicis in ara cordis immolentur, ne primordia adhuc carnali vitæ cõmista citius innotescant, & cùm laudãt bona, deceptus animus non deprehendat q̃ in eis sunt mala. c ¶ Sinau. Sunt quædã opera q̃ licet minus placeant deo, p̃sunt tñ proximo: & si deo offerri nõ possunt, comedi possunt. Cũ enim deo minus placeant, p̃ fuscata intentione quã deus intuet, proximis tñ exemplo opitulantur. Quasi caprea & ceruo. Caprea saltatim incedit, ceruus inimicus est serpenti, & aspęra & spinosa trãsilies montana transcendit: & ideo in bonam partem accipiuntur.

Nicolaus de Lyra.

do, antęq̃ offerrentur: ideo istud prohibetur hîc, & patet litera. Et dicit hîc Ra. Sa. q̃ idem est intelligendum de oue, quę offerebatur pro primogenito asini, vt habetur Exod. xiij. quia debebat offerri cum lana. d ¶ Sinautem habuerit defectum alicuius membri seu aliquam aliam deformitatem, ꝓpter quam non deberet domino offerri, cui melior
B sunt offerenda, & ne diuinus cultꝰ veniret in contemptum ex oblatiõe talium defectus habentiũ, & p̃ consequẽs vilii & cõtẽptibilium. tale primogenitũ licitè poterat comedi extra Ierusalem, in oppidis & ab immundis hoibus sicut & à mundis. e ¶ Quasi caprea & ceruus. Sicut de illis comedunt homines absq; hoc q̃ faciant inde aliquam oblationem domino, nec redemptionem, sic & de istis: Tamen distinguẽdum est, quia si talis macula inerat primogenito animali à natiuitate, comedebatur absq; oblatione vel redẽptione aliqua, q̃ nunq̃ fuerat obligatũ dño, ex quo nunq̃ fuerat immolatitiũ. Si aũt post natiuitatẽ superuenerat, tunc aut erat curabilis, aut non. Si curabilis, debebat post curationẽ offerri: si incurabilis poterat redimi, quia erat obligatũ domino ante euentũ macule, & hæc distinctio accipitur ex sententia Rab. Sa. hîc. & xij. ca.
f ¶ Hoc solum. quia carnes talium licitè comedebantur in oppidis, absq; redemptione in casu prędicto. propter hoc aliqui fortè possent credere, q̃ eius sanguinis ipsorum esset licitus: propter qđ hoc excluditur hîc specialiter, quia nec in vilibus animalibus erat cõcessus, sed generaliter prohibitus.

Moraliter ✻a ¶ Quicquid est sexus. quia quicqd est ibi perfectionis, debet deo attribui, sexus enim masculinus perfectus est, ideo significat perfectionem deo attribuẽdam. d ¶ Sinautem habuerit. Per quod significatur, q̃ si in operibus nostris bonis defectus aliqs sit admistus, attribuendus est nostro defectui, Osee. xiij. c. Perditio tua Israel, ex me tantum auxilium tuum. Alius sensus mysticus est, q̃ per primitiua significantur homines de nouo conuersi incipientes seu neophyti: & de istis dicitur: b ¶ Non operaberis in primo. quia prædicti incipientes noui non debent operi doctrinę vel prędicationis, significato per opus bouis, applicari: nã ad opus doctrinę seu prędicationis requiritur maturitas & firmitas. Quòd autem per agriculturam, quæ est opus bouis, significetur prędicatio & doctrina habetur. 1. Cor. iij. b. vbi dicit Apostolus: Dei adiutores sumus, dei agricultura estis. c ¶ Non tondebis. Per quod significatur, quòd opera bona neophytorum non sint exterius denudanda, ne per inanem gloriam amittant. Grego. Primogenita ouiũ tondere, est occultationis tegmine inchoantium bona nudare. Solis autem firmis & perfectis dicitur illud Matth. v. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem

armentis & ouibus tuis, quic a
a ¶ Forte scilicet & virile.
quid sexus masculini est, sancti a
a ¶ Attribuendo. b ¶ Non tibi. c ¶ Præsicabis.
ficâbis dominõ deo tuo. Non ô b
a ¶ Bona operatione primi tẽporis adhuc infirma ætate. ¶ Quasi neophytum non permittas in ecclesia docere.
pẽraberis in primogenito bouis,
a ¶ Hoc est primogenita innocentiæ non nudabis, vt videantur & laudentur ab hominibus. ¶ Non sunt in exemplum offendenda nisi quæ sunt firma.
& non tõdebis primogenita o c
a ¶ Id est de bono opere tuo soli deo placere curabis.
uium. In cõspectu domini dei
tui, comedes ea per annos singu
los in loco quem elegerit do
minus, tu & domus tua. Sinau d
¶ Crimina.
tem habuerit maculam, & uel
¶ Gressu boni operis. ¶ Ignorantia.
claudum fuerit uel cæcum, aut
in aliqua parte deforme uel de
a ¶ Imputabitur. b ¶ A quo omne bonum, sed tibi a quo malum.
bile, non immolabitur dominõ
deo tuo, sed intra portas urbis
tuæ comedes illud, tam mundus
q̃ immundus similiter uescẽtur
eis, quasi caprea & ceruo. Hoc so e
lum obseruabis, ut sanguinem
eorum non comedas, sed effun
das in terram quasi aquam.

patrem vestrum, qui in cælis est. C

ADDITIO.

¶ In cap. xv. vbi dicitur in postill. Ad hoc igitur amouendum, septimus annus remissionis in lege institutus est &c.

ADDITIO.

Licet communiter teneꝝ apud Hebrœos, q̃ in anno septimo tota liter remittebãt debita, sic q̃ etiã post trãsitum illius anni septimi nõ possent repetere ea: tñ hoc non videtur rationi consonum: quia sic, si aliquis accommodaret proximo suo pecuniam, vel aliquid huiusmodi in anno sexto vel prope finem anni, statim intrãte anno septimo erat remittenda: quod videtur contra æquitatem iustitiæ, secundum quam homo tenetur reddere mutuum, vnde: Psal. xxxvj. d. Mutuabitur peccator & non soluet. Nec valet dicere, quòd hæc remissio intelligitur quò ad impotentes soluere tantùm, prout postillator videtur dicere: tum quia scriptura indistinctè loquitur dicens: Cui debetur aliquid ab amico vel proximo vel fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est dñi, nõ distinguens de potente vel impotente: tñ qa ab impotente non solùm anno septimo, sed etiã in alijs tpibus nõ erat debitum repetendum. Dicit enim infrà: Si vnus de fratribus tuis &c. ad paupertatem venerit, non indurabis cor tuum nec contrahes manum, sed aperies eã pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere prospexeris. Vnde circa hoc aliter videtur dicendum. Ad quod sciendũ q̃ in Hebrœo vbi nos habemus: Septimo anno facies remissionem: est quędam dictio quæ sonat subtractionem, & est sensus qđ in toto anno septimo non poterant debita repeti. Cuius ratio est, quia septimus annꝰ erat sabbathũ terræ, i quo nõ licebat semina re agros, nec vindemiare nec colligere fructꝰ terræ, sed oia q̃ spõte nascebantur erant communia quibuslibet hominibus, & etiã bestijs: vt habetur supra Leui xxv. vñ in tali tpe debebat cessare exactio debitorum cessante collectione fructuũ & reditũ. Sed sabbatho terræ, scilicet anno septimo transacto, cũ iã poterãt terras colere, & fructꝰ suos vnusq; colligere licitũ erat debita repetere, & etiã debitor, si esset potẽs, tenebat reddere, cùm restitutio debiti pertineat ad verã iustitiam. Ad hanc sententiam facit qđ sequit in litera de hac materia: Caue ne fortè surrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuũ cõmodare. Si enim in septimo anno fieret talis remissio, vt prędicti intelligunt, quare diceretur impiè cogitare ille, à quo per mẽsem vel aliquod breue tempus ante septimum annum mutuum postularetur: si à mutuatione retraheretur, cùm hoc iam non esset mutuatio, sed mera donatio, quæ nõ in tanta quantitate solet dari, sicut mutuum. Facit etiam pro p̃dicta sententia, quod infrà in eodem ca. dicitur. Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, sex annis seruiet tibi, in septimo anno dimittes eum liberum, non enim dimittebatur in anno sabbathino terræ, sed postq̃ seruiret per sex annos integros, & ideo reddens rationem, quare dominus serui non deberet grauiter sustinere hãc dimissionem dicit: Quoniam iuxta mercedem mercennarij per sex annos seruiuit tibi. Ex quo patet, q̃ si post breue tempus seruitutis pręciperetur liber dimitti, esset quid durum & graue: non ergo minus durum est totaliter debitum dimittere, q̃ seruum emptũ liberare. Quia tñ ista lex remissionis debitorum sic intellecta, sicut Hebræi intellexerunt est intolerabilis, per quam penitus claudebat̃ via ad mutuandum: idcirco Thalmudici antiqui quoddam fecerunt statutũ, per quod lex prędicta totaliter euacuabatur, & sic impletur dictũ Christi Matth. xv. a. Irritum fecistis man. dei &c.

REPLICA In ca. xv. cũ postillator remissionẽ debitorũ verius dilationẽ in anno septimo exponeret de impotẽtib⁹ soluere, sicut & supra exposuit Leui. xxv. Burgẽ. ibi & hîc dicit huiusmodi expositionem non habere fundamentum, p̃ eo, qa vt dicit, scriptura indistinctè loquit̃ de potẽtibus & impotentibus. Hîc dico saluo meliori iudicio, q̃ fundamentum exposi

Mentū expositiōis postillatoris stat in recta rōne. Recta em̄ rō hoc exigit, vt potens soluere soluat sine dilatione; non em̄ sine fraude ad annū remissionis differret, si soluere posset. Quòd si nō posset, nam potens non esset, & sic sequeretur ꝙ potēs de hoc casu nō esset potens, quæ est cōtradictio. Vnde etsi litera loquatur indistinctē, oportet tn̄ ex ratione recta de impotētibus specialiter intelligi, alijs si potens esset ad soluendum & differret, daretur occasio non mutuandi, imò & potens in anno remissionis tenebatur soluere, quamuis mutuans non potuit rem suam aggrauanter exigere. Ille igitur annus erat pro impotentibus, à quibus non potuit illo anno quicquam repeti, nec per eos oportuit propter impotentiā aliqd solui. Potentes aūt & illo anno & quolibet alio solutionem sine fraude differre non potuerunt. Nec valet quod Burgen. dicit, ꝙ ab impotente nec illo nec quocūq; alio anno repeti debitū posset, quia sic daretur via pauperibus non mutuandi, sed solūm pauperes reciperent per modum donationis: & sequeretur septimum annum non solūm dilationis esse, sed totalis remissionis, cuius oppositum Burgen. nititur ostendere hīc contra Iudæos. Nec textus quem Burgen. allegat, est ad sui propositū, quia textus ille dicit omni tempore mutuandū necessitatem patienti, non prohibet repetitionem nisi in anno septimo, qui dicebatur remissionis pro illo anno, quo completo repetitio fieri potuit, vt habetur à Scholastica historia ponente differentiam inter annum iubilæum, & remissionis: In illo nanq; remittebantur debita, in isto differebantur.

G

GLOS. ORDI.

Cap. XVI.

OBserua men. Quia in eo manipuli spicarū, id est primitiæ p sacerdotem offerebant dño. ¶ Mensem primū, scilicet Hebræorū, ꝙ apud eos נִיסָן nisan, apud Græcos quoq; ξανθικὸς, apud Latinos aprilis dicit, in quo agnus paschalis occidebatur.

Misticè

b ¶ Eduxit te. Mysticè. Nos quoq; de AEgypto huius mūdi liberati, nouū hominē induti, in nouitate vitę ambulemus, primitias bonorū operū cōsecrātes, & phase. i. trāsitū bonū celebrātes, vt relicta AEgypto ad terram promissionis veniamus. c ¶ Et de bobus. Aug. Boues addit, cùm de oue tn̄ p̄ceperit, quā iussit accipi ex ouibus & hædis vel capris, ꝓpter Christū, qui secundum carnem ex iustis fuit & peccatoribus. Non em̄ ait ex ouibus vel capris, sed ex ouibus & capris, licet propriè non intelligatur ouis ex capris, ne Iudæi dicerēt subaudiendū esse caprum. Quare ergo additi sunt boues, an propter alia sacrificia, quæ diebus azymorum sunt immolanda? d ¶ Panem fermen. Corruptam doctrinam, vel veterem conuersationem. vnde: Epulemur in azymis, non in fermento veteri &c.

F

1. Cor. 5. c.

† festinatione

e ¶ Septem. Toto tempore præsentis vitæ. Sicut illi septem diebus azyma comedebant, sic nos purè & simpliciter septem diebus huius vitę conuersemur quibus quotidie agnus occidit, & pascha celebratur, si in nouati nihil ex veteri corruptiōe retinem⁹.

*per noctē

Fermētum

Quid em̄ est aliud fermentū, q̄ naturę corruptio? Fermentatū enim recedit a naturali dulcedine, & corrumpitur adulterino rancore. f ¶ Nō ap. Epulemur nō in fermēto veteri, nec̄ in fermēto malitię & nequitię &c, quasi relinqte veterē hoiem, & induite nouū. g ¶ Non remanebit. In hac vita omnia sacramenta dominicę incarnationis perscrutanda, & cuncta p̄cepta eiꝰ implēda sunt, anteq; mane. i. finis seculi adueniat.

1. Cor. 5. c.

Ephe. 4. f.

h ¶ Non poteris. In vna domo agnus paschalis edit⁹, & in vno loco phase immolā. i. in catholica ecclesia: extra illā non rectē pascha celebratur. Vetat celebrare mysteria Christi in conuenticulis hęreticorum.

i ¶ Vespere ad so. Nouissima ætate mundi, quando verus sol in passione occubuit, & AEgyptiacam captiuitatem soluit, cū pascha nostrū immolatus est Christ⁹.

☞ Vades in

NICO. DE LYRA.

CAP. XVI.

Festa solennia Iudæorum.

OBserua mensem. Hīc declarantur p̄cepta quę ordinant hominem ad deum ex cōsideratione tp̄is. Circa qd̄ sciēdū, ꝙ tribus tp̄ibus in anno celebrabāt Iudęi festa solēnia, videlicet primo mense festū phase, ꝓpter beneficium egressiōis de AEgypto, & tertio mēse festū pentecostes, ꝓpter beneficiū legis datæ, & septimo mēse festū tabernaculorū, propter bn̄ficiū cōservationis ipsorū in deserto. xl. annis, q̄bus deus prouidit habitantibus in tabernaculis. Primò ergo agitur de primo festo.

Diuisio

secundò

Cap. XVI.

a OBserua mensem † nouarum frugum & uerni primum temporis, ut facias phase domino deo tuo, quoniā in isto b mense eduxit te dominus deus

a ¶ Mundo.

tuus de Ægypto nocte. Immolabis ꝙ phase domino deo tuo de

a ¶ Agnum.

a ¶ Simplicitatis. b ¶ Operationis. c ¶ In ecclesia.

c ouibus & de bobus, in loco quē elegerit dominus deus tuus, ut habitet nomen eius ibi: Non comedes in eo panem fermentatū.

d ¶ Tota præsenti vita.

e Septem diebus comedes absq; fermēto afflictionis panem, quo niā in † pauore egressꝰ es de Ægypto, ut memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus die

a ¶ Qui in valle lachrymarum.

f bus uitæ tuæ. Nō apparebit † fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit * de carnibus eius, quod immolatum est uespere, in die primo usque mane. Non poteris g immolare phase in qualibet ur

a ¶ Congregationum scilicet Iudęorum, hæreticorum, atq; Gentilium.

bium tuarum, quas dominus de

a ¶ Subiecturus. b ¶ Ecclesiā.

us tuus dāturus est tibi, sed in lo h

a ¶ Gratiā suā. b ¶ Non vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Ioh. 5. c.

co quē elegerit dominus deus tuus, ut habitet nomen eius ibi. Im g

a ¶ Christi.

molabis ꝙ phase uespere ad solis

a ¶ Mortem. ¶ Mundo.

occasum, qn̄ egressus es de Ægy i

secūdò de secto, ibi: Septem hebdomadas. tertiò, de tertio, ibi: Solennitatem quoq; tabernaculorū. Sciendū etiā, ꝙ de istis tribus festis habent plura Nu. xxviij. & Leui. xxiij. & aliqua hīc adduntur. & aliqua repetunt. Quātū igit ad primū festū dicit: a ¶ Observa nō qa tūc tp̄s esset messiū, sed qa circa xiiij. diē mēsis primi in aliqua ꝑte terrę prouenissent aliquę fruges, ꝓpinquabāt ad maturitatē, & de illis colligebant spicę, de qbꝰ fiebat manipulus, q offerebat in solēnitate paschali, & torrebat, & tunc p cōfrictionem grana excutiebant, & de illis fiebat sacrificiū. b ¶ Immolabis ꝙ. Nō loquit hīc scriptura de immolatiōe agni paschalis, de quo post ea agit, sed de alijs sacrificijs q offerebant in illa solēnitate, quorū aliqua offerebant à tota cōitate, q̄ determinant Num. xxviij. Aliqua verò offerebant à ꝑsonis singularibus ex deuotiōe, & talia nō cadunt sub numero determinato, qa in talibus cuilibet p̄mittebat facere suā voluntatē. sequit: c ¶ Qm̄. In Hebræo habetur: Subitò vel festinanter egressus es de AEgypto, & ꝓpter hoc tūc comederūt azyma: qa fermētare non potērāt AEgyptijs cogentibus eos exire, vt habet Exo. xij. d. ¶ Et non re. Sagni paschalis, de cuius carnibꝰ nihil debebat remanere vsq; mane, vt habet Exo. xij. e ¶ Non poteris immolare phase. Hoc p̄cipiebat ad euitandum occasionem idolatriæ, qa sub pretextu huiꝰ & occasione possent fieri aliæ immolatiōes pertinentes ad idolatriam, & vt cum maiori reuerentia fieret ista immolatio in ciuitate electa ad diuinum cultum: & hoc est qd̄ dicit: f ¶ Sed in. Et accipit hīc locus ꝓ tota ciuitate Ierusalē, q̄ fuit electa à deo ad cultū diuinū, qa in qualibet domo poterat immolari, dum tn̄ haberet numerꝰ animarum, q̄ sufficerēt ad esum agni, vt dicit Exo. xij. Debebat etiā poni de sanguine sup̄ vtrunq; postē, & in supliminaribus domus vbi comedebat: qd̄ nō pōt intelligi de domo tēpli, qa ibi nihil ponebat de sanguine agni. g ¶ Immolabis ꝙ. id est posi declinationem solis. h ¶ Quando. Non ꝙ illa nocte egressi fuerint filij Israel de AEgypto, sed quia ipsa immolatio erat quædam præparatio ad exitum, & qa

Nicolaus de Lyra.

† fermenti

Moraliter

ꝓ illa nocte

Moraliter. a ¶ Obserua mē. Hīc replicat Moyses de tribꝰ solēnitatibus. s. paschę, pentecostes, & tabernaculorū: de quibus actū est suprà, Leuit. xxiij. Primū autem istorum figura fuit resurrectiōis Christi passi, qui est pascha nostrum sicut dicit Apostolus. 1. Cor. v. c. pascha nostrū immolatus est Christus; itaq; epulemur, non in fermento veteri nec̄ in fermēto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis syncerit atis & veritatis. Igit per septem dies azymorū significat totum tempus nostrū, eò ꝙ septē diebus reuoluit vt dicit Greg. Homi. xxv. & ille septenarius debet deduci sine fermento malitiæ & nequitiæ, & in azymis syncerit atis & veritatis: & tunc reuertemur in tabernacula nostra. i. ad mansiones patriæ cælestis, sicut filij Israel celebratis septem diebus phase ad loca sua reuertebantur. De secundo festo. s. petecostes dicitur

*sies dicitur

☞ a ¶ Vades in tabernacula. Peracto seruitio domini mane resurrectionis transibim⁹ in eterna tabernacula: vt quiescamus ab omni labore, lætantes de percepta retributione. b ¶ Die septima. A Eterna requie quam septenarius significat: propter sabbathum vbi nullus labor, nulla operandi ratio. c ¶ Septem hebdomadas. In Leuitico plenius. Numerabis ergo ab altero die sabbathi septem hebdomadas plenas vsq; ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ. ¶ Augu. Septem hebdomadas &cæ. Si ab vniuerso populo hęc pentecostes iussa est obseruari, nunquid omnes credendum est vno die falcem iussos mittere in messem? Si autem sibi quisq; obseruat istam quinquagesimam: dinumerās ab illo die quo falcem mittit, nō vna est vniuerso populo. Illa verò vna est q̄ cōputat ab immolatione paschę vsq; in diē datæ legis in Sina. ¶ Nos quoq; celebramus pētecostē. i. aduentum spiritussancti, q̄ est digit⁹ dei quo scripta est lex in tabulis. d ¶ Solennitatem. Qui vt tabernaculo presenti mundo vtitur, festiuitatem agere, & lætari in eo potest, propter futuri expectatiōem. Quia si terrena domus huius habitationis dissoluatur, habebit domum non manufactam in cęlis. e ¶ Quando. Consummata perfectiōe omnium bonorum & multarum collectione virtutum, lætandum & exultandum esse cum amicis significat. Cū exultabit quisq; de percepta retributione, qui hīc largus fuerit in numere; tūc verè tabernaculorum solennitas agetur, non mutabilium scilicet sed æternorum. vñ: Vt recipiant vos in æterna tabernacula. f ¶ Masculinum. Nō femineū nihil em̄ molle, fragile, & infirmū in nra conuersatiōe debet esse: fortia q̄q; à nobis exigit de⁹. Si autem in fide trinitatis patris & filij & spiritussancti æternę mercedis respectu tempore presentis vitę bonis operibus insudamus: masculum in conspectu domini statuimus.

g ¶ Non apparebit. Grego. q. d. qui promerendę vitæ mercedem bene agendo non quidit, in cōspectu dñi vacu⁹ apparebit. vñ: Veniētes aūt veniēt cū exultatione, portantes manipulos suos. Ad examen ☞ quippe iudicij

Nicolaus de Lyra.

illa nocte se præparauerunt ad exitū, & mane sequēti egressi sunt, vt habet Exo. xij. a ¶ Et coques & comedes. De modo coquendi & comedendi habetur Exod. xij. b ¶ Maneq; Hīc accipitur mane secundæ diei: prima autem dies incipiebat à vespera. xiiij. diei primi mensis, & terminabat in primo vespere. xv. diei, & tota die illa & nocte sequenti debebant remanere in Ieru salem, & mane sequenti poterant recedere qui vellent. c ¶ Sex diebus comedes. suprà eo. cap. dicitur: Non apparebit fermentatum in omnib⁹ terminis tuis septem diebus. Ad hoc soluendum dixerunt aliqui Hebręi, q̄d dies septimus non est de præcepto, sed qui volebant, comedant azyma. Dicunt etiam q̄d nec alij sex dies sicut nec septimus, sed solū vespere primę diei i qua immolabat agn⁹. Sed hoc videt cōtra tex. Exo. xij. c. vbi sic dicit: Quicūq; comederit fermentatū, pibit aia illa de Israel à primo die vsq; ad septimā diē. Et ideo dicēdū q̄d per hoc q̄d dicit hīc: Sex diebus comedes azyma, non excludit septimana ab ista obseruatiōe, quia senarius includitur in septenario: & q. cois Christianus. Distinguitur tamē hīc dies septima, qa erat celebrior

¶ Ecclesia.

pto, & †coqs & comedes in loco, quem elegerit dominus deus tuus, a manęq; consurgens uades in tabernacula tua: Sex diebus comedes

¶ In tota laboriosa vita.

a ¶ Synceritatis & veritatis.

¶ Non in fermento veteri &c. b ¶ Requiescit deus die septima.

b azymā, & in die septimā, quia collecta est domini dei tui: non facies

¶ Sanctorum.

a ¶ Sera. le.

b ¶ Quibus finitis aduenit spiritussanctus.

c opus. Septem hebdomadas numerabis tibi ab eā die qua falcē in segetem miseris, & celebrabis diem festum hebdomadarum domino

a ¶ Hoc iudæi nec ad literam, nec ad spiritum custodiunt.

a ¶ In quo suscipietis spiritumsanctum.

¶ Cui omnia debes.

a ¶ Hilarem datorem diligit deus. 2. Corint. 9. b.

deo tuo, oblationem spontāneam

a ¶ Operationis propriæ.

manus tuæ, quam offeres iuxta

¶ Multiplicationem bonorum operum.

benedictionem domini dei tui, &

a ¶ In azymis synceritatis & veritatis.

b ¶ Beneplacens.

† epulāberis coram domino deo tuo, tu & filius tuus & filia tua, &

a ¶ Non est personarum acceptio apud deum. Ephes. 6. b.

seruus tuus & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas: & aduena, & pupillus, & uidua, qui morantur uobiscum in loco quem elegerit dominus deus tuus, ut habitet nomen eius ibi, & recordaberis quoniam seruus fueris in Ægypto, custodiesq; ac facies quæ tibi præcepta sunt. Solennitatem quoque

a ¶ Non habemus hic manentem ciuitatem, Hebræ. 13. c.

b ¶ Tu cum tuis.

tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area & torculari fruges tuas, & †e

a ¶ Paruulus & magnus ibi sunt, & seruus & liber a domino suo. Iob. 3. d.

pulāberis in festiuitate tua, tū & filius tuus & filia & seruus tuus & ancilla, Leuites quoq; & aduena & pu

¶ Ecclesiæ.

pillus ac uidua, qui intra portas tuas sunt. Septem diebus domino deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit dominus, benedicētque tibi dominus deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, erisq; in lætitia.

¶ In fide trinitatis.

¶ Placens per bona opera.

Tribus uicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit, in solennitate azymorum, & in solennitate hebdomadarū, & insolennitate tabernaculorum. ¶ Non apparēbit ante dō

a ¶ In iudicio.

b ¶ In cuius manus incidere est horrendum.

celebrior quinq; precedētibus, qa phibitū erat opus seruile in illa sicut & in prima, vt habetur Num. xxviij. non autem in eternedijs. & hoc est q̄d subditur: d ¶ Et in die septima &c. Quia dicitur hīc collecta: Dicunt aliqui q̄d illa die fiebat collecta p sustentatione pauperum, sicut in septembri fiebat collecta p necessarijs ad vsū sacrificiorū tēpli. Sed hoc nō videt bn cōsonū ei q̄d ita p̄dictū est. s. q̄p secta die habebāt licētiā recedēdi q vellent. Si aūt illo tēpore fieret collecta pro pauperib⁹, phabili⁹ videt, q̄p deberet fieri ante recessum populi, vnde in Hebręo habetur: In die septimo retētio est domini dei tui, quod exponitur pro retētione ab opib⁹ seruilibus secundū Hebrēos, q̄ illo die phibentur fieri, vt patet in litera. Translator aūt noster accepit p retētione populi ad collectā faciendā, seu p retentiōe pecūię sic collectę: & ideo trāstulit collecta. Primus tamen modus dicendi cōior est apud autores nros. Pōt etiam dici, q̄p dies septimus erat collectę dies, eō q̄p tūc numerabat pecunia, & reponebatur in thesauro tēpli, quę tamen pecunia fuerat recepta ab offerentib⁹ à principio festi. e ¶ Septem. Hīc agitur de solennitate pentecostes q̄. celebrabatur. l. die à solennitate paschę: & hoc est q̄d dicitur: Septem hebdo. nume. quæ faciunt. xlix. dies. f ¶ Ab ea. i. à die paschę: non quia tunc inciperet messis frugum, vt prędictum est, sed quia tunc secabātur spicę magis appropinquantes ad maturitatem. g ¶ Et celebra. s. pentecostes die immediatè sequenti septem hebdomadas p̄dictas, & illa erit quinquagesima dies à die paschę. h ¶ Et epu. Et adduntur quatuor titulo hominis faciētis illud conuiuium cū dicitur: Filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, & quatuor titulo ipsius dei curam habentis de pauperibus. s. Leuites & aduena, pupillus & vidua, vt patet in litera. i ¶ Et recorda. Et per consequens obligatus es ad seruiendum deo. iō subdit: Custodiesq; &c. & patet. k ¶ Solēnitatem. Hīc agitur de festo tertio q̄d celebrabatur in septembri collectis frugibus anni, de cuius sacrificijs & oblationibus determinatur Nume. xxviij. & Leuiti. xxiij. & patet litera, postea recolligit de tribus solennitatibus prędictis dicens: l ¶ Trib⁹. † lętaberis scilicet in tribus festiuitatibus prædictis. veruntamen illis qui erant longè à Ierusalem, parcebatur de duobus festis scilicet

tabernaculorum &

✱ fiea dicitur: e ¶ Septem hebdo. Moraliter Per quas figurata fuerunt septem dona spiritussancti, qui dat⁹ fuit in pētecoste nostra apostolis alijsq; discipulis in signo visibili. De tertio v̄ò festo dicit: k ¶ Solennitatem quoq; tabernaculorum &c. Fiebat enim istud festum in memoriam, q̄p dominus filios Israel habitare fecerat in tabernaculis procedendo per desertum ad terrā promissiōis: propter q̄d figura fuit nostrę peregrinationis in hac vita, q̄ tota decurrit p septem dierum reuolutionem, vt prædictū est. l ¶ Tribus vicibus per annum apparet omne masculi. Per sexum masculinum, qui perfectus est, significantur opera perfectionis, & per tres vices significatur fides trinitatis. Per hoc igitur significatur, quòd opera bona in conspectu domini fieri debent in fide trinitatis. Per istū autem ternarium potest etiam intelligi deuotio cordis, oris & operis. m ¶ Non apparebis ante dominum vacuus. &cæte. scilicet à sanctis meditationibus.

Luc. 16. c.

Psa. 125. a.

† Exo. 23. b. & 34. c. Eccle. 33. a. De cō. dis. i. c. cois Christianus.

